



Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

BIBLIOTHECA S. J.
Maison Saint-Augustin
ENGHien

L 47 a)

333

Ex libris Fr. Charles Vachon SJ Bonorum

~~DI-5~~



D I A R I U M LITURGICO-THEOLOGICO-MORALE

S I V E

S A C R I R I T U S,
INSTITUTIONES ECCLESIASTICÆ MORUMQUE
DISCIPLINA.

NOTANDA SINGULIS TEMPORIBUS

ATQUE DIEBUS ANNI

CIVILIS ET ECCLESIASTICI.

A U C T O R E

FERDINANDO TETAMO

PANORMITANO.

TOMUS TERTIUS.

A MAJO AD OCTOBREM.



VENETIIS, MDCCCLXXIX.

Ex TYPOGRAPHIA PETRI SAVIONI.

In Via Mercatoria sub Signo NAVIS.

CUM PUBLICA ADPROBATIONE AC PRIVILEGIO.



NOTANDA MENSE MAJORE.

PARS I.

NOTANDA MENSE MAJO IN GENERE.

EXPLICANTUR §. §. III.

§. I. De numero Dierum.

§. II. Notanda pro Reservatione Benefic. & Alternativa.

§. III. De Horis Canonicis.

§. I.

De numero Dierum.

MAJUS habet dies: triginta: supra
M. unum.. Vide dicta parte I.
Hujus libri 3. c. 1.

§. II.

*Notanda pro Reservatione Benefic.
& Alternativa.*

TUN Reservatione Beneficiorum ex:
& Reg. Cancell. Majus est Mensis:
Papalis, & in Alternativa est item
Papalis.. Vide dicta parte II. hujus
libri 3. c. 6.

§. III.

De Horis Canonicis.

OFFICIUM Translationis §. Ja- 3.
nuarii, quod in Regno Neapolitanico ex Indulso S. R. C. celebratur
Dominica prima Maji sub ritu dupli-
ci majori cum Octava, occurrent cum
Festo altioris ritus, vel majoris di-
gnitatis, transferendum est ab ipsa
Dominica in primam diem non impe-
ditam; quo ad Octavam vero ser-
tur Rubrica XI Breviarii de Translat.
n. I. ab illis verbis: Quod si Festum
S. R. C. II. Julii 1739 apud Ca-
val. tom. 2^o par. 2. c. 43. Decret-
22. quod inseruit Decr. 15. n. 8-

P A R S I I .
M E N S I S M A J I .

NOTANDA SINGULIS SIGILLATIM DIEBUS.

C A P U T I .
N O T A N D A L M A J I .

EXPLICANTUR ARTICULIS III.

- Art. I. *De Observantia Festi S. S. App. Philippi, & Jacobi Minoris.*
- Art. II. *De Horis Canonicis.*
- Art. III. *De Missa.*

A R T I C U L U S I .

*De Observantia Festi S. S. App.
Philip: & Jacobi Minor.*

FESTUM S. S. Apostolorum Philippi, & Jacobi Minoris ex præcepto universaliter ex præcepto in foro servanda, inter quæ describitur Festum S. S. Apostolorum Philippi, & Jacobi: Vid. etiam dicta 24. Februar. num. 1. & 2. Hic autem S. Jacobus Apostolus Episcopus Hierosolymitanus *Minor* dictus est, ob distinctionem alterius Apostoli ejusdem nominis, videlicet S. Jacobi Fratris Sancti Joannis Evangelistæ, qui nuncupatus est *Major*. Major autem ille dictus est, hic minor, quia hic vocatus fuit post illum ad Christi Domini Apostolatum.

A R T I C U L U S I I .

De Horis Canonicis.

TN Calend. Rom. S. S. Apostolorum Philippi, & Jacobi, dupl. 2. cl. Rubr. gener. Brev. tit. 9. n. 6. & in duab. tabell. excerpt. ex rubr. gener. Brev. Lect. I. Noctur. Initium Epistolæ B. Jacobi Ap. ut in Domin. quarta post Pascha. Si autem hoc Festum occurrat infra hebdomadam quartam post Octavam Paschæ, in qua legitur de dicta Epistola B. Jacobi: In hoc casu hodie Lect. I. Noctur. erunt de eadem Epistola, & legentur, quæ contingunt in Feria occurrenti; Vid. dicenda tr. 2. in Dom. quarta post Pascha. Si autem in dicta Dominicâ, ob aliquod impedimentum, non fuerit lectum initium laudatæ Epistolæ, nec fuerit repositum in Feriis sequentibus Dominicam, & præcedentibus Festum Divi Jacobi: tunc in Feste Laudati Sancti Apostoli legendum est præfatum initium.

tium . Rubricæ Breviarii hic , & S. R. C. 5. Maji 1736. apud Cavaler. tom. 2. par. 2. c. 34. d. 12. Reliqua ut in propr. & communi Apostolor. temp. Paschal. Secundæ Vesp. de eodem Festo ut in propr. & communi Apostol. temp. Pasch. fitque Commemoratio sequ. Festi dupl. min. S. Athanasii Ep. & Confess. Antiphona ad Magnific. O Doctor. Orat. Exaudi , de communi Conf. Pont. 2. loco.

- 3 Quando Festum S. S. Apostolorum Philippi , & Jacobi cadit in Dominicam , tunc ultimum Responforium , quia est proprium , dicatur loco penultimi , quod est de Dominicæ . Ita S. R. C. 23. Junii 1736. in Einsidlen. apud Caval. to. 2. par. 2. cap. 34. d. 25. Decretum hoc dignoscitur emanatum pro Breviario Monastico ; pro illius autem intelligentia videatur Caval. l. eit.

Ubi hoc Festum celebratur cum Octava , si infra eamdem occurrat Feria secunda Rogationum , vel Vigilia Ascensionis , Lectiones primi Noctur. sumantur de communi Apostolorum . Gavant. in Rubr. Brev. Sect. 7. c. 7. ad diem 1. Maji .

- 4 Qu. 1. Si hoc Festum S. S. Apostolorum Philippi , & Jacobi occurrat in Dominica tertia Paschæ , an sit transferendum in locis , ubi in dicta Dominica celebratur Festum Patrocinii S. Joseph?

R. Pro hac quæstione videantur dicenda tr. 2. in Dom. tertia post Pascha Sect. un. §. 1.

- 5 Qu. II. Si Festum S. S. Apost. Philippi , & Jacobi occurrat in Dominica in Albis , & consequenter sit eorum Officium transferendum : utrum postea de ipsis , an vero de Sancto Marco Evangelista

item translato haberi præfus debeat Officium?

R. Solutionem quæstionis hujusmodi habebis , si legeris dicta 25. April. n. 29.

Qu. III. Si Officium horum Sanctorum transferatur post tempus Paschale , quomodo sit Officium recitandum? Ut in proprio : an ut in communi Apostolorum extra tempus Paschale ?

R. Recitandum de communi Apostolorum extra tempus Paschale , retentis iis , quæ sunt propria ; Videlicata tr. 2. lib. 6. par. 1. c. 1. n. 8. In ipsis autem propriis omittantur Alleluja ; quæ sunt posita ratione temporis Paschalis . Gavant. in Rubr. Breviar. Sect. 7. c. 7. ad hanc diem in fine , Caval. tom. 2. par. 2. c. 34. in Decr. 4. n. 3. & 5. Iterum confer dicenda cit. c. 1. n. 5. & 8.

Quando Festum S. S. Philippi , & Jacobi celebratur extra tempus Paschale , omitti debent omnia Alleluja . Asterisci vero non tolluntur . S. R. C. 5. Maji 1736. in Einsidlen. apud Caval. cit. d. 4. Quod omittenda sint omnia Alleluja : intellige , ut innuimus , non universim , sed tantum de omnibus iis , quæ data sunt ratione Paschalis temporis . Quapropter Horarum initio dicendum est Alleluja , & ubicumque adsit in communi Apostolorum extra tempus Paschale , dicendum erit Alleluja , in Officio horum Sanctorum Apostolorum , etiam si extra tempus Paschale celebretur . Porro vox Alleluja , cum indicet lætitiam , & gaudium , ut alibi explicabitur , omnino retinetur post Septuagesimam , & tempore Quadragesimali , quod est tempus mœroris , & lucus ut suo

quo loco notabimus; extra id tempus autem adhibetur quidem, sed parcus (ob rationem indicatam 6. Januar. n. 27.) quam Paschali tempore: quo plures resonat in divinis Officiis ob laetitiam Dominicam Resurrectionis. Cum itaque Officium horum S. S. Apostolorum multipli-*ci Alleluja* donetur ratione temporis Paschalis, in quo in Romano Calendario celebratur, si alicubi accidat transferri post tempus Paschale, non est congruum, quod in eo similiter totidem resonet *Alleluja*. *Asteriscus* vera non tolluntur: ut dicitur in Decreto: hoc est: Stellæ. notantes in Divino Officio paulam, seu moram aliquam faciendam in eantu; Confer Rubr. gen. Brev. tit. 22. nu. 8. aut etiam signantes partem, quæ repeti debeat, ut notum est: Procedit autem Decretum, quo ad Invitatorium: Quoniam tam extra tempus Paschale, quam Paschali tempore, et si in hoc addatur *Alleluja*, semper Asteriscus ponitur in medio Invitatorii, & nulla fit variatio quo ad Asteriscum, & partem resumendam: nisi per omissionem *Alleluja*. Putat etiam Cavalarius. I. cit. n. 1. Decretum insuper habere locum in Responsoriis. Lectionum juxta Breviarium Monasticum, quod ad minus ultimum Responsorium habet proprium. Putat itaque; in eodem Responsorio mutandum non esse Asteriscum, et si omittatur *Alleluja*. De Asteriscis etiam Antiphonarum (juxta nonnullorum usum notandi Asteriscis Antiphonas, praesertim longiores, ut Chorus uniformiter pauset, & unisonus sit in recitandis ipsis: quemadmodum tradit idem Cavalarius n. 4.) intelligi posse Decre-

tum, ait laudatus Auctor: quia, cum non habeantur diversa Antiphonaria pro tempore Paschali, & non Paschali, alias in pausando, faciliter contingere dissonantia; ita ille: qui monet, ex his haberi, quid in similibus præstandunt sit.

Qu. IV. Si S. Jacobus sit Patronus principalis, aut Titulus Ecclesiae, quomodo de eo celebrandum sit Officium?

R. Si S. Jacobus Minor sit Titulus Ecclesiae, aut Patronus Principalis non vero si minus principalis, juxta ea, quæ dicenda sunt in Appendice ad calcem Diarii c. 7. de Feste S. S. Patron. artic. 5. qu. 5. n. 30.) sit Officium de eotantum uti Feste I. cl. cum Octava. De S. Philippo autem sicut altera die. Vide dicenda infra qu. 6. Gavant. in Rubr. Brev. Secl. 3. c. 10. n. 11. La-Croix I. 4. de Hor. Canon. qu. 204. §. 4.

Notabimus in Append. I. cit. n. 31. & 32., quod separacione facta Patroni, seu Titularis a Sociis, quos illi habent in Calendario Romano; curandum erit, ut Oratio, Lectiones, & Evangelium cum Homilia congruant Feste ita; ut prouo, non pro pluribus Officium fiat; & deficientibus propriis, erit ad commune Sanctorum recurrendum; reservata Patrono potius, quam Sociis, Oratione propria, & in numero singulari accommodata. Docemus eodem cit. art. 5. n. 33. Leet. primi, & Secundi Noct. Antiphon. Responsoria ec. quæ evidenter constet esse posita ratione talis Sancti, qui cum socio, vel Sociis est in Calend. eadem reservanda esse ipsi a Sociis separato, atque adeo in ipsis Officiis recitanda.

Jux-

Juxta regulam predictam , si S. Jacobus Minor sit Titulus , prime Lectiones erunt initium Epistole D. Jacobi , vel quæ occurrant de ejusdem Ep. juxta regulam traditam a . 2. Secundæ erunt propriæ , addita sexta de communi Apostolorum . Lectiones 3. Noct. erunt de communi Apostolorum : *Ecco nos reliquimus omnia* . Antiphonæ ad Vesp. Laud. & Horas sumantur de communi Apostolorum tempore Paschali ; illæ enim , quæ sunt in Festo , sicut & Lectiones tertii Nocturni convenienter proprie Sancto Philipo , ut patet .

8. Qu. V. Si Sanctus Philippus sit Patronus principalis , aut Titulus Ecclesiæ , quomodo de eo sit recitandum Officium ?

R. Quæ de S. Jacobo qu. præcedenti diximus , viceversa dicenda sunt de S. Philippo Ap. si ipse sit patronus principalis , aut Titulus Ecclesiæ . Solum majoris claritatis gratia ex Gavanto Sect. 7. cap. 7. dico : quod in dicto casu in Ecclesiæ S. Philippi Apostoli Lectiones primi Nocturni erunt de communi Apostolorum , reservata Lectione Epistole S. Jacobi Officio ejusdem , cuius est propria . In 2. Noct. Lectione Quarta est propria , sed quinta , & sexta sumantur de communi Apostolorum . Lectiones 3. Noct. cum Antiphonis in Laudibus ut in proprio Festo : quia sunt magis propriæ de S. Philippo .

9. Qu. VI. Si Officium solius S. Jacobi Minoris transferatur , quanam die , & quomodo habendum erit de eo Officium ?

R. Secundum dicenda in Append. I. cit. nu. 29. in eo casu de S. Jacobo habebitur Officium sub

ritu 2. cl. prima die non impedita . etiam infra Octavam S. Philippi Titularis Ecclesiæ .

Prima Lectiones erunt de Epistola D. Jacobi , secundum dicta qu. 4. Lectiones 2. Noct. erunt propriæ , addita sexta de communi Apostolorum . Lectiones 3. Noct. erunt de Evang. *Ecco nos reliquimus omnia* ut in eodem communi Apostolorum .

Antiphone omnes de communi Ap. temp. Pasch. Pro varietate Orationum , quæ necessaria certe erit in 2. Vesp. S. Jacobi , si die sequenti fiat de die infra Octavam S. Philippi , sumi poterit Oratio de S. Jacobo Majore 25. Julii ; ut vult Gavantus in Rubr. Brev. Sect. 3. c. 10. n. 13. & Sect. 7. c. 7.

Qu. VII. Si Officium solius S. Philippi transferatur , quanam die , & quomodo habendum erit de eo Officium ?

R. Quo ad diem translationis , seu repositionis , & ritum , illi applica quæ præced. qu. dicta sunt de S. Jacobo . Lectiones , & cætera dicantur secundum sunt ordinata qu. 5.

ARTICULUS II.

De Missa.

IN Festo S. S. Ap. Philippi , & Jacobi Missa propr. Credo . Rubr. gen. Miss. tit. 11. Praefat. Apostol. Col. Param. rub.

Si Festum S. S. Philippi , & Jacobi occurrerit infra Octavam Ascensionis , Praefatio in Missa erit de Apostolis , sed *Communicantes* de Ascensione ex Decr. S. C. R. 28. Augusti 1627. in una Urbis apud Caval. tom. 5. c. 14. d. 3. Vide dicen-

8 Tr. I. Lib. III. Pars II. Not. Mens. Majo.

dicenda infra Oct. Ascens. Subs. 2. n. 9. An, & quale peccatum sit, omittere Præfationem propriam, & *Communicantes* proprium? Item an debeat, aut possit suppleri, si ex oblivione omittatur Præfatio propria, aut *Communicantes* proprium, ubi error notetur, & advertatur? examinabimus tr. 2. in Dom. Resurr. art. 3. qu. 1. & 2. Ad nomen Philippi in Canone in Oratione *Communicantes*, & ubicumque ponatur in hac Missa, in qua quidem sæpius nominatur, inclinetur caput ex Rubr. Miss. de rit. celebr. lit. 5. n. 2. Et similiter ad nomen Jacobi in eodem Canone loco cit. nominatum, & ubi alias nominetur; Vid. dicta 18. Januar. art. 2. Verum cum bis nominetur Jacobus in prædicta Oratione *Communicantes*, eo quod duo fuerint Apostoli hujus nominis, ut articulo 1. notavimus, & explicavimus; Ideo nota hic nomen Jacobi posteriori loco descriptum in Oratione *Communicantes* hunc Sanctum Jacobum Minorum appellare, atque adeo ad nomen Jacobi posteriori loco recitatum, inclinandum caput in Missa S. Jacobi Minoris, non autem ad illud, quod priori loco, quodque Sanctum Jacobum Majorem appellat. Vide dicenda 25. Julii art. 3. num. 3.

Ubi Festum S. S. Philippi, & Jacobi, aut unius ex duobus celebretur cum Octava, si intra eamdem occurrat Feria secunda Rogationum, vel Vigilia Ascensionis, dicitur Missa de Rogationibus cum Commemoratione Octavæ, sine *Gloria*, & *Credo*, & cum Præfatione de Tempore, & non de Octava. Gavant. in Rubr. Brev. Sect. 7. c.

7. ad hanc diem. Confer dicenda in Fer. 2. Rogat. n. 19. & dicta 23. Febr. n. 16.

Qu. I. Si Festum S. S. Ap. Philippi, & Jacobi accideret celebrari extra tempus Paschale, quænam Missa dicenda foret?

R. Gavantus in Rubr. Breviar. Sect. 7. c. 7. ad item 1. Maji fine inclinat ad dicendum, quod in hoc casu sumi posset Epistola, Graduale, & Offertorium ex Missa votiva S. S. Apostolorum Petri, & Pauli; reliqua ut in propria Missa, omisso *Alleluja* ad Introitum, Offertorium, & Communionem; sed dicendum foret in Graduali, ut in prædicta Missa votiva..

Qu. II. Si Festum S. Jacobi celebretur intra tempus Paschale divisum a S. Philippo, quænam pro S. Jacobo Missa dicenda erit?

R. Poterit dici Missa ut in Feste S. Marci Evangelistæ, demptis Oratione, Epistola & Evangelio, quæ cum Officio concordare debent: Ita Gavantus l. cit. Juxta hanc regulam Epistola legi posset ut in ejus Feste, Evangelium ut in Missa Votiva S. S. Apostolorum Petri, & Pauli: *Ecce nos reliquimus omnia*. Quoniam in hoc Evangelium lecta est Homilia in Officio: secundum dicta art. præc. qu. 4. & 6. Orationes autem ut in die Festi, dicendo in numero singulari, quæ sunt in plurali.

Qu. III. Si Festum S. Philippi celebretur intra temp. Paschale divisum a S. Jacobo, quænam pro S. Philippo Missa dicenda erit?

R. Missa de S. Philippo erit ea ipsa, quæ in Missali est propria cum Orationibus in numero singulari de eodem. Gavant. l. cit.

C A.

C A P U T II.

N O T A N D A I L M A J I.

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

ARTICULUS I.

De Horis Canoniciis.

- 1 **IN** Calendar. Rom. S. Athanasii Ep. Conf: dupl. Lect. 1. Noct. de Script. occurr. 2. & 3. Nocturn. propr. reliqua de communi Confess. Pont. Orat. *Exaudi*: ut ibi 2. loco. Vesp. de sequ. Festo Inventio- nis S. Crucis dupl. 2. class. ut in propr. & fit commem. præc. Antiph. *O Doctor. Or. Exaudi.*
- 2 Si hodie sit Dominica IV. post Pascha: quoniam initium Ep. D. Jacobi assignaturum in ea, fuit heri perlectum (ubi S. Philippus non est patronus principalis, aut Titu-

lus Ecclesiæ:) ne idem initium, in hac immediate sequenti die re- petatur, legendæ sunt in prædicta Dominica hodie occurrente Lectio- nes Feriæ secundæ, ut præscribit Rubrica eidem Dominicæ præfixa, & ad varietatem decisum fuisse tra- dit Gavantus Sect. 6. c. 15. nu. 6. & Sect. 7. c. 7 ad diem 1. Maii.

ARTICULUS II.

De Missa.

- 1 **IN** Festo S. Athanasii Episcop. & Conf. dupl. Missa propr. *Credo*.
Rubr. gen. Miss. tit. II. Col. pa- ram. alb.



TOM. III.

B

C A.

C A P U T III.

N O T A N D A I I I . M A J . I.

EXPLICANTUR ARTICULIS IV.

Art. I. *De Institutione, & observantia Festi Inventionis S. Crucis.*

Art. II. *De Horis Canonicis.*

Art. III. *De Missa.*

Art. IV. *Notanda pro Reliquia S. Crucis..*

ARTICULUS I.

De Institutione, & Observantia Festi Inventionis Sanctae Crucis.

FESTUM Inventionis S. Crucis ex obligatione gravi universaliter in foro servandum. Etsi ex jure antiquo nihil certi haberi possit de gravi obligatione hujus Festivitatis: ut colligi potest ex Suarez de Religion. to. I. tr. 2. lib. 2. c. 7. a nro. 10. Azor. Institut. Moral. part. 2. lib. I. c. 16. qu. I. & 10. Nihilominus constat sub dicta obligatione gravi servandam universaliter esse, primo ex eo quod Ecclesia Romana hoc Festum celebret tamquam ex præcepto observandum, & haec est generalis consuetudo, teste Suar. I. cit. n. 12.

Secundo constat ex Constit. Urbani VIII. incip. *Universa*: an. 1642. quam allegavimus die I. Januar. n. I. in qua inter Festa de præcepto universaliter observanda, adnumeratur Festum Inventionis S. Crucis. Videri tamen possunt dicenda 31. Decembr. art. I. n 2.

Hoc autem Festum non videtur dubium, quin sit valde antiquum, nam in Ordine Romano antiquo habetur, & in Micrologo observ.

Eccl. c. 55. Et Beda in suo Martyrologio facit mentionem istius, & Martyrologium Romanum, & alia Martyrologia; ac verisimile est, statim a tempore quo haec Invenatio accidit, incepisse, quia post illud tempus, nullum aliud initium ejus invenitur, teste Suar. n. 12. Videri etiam potest Bened. XIV. de Festis Dom. cap. 14. §. 2. Inventum autem fuit Dominica Crux per Helenam Constantini Magni Matrem, ut notum est.

Nota hic pro congruentia hujus Festi, ex eodem Suarez nu. 7. Inventionem S. Crucis non tam fuisse fundamentum hujus celebritatis, quam occasionem. In ipsa enim Cruce, ratione illius, qui in ipsa Crucifixus fuit, est per se sufficiens fundamentum hujus Festivitatis, in illum enim tota haec religio tendit; & in venerationem Crucis propterea maxime Festivus dies designatur, quod instrumentum fuerit Redemptoris nostræ. Sed hoc ante solum fiebat ab Ecclesia publico cultu in die Parasceves, cum mors Domini celebratur, & Crux speciali titulo adoranda proponitur. Postea vero occasione hujus Inventionis nova Festivitas in illius speciali cultum dedicata est.

Sed

Sed & in ipsam Inventione Crucis considerari possunt multa, & magna Dei beneficia, in quorum gratiarum actionem merito potuit ac debuit talis Festivitas constitui.

Hec enim solet esse maxima ratio instituendi has solemnitates, ut notavimus 1. Januar. nū. 5. §. Ad secundum dico. Et die 6. ejusdem, n. 56. & die 18. ejusdem nū. 5. & notat etiam Suarez nū. 8. ex Augustino lib. 10. de Civit. c. 4. ubi inquit: *Ei (scilicet Deo) beneficiorum ejus solemnitatibus Festis, & diebus statutis dicamus sacramusque memoriam, ne volumine temporum integrata subrepatur oblivio.* Ita hoc itaque Festo priuum, & magnum beneficium Dei recognoscimus, quod tam longo tempore infidelitatis, Crucem hanc integrum nobis reservaverit; id enim sine speciali Dei prudentia fieri non potuit; ut bene ostendit Suarez loc. cit. qui videri potest.

Aliud beneficium fuit, revelare Crucem hanc Ecclesiaz, cum primum cœpit Ecclesia pacem habere sub Christianis Imperatoribus: quo satis significavit, ut Paulinus dixit epist. 31. novar editionis, & 11. Veteris, ad Severum, versus finem: ideo ad tempus illam Deum occultasse, ut nunc inveniretur, cum religiose quereretur. Merito ergo Ecclesia peculiari cultu religioso cœpit tunc Crucem venerari, peculiare Festum in ejus honoren dicando, & gratias Deo agendo, quod ad Fidelium consolationem Sacrum hoc Lignum sibi reddiderit. Ita Suarez; videri etiam potest Durandus in Ration. Divini. Offic. lib. 7. c. 11.

ARTICULUS II.

De Horis Canoniciis.

N Calend. Rom. Inventionis S. Crucis dupl. 2. clas. rubr. gen. Brev. tit. 9. n. 6. & iii duab. tabell. excerpt. ex rubr. gener. Brev. Omnia ut in propr. 9. lect. & commemor. in Laudib. tantum S. Alexandri P. & M. ac Sociorum, de communi M. M. tempore pasch. Or. propria. Cur commemoratio Laudatorum Sanctorum simplicium fiat de communi M. M. licet non omnes sint Martyres? & quare in Oratione taceatur qualitas Martyrum, cum certe roqui de iis fiat tamquam de Martyribus? intelliges ex dicendis 21. Octobr. art. 1. n. 4.

2. Vesp. de eodem Festo; Antiph. ad Magnific. propria; reliqua ut in 1. Vesp. & fit commemor. sequentis Festi dupl. S. Monicæ Vid. de communi nec Virg. nec M. Or. autem propria. Si concurrant Festa Ascensionis, & Inventionis S. Crucis, fiat commemoratio de Festo S. Crucis, licet utrumque sit Festum ejusdem Domini. Vid. Gavant. hic Caval. to. 2. c. 32. in Decr. 1. n. 3. & dicenda tr. 2. in Dom. 2. Epiph. n. 2.

Festum Inventionis S. Crucis cardens in Dominicam, in qua celebratur Festum Dedicationis Ecclesæ, non potest transferri in diem immediate sequentem, si bœc fit Festo duplice, vel semiduplici impedita, sed debet reponi prima die non impedita. S. R. C. 23. Junii 1736. in Einsidlen apud Caval. to. 1. c. 10. d. 3. quin. 4. animadvertisit, Festum Inventionis S. Crucis absolute, & simpliciter repo-

B 2 nen-

nendum esse prima die non impedita, a quocumque Festo depellatur, quia eadem est ratio in utroque casu. Porro Festum hoc non habet privilegium, ut reponatur in sequentem diem impeditam ut supra.

Si Festum hoc alicubi accidat aliquando transferri post tempus Paschale, omittitur *Alleluja* in Officio iis locis, quibus nunc resonat ratione temporis paschalis, sed retineatur in aliis, quibus dicitur in gratiam talis Officij, ut in Exaltatione 14. Septembr. Confer dicenda tr. 2. lib. 6. par. 1. c. 1. nu. 5. & 8. fine. In eodem casu in hymno *Vexilla*; ubi nunc dicitur: *Paschale qua fers gaudium*: dicatur ut in Festo Exaltationis: *in bac triumphi gloria*. Item ex Merato hic: ad Matutinum *Anaphoræ* de Festo Exaltationis S. Crucis dicentur, excepta prima primi, & secundi Nocturni. Or. autem propria ut hodie.

5 In hymno: *Vexilla Regis*, sic canit Ecclesia: *Impleta sunt, que concinit David fideli carmine, dicendo Nationibus: Regnavit a ligno Deus*. Jam vero quæres: ubinam in psalmis, aut alibi David dixerit: *Regnavit a ligno Deus?* Non enim apparent hæc verba in editione Vulg. Huic Quæstiōni satisfaciemus tr. 2. lib. 4. par. 2. c. 6. ubi de tempore Passionis, art. 1. n. 5. & 6.

6 Nota hic: quod licet in nona lectione, quæ est de S. Alexandro, & Sociis, dicitur, Sanctus Alexander Pontifex, qui fuit primus hujus nominis, jussisse, vinum consecrandum in Missa, a Celebrante misceri aqua; & ita etiam quidam existimaverint; testatur tamen Suarez to. 3. in 3. par. disp. 45. Secū-

z. §. Secundum dubium. veriorem sententiam habere, non fuisse Sanctum Alexandrum hujus præcepti auctorem, sed a temporibus Apostolorum hoc præceptum manasse; verisimile quidem est, inquit, Alexandrum fuisse primum, qui tradidit scriptum hoc præceptum, ante ipsum tamen traditione, & usu habebatur in Ecclesia, ut ex Liturgia Jacobi, ex Can. 32. Trullan. ex Tridentino, & ex ipso denique Alexandro aperite colligitur, dicit enim: se tradere, quod a Patribus acceperat. Et in aliis locis dicitur: Romanam Ecclesiam hoc ab Apostolis didicisse, ac perpetuo observasse. Videri etiam potest Meratus tom. 1. par. 3. tit. 4. nu. 6. Hoc itaque quod de Sancto Alexandre Breviarium affirmat, intelligendum est in sensu explicato.

Similiter illud alterum, quod in eadem nona lectione legitur de eodem S. Alexandro: hoc est: cum decrevisse, ut Aqua benedicta asseraretur perpetuo in Ecclesia, & in Cubilibus adhiberetur ad fugandos Dæmones. Hoc non est accipendum in eo sensu, quod Sanctus Alexander invenerit, & instituerit usum aquæ benedictæ; licet enim quidam ita fuerint opinati; dicendum tamen est: usum aquæ benedictæ ex institutione Apostolorum esse; quem quidem usum laudatum Sanctum Pontificem Decreto firmasse, & ut frequentior esset, sategisse, habetur in 1. ejus Epistola (quam tamen genuinam esse recusant plerique: Vid. Meratum to. 1. par. 4. tit. 19. n. 3.) & in C. Aquam 20. dist. 3. de Consecr. Vide dicta lib. 2. in Dominica art. 3. nu. 32. & 46. Facere huc videntur verba Claudi

De-

Dé-Saintes in Praefat. ad Liturgias Patrum cap. 6. *Postulamus*, quod est in Dei nostri Religione uisitissimum; animadvertis: Instituta, imo etiam antiquitus jam precepta, saepe iterum quas nova præcipi: aut quia, nescio quorum culpa, definant; aut non legitimate observentur; aut quia, ne aliquando antiquentur, obrepentibus hominum vitiis, cautius sit prospiciendum &c.

ARTICULUS III.

De Missa.

VN FESTO INVENTIONIS S. CRUCIS dupl. A. 2. cl. Missa propria, & fit commemoratio S. Alexandri P. & M. ac Socior. in Missa privata tantum. In Epistola ad illa verba: *In nomine Iesu omne genuflectatur*: Celebrans flectit unicum genu. Rubr. gen. Miss. tit. 17. n. 1. Dum autem genuflectit, innititur Altari utraque manu hinc inde equaliter extensa. Dicitur *Credo*. Rubr. gen. Miss. tit. 11. Praefatio de Cruce. In Missa privata, in qua fit Commemoratio S. Alexandri, inclinetur caput ad ejus nomen in Canonе descripsum in Oratione: *Nobis quoque peccatoribus*. Et ubi alias recitetur; ex Rubr. Miss. de Rit. celebr. tit. 5. n. 2. Vid. dicta 18. Januar. art. 2. Si Festum Inventionis S. Crucis occurrit infra Octavam Ascensionis, Praefatio in Missa erit de Cruce, sed Communicantes de Ascensione; ex Decr. S. C. R. 28. August. 1627. in Anna Urbis: apud Caval. tom. 5. Vid. dicenda infra Octav. Ascens. n. 54. An autem, & quale peccatum sit omittere praefationem propriam? Et si ex oblivious omit-

tatur, an ubi error deprehendatur, suppleri debeat? Examinaimus in Dom. Resurr. art. 3. qu. 1. & 2.

Si Festum hoc alicubi accidat transversi post tempus Paschale, Missa ibi dicatur ut in Festo Exaltationis S. Crucis 14. Septembr. exceptis Orationibus, Evangelio, & Offertorio, quae ei sunt propria; ut observat Merat. hic.

Color. Param. tub. Rubr. gener. S. Miss. tit. 8. nu. 3. quia in Cruce Christus sanguinem fudit pro nobis; unde & Isajas in spiritu uidit illum rubeis vestimentis inditum, & interrogavit eum: *Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari?* Is. 63. 2. Ita notat Durandus in Ration. Offic. lib. 3. c. 18. Gavant. in rubr. Miss. par. 1. tit. 18.

ARTICULUS IV.

Not. pro Reliquia S. Crucis.

EXPOSITIONES, & Processiones Reliquie Sanctissimæ Crucis fieri debent in paramentis rubeis, ex Rubrica Missal. & Rituali Romano. Consuetudo tamen eas peragendi in paramentis violaceis tempore Quadragesime, & Passonis toleranda est. S. R. C. 1748. (Ita tradebatur in quodam Director. Dioeces. panorm. an. 1764.) Docet autem Caval. to. 4. c. 17. comment. in Decr. 14. Rubricam hujusmodi Ritualis intelligendam esse de casu, quo Procescio non immediate ad Missam, vel Vesperas subsequatur: secus processionem faciendam esse in colore paramentorum Missæ, vel Vesperarum; argumento ducto ex Instruct. Clement. pro Exposit. Euch. occasione Ora-

Orationis Quadragesima horarum; in qua quidem Instr. prescribitur color Missæ retinendus in Processione Euch. que immediate subsequatur ad Missam; Quamvis Rituale prescribat album in Eucharistice Processione adhibendum. Id ipsum est de Expositione. Si autem Expositio, vel Processio S. Crucis immediate præcedat Missam, vel Vespertas; consuetius est, ut adhibeatur color rubeus, et si subsequens Missa requirat colorem alium; quemadmodum fit in bened. Cereorum, Die 2. Febr. in qua adhibetur col. violaceus, et si immediate subsequens Missa sit de Purificatione, atque adeo exigat colorem album; unde, ut ibi vidi mus, Celebrans post benedict. Cereorum, deponit vestimenta violacea, & sumit alba pro Missa, si ea sit de Purif. Vid. Caval. I. cit. n. 2.

10 Reliquia SS. Crucis non est incen sanda a Celebrante genuflexo. S. R. C. 15. Septemb. 1736. in Brixien. apud Cavaler. cit. cap. 17. d. 6. Ut nimis hæc incensatio distinguatur ab incensatione SS. Sacra menti. Cavalerius loc. citat. numer. 1. Non est genuflectendum a Capitulo, & Clero processionaliter transeuntibus ante Altare, in quo re condita est reliquia SS. Crucis. S. R. C. 15. Septembr. 1736. in Bri xiensis.

Quæsitum fuit: Transeuntes ante expositam Reliquiam Sanctæ Crucis, utrum debeant genua usque ad terram flectere; vel etiam an sufficiat semigenuflexio, uti solet fieri coram Episcopo: & utrum eadens genuflexio facienda sit ante prædictam Reliquiam S. Crucis; que licet non sit exposita, afferatur tamen occlusa in aliquo Altari: aut etiam quando exposita est,

sed non appetat, ex eo quod pars hac, que respicit populum, habeat figuram Christi Crucifixi? Et responsum fuit Si loco Principe Reliquia SS. Crucis super Altare fuerit exposita, tunc transeuntes ante illam, unico genu usque ad terram flecto venerari debent; diversimode vero, sola Capitis inclinatione, si prefata Reliquia recondita erit ante Custodiā. S. R. C. 7. Maii 1746. in Varsavien. apud Caval. cit. c. 17. d. 4. & 5.

Ad distinctionem adorationis SS. Sacramenti, Reliquia S. Crucis, si in Altari fuerit recondita in Custodiā clausa, aut non fuerit principe loco exposita, adoratur sola inclinatione: si autem principe loco exposita, adoratur flectendo unicum genu. Non reputatur autem Crux principe loco exposita, si una simul exponeretur quid aliud, quod in expositione principem locum teneret. Vid. Caval. I. cit. nu. 3. & 4. Si autem Sacerdos Missam celebratus, aut a celebrata Missa revertens transeat cum calice ante Altare, in quo exposita est Reliquia S. Crucis; flectat unicum genu, tecto capite, quemadmodum fit ab eodem transeundo ante SS. Sacramentum in tabernaculo reconditum. Si vero Calicem secum non afferat, disconperiat insuper caput. Caval. I. cit. n. 5. Si Reliquia S. Crucis sit exposita in Altari, ubi in Tabernaculo aſſervatur SS. Sacramentum, unica genuflexione satisfit utriusque adorationi; & non opus est semel flectere genu, ratione SS. Sacr. & iterum ratione Crucis. Caval. I. cit. fine.

Conſuetudo deferendi Reliquiam SS. Crucis manibus operis cum velo a spatulis pendente, potest retineri. S. R. C.

R. C. 16. Septemb. 1741. in Brabant. apud Caval. d. 13. Imo & introduci posse, ubi non sit, affirmat Caval. hic.

Quæsumus fuit a S. R. C. Num lignum SS. Crucis, & Sæta Spinae Coronæ Domini Nostri Jesu Christi dum a Capitulo Ecclesie Cathedralis Gadicensis, in eorum festivitatibus processionaliter portantur ex inveterata ejusdem Ecclesie consuetudine sub Baldachino vulgo Hispanice Pallio, & cum duorum Thuribulorum incensatione conduci, & portari debeant? Responsum fuit: Lignum Sanctissimæ Crucis, & Spinae Coronæ Domini Nostri Jesu Christi, non adiungimus venerabilis confucando, licetum est capite aperto sub Baldachino processionaliter deferre, easdem Reliquias in chancery dñobus Thuri-ferariis. S. R. C. 26. Aug. 1752. in Gadicens. ad s. dub. apud Caval. tom. 5. in collect. recentior. Decreto. Vide Edmund. Cavaler. tom. 4. c. 17. comment. in d. 9. munt. I. & 2.

In Processionibus, in quibus defertur lignum SS. Crucis, tunc Clericis, quam Sacerdotes detecto capite incedere debent. S. R. C. 2. Septembr. (18. Junii, apud Merat. ind. Decr. Miss. n. 497.) 1690. in Cajetana, apud Caval. cit. c. 17. d. 1.

Licum est Episcopo incedere cum mitra, quando defert Reliquiam Ligni Sanctissimæ Crucis in Processionibus. S. R. C. 14. Junii 1692. in Mataranen. apud Caval. d. 2. & Merat. ind. Decr. Miss. n. 734.

Post expositionem Reliquia SS. Crucis, vel post ejus delationem in processione, benedicendus est populus cum ipsa. S. R. C. 15. Septembr. 1736. in Brixien. apud Caval. d. 7.

Juvat etiam hic describere alia duo 12 Decreta in gratiam eorum, quos respiunt. Primum in una Aquen. in qua ad seq. dub. An licet Parochio S. Antonii in Procesione deferre tam intra, quam extra Ecclesiam Venerabile Lignum S. Crucis die Festa ejusdem Inventientur? S. C. Concil. die 8. Martii 1723. respondit affirmativè. Apud Luckam Ferraris in sua BA bliothe. tom. 8. edit. 3. Bonon. in prima append. pag. 193. col. 2.

Alterum Decretum in una Alexandrina, in qua ad seq. dub. An Confraternitas S. Mariae Misericordiae, & S. Roobi Civitatis Alexandrie, aggregata Archiconfraternitate S. Rochi Urbis, possit sine licencia, & intervente Parochi, expondere in suo Otorio Lignum S. Crucis? S. C. Concil. die 21. Febr. 1728. respondit affirmativè, accedente Scottio Episcopi, & amplius. Apud Lugo. Ferrari. cit. to. 8. in suppl. a. V. Benedictio. nu. 14. pag. 190. col. 2. laudare edit.

Nota hic, quod ubi in Decretis intercalatur illa particula: & amplius: vel & non amplius: denotat, omnes Cardinales in illis fuisse concordes; & materiali, seu causati per se classe patore, atque adeo non esse amplius proponendam.

Quænam adoratio debeatur sive 13 Ligno vero S. Crucis, sive aliis cuiuscumque materiae Crucibus eamdem figuram habentibus? Videatur D. Thom. 3. par. qu. 25. art. 4. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 9. c. 6. qu. 1. Suar. to. 1. in 3. par. disp. 56. Vasqu. 3. par. disp. 111. De-Lugo de Incarn. disp. 37. Sect. 3. in append. Bonac. tom. 2. disp. 2. pu. 3. nu. 6. & 7. Tambur. in Decal. 1. 2. c. 4. n. 4. & 6.

C A P U T I V .

N O T A N D A IV. M A J I.

EXPLICANTUR ARTICULIS III.

Art. I. *De Horis Canonicis.*Art. II. *De Missa.*Art. III. *De Indulgentiis.*

A R T I C U L U S I.

De Horis Canonicis.

VN Calend. Rom. S. Moniceæ (seu
Æ Monachæ . Vid. Baron. in not.
Martyrol. ad diem 5. Augusti , fi-
ne) Viduae dupl. S. R. C. 16. Aug.
(26. apud Merat. hic) 1730. an-
nueniente Clemente XII. apud Caval.
to. 2. c. 20. in d. 2. Lect. i. Noct.
de Script. occurr. 2. & 3. Noct. &
Or. propr. reliqua de communi nec
Virg. nec Martyr. In 2. Vesp. a
capit. de sequ. Festo S. Pii V. P.
& Conf. dupl. de communi Conf.
P. in hymno: *Iste Confessor. dic. me-
ruit supremos.* Or. propria , (in qua
utrum tacendum sit ly *quintum?* Vi-
de 2. April. art. i. nu. 2.) & fit
Commem. præcedent.

A R T I C U L U S II.

De Missa.

VN Festo S. Moniceæ dupl. Missa ut 2
Æ in propr. col. param. alb.

A R T I C U L U S III.

De Indulgentiis.

VN Festo S. Moniceæ Ind. Plen. in 3
Æ Ecclesiis Patrum Augustiniano-
rum , & Patrum Discalceatorum ,
& Monialium ejusdem ordinis . Clem-
X. Constit. 88. pag. 158. Tomi 7.
Plaz. hod.

C A.

C A P U T V.

N O T A N D A V. M A J I.

EXPLICANTUR ARTICULIS III.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De Indulgentiis.*

ARTICULUS I.

De Horis Canoniciis.

OFFICIUM S. Pii V. Papæ & Confessoris cum lectionibus secundi Nocturni, & Oratione propriis est semi-duplex de præcepto. S. R. C. 28. Januar. 1713. annuente Clemente XI. 17. Februar. ejusdem anni apud Merat. hic. Sed duplex de præc. ex Pio VI. 20. April. an. 1775. Itaque in Cal. Rom. S. Pii Papæ & Conf. dup. lect. 1. Noct. de Script. occurr. 2. Noct. propr. 3. Noct. de communi Conf. P. 1. loco. Or. propria; reliqua de prædicto communi. In hymno: *Iste Confessor:* mutatur tertius versus. Vesperæ de sequenti Festo S. Joannis ante portam lati-nam, dupl. maj. Antiphona ad Ma-gnific. & Or. propr. reliqua de com-muni Apostol. temp. pasch. & fit commemmor. præcedentis, Antiphona: *Dum esset Summus Pontifex.*

ARTICULUS II.

De Missa.

IN Festo S. Pii V. P. & Confes. 2 dupl. Missa Statuit, de commu-ni Conf. 1. loc. prima Or. autem propr. col. param. alb.

ARTICULUS III.

De Indulgentiis.

IN Festo S. Angeli Martyris Ordini-3 nis S. Mariæ de Monte Carme-lo Ind. Plen. in Ecclesiis Patrum Carmelitarum, & Patrum Dis-cal-ceatorum, ac Monialium ejusdem Ordinis. Clem. X. Constit. 99. pag. 168. to. 7. Plaz. hod.

Item in Festo S. Pii V. Ordinis 4 Prædicatorum Ind. Plen. in Eccle-siis Patrum, & Monialium ejusdem Ordinis. Clem. XI. Constit. 178. pag. 330. tom. 10. Part. 1. Plaz. hod.

TOM. III.

C A.

C A P U T VI.

N O T A N D A VI. M A J I.

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*
Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I.

De Horis Canoniciis.

¶ N Calend. Rom. S. Joannis ante portam Latinam dupl. maj. rubr. Brev. Rom. in duab. tabell. excerp. ex rubr. general. ejusdem Brev. ex declaratione Clementis VIII. apud Gavantum in rubr. Brev. Sect. 7. c. 7. ad diem 6. Maji. In principio nocturno legitur initium Epistolæ primæ Beati Joannis, ut in Dominica infra Octavam Ascensionis. Si autem hoc Festum occurrat in die, qua in Breviario legitur de libro Apocalypsis, vel de Epistola ejusdem B. Joannis, tunc non legitur hodie prædictum initium, sed ponuntur lectiones hodie currentes. Rubr. Brev. hic. Vide dicta in simili. 1. Maji art. 2. nu. 2. & videantur etiam dicta 2. Maji art. 1. n. 2. illa enim æque procedunt relate ad hoc Festum S. Joannis, ut animadvertis Caval. 10. 2. par. 2. c. 34. in d. 12. n. 2. Le&t. 2. & 3. No&t. & Or. propr. Si hoc Festum occurrat in Dominica, vel Feria II. Rogat. seu alia die, in qua legenda sit nona lectio de Homilia, vel Festo simplici, recte docent Gavant. loc. cit. & Meratus ibi, convenire nonam lectionem conjungere octavæ lectioni, quia in illa legitur de Mar-

tyrio S. Joannis, quod hodie celebratur. Reliqua de communii Apost. temp. Pasch. 2. Vesp. de eodem Festo Antiph. ad Magnif. propr. ut in 1. Vesp. Orat. propr. reliqua de communii Apost. temp. Pasch. & sic Commem. sequentis Festi S. Stanislai Ep. & M. dupl. min. de communii MM. temp. Pasch. Or. propr.

Festum S. Joannis ante portam 2 Latinam aliquando occurrit Feria quarta post Dom. infra Octavam Ascensionis, & in hoc casu in 2. Vesp. habet solam Commemorationem. Vide dicenda tr. 2. in Feria quarta infra Oct. Ascens. nu. 5. Ubi hoc Festum accidat transferri extra tempus Paschale, Officium erit de communii Apost. extra idem tempus, exceptis iis, quæ hoc Festum habet propria.

A R T I C U L U S II.

De Missa.

¶ N Festo S. Joannis ante Portam 3 Latinam dupl. maj. Missa ut in propr. *Credo*, Rubr. gen. Miss. tit. 11. Præf. Apostol. Si Festum S. Joannis ante Portam Latinam occurrerit infra Octavam Ascensionis, Præfatio in Missa erit de Apostolis, sed *Communicantes*, de Ascension. ex D. S. R. C. 28. Augusti 1627. A pud

pro Caval. to. 5. c. 14. d. 3. Vide dicenda infra Oct. Ascens. Subf. 2. nu. 54. Ubi hoc Festum accidat transferri extra Tempus Paschale, Missa ut in altero ejusdem S. Jo. Festo 27. Decembr. propter Orat. & Ev. quae dicantur ut hodie. Meratus hic.

4 Ad nomen S. Jo. Ev. in Canone in Oratione Communicantes & ubi alias reciteretur in Missa, inclinandum Caput, ex Rub. Miss. de rit. celebr. tit. 5. n. 2. Vide dicta 18. Januar. art. 2. Quare autem: utrum appelleret S. Joannem Evangelistam nomen Joannis, quod in Canone ponitur in secunda Commemoratio-ne Sanctorum, in Oratione videlicet Nobis quoque peccatoribus. In qua dicitur: *Cum Joanne, Stephano, &c.*? Si enim hic simplici nomine Joannis venit Joannes Evangelista, est utique etiam hoc loco inclinandum caput, conformiter ad rubr. alleg. Huic Questioni satisfaciemus 24. Junii art. 1. Sect. 3. n. 13.

5 Color. param. rub. Rubr. gener. Miss. tit. 18. n. 3. Qui color competit Martyribus ob rationem explicatam 4. Januar. art. 2. n. 7. Porro S. Joannes Evangelista fuit Martyr; & licet missus in ferventis olei dolium, mortuus non fuerit, nihilominus quia & voluntarie se morti obrulit in testimonium fidei; & causa illa de se sufficiens erat ad mortem inferendam, nisi miraculo-

se impedita fuisset: id satis est, ut appelletur Martyr, quemadmodum docet Sanctus Bernardus in sermone de Innocentibus, quena laudat Benedictus XIV. Epist. de Canonizat. Infant. pro Chr. occis. incip. B. Andreas de Pago, §. 15. Id ipsum docet Suarez to. 2. in 3. par. disp. 55. Sect. 3. prope fin. La-Croix 1. 6. par. 1. qu. 42. §. 1. num. 230. Cavaler. comment. in Decr. S. R. C. to. 1. c. 4. in d. 5. nu. 34. & 35. Quod etiam satis est, ut dicatur, Joannes bibisse Calicem Christi: juxta verbum Domini ad eum & fratrem ipsius Matth. 20. 23. *Calicem quidem meum bibetis*: ut docet Hieronymus in laudatum locum Matthaei; quibus verbis praedixit eos Martyrium subiuros. Addit etiam ex Euthym. Suarez 1. cit. Calicem Domini bibisse dicendum insuper illum esse, qui exilia, flagella, aliaque familia propter Dominum passus fuerit, & sic certas usque ad mortem perseveraverit: quamvis violenter mortuus non fuerit; & haec item omnia cum magna perfectione, & dignitate in Sancto Joanne Evangelista reperiri. Sanctum Joannem vero in pace quievisse, habemus ex actis vitaे ejus. Vid. Ribaden. 27. Decemb. in Vita Laudati Sancti. Videri etiam possunt dicenda 11. Novembr. art. 2. nu. 3. & D. Th. ibidem a nobis laudatus.

C A P U T VII.

N O T A N D A VII. M A J I.

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*Art. II. *De Missa.*

ARTICULUS I.

De Horis Canoniciis.

¹ IN Calend. Rom. S. Stanislai Ep. & M. dupl. S. R. C. 10. Martii 1736. annuente Clemente XII. 13. ejusdem mensis, & anni, apud Merat. hic. Lection. 1. Noct. de Script. occurrit. 2. Noct. propri. 3. Noct. de communi M. M. tempor. Pasch. 1. loco. Orat. propri. reliqua de communi un. M. temp. Pasch. Vesp. de sequ. Festo Apparitionis S. Michaelis Archangeli dupl. maj. ut in propri. & fit Commemor. præcedentis.

² Si autem hodie sit dies Octava Ascensionis, 2. Vesper. de Octava Ascens. & sola Commemoratio fiet de prædicto sequenti Festo Apparitionis S. Michaelis. Vid. dicenda tr. 2. in Fer. V. in Octava Ascensionis Sect. 1.

ARTICULUS II.

De Missa.

IN Festo S. Stanislai Ep. & M. 3 dupl. Missa de communi un. M. P. temp. Pasch. Orat. propri. Color param. rub.

In assignatione Missa, & Evangeliorum, quæ debentur extra tempus Paschale S. S. Martyribus Stanislao Pontifici, Petro, & S. S. Nereo, & Acbilleo, servanda sunt Rubricæ generales. S. R. C. 18. Septembr. 1666. in Romana, apud Merat. Ind. Decr. Miss. n. 427. Vide dicenda tr. 2. lib. 6. par. 1. c. 1. n. 8. & c. 2. n. 3.

C A-

C A P U T V I I I .

N O T A N D A V I I I . M A J I .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I V .

Art. I. *An Festum Apparitionis S. Michaelis Archangeli sit ex præc. servand. in foro?*

Art. II. *De Horis Canonicas.*

Art. III. *De Missa.*

Art. IV. *De Indulgentiis.*

A R T I C U L U S I .

An Festum Apparitionis S. Michaelis Archangeli sit ex præc. servand. in foro?

1 *FESTUM Apparitionis S. Michaelis Archangeli in Monte Gargano nequaquam est sub præcepto universali servandum in foro, quia nullo communi jure, vel consuetudine universalis præcipitur.* Vid. Suar. de Relig. tom. I. tr. 2. lib. 2. cap. 9. num. 6.

2 *Qu. Cur Festum Dedicationis S. Michaelis Archangeli die 29. Septemb. sub præcepto Universali servetur: hoc autem Apparitionis ejusdem non ita?*

R. Suarez loco cit. ait: causam esse potuisse, quod illud institutum fuerit in honorem omnium Angelorum, & ut præcipuum Festum etiam ipsius Archangeli Michaelis; hoc autem peculiariter videatur institutum in honorem Michaelis Archangeli, occasione Apparitionis ejus in Monte Gargano, & non ut præcipuum Laudati Archangeli Festum; ita Suarez. Sed dicendum est: hoc Festum æque ac illud die 29. Septembriis celebratum, institutum es-

se in honorem omnium Angelorum: Etsi primario in honorem S. Michaelis, ratione Apparitionis ejusdem: quemadmodum illud ratione Dedicationis Ecclesiæ: ut constat ex Octava benedictione; In hoc enim Festo æque ac in illo dicitur: *Quorum Festum colimus: quæ est benedictio per Rubricas præscripta, quoties Officium fit de pluribus; & adnotata etiam fuit in Festis ipsis Apparitionis, nec non Dedicationis S. Michaelis Archangeli, ne ex nomenclatura Sancti Michaelis, quam assequuntur, deciperetur Clerus, eadem reputans instituta in ejusdem dumtaxat honorem: ut animadverbit Caval. to. 2. par. 2. c. 34 in Decr. 7. ubi etiam notat, in Sexta Lectione Festi hujus Apparitionis legi: eoque indicio demonstrasse, velle ibi cultum Deo in sui & Angelorum memoriam adhiberi. Quemadmodum & in Dedicatione: Quo die, etiam omnium Angelorum memoriam Ecclesia celebrat. Quæ, uti & Collecta eorumdem Festerum, in qua aperte imploratur cunctorum Patronum Angelorum, abunde ostendunt, ait Cavalierius, in iisdem Festis aliorum etiam Angelorum memoriam recoli. Hoc igitur Festum Appa-*

22 Tr. I. Lib. III. Pars II. Not. Mens. Majo.

Apparitionis Sancti Michaelis, æque ac illud Dedicationis, institutum est in honorem omnium Angelorum, etsi primario Michaelis ipsius Principis Angelorum.

Non est autem constitutum sub præcepto, quemadmodum illud, eo quod Ecclesia non consuevit de iisdem Sanctis sub præcepto Universali celebrare Festa plura, ob rationes, quæ videri possunt in Constitutione Urbani VIII. incip. *Universa*, an. 1642. de celebrat. Festor. Excepta Santissima Dei Genitrice; ob peculiares rationes, quas expli- eabimus 8. Decembr. art. 1. a nu. 3. Constitutum vero fuit sub præcepto illud Dedicationis potius, quam hoc Apparitionis, proculdubio quia Festum Dedicationis visum merito fuit excellentius Festo Apparitionis: atque adeo congruum fuit, potius illud, quam hoc universaliter Ecclesiastico decorare præcepto. Plurimi autem aliarum ejusdem laudati Archangeli Michaelis Apparitionum in diversis Orbis partibus memoria celebrari, traditur in Lect. prima Secundi Nocturni Festivitatis hujus, indicatque Baronius in not. Martyrolog. sub hac die. Nam, ut idem Baroarius optime observat ibidem: Dominus, qui Sanctum Michaelem Archangelum Patronum, atque Protectorem Ecclesie universalis instituit, eundem virtute miraculorum voluit innotescere.

ARTICULUS II.

De Horis Canonicis.

3 **T**N Calend. Rom. Apparitionis S. Michaelis Archangeli in Monte Gargano dupl. maj. ex Breviar. in

duab. tabell. excerpt. ex Rubr. gener. Brev. Omnia ut in propri. & ut 29. Septembr. in Festo Dedicationis ejusdem S. Michaelis, ritus tamen Paschali. Si hoc Festum occurrit in Dominica, vel Feria II. Rogat. convenit, ut nona Lectio conjugatur Octava, quia in illa de SS. Angelis agitur. Gavant. in Rubr. Brev. Sect. 7. c. 7. ad diens 8. Maji.

Secundæ Vesp. de eodem Festo, ut in propri. & fit Commemor. sequentis Festi S. Gregorii Nazianzeni Ep. & Confess. dupl. min. Antiphona *O Doctor*. Or. de communione Doctorum.

Si Festum Apparitionis S. Michaelis transferatur extra tempus Paschale, tunc præter Lectiores 2. & 3. Noct. quæ erunt ut hodie, reliqua dicantur omniō ut 29. Septembribus.

ARTICULUS III.

De Missa.

TN Festo Apparitionis S. Michaelis Archangeli in Monte Gargano dupl. maj. Missa ut in propri. *Credo*. Rubr. gen. Missal. tit. II. oblationem assignandam 29. Septembribus art. 3. Inclinetur caput ad Nomen S. Michaelis Archangeli post Epistolam, & in Postcommun. nominatum; & similiter in Missa solemní ad benedictionem incensi, in Oratione: *Per intercessionem Beati Michaelis Archangeli*: ex Rubr. Missale rit. celebr. tit. 5. n. 2. Non est autem opus inclinare caput profundius ad Nomen ejusdem recitatum in formula Confessionis generalis: quia tunc Celebrans iam sufficenter est

est inclinatus. Vid. dicta 18. Januarii artic. 2.

6 Color. param. alb. ex Rubr. gener. Miss. tit. 18. n. 2. ab rationem assignandam 29. Septembris num. 6.

7 Si hoc Festum transferatur extra tempus Paschale, dicatur Missa ut 29. Septembr.

ARTICULUS IV.

De Indulgentiis.

¶ Festo Apparitionis S. Michaelis Archangeli in Monte Gargano Ind. plen. in Ecclesiis Patrum Discalceatorum, & Monialium Ordinis S. Mariæ de Mercede. Clem. X. Constit. 149. p. 252. §. 7. Plaz. hod.

C A P U T I X.

N O T A N D A I X. M A J I.

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

ARTICULUS I.

De Horis Canonicis.

¶ Calend. Rom. S. Gregorii Nazianzeni Episc. & Confess. dupl. Le&t. 1. No&t. de Script. occurr. 2. No&t. propr. 3. No&t. & Orat. de comm. Doctor. reliqua de communi Conf. Pont. 2. Vesp. de eodera Festo, Antiph. ad Magnificat: O Doctor: & fit Cominem. sequ. Festi S. Antonini Episc. & Conf. semid. de communi Conf. P. Orat. propr.

Deinde Comm. sequentis Festi simplicis, hoc est S. S. Gordiani, & Epimachi Martyrum, de communi M. M. temp. Pasch. Or. propr.

ARTICULUS II.

De Missa.

¶ Festo S. Gregorii Nazianz. Ep. 2 & Conf. dupl. Missa de communi Doct. Epist. ut ibi 2. loco. Dicitur Credo. Rubr. gen. Miss. tit. 11. Col. param. alb.

C A.

C A P U T X.

N O T A N D A X M A J I.

EXPLICANTUR ARTICULIS III.

Art. I. *De Horis Canonicis.*Art. II. *De Missa.*Art. III. *De Indulgencijis.*

ARTICULUS I.

De Horis Canonicis.

Non Calend. Rom. S. Antonini Ep. & Conf. semid. de præcepto S. R. C. 2. April. 1707. approbante Clemente XI. die 16. ejusdem mensis, & anni: apud Merat. hic. Letion. 1. Noct. de Script. occurrit. 2. Noct. propri. 3. Noct. de commun. Conf. Pont. 1. loco. 9. leđ. S. S. M. M. Gordiani, & Epimachi: reliqua de eom. Conf. P. Or. propri. In hymno *Iste Confessor*, mutatur tertius versus. In laud. fit Commemor. S. S. M. M. de comm. M. M. tempor. Pasch. Orat. propri. & 2 Commem. de Cruce ut temp. Pasch. 2. Vesp. de eodem Festo, & Commem. de Cruc. ut temp. Paschali.

Quæsitum fuit a S. R. C. declarari: cum in Provincia Polona, & Lithuania ob occursum perpetuum cum Festo S. Stanislai Episcopi Martyris Patroni Principalis, ex die 8. Maji Officium Apparitionis Sancti Michaelis Archangeli translatum in diem X. Maji tamquam propriam recitaretur: utrum postquam Sacra Rituum Congregatio Officio S. Antonini de præcepto semiduplici assignaverit pro universa Ecclesia diem

eamdem decimam Maji, deberet cedere Officium Apparitionis S. Michaelis Archangeli, ad uniformitatem, Officio S. Antonini? Et responsum fuit: Officium jam translatum Apparitionis S. Michaelis Archangeli ob occursum Festi S. Stanislai Episcopi, & Mart. quod in Polonia sub ritu duplice primæ classis celebratur, & perpetuo assignatum die X. Maji, non erit ulterius amovendum propter Officium S. Antonini Episcopi, & Confessoris eo die in Ecclesia universalis celebrandum: sed firmo remanente Officio Apparitionis, illud S. Antonini transferatur in primam diem non impeditam. S. R. C. 29. Januar. 1752. in una Ordin. Carmelit. Excalceat. Provinc. Polon. ad 4. dub. apud Caval. tom. 5. in 3 Collect. recentior. decr. Videri possunt dicenda in Appendice ad calcem Diarii c. 1. §. 2. n. 19.

Alicubi hodie recitatur de S. S. M. M. Alphio, Philadelphio, & Cyrino sub ritu dupl. Si autem huiusmodi Officium transferatur post tempus Paschale, illud erit de communi M. M. extra tempus Paschale, & IX. Resp. *Hæc est vera fraternitas.* Videri possunt dicta 15. Februari. n. 2.

A R.

ARTICULUS II.

De Missis.

¶ **F**esto S. Antonini Ep. & Conf.
¶ M. semid. Missa *Statuit*, de comm.
Conf. P. i. loco Or. propr. & fit
Commem. S. S. M. M. Gordiani,
& Epimachi, 3. Or. de B. V. Con-
sede nos. Nisi sit infra O&e. Ascens.
Col. param. alb.

ARTICULUS III.

De Indulgentiis.

¶ **F**esto S. Antonini Ep. Confess.
¶ Ordinis Prædicatorum Ind. Plen.
in qualibet Ecclesia ejusd. Ordinis
Paul. V. Constit. 84. pag. 72. to.
3. Bullar. ejusdem Ordinis. Plaz
hod.

C A P U T XI.

N O T A N D A XI. M A J I.

ARTICULUS UNICUS.

De Horis Canonicis.

¶ **C**alend. Rom. Vespa. de sequ.
¶ Festo Sanctorum Nerei, Achil-

lei, & Domitillæ Virg. atque Par-
cratii M. M. semid. de comm. M.
M. temp. Pasch. Orat. propr. &
Comm. de Cruce ut temp. Pasch.



C A P U T X I I.

N O T A N D A X I I . M . A . J . I .

EXPLICANTUR ARTICULUS II.

Art. I. De Horis Canoniciis,
Art. II. De Missa.

ARTICULUS I.

De Horis Canoniciis,

I N Calend. Rom. S.S. M.M. Nerei & rei, Achillei, Domitillæ, atque Pancratii, semid. lect. 1. Noct. de Script. occar. 2. Et 3. Noct. & Or. propr. reliqua de Com. M. M. temp. Pasch. & in Laud. fit Commem. de Cruce ut temp. Pasch.

Si hoc Festum occurrat in Peria H. Rogationum, congruit legere nonam lectionem cum Octava: in ea enim agitur de his Sanctis; ita Gavantus in Rubr. Brev. Sect. 7. c. 7. ad diem 12. Maii, Ex eadem ratione idem dico pro casu, quo occurrat in Vigil. Ascensionis; aut si legenda sit 9. lectio de Sancto Simplici, ut accideret, si hoc Festum transferretur in diem 14. Maii, in qua legenda erit 9. lectio de S. Bonifacio M. Mera antea congruentia est: obligatio nulla,

2 Si hoc Festum celebretur extra tempus Paschale, videantur dicenda tr. 2. lib. 6. par. 1. c. 1. num. 8. Hic tantum specialiter animadversendum occurrit, in eo casu VIII. Responsorium: *Hec est vera fraternitas: esse dicendum post Octavam lect. ex Guyeti, & Cavalieri sententia 10. 2. c. 3. in d. 24. nu. 5.*

quia & S. S. Fratribus Nero, & Achilleo potissimum agitur in Officio. Vide dicta 15. Febr. art. 1. num. 2.

Nota hic, quod animadvertisit 3 Gavantus in Concordia Martyrol. cum Brev. Joco a nobis cit. 19. Januar. num. 11. ubi hæc habet: Videbantur hæc contraria: In Martyrologio: pridie hujus diei Corpora S. S. Neri &c. fuere translata; in Breviario legitur: Hac die. Exposita Martyrologium, quod in primis Vesperis Festi, (& revera ita factum est:) quæ primæ Vespere attinent ad hanc diem Festi, more Ecclesiastico. (Confer dicta l. 1. cap. 1. art. 1. nu. 8.) Præterea hac die condita sunt corpora, quæ pridie fuerant translata: & hic est sensus verborum Breviarii. Hæc Gav.

ARTICULUS II.

De Missa.

IN Festo S. S. M. M. Nerei &c. 4 A semid. Missa propr. 2. Or. Concede nos. 3. Ecclesæ, vel pro P. Col. param. rub.

In assignatione Missæ, & Evangeliorum, quæ debentur extra tempus Paschale S. S. Martyribus Stanislao Pontifici, Petro, & S. S. Nero, & Achil-

Achilleo, servande sunt Rubricæ generales. S. R. C. 18. Septembr. 1066. in Romana. Apud Merat. ind. Decr. Missæ n. 427. Nimis ex Gavantonio in Rubr. Brev. Sect. 7. c. 7. ad diem 12. Maii, si Festum horum Sanctorum celebretur extra temp. Pasch. Missa dicetur cum Orationibus & Evang. propriis, reliqua ut in communi extra temp. Pasch. In quodam Diocesia autem ad recitand. Divin. Offic. in Dieceſi Panormi-

tana, Missa hujus Festi extra tempus Paschale sit ordinabatur. Missa propr. demptis Alleluia. Sed Epist. Offertorium, & Communio ex Missa Sapientiam. de communि M. M. extra temp. Pasch. 2. loco. Graduale ex Missa Festi S. S. M. M. Getvasii, & Protaſii 19. Junii. 2. Or. A Cunctis. 3 ad libitum. Ita ibi. Videantur dicenda tr. 2. l. 6. par. L. cap. I. num. 8. & cap. 2. num. 3.

C A P U T X I I I .

N O T A N D A X I I I . M A J I .

ARTICULUS UNICUS.

De Horis Canoniciis.

IN Calend. Rom. in Vesp. Ps. de Feria; a Capitu. fit de sequen-

ti Festo simplici S. Bonifacii M. de communि tun. M. temp. Pasch. Or. propr. & fit Communio Crucis ut temp. Pasch.



C A P U T X I V.

N O T A N D A X I V. M A J I.

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

ARTICULUS I.

De Horis Canonicis.

I N Calend. Rom. S. Bonifacii M.
A. simpl. Nocturn. Feria 1. lect. de
Script. occur. 2. & 3. lect. & Orat.
propr. reliqua de comm. un. M.
temp. Pasch. & fit Commem. de Cru-
ce ut temp. Pasch.

ARTICULUS II.

De Missa.

I N Festo S. Bonifacii Mart. simpl. **2**
Missa de comm. un. M. temp.
Pasch. Or. propr. Seqr. & Postcom-
mun. ut ibi pro uno M. non P. 2.
loco. Col. param. sub.

C A P U T X V.

N O T A N D A X V. M A J I.

ARTICULUS UNICUS.

De Horis Canonicis.

mid. de comm. Conf. P. Or. propr.
& fit Commem. Crucis ut temp.
Pasch.

I N Calend. Rom. Vesp. de sequ.
A Festo S. Ubaldi Ep. & Conf. fe-

C A-

C A P U T X V I .

N O T A N D A X V I . M A J I :

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. De Horis Canonicis.

Art. II. De Missa.

ARTICULUS I.

De Horis Canonicis.

- 1 **¶** Calend. Rom. S. Ubaldi Ep. & Conf. semid lect. 1. Noct. de Script. occur. 2. Noctur. propri. 3. Noct. de com. C. P. 1. loco, reliqua ut in eodem communis, Or. propri.
- 2 **¶** Alicubi concessum est hodie (vel die sequenti, ut pro statu Eccl. concessit Clem. XIII. 20. April. 1763.) recitare Officium S. Joan. Nepomuceni M.

Quo ad hoc Officium notandum est, quod in tertio nocturno pro Fe-
ro S. Joannis Nepomuceni tam intra,
quam extra tempus Paschale semper
dicatur Evangelium: Nihil est oper-
tum, cum sua Homilia. S. R. C.
5. Maij 1736. in Einfalen. Apud
Caval. to. 2. par. 2. c. 34. d. 19.
Licit Martyres intra tempus Pas-
chale mutent Commune; non privan-
tur tamen iis partibus Officij, quas

forte extra Pasch. habeant proprias,
vel tamquam proprias, de commu-
ni assignatas, ut suo loco notabi-
mus tr. 2. l. 6. par. 1. c. 1. n. 3.
& c. 2. num. 3. Jam vero Evang.
Nil est opertum designatum est ut
proprium Sandro Joanni Nepomu-
ceno.

ARTICULUS II.

De Missa.

¶ Festo S. Ubaldi Ep. & Conf. 3
semid. Missa Statuit, de com-
muni Conf. P. 1. loc. prima Orat.
autem propria. 2. Or. de B. V. Con-
cede. 3. Ecclesiae, vel pro Papa. Col-
param alb.

Ubi dicitur Missa de S. Jo. Ne-
ponuc. sive extra, sive infra Pascha-
le tempus, legendum est Evangelium:
Nil est opertum: de communione
M. non P. 2. loco juxta Decretum
S. C. R. art. præc. allegat.

C A-

C A P U T X V I I .

N O T A N D A X V I I . M A J I .

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Indulgencie.*

ARTICULUS I.

De Horis Canonicis.

I TIN Cal. Rom. Vesp. de seq. Festo
S. Venantii M. dupl. hymn. &
Or. propr. reliqua de communione
M. temp. Pasch. vel extra temp.
Pasch. pro qualitate tempor. ultima
tamen hymni proprii stropha non
mutatur, quia est propria. Confer
dicenda tr. 2. l. 5. parte 3. in ejus
1. par. num. 6.

ARTICULUS II.

De Indulgencie.

IN Festo S. Paschalis de Abbatore a
Ordinis S. Francisci Ind. Picinari
in Ecclesiis Patrum Cappuccinorum.
Clemens XI. Constit. iou. pag. 347.
to. 10. p. 1. Plan. bod.

C A P U T X V I I I .

N O T A N D A X V I I I . M A J I .

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

ARTICULUS I.

De Horis Canonicis.

O FFICIUM S. Venantii M. haec
nun semid. nunc duplex de præ-
cepto ex Clemente XIV. 23. Julii
1774. lect. 1. Noct. de Script. oc-
cur. 2. Noct. propr. 3. Noct. Ego
sum vitis vera, ut in communi M.

M. temp. Pasch. 1. loco. At extra
tempus Pasch. Si quis venit ad me,
ut in communione. M. extra temp.
Pasch. 1. loco. Hymn. ad Matut.
propr. *Athleta Christi.*

Quod si in 1. Vesp. non fuerit
recitatus hymnus Vesperarum pro-
prius: *Martyr Dei*: tunc hujusmodi
hymnus dicatur ad Matutinum, ei-
que adnectatur hymnus: *Athleta Christi*,

si, sub una conclusione: Sit laus Patri, (que scripte non mutantur tempore Paschali, & infra Octavam Ascensionis: quia est propria.) Ut integra secundum ordinem legatur historia, processus est in dicto calvo ex duabus hymnis unus fieri. Quod si Festum S. Venantii transferri contingeret ad aliquam diem, in qua integras haberet secundas Vesperas: patet Cavalerius tom. 2. par. 2. c. 39. in d. 4. nu. 2. hymnos praedictos non necessario esse jungendos: sed hymnum primarum Vesperarum dici posse ad Matutinum, hymnum Matutini ad Laudes, & hymnum Laudum in 2. Vesperis. Vid. dicta 30. Januar. art. I.

In Vesp. a capit. de sequ. Festo S. Petri Cœlestini P. & Conf. dupl. de communai Conf. P. Or. propr. (in qua non est tacendum by Cœlestinum: vide dicta 2. April. n. 2.) & Commemor. praecedentis dupl. ac sequentis simplicis, hoc est, S. Pudentianæ Virg. de communi V. Or. Exaudi, ut ibi.

ARTICULUS II.

De Missa.

FESTO S. VENANTI MARCHI dupl. 2
Missa ut in propr. Col. param.
nab.

C A P U T X I X.

N O T A N D A X I X. M A J I.

EXPLICANTUR ARTICULIS III.

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De Indulgencie.*

ARTICULUS I.

De Horis Canonicis.

Calend. Regini S. Petri Cœlestini P. & Conf. dupl. lect. 1. **Noctur.** de Script. eccl. a. 8. 3. **Noct.** propr. g. lect. S. Pudentianæ V. reliqua de totius anni Conf. P. Or. propr. & in Laud. Commem. S. Pudentianæ V. Or. Exaudi, ut in com. Virg. 2. Vesp. de eodem Festo S. Petri Cœlestini, Antiph. ad Magnif. *Dum esset Summus P. Com-*

mem. sequentis Festi S. Bernardini Conf. semid. de eom. Conf. non P. Or. propr.

ARTICULUS II.

De Missa.

FESTO S. PETRI COELESTINI P. & 2
Conf. dupl. *Missa statuir*, de totius anni Conf. P. i. loco, sed E-vangel. *Exce nos reliquimus omnia;* ut in Missa *Or. justi*, de communi Ab. Or. propr. & fit Comm. S. Pudentia-

tianæ V. ut in Missa *Vultum tuum*,
de communi Virg. tantum 2. loco,
& inde sumatur etiam Secreta, &
Postcommunio. Col. param. alb.

ARTICULUS III.

De Indulgentiis.

TN Festo S. Petri Cœlestini P. In- 3
dulg. Plen. in Ecclesia Monacho-
rum Cœlestinorum. Innoc. XI. Con-
stit. 108. pag. 237. t. 8. Plaz. hod.

C A P U T X X.

N O T A N D A X X. M A J . I.

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I I .

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De Indulgentiis.*

ARTICULUS I.

De Horis Canonicis.

TN Calend. Rom. S. Bernardini Se-
nensis Conf. semid. lect. 1. Noct.
de Script. occur. 2. Noct. propr. 3.
Noct. de communi Ab. Or. propr.
reliqua de communi Conf. non P.
Si fuerit temp. Pasch. fit Comm.
de Cruce. 2. Vesp. de eodem Festo.

Sed in tota Italia, & Insulis ad-
jacentibus, si hodie non fuerit Sab-
batum, in 2. Vesp. a cap. de sequ.
Festo S. Felicis a Cantalicio Conf.
semid. de communi Conf. non P.
Or. propr. In hymno *Iste Confessor*,
mutatur tertius versus, fit Comm.
præced. & si fuerit temp. Pasch. fit
Comm. de Cruce ut temp. Pasch.

In Dominio Veneto de S. Felice
recitatur sub ritu dupl.

ARTICULUS II.

De Missa.

TN Festo S. Bernardini Senensis Conf. 2
semid. Missa *Os justi*, de com-
muni Conf. non P. sed Ev. ex Mis-
sa de communi Ab. *Ecce nos reli-
quimus omnia*. Or. propr. 2. & 3.
Or. de tempore. Col. param. alb.

ARTICULUS III.

De Indulgentiis.

TN Festo S. Bernardini Senensis Or- 3
dinis Minorum S. Francisci Ind.
Plen. in Ecclesiis Fratrum Minorum
Conventualium, & de Observantia,
& Cappuccinorum. Innoc. XI. Con-
stit. 90. pag. 148. t. 8. Plaz. hod.

C A-

C A P U T X X I.

N O T A N D A X X I. M A J I.

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

ARTICULUS I.

De Horis Canoniciis.

1 VN tota Italia , & Insulis adjacenteibus hodie recitandum de S. Felice a Cantalicio Conf. semid. ex Decr. S. C. R. 21. Martii 1739. apud Merat. hic. lect. 1. Noctur. de Script. occur. 2. & 3. Noct. & Orat. propr. reliqua de communi Conf. non Pontif. Si fuerit temp. Pasch. fit Commemor. de Cruce ut temp. Pasch. In hymno *Iste Confessor* mutatur tertius versus . 2. Vesp. de eodem Festo , & fit Com. Cruc. ut temp. Paschi. si fuerit temp. Pasch.

In Dominio Veneto celebratur sub ritu dupl.

2 Nota hic : Caval. tom. 1. c. 12. in d. 3. nu. 11. docere : quod sicut Officia particularia , si deinde extendantur ad universalem Ecclesiam , debent recitari in die , in qua recitantur in Ecclesia universalis ; ita similiter , quando extendantur ad universaliora loca , intra quorum confinia præcedens Indultarium situm est ; de qua re nos agemus in Append. c. 1. §. 2. n. 22. & ponit Caval. ibi hoc exemplum (*sit exemplum : S. Felix a Cantalicio sub ritu dupli concessus fuit toti Dominio Veneto pridie 18. Maii : deinde pro die 21. ejusdem mensis sub ritu semiduplici ad totam Italiam cum Lectionibus , Oratione , & TQM. III.*)

Missa propriis , differentibus a præcedenter approbatis pro præfato Dominio , extensus fuit ; hoc in casu Dominium Venetum non amplius tueri se potest antiquo suo Indulso ad sustinendam diem , & qualitatem Officij , sed debet cum reliquo Italie Clero se conformare : a similibus enim ad similia procedendum est , ac de aliis similibus judicandum ex l. non possunt , & l. nam ut ait. ff. de legib. Dominium enim Venetum est intra in Italiam , adeoque comprehensum in posteriori Indulso , ab hoc quoque adstrictum , sicuti particularia quælibet loca censentur teneri Indultis pro tota Ecclesia , vel Orbe emanatis , quia sunt pars ipsius Ecclesiae , & Orbis . Potest tamen dictum Dominium servare ritum duplicem sibi particulariter indulsum , & portio ea ejusdem Domini , quæ extra Italiam est , a tenore antiqui privilegii non potest abscedere , nuptio cui posterius non suffragatur . Et quidem cum Officia aliqua ut supra extenduntur , ut plurimum assolent reddi castigatoria , & emendatoria , ut re ipsa factum fuit in præfato Officio S. Felicis &c.

ARTICULUS II.

De Missa.

1 VN Festo S. Felicis a Cantalicio Conf. 3. Missa propr. ubi sub rit. semid. diciuntur 2. & 3. Or. de temp. Col. par. alb.

E C A.

C A P U T X X I I .

N O T A N D A XXIV. M A J I .

ARTICULUS UNICUS.

*De Horis Canonicis.*IN Calend. Rom. Vesp. de seq.
I Festo S. Gregorii VII. P. &Conf. dupl. de communi Conf. P.
Or. propr. & fit Commem. seq. Fe-
sti simplicis , hoc est S. Urbani P.
& M. de communi pro qualitate
temp. Or. propr.

C A P U T X X I I I .

N O T A N D A XXV. M A J I .

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canonicis.*Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canonicis.

OFFICIUM S. Gregorii VII. Papæ,
& Confessoris eum lectionibus
2. Noct. & Oratione propriis ab o-
mnibus , qui ad horas Canonicas
tenantur die 25. Maji sub ritu du-
plici recitari , & Missam respective
celebrari , atque in Missali , ac Bre-
viario Romano apponi , mandavit
Benedictus XIII. 25. Septembr. 1728.
apud Merat. hic . Festum vero S.
Mariæ Magdalene de Pazzis , cui
hodiernam diem assignaverat , tran-
stulit ad diem vigesimam septimam
hujus ; ut ibi dicemus .

Itaque in Calend. Rom. S. Gre-
gorii VII. P. & Conf. dupl. lect.
1. Noct. de Script. occur. 2. Noct.
propr. 3. Noct. Vigilate , de com-

Conf. P. 2. loco , 9. lect. S. Urba-
ni P. & M. In Laud. Commemor.
S. Urbani P. & M. de communi
pro qualitate temporis Orat. propr.
In 2. Vesp. a Capit. de sequ. Fe-
sto S. Philippi Nerii Conf. dupl. de
communi Conf. non P. Orat. prop.
Commem. præc. Antiph. *Dum esset*
Suumus Pontifex , & Commem. se-
quentis Festi simplicis , hoc est S.
Eleutherii P. & M. de communi
pro qualitate temp. Orat. *Infirmata-tem* , ut in comm. un. M. P. i.
loco .

A R.

A R T I C U L U S II.

De Missa.

2 **VN** Festo S. Gregorii VII. P. &
Conf. dupl. *Missa Statuit*, de

com. Conf. P. 1. loco sed Ev. *Vigilare ex Missa Sacerdotes tui*: Ut
in eodem communi 2. loco. Orat.
propr. & fit Commem. S. Urbani
P. & M. ut in propr. Cot. param.
alb.

C A P U T X X I V.

N O T A N D A XXVI. M A J I.

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S II.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I.

De Horis Canoniciis.

1 **VN** Calend. Rom. S. Philippi Neri Conf. dupl. min. lect. 1. Noct. de Scriptur. occurrente. 2. Noctur. propr. 3. Noct. de communi Conf. non Pontif. 1. loco. 9. lect. S. Eleutherii P. & M. reliqua de communi Conf. non Pontif. Or. propr. In Laudib. Commemorat. S. Eleutherii P. & M. de communi pro qualitate temporis. Or. *Infirmitatem*, ut in communi un. M. P. 1. loco. In 2. Vesp. Commemor. sequentis Festi S. Mariæ Magdalenæ de Paz. Virg. semid. de communi Virg. Or. propr. & Commemor. sequentis Festi simplicis S. Joannis P. & M. de communi pro qualitate temporis, Or. *Deus, qui nos*, ex communi un. M. P. 2. loco.

In Italia vero, & Insulis adjacentibus tantum, ubi Festum S. Mariæ Magdalenæ de Paz. est dupl. hodie in 2. Vesp. a capit. de sequ. Festo laudatae S. Virginis, omnia

de communi Virg. Or. propr. cum Commemorationibus præcedentis Festi dupl. & simplicis ut supra.

Observat Caval. to. 2. c. 13. in 2 Decr. 5. nu. 2. Festum S. Philippi Neri etiam Romæ nonnisi sub ritu dupl. min. celebrati, licet ibi sit de præcepto quo ad forum. Et n. 3. animadvertisit: in 2. Vesp. etiam Romæ dividere Vesperas cum sequenti duplice minori. Et num. 5. ibidem, legi lectiones de Scriptura occur. in 1. Noct. Porro *Festa duplicitia, quæ coluntur a Populo de præcepto, retinent eundem ritum, quem alias haberent seclusa qualitate præcepti, nec sunt idcirco duplicitia majora*; unde *qualitas Festivitatis non est ratio, quod Vesperæ dicantur integræ de tali Festo: nisi hoc Festum fruatur simul qualitate vel majoris dignitatis, vel altioris ritus*. S. R. C. 2. Septembr. 1741. apud Caval. tom. 2. c. 28. d. 5. qui notat, id ipsum concedendum esse, si fruatur qualitate majoris solempnitatis. Profecto *Festa per annum duplicita, quæ solem-*

E 2 niter

35. Tr. I. Lib. III. Pars II. Not. Mens. Mayo.

ritus celebrantur a Choro , & in populo sunt de præcepto , in concurrentia cum æqualibus quo ad ritum , & dignitatem , possunt habere integras vesperas ad sensum Rubricæ XI. Brew. Rom. num. 2. S. R. C. 22. Aug. 1744. in Cracoviensi apud Caval. to. 2. in append. ad C. 28. d. 3. Sed etiam præcisa ratione Festivitatis de præcepto , solam rationem pompæ solemnioris sufficere in Ecclesia , ubi sic celebretur , ad usurandas integras Vespertas in paritate ritus , & dignitatis : docuimus 14. Januar. art. 1. num. 20. Secus vero præcisa tali pompa solemniori , ut jam diximus . Rationem vero solius etiam pompæ solemnioris sufficere , diximus , in Ecclesia , ubi sic celebretur : Quia laudata eadem S. C. in eadem Cracovien. eodem die , & anno declaravit , quod Usus celebrandi quamplura Festa sub ritu duplicis majoris ex eo , quia sunt celebria in populo , ut est in Cracoviensi , sustineri non potest . Apud Caval. to. 2. in append. ad C. 28. d. 2. Vid. dicta 14. Januar. nu. 21. & 22. ubi etiam alterum Decretum S. C. R. in una Polona allegavimus . Privilegium vero , quo fruuntur Festa de præcepto in foro in concurrentia aliorum Festorum , quæ non sint de præcepto ; Vide in Appendix ad calcem Diarii c. 7. n. 44.

Nota hic : de S. Eleutherio Pa- 3 pa fieri tamquam de Martyre ; In lectione tamen , quæ de eodem habetur , nulla mentio fit de ipsius martyrio , immo potius posset colligi contrarium . Sed in omnibus antiquis Martyrologiis Martyr appellatur ; licet hujusmodi nomen commune fuerit illis , qui aliquod tormentum pro Christi fide pertulerint , et si in tormentis , seu ex tormentis nequaquam obierint ; ac Baronius ad an. Christi 194. scribat ; omnino incertum esse : an morte occubuerit violenta ? Videri possunt dicenda 11. Nov. n. 3.

A R T I C U L U S II.

De Missa.

IN Festo S. Philippi Nerii Confes. 4 & dupl. Missa prop. Commemor. S. Eleutherii P. & M. ut in Missa Statuit de communi un. M. P. 1. loco. Col. param. alb.

Si occurrat Dom. 1. post Pentec. pro Commemoratione S. Eleutherii Oratio secreta sumatur ex Missa un. M. P. 2. loco. , quoniam illa de 1. loco est similis secretæ Dominicæ prædictæ : quo casu facienda est variatio , juxta Rubr. gen. Miss. tit. 7. nu. 8. Confer dicenda 23. Julii num. 2.

C A.

C A P U T X X V.

N O T A N D A XXVII. M A J I.

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canonicas.*Art. II. *De Missa.*

ARTICULUS I.

De Horis Canonicas.

OFFICIUM S. Mariæ Magdalenaæ de Pazzis alias sub ritu semi-duplici pro Ecclesia universalis die 21. Maji recitari concessum, in posterum ab omnibus utriusque sexus Christi fidelibus existentibus in tota Italia, & Insulis adjacentibus, qui ad horas Canonicas tenentur, sub ritu duplice recitari posse, & deberre concessit Benedictus P. XIII. 28. Januar. 1728. apud Merat. hic. & Caval. to. 2. c. 43. d. 15. Cui tamen Officio assignata fuit dies hæc 27. Maji, quia die 25. ejusdem mensis recitari debet in perpetuum Officium S. Gregorii P. VII. sub ritu dupl. min. universaliter ex eodem Benedicto XIII. Ut sub die praedicta notavimus. Videri potest Cavaler. loc. cit. num. 1. & tom. 1. cap. 9. d. 2. & cap. 12. in d. 2. n. 7. fine

Itaque in Calend. Rom. S. Mariæ Magdalenaæ de Pazzis Virginis semid. sed in Italia, Insulisque adjacentibus dupl. lect. 1. Noct. de Script. occur. 2. Noct. propr. 3. Noct. de comm. Virg. 1. loco 9. lect. S. Joan. P. & M. Reliqua de comm. Virg. tantum. Orat. prop. In Laud. Commemor. S. Joan. P. & M. Or.

Deus qui nos, ex communi unius M. P. 2. loco.

Nota hic 1. quod etsi in Martyrologio Rom. de S. Joanne P. dicitur: *In carcere diu maceratus: In Breviario autem Romano legatur: Paucis diebus cessit e vita; Nihilominus inter se non discrepant; sensus etenim Breviarii est, quod laudatus S. Joannes P. post diutinam inacerationem, brevi morbo adveniente, cessit e vita.* Ita *Gavantus* de concordia Martyrologii Rom. cum Breviario loc. cit. a nobis 19. Januar. artic. 1. num. 11. Ubi de laudato S. Joanne recitetur Officium integrum, si sit extra tempus Paschale, dicendum erit. R. *Domine prævenisti*, ut notat Rubrica Brev. post lectiones tertii Nocturni unius M. extra temp. Pasch. ubi describit significatum Responsorium. Porro illud dicendum est extra tempus Paschale in quocumque Officio unius Martyris, qui perierit non effuso sanguine. Videantur dicta 16. Januar. n. 2.

Nota 2. Quoniam hodie in Martyrologio Rom. fit Commemoratio Venerabilis Bedæ; non defuisse, qui eum dici Sanctum minime debere, putaverint, eo quod a non-nullis reperiatur simpliciter Venerabilis nuncupatus. Verum ita nimis inconsulte putarunt, ut animadver-

tit Baronius in not. Martyrol. hac die. Ubi quidem affirmat, testimoniisque confirmat, eum Sanctitatis etiam titulo ornavisse Majores; habditque: *De Beda illud etiam vulgatum constat esse figmentum; fuisse nimirum oculis orbum.* Nemo id veterum testatur: quod sane tacendum non fuisset ob viri eximiam doctrinam, & inexhaustum in scribendo laborem. Traditur & fabella quedam de Sepulchri iphus Epitaphio, quam his verbis idem Petrus refert in Catalogo: *Cum, inquit, discipulus ejus, ipso defuncto, titulum Sepulchro ponere disposuisset, unico Carmine Leonino sic incipiens: Hac sunt in fossa: Velle que finire: Bedæ Sancti, vel Presbyteri ossa: Nec metrum stare posset, nec ullum ei vocabulum aliunde occurreret: tædio affectus, tandem ivit dormitum: & ecce mane in tumulo Angelicis manibus reperitur insculptum: Hac sunt in fossa Bedæ Venerabilis ossa. Hec Petrus, & alii; quos jure irridet, atque redarguit falsitatis Tribbem.* Lib. 2. de vir. illust. Ord. S. Benedicti C. 21. aliter enim se habere dicit Epitaphium ad ejus Sepulchrum inscriptum, quod recitat lib. 3. c. 155. estque hujusmodi:

Presbyter hic Beda requiescit
cætæc sepultus.

Dona, Christe, animam in Cœlis gaudere per ævum: Daque Sophiæ illum debriari fonte, cui jam Suspiravit ovans intento semper amore.

Hæc ibi: ex quibus irritum prorsus redditur de Leonino versu commentum. Hæc fortasse pluribus, sed mea sententia pernecessaria, cum ea de Bedæ Sepulchro penes complures fidem invenierint. Hucusque Baronius. Videri etiam potest Cavaler. Comment. in Decr. S. C. R. to. 2. c. 3. in d. 1. num. 41.

ARTICULUS II.

De Missa.

IN Festo S. Mariæ Magdalense de 4. Pazzis Virg. Missa Dilexisti. De communi Virg. tantum 1. loco. Or. propr. & fit Commemoratio S. Joan. P. & M. ut in Missa Sacerdotes. De communi un. M. P. 2. loco. Extra Italianam, & Insulas adjacentes, seu ubi S. Magdalena habet rit. semid. dicitur 3. Or. qualis a Rubrica præscribitur pro diversitate tempor. Col. param. alb.

C A.

C A P U T X X V I .

N O T A N D A X X I X . M A J I .

ARTICULUS UNICUS.

De Horis Canonicis.

¹ N Calend. Rom. in Vesp. Pf. de Fer. occur. a Cap. fit de sequ. Festo simpl. S. Felicis P. & M. de comm. un. M. pro qualitate tem-

poris. Or. *Infirmitatem*. De prædi-
cto communi 1. loco.

In Regnis Hispanis Vesp. de se-
qu. Festo S. Ferdinandi Regis Conf.
dupl. de communi Conf. non Pon-
tit. Or. propria, & fit Commemo-
ratio S. Felicis de communi, ut su-
pra.

C A P U T X X V I I .

N O T A N D A X X X . M A J I .

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canonicis.

¹ N Calend. Rom. S. Felicis P. &
M. simpl. Noctur. Fer. aetar. 1.
& 2. lect. de Script. occur. 3. lect.
propr. reliqua de communi un. M.
P. pro qualitate tempor. Or. *Infir-
mitatem*, ut in prædicto communi
1. loco. In Vesp. in Calend. Rom.
Pf. de Fer. a Capit. fit de sequ.
Festo simpl. S. Petronillæ Virg. de
communi V. Or. *Exaudi* ut in eo-
dem communi pro V. non M.

² In Regnis Hispanis hodie recita-
tur de S. Ferdinando III. Castellæ,
& Legionis Rege, dupl. min. lect.
1. Noct. de Script. occur. 2. Noct.
propr. 3. Noct. *Nolite timere pufil-*

lus grec. De communi Conf. non
P. 2. loco. 9. lect. S. Felicis. reli-
qua de prædicto communi, Orat.
propr. & fit Commem. S. Felicis P.
& M. de communi un. M. pro qua-
litate tempor. Or. *Infirmitatem*. De
com. M. P. 1. loco. In 2. Vesp.
fit Commem. sequ. Festi simplicis
S. Petronillæ Virg. de communi V.
Or. *Exaudi*, ut ibi pro V. non M.

A R T I C U L U S I I .

De Missa.

¹ N Festo S. Felicis P. & M. simpl. 3.
Missa Statuit de communi un.
M. P. 1. loco. 2. Or. *A cunctis*.
3. ad libitum. Si autem celebr. temp.
Pasch. ut in comm. un. M. temp.
Pasc.

Pasc. 1. Oratio secr. & Postcom.
ex prædicta Missa Statuit. 2. Orat.
Cancele. 3. *Ecclesie*, vel pro P. Si
occurrat in Dom. 1. post Pentec.
in Miss. priv. de SS. Trinit. secre-
ta pro S. Felice sumatur ex Miss.
Sacerdotes Dei. Col. param. rub.
In Feste S. Ferdinandi Conf. dupl.

Missa *Os Justi*. De communi Conf.
non Pontif. 1. loco. Sed Evange-
lium ex Missa *Justus*. Ut in eodem
communi 2. loco. Or. propr. Com-
mem. S. Felicis P. & Mart. ut in
Missa *Statuit*, de communi ~~unius~~
Mart. Pontif. 1. loco. Col. param.
alb.

4

C A P U T X X V I I I .

N O T A N D A X X X I . M A J I .

- EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canoniciis*.

Art. II. *De Missa*.

A R T I C U L U S I .

De Horis Canoniciis.

VN Calend. Rom. S. Petronillæ V.
¶ simpl. Noctur. Fer. occur. lect.
1. & 2. de Script. occur. 3. lect.
ex libr. S. Cypriani. *Nunc nobis ad
Virgines*, ut in 2. Noct. de com-
muni Virg. 2. loco. Or. *Exaudi*,
ut in eodem Comm. pro V. non
M. Reliqua ut in prædicto com. Si
autem fiat aliud Officium 9. lectione-
num admittens Commemorationem
simplicis, tunc de S. Petronilla,
habeatur simpliciter (idest sine Je-
ctione, quam non habet propriam)
Commemoratio ex communi Virg.
non M.

A R T I C U L U S I I .

De Missa.

vn Festo S. Petronillæ V. non M.
¶ simpl. Missa *Vultum tuum*, ut
in communi Virg. non Martyr. 2.
loco. 2. & 3. Or. de tempore. Col.
param. alb.

Si autem de ea fiat solum Com-
memoratio, Or. *Exaudi*, ex præ-
dicta Missa, & ex eadem sumatur
Secreta, & Postcommunio:

N O .

NOTANDA MENSE JUNIO.

P A R S I.

NOTANDA MENSE JUNIO IN GENERE.

E X P L I C A N T U R §. §. IL

§. I. *De numero Dierum.*

§. II. *Notanda pro Reservatione Benefic. & Alternativa.*

§. I.

De numero Dierum.

§. II.

*Not. pro Reservatione Beneficior. &
Alternativa.*

JUNIUS habet dies triginta . Vi-
j de dicta parte 1. hujus libri 3.
cap. 1.

IN Reservatione Beneficiorum ex 2
Regul. Cancellariae Junius est
mensis Episcopalis , & similiter in
Alternativa . Vide dicta parte 1.
hujus libri 3. c. 6.



TOM. III.

F

P A R S

P A R S I I .
M E N S I S J U N I I .

NOTANDA SINGULIS SIGILLATIM DIEBUS.

C A P U T I .

N O T A N D A I . J U N I I .

A R T I C U L U S U N I C U S .

De Horis Canonicis.

S. S. M. M. Marcellini , Petri , & Erasmi de communi pro qualitate temp. Or. proprie.

IN Calend. Rom. in Vesp. Ps. de Fer. a cap. de seq. Festo simplici

C A P U T I I .

N O T A N D A I I . J U N I I .

EXPLICANTUR ARTICULIS I I .

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canonicis.

IN Calend. Rom. S. S. Marcellini , Petri , atque Erasmi Martyrum , simpl. Nocturn. Fer. occur. 1. lect. de script. occur. 2. & 3. h. & Or. propria , reliqua de comm. M. M. pro qualitate temp.

Si fiat Officium novem Lectiōnum admittens Commemorationem simplicis , & ejusdem lect. nona lect. de prædictis S. S. ex duabus una , & eorumdem Commem. in Laudibus .

A R T I C U L U S I I .

De Missa.

IN Feste S. S. M. M. Marcellini , Petri , & Erasmi simpl. Missa propria . Col. param. rub.

In Canone in Orat. Nobis quoque peccatoribus ; inter alios S. S. Martyres fit mentio S. S. Marcellini , & Petri . Petrum in hujusmodi Oratione ne putas esse Apostolorum Principem , sed Petrum Exorcistam , qui sub Diocletiano Imperatore Martirio Romæ est coronatus , & de quo

quo hodie celebratur Festum ; similiiter Marcellinus non est ille Pontifex , cuius Festum celebratur die 26. Aprilis una cum S. Cleto ; sed Marcellinus Presbyter , de quo hodie una cum Laudato S. Petro celebratur Festum , qui que una cum eo passus est . Vid. Benedict. XIV. de Missa fest. I. c. 18. §. I. alias I. 2. c. 18. nu. 6. Caval. to. 5. c. 21. nu. 4. Laudatorum Sanctorum Martyrium describit Baronius ad an. Chr. 302. a n. 105. His autem po-

sitis cum ex Rubr. Miss. de Ritu celebri. tit. 5. num. 2. sit caput inclinandum ad invocationem nominis illius Sancti , de quo dicitur Missa , aut fit Commemoratio in ea ; hinc hodie est caput inclinandum ad nomina Sanctorum Marcellini , & Petri in Canone posita in Oratione ! Nobis quoque peccatoribus , & ubicumque similiter nominentur , in eorum Missa , aut in qua fiat de iisdem saltem Commemoratio ; Vide dicta 18. Januar. art. 2.

C A P U T III.

N O T A N D A III. J U N I I.

ARTICULUS UNICUS.

Not. pro jejun. Quat. Temporum,

OCCURRENT Messanæ Festivitate
B. M. V. a Sacris Litteris in

Quatuor Temporum jejuniis æstivis , an illa jejunia transferri Messanæ possint auctoritate Episcopi ? Vide dicenda in Septembt. par. I. fest. 5. subf. 5. qu. 5. a n. 66.

C A P U T IV.

N O T A N D A V. J U N I I.

ARTICULUS UNICUS.

De Horis Canonicis.

festa dupl. de commun. Conf. Pontific. Or. propri.

TN Calend. Rom. Vespa. de sequ.
AFesto S. Norberti Episc. & Con-

C A P U T V.

N O T A N D A VI. J U N I I.

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

- Art. I. *De Horis Canoniciis.*
Art. II. *De Missa.*

ARTICULUS I.

De Horis Canoniciis.

TN Calend. Rom. S. Norberti Ep. & Confel. dupl. lect. 1. Noct. de Script. occurr. 2. Noct. propr. 3. Noct. de communi Conf. Pont. 1. loc. reliqua de eodem comm. Oratio tamen propr. 2. Vesp. de eodem Festo.

ARTICULUS II.

De Missa.

TN Festo S. Norberti Ep. Confel. 2 dupl. Missa Statuit, de communi Conf. P. 1. loco. Or. prop. Col. param. alb.

C A P U T VI.

N O T A N D A VIII. J U N I I.

ARTICULUS UNICUS.

De Horis Canoniciis.

Simplici S. S. M. M. Primi, & Feliciani, de communi M. M. Orat. propr.

TN Calend. Rom. in Vesp. Psal. de Feria, a Capit. fit de seq. Festo

C A-

C A P U T VII.

N O T A N D A IX. J U N I I.

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

ARTICULUS I.

De Horis Canoniciis.

I VN Calend. Rom. S. S. M. M. Primi, & Feliciani simpl. Nocturn. Fer. occur. 1. lect. de Script. occur. 2. & 3. l. & Or. propri. reliqua de communi M. M. R. *Hæc est vera fraternitas.* Vide dicta 15. Februar. art. I. n. 2. Si fiat de Sancto, seu Festo novem lectionum admittente Comm. simplicis, & ejusdem lectionem; 9. lect. de præd. S. S. M. M. ex duabus una, & eorumdem Com. in Laudib.

In Calend. Rom. Vesp. de sequ. Festo S. Margaritæ Vid. semid. de communi nec Virg. nec Martyr. Or. propr. in qua an tacendum sit ly Scotorum? Vide 2. April. art. 1. num. 2.

ARTICULUS II.

De Missa.

I VN Festo S. S. M. M. Primi, & 2. Feliciani simpl. Missa propria. Col. param. rub.

C A P U T VIII.

N O T A N D A X. J U N I I.

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

ARTICULUS I.

De Horis Canoniciis.

I VN Calend. Rom. Officium S. Margaritæ Viduæ Scotorum Reginæ semiduplex de præcepto. S. R. C.

21. Febr. 1693. annuente Innocentio XII. lect. 1. Noctur. de Script. occur. 2. Noct. propri. 3. Noct. *Simile est Regnum Cœlorum thesauro.* Ut in communi nec Virg. nec M. Reliqua de eodem communi. Orat. tamen propr.

In

In Calend. Rom. Vesp. de sequenti Festo S. Barnabæ Ap. dupl. maj. omnia de communi Apost. Or, propr. *Commemor. preced.*

ARTICULUS II.

De Missa.

In Festo S. Margaritæ Vid. semid. 2
II Missa Cognovi, ut in communi pro nec Virg. nec Mart. Or. propr. 2.
A cunctis 3. ad libitum. Col. param. alb.

CAPUT IX.

NOTANDA XI. JUNI.

EXPLICANTUR ARTICULIS III.

- Art. I. *An Festum S. Barnabæ Apost. sit ex præcepto colendum in foro?*
Art. II. *De Horis Canonicis.*
Art. III. *De Missa.*

ARTICULUS I.

An Festum S. Barnabæ Ap. sit ex præcepto colendum in foro?

IFESTUM S. Barnabæ Ap. non est ex præcepto universaliter servandum in foro, uti habet certa, & communis Doctorum sententia, teste Suarez de Relig. tom. 1. tr. 2. lib. 2. c. 9. num. 10. quia nullum extat jus commune, nec ulla est consuetudo universalis de hujusmodi Festo colendo. Profecto C. Pronunciandum. 1. dist. 3. de consecr. & C. Conquestus, de Fervis. Observari quidem præcipiuntur Festa duodecim Apostolorum; Barnabas autem licet fuerit Apostolus, non tamen fuit de duodecim.

2 Sed dices 1. nec Paulum fuisse de duodecim, & nihilominus com-

prehendi creditur in dictis iuribus; unde Pauli dies Festus colitur ex præcepto die 29. mensis hujus.

3 Id esse propter speciales rationes, die 29. mensis hujus art. 1. Secundum explicandas, que militant pro S. Paulo Ap. Deinde de Paulo Ap. expresse quoque mentio fit in dictis iuribus, & expresse præcipitur observari dies mortis ejus, seu Martyrii una cum S. Petro. Vide dicenda 1. cit.

Dices 2. Urbanus VIII. in sua 3 Constat. pro observat. Festor. incip. Universa, an. 1642. inter Festam ex obligatione gravi universaliter observanda adnumerat Festum S. S. Petri, & Pauli, & reliquorum Apostolorum. Cum autem ex una parte, absolute dicatur reliquiarum Apostolorum: & ex alia parte, S. Barnabas fuerit Apostolus, & quidem cum Pan-

Paulo a Spiritu S. electus Act. 13. dicendum videtur; Barnabæ Festum universaliter quoque ex obligatione gravi colendum.

In citata Constitutione Urbani sermonem esse de duodecim Apostolis; & quia preter illos etiam Pauli Festum est universaliter ex præcepto colendum; ideo illius expressæ mentio fit; & quia Festum ejusdem celebrandum simul cum S. Petro, ideo prius dicitur, celebrandum Festum S. S. Petri & Pauli, & deinde subditur *d* e reliquorum Apostolorum; quo modo loquendi patet quod ibi nomine reliquorum Apostolorum veniant ii tantum Apostoli, qui sunt de duodecim.

Cætetur, Festum D. Barnabæ sub generali præcepto minime constitui, communis est Doctorum sententia, ut supra dictum fuit, & consuetudo ipsa universalis Ecclesie, quam Pontifices optime norunt, sat approbat.

Ex eo autem quod S. Barnabas fuerit a Spiritu S. segregatus, seu electus Apostolus; ideo Ecclesia Apostoli nomine, immo & Officio illum honorat, & colit. Quod alterum specialius est privilegium. Porro eti plures sint inter Sanctos Apostolorum Titulo decorates preter Apostolos discipulos Domini: at vero Apostolorum Officio non collatur: sed vel Confessorum, vel Martyrum, prout eorumdem qualitas exposcit. Testaturque Cavalier. Comment. in Deer. S. C. R. tom. I. c. 3. in d. 15. n. 4. nullum extare Sacrae Congregationis Rituum exemplum concessoris Officii sub ritu Apostolorum alicui Sancto; quantumvis in ea pertractatae sint, & resolutæ plures causæ Sanctorum,

qui populos, & Nationes ad Christianam fidem suis prædicationibus perduxerunt; idque ob reverentiam Apostolorum Domini; licet non essent aliquæ Ecclesie, in quibus ex vetustissima consuetudine de aliquibus Sanctis Officium tamquam de Apostolis recitetur; Vid. Caval. I. cit. num. 6.

ARTICULUS II.

De Horis Canoniois.

Non Calend. Rom. S. Barnabæ Ap. 5 & dupl. maj. ex Brev. in duabus tabell. excerpt. ex rubr. gen. omnia de communi Apostol. preter Orationem, & lectiones omnes, quæ sunt propriæ.

In 2. Vesp. Commem. sequentis Festi S. Joannis a S. Facundo Confess. dupl. Or. propr. & Commem. S. S. M. M. Basiliidis, & Socior. Or. propr.

Nota hic: quod si alicubi sequatur Festum ejusdem classis, videlicet dupl. maj. nihilominus præferentia Sancto Barnabæ debeatur tamquam Apostolo, atque adeo illi adhuc competant secundæ Vesp. integræ, & similiter primæ Vesp. si similiter præcedat aliquod Festum ejusdem classis. Sequitur ex sententia Caval. Comment. in Dect. S. C. R. tom. I. c. 3. in d. 15. fine, ubi docet: Sanctis, qui alicubi Apostolorum Officiis coluntur, præcedentiam deberi relate ad ceteros Sanctos ejusdem ritus, qui dicto Officio non gaudent. Quod tamen procedit de Festis Sanctorum inferioris dignitatis, ptae Apostolis. Unde si Festum S. Barnabæ concurreret alicubi cum aliquo Festo Beatae Virg. sub ritu dupl.

dupl. majori, Vesperæ integræ de-
berentur Festo digniori B. V. cum
Commemoratione S. Barnabæ infe-
rioris dignitatis.

ARTICULUS III.

De Missa.

7 ^{vn} Festo S. Barnabæ Ap. dupl. maj.
¶ Missa propr. dicitur *Credo*. Rubr.
gen. Miss. tit. II. Præf. de Apost. In
Epistola, item in Canone in Orat.

*Nobis quoque peccatoribus, Ad nomen
Barnabæ inclinetur Caput, & ubi
alias nominetur ex Rubr. Miss. de
rit. celebr. tit. 5. n. 2. Vide dicta
18. Januar. art. 2. Col. parament.
rub.*

*Si hoc Festum celebretur tempo- 8
re Paschali, Missa dicitur ut in Fe-
sto S. Marci Evang. præter Oratio-
nem, Epistolam, & Evangelium,
quæ semper sunt propria ut in ho-
dierna Missa. Rubr. Miss. hic.*

C A P U T X.

N O T A N D A XII. J U N I I.

EXPLICANTUR ARTICULIS III.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De Indulgentiis.*

ARTICULUS I.

De Horis Canoniciis.

OFFICIUM S. Joannis a S. Facun-
do Confes. cum lectionibus 2.
Nocturni, & Oratione propriis ab
omnibus, qui ad horas Canonicas
tenentur, sub ritu duplici recitan-
dum, & Missa respective celebra-
nda. Benedictus XIII. 16. Novembr.
1729. Merat. ad hanc diem. Ita-
que in Calend. Rom. S. Joannis a
S. Facundo Conf. dupl. min. lect. 1.
Noct. de script. occur. 2. Noct. propr.
3. Noct. de comm. Conf. non Pon-
tif. 1. loco. 9. lect. de S. S. M. M.
Basilid. & Soc. M. M. reliqua de
comm. Confes. non Pontif. Or. au-

tem propr. in Laudib. fit Commem.
S. S. simpl. Or. propr. In 2. Vesp.
a Capit. de sequenti Festo S. Antonii de Padua Confes. dupl. ut in
communi Confes. non Pontif. Or.
propr. Commemor. præced.

Alicubi hodie recitatatur de S. Onu-
phrio Confes. Si Festum S. Onu-
phrii ante Bullam Pii V. celebraba-
tur cum Officio, & Missa, potest con-
tinuari; si vero introductum est post
Bullam, nullo modo permittendum est.
S. R. C. 17. Novembr. 1632. in
Conversana. Apud Caval. to. 2. c.
44. d. 4. Videri etiam potest De-
cretum anni 1746. recitandum 21.
Octobr. art. 1. n. 15.

A R.

ARTICULUS II.

De Missa.

3 **Y**N Festo S. Joannis a S. Facundo dupl. Missa *Os justi*, de communi Confess. non Pontif. Orat. propr. Commem. S. S. M. M. Basili&. & Socior. ut in Miss. propr. Col. param. alb.

ARTICULUS III.

De Indulgentiis.

YN Festo S. Joannis a S. Facundo 4 Ordinis S. Augustini Indulgentia plen. in Ecclesiis Patrum, & Monialium ejusdem Ordinis. Alexand. VIII. Constit. 33. pag. 94. To. 9. Plaz. hod.

C A P U T X I.

N O T A N D A XIII. J U N I I.

EXPLICANTUR ARTICULIS. III.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*Art. II. *De Missa.*Art. III. *De Indulgentiis.*

ARTICULUS I.

De Horis Canoniciis.

1 **Y**N Calend. Rom. S. Antonii de Padua Conf. dupl. min. lect. 1. Noct. de Script. occur. 2. Noctur. propr. 3. Ndd. d^e domini. Confess. non Pontif. 1. loco. in 2. Vespa. a cap. de sequenti Festo S. Basili Magni Episc. & Confess. dupl. in hymno: *Iste Confessor*, mutatur tertius versus. Antiphona ad *Magnis. O Doctor*. reliqua de communi Confess. Pontif. Or. *Exaudi*, ut ibi 2. loco, & Commem. præced.

2 *In Concurrentia festorum S. Antonii Patavini Confessoris, & Basili Episcopi, & Confessoris, quæ Panormi ex Indulcio Apostolico sub ritu duplice majori celebrantur, Vesperæ dimidianæ.*

TOM. III.

de sunt, & faciendum a Capitulo de sequenti cum Commemoratione præcedentis. S. R. C. 17. Junii 1684. in Panormitana apud Caval. to. 2. c. 28. d. 3. Profecto ex Romana praxi, ex S. G. Decretis, Episcopatis, seu Pontificia dignitas in concursu non dat præferentiam Confessori Pontifici super Confes. non Pont. Vid. Cavaler. l. cit. nu. 2. & dicta 14. Januat. art. 1. num. 20. In eadem Panormitana eodem die, & anno, declaratum fuit: quod Concurrente Sancto antiquiori Patrono Civitatis cum alio Sancto recentiori pariter Patrono, nulla habenda est ratio de posterioritate Patronatus, unde Vesperæ dimidiandæ sunt. Intellige, si sunt æqualis ritus, & dignitatis, ut laudati Patroni Panormi.

Tam Minores Conventuales, quam 3

G Obser-

Observantes Reformati S. Francisci possunt in propriis suorum Ordinum Ecclesiis solemnizare Festum S. Antonii Patavini ea ipsa die, in quam inciderit; dummodo Reformati a Processionibus abstineant in eodem loco. S. R. C. 20. Septembr. 1658. Et similiter fuit pronunciatum in Praetorio A. C. die 19. Febr. 1701. in Alexandrina inter Minorum de Observantia, & Minorum Conventuales. Vid. Luc. Ferraris in sua Bibl. V. *Confraternit.* art. 1. n. 35. & 36. & V. Festa num. 47. & 48. edit. 3. Bonon.

ARTICULUS II.

De Missa.

IN Festo S. Antonii de Padua Conf. 4.
dupl. Missa propr. Col. param. alb.

ARTICULUS III.

De Indulgentiis.

IN Festo S. Antonii Patavini Ind. 5.
plen. in Ecclesiis Fratrum Minorum Conventualium, & de Observantia S. Francisci, & Fratrum Capuccinorum. Innoc. XI. Constit. 90. pag. 146. T. 8. Plaz. hod.

CAPUT XII.

NOTANDA XIV. JUNI.

EXPLICANTUR ARTICULIS III.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De Indulgentiis.*

ARTICULUS I.

De Horis Canoniciis.

IN Calend. Rom. S. Basillii Magni Ep. Confess. & Eccl. Doct. dupl. min. lect. 1. Noct. de script. occur. lect. 2. & 3. Noctur. propr. reliqua de communis Conf. Pontif. & Doct. Or. *Exaudi,* ut in eodem communis Conf. P. 2. loco in hymno *Hie Confessor,* mutatur tertius versus. In 2. Vesp. Antiphona *O Doctor.* Comm. sequ. Festi Simplic. S. S. M. M. VII, & Soc. Or. propr.

ARTICULUS II.

De Missa.

IN Festo S. Basillii Ep. Confess. & 2. Eccles. Doct. dupl. Missa propr. dicitur *Credo.* Rubr. gen. Miss. tit. II. Col. param. alb.

A.R.

ARTICULUS III.

De Indulgencis.

nachoruma Ordinis Basiliani Clem.
XI. Constit. 91. pag. 162. To. 10.
P. 1. Plaza hodi.

3 IN Festo S. Basili Magui Ep. &
Conf. Ind. plen. in Ecclesia Mo-

C A P U T X I I I .

N O T A N D A X V . J U N I I .

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*Art. II. *De Missa.*

ARTICULUS I.

De Horis Canoniciis.

ARTICULUS II.

De Missa.

IN Cal. Rom. S. S. Viti, Mode-
sti, atque Crescentia M. M. Simp.
Noctur. Feriae, 1. lectio de Script.
occurr. 2. & 3. lectio, & Or. propr.
reliqua de communione plur. M. M.

Si fiat de Festo novem lectio-
num: nona lectio de his S. S. Mar-
tyr. ex duabus una, & eorumdem
Commemoratio in Laudibus.

IN Festo S. S. M. M. Viti, & Soc. 2.
1. simpl. Missa propr. 2. Or. A cun-
ditis. 3. ad libit. Col. param. rub.



C A P U T X I V.

N O T A N D A XVII. J U N I I.

ARTICULUS UNICUS.

De Horis Canoniceis.

tī Festo simplici S. S. M. M. Marci, & Marcelliani de communi M. M. Or. propr.

TN Calend. Rom. iiii Vesp. psalm.
de Feria. a Capit. fit de sequen-

C A P U T X V.

N O T A N D A XVIII. J U N I I.

EXPLICANTUR ARTICULEIS II.

Art. I. *De Horis Canoniceis.*Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I.

De Horis Canoniceis.

1^o TN Calend. Rom. S. S. M. M. Marci, & Marcelliani simpl. Noct. Fer. le&t. 1. & 2. de Script. occur. 2. R. *Hec est vera fraternitas.* Vide dicta 15. Februar. nu. 2. Tertia Le&tio & Or. propr. reliqua de communi M. M. Vesperæ de sequ. Festo S. Julianæ Virg. dupl. hymn. & Or. propr. reliqua de communi Virg. & Commemoratio sequentis Festi simpl. S. S. M. M. Gervasii, & Protasii, Or. *Deus, qui nos annua, de communi M. M. 2. loco.*

2^o *In Ecclesia S. Marie in Porticu, ubi asservatur Brachium S. Marcelliani tantum, faciendum est Officium etiam de S. Marco sub ritu duplice mi-*

nori de communi Plurimorum Martyrum S. R. C. 7. Aug. 1717. in una Urbis. Apud Caval. tom. 1. c. 5. d. 6. Confer dicenda 21. Octob. art. 1. n. 3.

Clemens VIII. concessit in Regno Siciliæ recitari Officium S. Calogeri Conf. non Pontif. sub ritu dupl. min. Ibidem alicubi est Patronus principalis, atque adeo celebratur de eo sub ritu dupl. 1. cl.

A R T I C U L U S II.

De Missa.

TN Festo S. S. Martyrum Marci, & Marcelliani simpl. Missa propr. 2. Or. *A cunctis. 3. ad libitum.* Col. param. rub.

C A-

C A P U T X V I .

N O T A N D A X I X . J U N I I .

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. De Horis Canoniciis.

Art. II. De Missa.

A R T I C U L U S I .

De Horis Canoniciis.

MISSA, & Officium S. Julianæ de Falconeriis Fundatricis Tertiæ Ordinis Servorum B. M. V. cum Oratione, hymno, & lectionibus Secundi Nocturni, sub die 20. Martii 1728. præsatæ Servorum B. M. Religioni, & Civitati Florentiæ concessum, in posterum, prout jacent, ab omnibus Christi Fidelibus utriusque sexus tam Secularibus, quam Regularibus, qui ad horas Canonicas tenentur, die 19. Junii sub ritu semiduplici recitari, & respective celebrari debere, indulxit; & in Missali, & Breviario Romano apponi mandavit S. R. C. die 8. Martii 1738. approbante Clemente Papa XII. die 15. ejusdem mensis, & eodem anno, in una Urbis, & Orbis. Apud. Cavall. to. 2. par. 2. c. 43. d. 16. in Decr. 15. nu. 2. Sed sub ritu duplici minori, approbante Clemente XIII. an. 1762. die 11. Decembr.

Itaque in Galend. Rom. S. Julianæ de Falconeriis Virg. dupl. min. hymn. Matut. propri. ut in 1. Vesp. Lect. 1. Noct. de Script. occur. 2. Noct. propri. 3. Noct. de communi Virg. 1. loco, 9. Lectio S. S. M. M. Gervasii, & Protasii, reliqua de communi Virgin. non Mart. Ora-

tio autem propri. in Laudibus fit Commemoratio S. S. M. M. Or. Deus, qui nos annua, de communi M. M. 2. loco. In 2. Vesp. fit Commemoratio sequentis Festi simpl. S. Sylverii P. & M. Or. Infirmitatem, ut in communi un. M. P. 1. loco.

Animadvertisit ex Guyeto Cavaliere to. 1. c. 4. in Decr. 1. n. 13. Ecclesiam Senonensem, et si habeat Reliquias insignes S. S. Macarii Abbatis, Cantii, Gervasii, & Protasii, atque aliorum; eorum tamen Festa nonni si ritu semiduplici celebrazione, ex peculiari ipsius consuetudine. Porro de Sancto, cuius insignis Reliquia habetur, recitandum est in ejus Feste Officium duplex minus. Vide dicenda 21. Octobr. art. 1. n. 13. Ubi habeatur reliquia insignis S. Gervasii, vel S. Protasii tantum, videantur dicenda 21. Oct. cit. art. 1. n. 3.

A R T I C U L U S I I .

De Missa.

VN Festo S. Julianæ Virg. dupl. 3. Missa Dilexisti, de communi Virg. tantum 1. loco, Or. propri. Commemor. S. S. M. M. Gervasii, & Protasii; ut in Missa Salus, de communi plur. M. M. extra tempus

pus Pasch. 3. loco. Col. param.
alb.

⁴ Si dicenda sit alicubi Missa de S.S. Martyribus, Gervasio, & Protasio; habent in Missali Romano Missam propriam, cuius Introitus incipit: *Loquetur Dominus pacem*: ex institutione S. Gregorii: eo quod, ut tradit Durandus in Ration. Divinor. Officior. lib. 7. cap. 13. hac die conciliata pax fuerit inter Imperatorem Romanum, & Regem Longobardorum. Porro haec Missa a Romano Missali expungenda non

est: ut cum ea honorari queant laudati Sancti, ubi sint Patroni, vel Titulares, aut eorumdem insignes asserventur Reliquiae; vel quatenus pro re gravi, aut ex devotione, de iisdem aliquando debeat celebrari. Id ipsum dicendum in similibus: ut de Missis S. S. Felicis, & Adauerti; ac Tryphonis, & Sociorum nunc impeditis: Quemadmodum animadvertisit Cavalierius to. 2. par. 2. c. 43. Comment. in d. 16. num. 2.

C A P U T X V I I .

N O T A N D A X X . J U N I I .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I .

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canoniciis.

I N Calend. Rom. S. Sylverii P. & M. simpl. Nocturn. Fer. occur. lect. 1. de Script. occur. 2. & 3. lect. prop. 2. R. *Damine prævenisti*. Vide dicta 16. Januar. nu. 2. Or. *Infirmitatem*, de communi un. M. P. 1. loco: Reliqua ut in prædicto comm. Si autem fiat de Festo alio novem lectionum, legio nona de laudato S. M. ex duabus una: (nisi legenda sit de homilia Dom.) & ejusdem S. Commemor. in Laud. Vesperæ de sequenti Festo S. Alloysii Gonzage Conf. dupl. min.

A R T I C U L U S I I .

De Missa.

I N Festo S. Sylverii P. & M. simpl. 2. & Missa *Statuit*, de communi un. M. P. 1. loco, sed Epistola propria. 2. Or. *A cunctis*. 3. ad libitum. Col. param. rub.

(C A-

C A P U T X V I I I .

N O T A N D A X X I . J U N I I .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I I .

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De Indulgencijis.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canoniciis.

SANCTUM Aloysium Gonzagam e Societate Jesu Patronum principalem omnium Collegiorum, universitatum, & Gymnasiorum non tantum Societatis Jesu, sed aliorum etiam, quibus placebit eligere, in perpetuum constituit Benedictus XIV. Bulla 76. *Apostolicæ servitutis.* tom. XI. Bullar. Rom. & to. I. Instit. Soc. pag. 190. edit. Prag. 1757. atque omnibus eorumdem Gymnasiorum Scholaribus Sacerdotibus concessit recitationem Officii sub ritu duplice minori, & Missæ approbatæ per Sedem Apostolicam tam in Ecclesiis Societatis, quam in alijs, ad quas accedere voluerint, juxta Decretum Sacrae Congregationis 22. Novemb. 1729.

Deinde Clemens XII. Missam, & Officium proprium laudati Sancti Aloysii Gonzagæ pro Festo ipsius die 21. Junii omnibus Sacrae Cæsareæ Majestati subiectis, non nullisque aliis Regnis, & Provinciis concessum sub ritu duplice minori, ad omnes utriusque sexus Christifideles existentes in tota Italia, & Insulis adjacentibus, qui ad horas canonicas tenentur, sub eodem ritu in

posterum extendi mandavit die 18. Maij 1737. apud Merat. ad hanc diem, & apud Zachar. ind. Decr. n. 930. & Cavaler. to. I. c. 12. d. 2. nu. 7. Concessionem ampliando Benedictus XIV. indulxit, ut ubique Festum prædictum cum Indulgentia (de qua art. 3.) Officio, & Missa dicendis a quolibet Sacerdote, celebrari possit die alia designanda ab Ordinario, quandocumque peragi commode non possit die hac 21. Junii, qua laudatus Sanctus migravit ad Dominum: ut in Decreto edito 12. April. 1742.

Itaque die hac 21. Junii recitatatur Officium S. Aloysii Gonzagæ Conf. dupl. min. lect. I. Noct. de Script. occur. 2. & 3. Noct. & Or. propr. reliqua de communi Confess. non P. In 2. Vesp. Commemoratio sequentis Festi simplicis S. Paulini Ep. & Conf. Or. *Da quæsumus*, de communi Conf. P. I. loco.

Ubi autem S. Aloysius est Patronus principalis dupl. I. cl. cum Oct. lectiones I. Noct. *Beatus vir*, de communi Conf. non P. 2. loco; lect. 2. & 3. Noct. & Or. propr. reliqua de prædicto communi. Vesperæ de eodem Festo sine Commemoratione sequentis Festi simplicis. In isdem locis, ubi est dupl. I. cl. si occurrat in die Octava S.S. Corporis

poris Christi, fit de Festo S. Aloysii cum Commemoratione Octavæ Corp. Chr. Vide dicenda tr. 2. ubi de die Octava S. S. Corp. Christi.

ARTICULUS II.

De Missa..

- 2 **T**N Festo S. Aloysii Gonzagæ Conf. & dupl. Missa propria ; & ubi est Patronus principalis dicitur *Credo* , per totam Octavam . Col. param. alb.

ARTICULUS III.

De Indulgentiis..

- 3 **T**N Festo S. Aloysii Gonzagæ Conf. & Soc. Iefu omnes utriusque sexus fideles vere pœnitentes , & confessi , Eucharistiam suscipientes , ac visitantes quemcumque pium locum , vel quodlibet Altare , in quo S. Aloysii Fekum celebretur , sive hac die 21. Junii , sive alia ab Ordinario , secundum dicta art. 1. designata , Indulgientiam plenariam consequuntur ex variis respectivis Pontificum concessionibus : Benedicti XIII. in Bulla *Redemptoris* , & *Domini* . 31. Julii 1727. Clementis XII. per Decretum S. C. R. 22. Novembr. 1729. & per aliud Decretum S. C. Indulg. 21. Novembr. 1737. Benedicti XIV. in simili Decreto : *Cum ex Decretis* . 12. April. 1742. Instit. Soc. to. 1. in compend. privileg. V. Indulg. §. 7. edit. pragen. 1757.

Insuper omnibus Christi fidelibus 4 vere pœnitentibus , & confessis , qui hoc eadem solemnî die Natalitio S. Aloysii Gonzagæ ejus sepulchrum visitaverint , annum , & quadrage-nam ; iis vero , qui in Octava ejusdem diei Festi , quadraginta dies Indulgientiæ concessit Benedictus XIII. in Bulla Canonizationis laudati Sancti : *Christianæ virtutes* . 160. tom. 12. Bullar. Rom. & tom. 1. Institut. Soc. pag. 191. cit. edit. Habetur autem hæc Indulgientia ibi §. 7. & ejusdem fit mentio in compend. privileg. V. *Indulg.* §. 7. cit. edit.

Rursus quicumque vere pœnitens , & Sacrosancta Eucharistia refectus sanctificaverit sex dies Dominicas absque interrupione , quæ præcedunt Festum laudati S. Aloysii : aut alias sex dies Dominicas continuas , quocumque tempore in anno : se exercens piis meditationibus , & Orationibus , aliisve operibus Christianæ pietatis in ejusdem Sancti honorem , & ad majorem Dei gloriam : lucrabitur in quocumque ex prædictis diebus Dominicis , ubiquecumque , etiam citra Visitationem Ecclesiæ , Indulgientiam plenariam , quam concessit Clemens XII. in Decreto S. C. Indulg. 3. Octob. & confirmato die 11. Decembr. 1739. & ex Declaratione , extensioneque facta per aliud Decretum 7. Januar. 1740. apud Plaza de Purgator. par. 2. art. 5. §. 10. n. 54. & compend. privileg. Soc. V. *Indulg.* §. 8. edit. cit.

C A P U T X I X.

N O T A N D A XXII. J U N I I.

EXPLICANTUR ARTICULIS III.

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De Jejunio.*

A R T I C U L U S I.

De Horis Canonicis.

1 *¶ N* Calend. Rom. S. Paulini Ep. & Conf. simpl. Nocturn. Fer. occur. lectio 1. de Script. occurr. 2. & 3. propr. Orat. *Da quasumus*, ut in communi C. P. 1. loco, reliqua ut in eodem communi.

2 Incidente Vigilia S. Joannis Baptiste in Festum SS. Corporis Christi, *Nihil tunc prorsus, nec Commemoratio fit de Vigilia.* Rubr. gener. Brev. tit. 6. num. 2. Id est nec in ipso Festo Corporis Christi, neque in die hac praecedenti: quemadmodum declaravit S. R. C. in Decreto tenoris sequentis: *Remissa a SS. D. N. Clemente Papa XI. discussione dubii: An occurrente Vigilia Nativitatis S. Joannis Baptiste in die Festo SS. Corporis Christi, anticipato jejunio Vigiliæ prædictæ in diem 22. Junii ad formam Constitutionis Urbanae (Vide dicenda sequ. die n. II.) debeat in Officio dies 22. prædictæ, ejusdem Evangelii nona lectio recitari, & in Officio, & in Missa de eadem fieri Commemoratio?* Eadem S. R. C. die 18. Septembr. 1706. approbante Sanctissimo sub die 2. Octobris ejusdem anni, censuit: *nihil de Vigilia in Officio, & Missa peragen-*

TOM. III.

dum esse. apud Cavaler. to. 2. cap. 15. in d. 2. n. 1. Hujusmodi disposicio communis est omnibus Festis solemnioribus, idest primæ classis, tum universalibus, tum particularibus, ex eadem cit. Rubr. Brev., & ex Rubrica gen. Missalis tit. 3. n. 2. fine; & quidem Breviarii hæc sunt verba: *Si autem in Vigilia occurrat Festum solemnne alicujus loci, vel ex solemnioribus infra annum, quæ inferius in Rubr. de Commem. numerantur, (vel uti si in Vigil. S. Jo. Baptiste venerit Fest. Corporis Christi:) nihil tunc prorsus, nec Comm. fit de Vigil. except. Vigil. Epiphanie.* Rubr. vero Miss. sic: *Quod si Vigilia occurrat in die alicujus Festi ex majoribus primæ Classis, in Missa non fit Commemoratio de ea, sicut nec in Officio.* Non fit autem de Vigilia in Festo primæ classis, ne solemnitas minuatur: ut observat Gavantus in Rubr. Brev. Sect. 3. c. 7. n. 3. Deinde licet anticipetur jejunium ratione magnæ Solemnitatis, ut in Festis Patronorum Principalium accidere potest, secundum dicenda in Appendice ad calcem Diarii c. 7. art. 3. non anticipatur tamen Officium Vigiliæ, nec fit Commemoratio ejusdem: et si aliter sit dispositum pro Vigiliis incidentibus in Dominicas: quo casu una cum je-

H junio

38 Tr. I. Lib. III. Pars II. Not. Mens. Junio.

junio in Sabbato anticipatur Officium Vigiliæ. Cujus dispositionis rationem Cavalerius existimat esse, quod casus incidentiæ Vigiliæ in Dominicam sit frequens: secus alter de Incidentia Vigiliæ in Festo solemniora: & maxime hujus Vigiliæ incidentiæ in Festum Corporis Christi. Porro Cavalerius l. cit. n. 4. hæc habet: *Cur una cum jejunio anticipetur Officium Vigiliæ incidentis in diem Dominicam, non autem illius, quæ occurrit in Festo Corporis Christi? supereft inquirere. Cujus rei causam creditus esse, quod ob letitiam Dominicæ Resurrectionis in Dominicis jejunare in usum non habet, refutisque Ecclesia; & ideo in hoc casu, qui freqnens accidit, jejunium, & Officium maluit in Sabbato anticipare, quam omittere, ne consueto suo cultu Sanctos persæpe defraudaret. Quoniam vero præsens Ecclesiæ disciplina (quidquid fuerit de antiqua,) in Sanctorum Festivitatibus jejunium non prohibet, anticipari noluit, sed magis omitti Vigiliarum Officium, quarum nec jejunium anticipat, scuti & retinet in quacumque solemnitate occurrente in Feria Sexta, aut Sabbato, abstinentiam ab esu carnium, facto solummodo privilegio, in favorem Dominicæ Nativitatis. Hac autem de causa omitti Vigiliarum Officium; dumtaxat pro casu admodum raro, & infrequenti Corporis Christi in Breviario Romano evenire potest, in particularibus vero Calendariis vix alicubi, & aliquoties ob incidentiam alicujus Vigiliæ in Festum solemne loci. Hæc Cavalerius, qui etiam n. 15. notat, quod, si in dicto casu nihil prouersus de Vigilia est agen-*

dum, utique nec duæ Missæ in Cathedralibus, & Collegiatis erunt cantandæ. Si tamen Festum primæ classis, quod occurrit solet in Vigilia, aliquando occurrat in Dominicæ, atque adeo Vigilia anticipetur in Sabbato cum Jejunio, & Officio: an debeat pridie recitari in Sabbato Officium Vigiliæ eo anno etiam ab iis, qui illud omittere consueverint ob occurrentiam Festi primæ classis? Ex eodem Cavalerio affirmative respondebimus in Appendice ad calcem Diarii c. 7. art. 5. num. 24.

ARTICULUS II.

De Missa.

IN Festo S. Paulini Ep. & Conf. 3 & simpl. Missa propr. 2. Or. A cunctis. 3. ad libitum. Col. param. alb.

Si propter occurrentiam Solemnitatis SS. Corp. Chr. in Vigilia S. Joan. Bapt. anticipetur jejunium in hac die, nihil tamen in Missa fiet de Vigilia: Secundum dicta articul. præc. n. 2. Secus autem erit si Vigilia S. Joan. occurrat in Dom. ut habes ex dictis l. cit.

ARTICULUS III.

De Jejunio.

OCURRENTIS Vigilia Nativitatis S. 5 Joannis Baptiste in die Festo SS. Corporis Christi anticipatur jejunium Vigiliæ prædictæ in die hac 22. Junii. Vid. dicenda sequenti die art. 3. a n. 9.

C A.

C A P U T X X .

N O T A N D A X X I I . J U N I I .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I I .

Art. I. *De Horis Canoniceis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De Jejunio.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canoniceis.

¹ VN Calend. Rom. de Vigilia Nat. & S. Joan. Baptiste simpl.; Nocturn. Feriae; tres lectiones de homil. Vesperæ de sequi. Festo Nat. Laudati Sancti dupl. 1. cl. ut in propr.

Si hæc Vigilia incidat in Festum SS. Corporis Christi, nihil fit de ea. Vid. dicta præcedenti die n. 2. Si autem occurrat infra Octavam Corp. Christi. Vide dicenda tr. 2. infra Oct. Corp. Christi n. 57.

² Ubi hodie fit de S. Agrippina V. & M. dupl. min. lect. 1. Noct. de Script. occur. At ubi est Patrona, de communii Virg. & M. Confitebor. 2. Noct. propr. 3. Noct. de comm. Virg. 1. loc. 9. lect. de homil. Vigil. & ejusdem Commem. in Lan- dib. Quæ tamen Commemoratio Vi- giliæ, & ejusdem homil. omittitur, ubi hoc Festum est dupl. 1. cl. Re- liqua in Officio de communii V. & M. Or. autem propr. Vesp. de se- quesati tantum; omnia ut in propr. Ubi autem Festum S. Agrippinæ est dupl. 1. Clas. erunt 2. Vesperæ de sequenti, & Commemoratio præce- dentis. Igitur ubi hodie occurrat Festum duplex 2. cl. vel etiam 1. cl. Vesperæ integræ erunt de Nati-

vit. S. Joann. cum Commemoratio- ne præcedentis duplicitis 2. cl. vel etiam 1. cl. Vide dicenda sequ. die art. 1. Sect. 2. fine.

Officia Votiva concessa semel in 3 mense, vel hebdomada recitari, prohibentur in Vigiliis sive cum je- junio, sive absque jejunio. Vide dicta l. 2. par. 1. c. 2. n. 3.

A R T I C U L U S I I .

De Missa.

M I S S A de Vigil. Nat. S. Joan. ⁴ & Bapt. simpl. ut in propr. Ad nomen Joannis Baptiste inclinetur caput, ubicumque nominetur in Mis- sa, vel Vigiliæ, vel etiam alterius Festi, in cuius Missa fiat Commemo- ratio Vigiliæ S. Joan. Vide dicen- da sequ. die n. 13. & die 20. De- cembr. n. 5. in Missa de Vig. Col. param. violac.

In Vigiliis communibus infra Octa- vam non privilegiatam, si Officium est de Octava, Missa est de Vigiliæ, cum commemoratione Octavae. Si autem Officium est de alio Fe- sto, Missa etiam de eodem Festo cum oratione secunda de Octava, & tertia de Vigilia. Secus autem est de Vigiliis infra Octavas privi- legiatas: uti est Octava Corporis

H 2 Chri-

Christi. Ideo si hæc Vigilia S. Joan. aut illa SS. Apostolorum Petri, & Pauli venerit infra Octavam Corporis Christi, tunc Missa erit de Octava, & Commemoratio Vigiliæ, ex Rubr. gen. Miss. tit. 3. num. 2. & ejusdem Evangelium in fine. Vid. dicenda tr. 2. infra O&t. Corp. Chr. n. 62. In quo etiam casu in Cathedralibus, & Collegiatis cantantur duæ Missæ, una de die infra O&t. Corp. Christi post Tertiam altera de Vigilia post Nonam. Rubr. cit. Vid. dicenda infra O&t. Corp. Chr. loc. cit.

Item in Cathedralibus & Collegiatis occurrente Feste duplici, aut semiduplici, aut Octava in Vigiliis, cantantur duæ Missæ, una de Feste post Tertiam, altera de Vigilia post Nonam. Rubr. gen. Miss. tit. 3. n. 1. Pro quibus Missis Conventionalibus videri debent dicenda tr. 2. l. 4. part. 1. c. 4. a nu. 10. & videri etiam possunt dicta lib. 1. cap. 2. qu. 5. & sequentib. Interrogat. Octavæ nomine in proxime præfata lege intelligitur ipsa dies Octava Festi non item quælibet dies infra Octavam. Vide dicenda 27. hujus num. 6. Excipe dies infra Octavam Corporis Christi, quemadmodum dicendum est.

- 6 Ubi recitatur Officium S. Agripinæ V. M. Missa *Loguebar*. Commem. Vigil. & ejusd. Evang. in fine. Quæ tamen Commem. non sit ubi hoc Festum est dupl. 1. cl. nec ibid. legitur Ev. Vigil. Col. param. rub.

ARTICULUS III.

De Jejunio.

IN Vigilia Nat. S. Joan. Bapt. est obligatio gravis jejunandi. Hoc jejunium esse ex aliquo Decreto juris communis, videtur significare Durandus in Ration. l. 6. cap. 7. nu. 12. Verum dicendum est: non esse ex aliquo Decreto hujusmodi, quod nullum extat; Sed unice ex vetustissima Universali Ecclesiæ consuetudine, obligante tamen sub gravi. Ita Thom. Sanch. lib. 5. Consil. c. 1. dub. 18. nu. 1. Azor. Institut. Moral. par. 1. l. 7. c. 13. qu. 1. Diana edit. coord. to. 4. tr. 6. resol. 38. §. 2. Salmantic. tom. 5. tract. 23. c. 2. pu. 5. §. 1. n. 98. Fagund. 4. præc. Eccl. l. 1. cap. 5. num. 10. Filiuc. tom. 2. tract. 27. par. 2. c. 5. qu. 10. nu. 101. Sylv. vest. V. *Jejunium*, qu. 1. num. 5. Less. de iust. l. 4. c. 2. dubit. 9. n. 66. fine.

Docent Salmantic. si alicubi adsit consuetudo sumendi in hac Vigilia Nat. S. Jo. Bapt. collationem solito majorem, & sicut in Vigilia Nativ. Domini, licitam esse ibi hujusmodi majorem collationem; ita tom. 5. tr. 23. c. 2. pun. 3. §. 3. n. 76. Verum ipsimet fatentur, nullam reperire in Ecclesia consuetudinem sumendi Collationem solito pinguiorem in hac Vigilia. Videri possunt dicenda in Sabbato Sancto Subf. 6. n. 367.

Si Vigilia S. Joan. Baptistæ incidat in solemnitatem Corporis Christi, non est eo die jejunandum, nec abstinendum a carnibus in Feste hujusmodi, sed anticipandum jeju-

jejunium die antecedenti, nempe Feria quarta. Ita statuit Leo X. in quodam Brevi missio ad Hispaniæ Legatum, prout tradit Navarr. in Manual. c. 21. n. 11. & notant Salmantic. tom. 5. tr. 23. cap. 2. pu. 5. §. 1. n. 98. La-Croix lib. 3. par. 2. qu. 242. num. 1273. fine, Gavant. in Rubr. Brev. Sect. 3. c. 7. n. 3. Raynaud, tom. 15. Heter. Spirit. par. 1. Sect. 3. pu. 3. num. 33. Id ipsum deinde declaravit S. R. C. 24. Septemb. 1638. in Decreto Urbis, & Orbis, quod approbavit Urbanus VIII. in sua Constitutione 232. quæ incipit: *Cum evenire . 13. Octobr. ejusdem anni : apud Caval. to. 2. c. 15. d. 1. Et confirmatum fuit ab eadem S. C. 18. Septemb. approbante Clemente XI. 2. Octob. 1706. apud Cavaler. cit. c. 15. d. 2. Confer dicta præcedenti die nn. 2. Hujusmodi vero anticipati jejunii in prædicta incidentia congruentiam assignabimus in Festo Corp. Christ. n. 22.*

¹⁵ Qu. I. An sit liberum anticipare hanc Vigiliam in dicto casu?

R. Negative, sed jejunandum esse die præcedenti ad Festum Corporis Christi. Caval. in cit. d. 1. n. 7. Vide dicenda 23. Julii nu. 8:

¹⁶ Qu. II. An anticipato jejunio, possit iterum ex devotione jejunari, & a carnis abstineri in ipso Festo Corp. Christi?

R. Affirmative pari ratione, qua id licet ex Innoc. III. in Natali Domini incidente in Fer. Sextam, quamvis eo casu ex dispensatione Ecclesiæ permisum sit carnis vesci, ut suo loco notabimus. Caval. cit. nu. 7. Ceterum vident possunt etiam dicenda 13. Decembr. nu. 6. Ubi notabimus, jejunium, per se

loquendo, non Festivitatē, & exultationi, sed potius mœstitez, luctuque congruere.

Qu. III. An qui vovit jejunare ¹⁷ in Vig. S. Jo. Bapt. teneatur jejunare in dicta incidentia, & in Feria 4. ex præc. Eccl. & in Fer. 5. propter votum?

R. Negative, sed sufficit si jejunet Fer. 4. Caval. nu. 6. Vide dicta lib. 2. in Dominica art. 9. de jejun. qr. 4. n. 83. & 89.

Qu. IV. An si alicubi occurrat ¹⁸ jejunium in Festo Corporis Christi, possit similiter anticipari?

R. Affirmat Cavalerius n. ix. eo quod, ait, Jejunium Vigiliæ S. Joan. occurrentis in Festo Corp. Christi ex Decreto Ecclesiæ anticipatur in gratiam Solemnitatis Corporis Christi, non ob causam aliquam particularē se tenentem ex parte Vigiliæ S. Joannis Bapt. adeoque cuiuscumque simili casu est adaptanda. Vi Constitutionis Urbanæ Festum S. Antonii de Padua Fratres Minores Conventuales jejunio præveniunt, & declarari petierunt, quid juris, si incidat in diem Corporis Christi? Congregatio autem sub die 26. Mäji 1659. respondit: hujusmodi jejunium Feria quarta immedie anteecedente esse anticipandum: ut refert Lantusca in Theatro Regul. verb. *jejunium*. num. 3. Hæc Caval.

Qu. V. Num, si in Feria quarta, in qua anticipatur Vigilia S. Joan. Bapt. alicubi occurrat Festum principale loci, jejunium adhuc anticipari queat in præcedenti Feria tertia?

R. Affirmative: Caval. n. 9. Vide dicenda in Appendice ad calcem Diarii c. 7. art. 3. ubi agemus de trans-

translat. jejunii occurrentis in Festo Patroni Principalis. Aliæ quæstiones, si forte occurrérant circa prædictum casum incidentiæ Vigiliæ S. Joan. Bapt. in Festum SS. Corporis Christi, solvi facile poterunt ex

ditis lib. 2. l. supra cit. de jejun. in Dominica & ex dicendis 25. Decembr. art. 1. Sect. 9. de permis. carn. in Fer. 6. vel Sab. in quibus occurrat Natale Domini.

C A P U T X X I.

N O T A N D A XXIV. J U N I I.

EXPLICANTUR ARTICULIS III.

Art. I. Notanda in Die Festo Nat. S. Jo. Bapt.

Art. II. Notanda infra Octavam.

A R T I C U L U S I.

Not. in die Festo Nativitatis S. Joannis Baptiste.

EXPLICANTUR SECTIONIBUS IV.

Sect. I. De Instit. & observ. Festi.

Sect. II. De Horis Canonicas.

Sect. III. De Missa.

Sect. IV. De quibusdam superstitione.

S E C T I O I.

De Institutione, & Observantia Festi.

FESTUM Nativitatis S. Joan. Baptiste ponitur C. Conquestus, de Feriis, & C. Pronunciandum. 1. dist. 3. de Consecr. est de præcepto universali, uti habetur ex traditione, & constat ex Constit. Urbani VIII. incip. Universa. An. 1642. quam allegavimus die 1. Januar. n. 1. in qua inter Festa ex obligatione gravi universaliter colenda ponitur Nativitas S. Joannis Bapt., & inter

solemniora adnumeratur C. Si quis etiam . 35. dist. 1. de consecr. quibus interdictum erat audire Missam in agro. Vide dicta 6. Januar. art. 1. Sect. 3. Subs. 2. qu. 2.

Qu. 1. Cur Ecclesia celebret diem Nativitatis S. Joannis Baptiste? quod, excepto Domino nostro Jesu Christo, & Beata ipsius Genitrice Maria, de nullo alio Sancto facit. Profecto cum de aliis Sanctis dicimus: Ecclesiam celebrare Natale ipsorum, mortem intelligimus eorumdem, per quam nimirum Cœlestis Natale habuerunt; ut animadvertisit Durandus in Ration. Offic. lib. 7. c. 1. nu. 18. & Author Sermonis, qui inter opera Augustini est 20. de Sanctis, quique a Lovaniensibus rejectus est in Append. Sermon. de divers. & est ibi serm. 76. & legitur in 2. Noct. hodiernæ Festivitatis: ac videri possunt dicenda 13. Decembr. art. 3. versus finem. De Sancto auctem Joanne Baptista vere, & proprie celebrat diem Natalis ejus in Mendo.

R. Ra-

R. Ratio est , quia Beati Joannis Baptiste Nativitas Sancta fuit , cum Sanctus natus sit , seu gratia ornatus Sanctificante . Enim vero licet fuerit in peccato originali conceptus : ut animadvertisit Azor. Inst. moral. par. 2. lib. 1. c. 25. paulo post initium : in ipso tamen Matris utero purgatus est , & Spiritu Sancto repletus ; ut constat Luc. 1. 15. cum primum Mater ejus Elisabeth vocem audivit Mariae futurantis : ut habet communis sententia omnium Sanctorum Patrum teste Suarez .

Qu. II. Quare Ecclesia celebret ut Festivum de præcepto , adeoque solemnis diem Natalis S. Joannis Baptiste potius quam Mortis ejusdem ; ut de ceteris Sanctis fere consuevit ?

R. Primo , quia in prima ipsius sanctificatione in utero accepta , & Sancta Nativitate , ut qu. prædenti dictum est , specialem quamdam prærogativam habuit ; ut patet . Secundo , quia cum Gabriel Archangelus de eo dixerit Luc. 1. Et multi in Nativitate ejus gaudebunt : significasse , videtur , placitum Deo esse , ut hujus Sancti Festivitas in lætitia de Nativitate ejus præcipue ostendatur : ut sentit Suarez de Relig. to. 1. tr. 2. l. 2. c. 9. n. 8. & innuit Jo: Beleth de Div. Offic. c. 137. , & Durandus in Ration. lib. 7. c. 14. initio . Tertio , quia ex Patribus in Sermonibus in hanc Festivitatem : Beati Joannis Baptiste Nativitas celebratur propter Mysterium , quod præsefert ; quia , nimirum , Joannes fuit quasi terminus legis veteris , & initium novæ ; & quasi indicium ubertatis spiritualis ejus , & voluti nexus utriusque , & quasi Lucifer indicans .

Orientem Solem ; & ideo valde congruum fuit , ut solemnius hoc Festum celebraretur .

Sed interrogabis hic : quare non 4. utrumque diem Natalis scilicet , & Mortis illius , ut festivum de præcepto Ecclesie celebret ? Id enim facit respectu B. Virginis , cuius Nativam , & simul plures alias solemnitates de eadem B. V. celebrat , & ut Festivas de præcepto .

R. Non solere Ecclesiam duo Festa alicuius Sancti sub præcepto constitueri universali . Quod si fecerit respectu B. Dei Genitricis ; id est quasi in singulare signum excellentiæ adorationis hyperdulitatem ipsi Dei Genitrici reservatum ; ut scire notat Suarez l. cit. Vide etiam dicta 8. Decembr. art. 1. Sect. 1. a num. 3. ubi alias quoque ex eodem , & Patribus assignabimus rationes . Et ideo quando de aliquo Sancto plura Festa celebrat Ecclesia , unum censetur esse principale , alia veluti accessoria , & ad summum de principali præceptum datur in foro . Quia ergo Ecclesia Nativitatem Joannis Baptiste principaliiter celebrandam elegit propter rationes jam indicatas ; ideo etiam tulit de illius tantum observatione præceptum .

Qu. III. A quo , vel quando Festum hoc fuerit institutum ?

R. Ab ipsis Apostolis creditur institutum : Suar. l. cit. n. 7. de initio enim illius nulla est memoria ; quod est signum Apostolicæ traditionis , juxta doctrinam Augustini epist. 118. c. 1. quam regulam recipiunt communiter Theologi . Antiquissimum autem esse , constat ex Veterum Sermonibus in hanc Festivitatem .

Ad.

; Ad Laudem denique Festivitatis hujus facit , quod ex Ordine Romano antiquissimo , item ex vulgato Albino Alcuino lib. de Div. Offic. C. de Jo. Bapt. ex Amalario lib. 3. de Eccl. Offic. c. 38. Hugone a S. Victore lib. 3. de special. Missar. observat. c. 6. & ex aliis , tres Missæ olim celebrabantur in honorem S. Joannis Baptistæ solemnitate præsenti .

Ex illis autem tribus unam celebratam fuisse in Vigilia , reliquas duas in die Nativitatis ejusdem S. Joannis habet Laudatus Ordo Romanus , ubi post tit. de jejunio Pentecostes , sic legitur : *In Natali Sancti Joannis ideo tres Missæ celebrantur , id est , una in Vigilia ejusdem , due in die Nativitatis ejus , quia tribus triumphis resulst insignis ; id est , Officio Precursoris , Baptista ministerio , & quia Nazareus ex utero Matris permanxit . Id ipsum tradunt , similiterque loquuntur Scriptores alii veteres modo citati .*

Aliqui vero , quos citat , & sequitur Bened. XIV. de Festis Domini cap. 17. §. 5. etiam dicunt : præfatas Missas tres fuisse uno eodemque die Festo Nativitatis S. Joannis Baptistæ celebratas , & a singulis Sacerdotibus ; atque id fuisse communæ , tradunt , quibusdam etiam aliis præcipuis Festivitatibus ; (confer dicta l. i. c. 2. n. 8. & dicenda 25. Decembr. nu. 20.) ut , nimirum , in eis uno eodemque die plures Missæ a singulis a Sacerdotibus dicerentur , quas Festivitates ibidem Benedictus enumerat ; & videri etiam potest Meratus to. i. in Gavant. in Rubr. Mls. part. i. in præliminar. n. 16. in medio .

At vero Azor. Instit. moral. par.

2. lib. i. c. 25. initio , et si dicat & ipse : olim Latinos trium Missarum Sacrificiis hujus diei celebritatem agere , & colere consueisse ; non tamen admittit sive tres , sive duas ex tribus hujusmodi Missis uno eodemque fuisse die a singulis Sacerdotibus celebratas ; sed unam in Vigilia Nativitatis laudati S. Joannis , alteram ipso Nativitatis ejus Festo die , tertiam in die proximo sequenti . Probat ex ipso Ordine Romano antiquo , ipsomet etiam textu a nobis superius recitato , quem tamen ipse aliter legit , sic : *In Natali Sancti Joannis ideo tres Missæ celebrantur , id est , una in Vigilia ejusdem , due in diebus sequentibus , quia tribus triumphis &c.*

Utique , si ita legendus esset textus hujusmodi , plane constaret ex eo , verum esse quod dicit Azorius . Sed nos cumdem descripsimus ex rectione emendatissima , videlicet Melchioris Hittorpii ; juxta quam in eo textu ubi Azorius legit : *due in diebus sequentibus* : legendum est : *due in die Nativitatis ejusdem* : Et ita legunt vulgatus Alcuinus , Amalarius , Ugo Victorinus , & alii Scriptores veteres , qui juxta eundem Romanum Ordinem loquuntur , & non dicunt simpliciter in solemnitate Natalis S. Joannis Baptistæ fuisse celebratas Missas tres ; sed expresse insuper affirmant : unam celebratam fuisse in Vigilia , alteram ipso die Nativitatis S. Joannis , summo mane , puta in Aurora ; tertiam quoque in die , videlicet usuali , puta longe post ortum solis , ut nimirum fieri consuevit in die Nativitatis Domini . *Beatus Joannes Baptista* (ait Amalarius l. supracit.) legitur in *Evangelio Lucae repletus esse Spiritum*

in Sancto ex utero Matris . Quapropter in eccl^{io} lucis diei , quasi in exordio Nativitatis , Sacrificium Deo offeratur in honorem ejus ad laudem Creatoris , qui illum dignatus est honorare ex utero Matris . Ideo autem tres Missæ celebrantur in Festivitate Beati Joannis , quia tribus insignibus triumphis excellenter resulst : Ad hoc enim venit , ut viam Domino præpararet exemplum suæ conversationis : Qui triumphus celebratur in Vigilia ejus . Per baptismi ministerium claruit insignis : bujus ministerii triumphus recolitur in prima Missa . Nazaræus vero permanest ex utero matris : hoc donum recolitur in secunda Missa in die . Ita Amalarius : similiter loquuntur Alcuinus , & Hugo .

Cæterum Azorium sequitur Teophilus Raynaudus tom. 7. tract. de O. parascv. in argum. num. 3. ubi ait : nulla alia die fuisse unquam celebratas Missas tres a singulis Sacerdotibus , quam in Natali Domini : & a veritate abhorrente , privilegium idem aliquando fuisse concessum festo huic S. Joannis Baptista , ut aliqui extenderunt . Idem repetit tom. 10. tract. de Gladio . Sect. 3. §. 5. ubi de prærogativ. Nat. Dom. confirmans , privilegium prædictum Nativitatis Domini esse prorsus singulare ; Nam (inquit ,) quod aliqui scriperunt de tribus Sacris olim celebratis in Nativitate S. Joannis , (Ita Baronius ad 24. Junii ex ordine Romano , Albino Flacco , & Amalario) aliter est accipendum cum Azorio Gc. Hæc Raynaudus .

Et quod præter Natale Domini , in nulla unquam alia Festivitate concessum fuerit universaliter singulis Sacerdotibus celebrare Missas plures , sustinet præter Raynaudum , etiam

TOM. III.

Cardinalis De-Lugo de Sacram. Euch. disp. 20. Sect. 1. num. 17. & Vazquez apud eundem ibidem nu. 15. Confer dicenda tr. 2. l. 4. part. 2. c. 8. n. 43. §. Confirmatur . Consequenter hi quoque Auctores tenent , neque hoc die Festo Sancti Jo. Baptista fuisse umquam celebratas Missas tres , vel duas a singulis Sacerdotibus . Proculdubio autem loquuntur de aliqua universalis constitutio- ne Ecclesiæ ; seu negant fuisse umquam universaliter concessum singulis Sacerdotibus , uno eodemque die celebrare Missas plures , ex aliqua consuetudine Ecclesiastica , ejusque institutione , ut est in Natali Domini ; enim vero olim licitum quidem fuisse , & etiam consuevit Sacerdotes aliquos uno eodemque die celebrare Missas plures ex propria devotione , satis constat ex veteribus Scriptoribus de rebus Eccl. (confer dicta l. 1. c. 2. n. 8.) & vide- ri potest VValafridus Strabo lib. de reb. Eccl. c. 21. Honorius in Gemma l. 1. c. 114. Meratus l. cit. & adhuc nostris hisce temporibus con- sivevit alicubi celebrari duas Mis- sas a singulis Sacerdotibus sæculari- bus , in Festo S. S. omnium die 1. Nov. notabimus ibi nu. 19. etiam tres Missas a singulis Sacerdotibus celebrari in die Commemorationis omnium fidelium Def. alicubi esse concessum notabimus die 2. Novem. num. 40.

Animadvertisendi vero hic nobis sepe offert occasio : nomen Missæ a veteribus Scriptoribus non semper u- surpatum fuisse pro Sacrificio ; cu- jus rei ignoratio gravissimis etiam viris occasionem dedit errandi : ut animadvertis Meratus l. cit. n. 10. §. Præterea obseruandum est , ubi ob-

I ser-

servat, & notat, acceptiones varias nominis *Missa* apud antiquos, ex quibus hic meminisse sufficiat acceptationis praefatae vocis, pro lectione ad *Nocturnum Officii Canonici*. Ita *Sanctus Aurelian* in Regulas Monasterii, quod jussu *Childerici Regis Arelate* constructum fuit, ubi modum psallendi praescribens, ait: *In Natali Domini, & Epiphania tertia hora noctis surgite, dicite unum Nocturnum, & facite sex Missas de I-saja propheta: iterum dicite secundum Nocturnum; & legantur aliae sex de Evangelio. In Epiphania ita: in primo unum Nocturnum; deinde de Daniele Propheeta facite illas sex Missas. Et mox: In Martyrum Festivitatibus tres aut quatuor Missae fiant: primam Missam de Evangelio legite, reliquas de Passionibus Martyrum.*

S E C T I O II.

De Horis Canonicis.

NAT. S. Joannis Baptiste dupl. 1. cum Octava. Rubr. gen. Brev. tit. 9. n. 5. & tit. 10. n. 1. & in duab. tabell. excerpt. ex rub. gen. omnia ut in propri. Licet, ex una parte, Rubrica gen. tit. 20. nu. 7. sic prescribat: *Quando Antiphona sumitur ex principio Psalmi, vel Cantici, & incipit sicut Psalmus, vel Canticum, post Antiphonam non repetitur principium Psalmi, vel Cantici, sed continuetur, quod sequitur in Psalmo, vel Cantico, ab eo loco, ubi secundum ritum diei definit Antiphona, nisi discontinuetur per Alleluja. Et ex alia parte, Antiphona ad Benedictus in hodierno Officio sic definiat: Benedictus Deus Israel: nihilominus praedicta Antiphona non im-*

fedit, quin inchoetur Canticum *Benedictus* a capite de more; quia Rubrica generalis praedicta loquitur de Antiphona, quae est eadem cum Canticis, & in Antiphona haec debet: *Dominus*; quae tamen vox habetur initio praedicti cantici; ut observat *Gavant.* in *Rubr. Brev. Sect. 7. c. 8.* ad hanc diem.

Secundæ Vesperæ de eodem Festo; ad *Psalmos Antiphonæ de Laudibus*, reliqua ut in primis *Vesp.* & proprie.

Primaria Festa S. Joannis Baptiste, & Apostolorum Petri, & Pauli, attentis rationibus per Patrem Mornati Sect. 3. cap. 10. nu. 2. innixis Decreto Sacr. hujus Congregationis in Aquilejen. 21. Aug. 1688. (quod dabimus infra) excludunt omnia alia Festa in ipsis occurrentia, excepta solemnitate Corporis Christi. S. R. C. 11. Maii 1743. in Senen. Apud Caval. post finem tomij 4. in append. ad cap. de Dedic. Eccl. d. 3. S. Joannes Bapt. excludit omnia Festa ratione suæ excellentiæ, & dignitatis, ut infra dicetur, & explicabitur, seu limitabitur.

Si Festum S. Joannis Baptiste 9 venerit in die Octava Corporis Christi, fit de S. Joanne Officium, & sola Commemoratio diei Octavæ Corporis Christi. Rubr. gen. Brev. tit. 10. nu. 1. Vid. dicenda ubi de die Octava Corporis Christi.

Si Festum S. Joan. Bapt. venerit in die Corporis Christi, Officium S. Joannis singulari privilegio transfertur in sequentem diem a quocumque Officio duodecim Lectionum (nempe juxta ritum Monasticum; at juxta ritum Romanum, novem Lectionum) etiam impeditam, cum Commemoratione Octavæ, sed in secun-

Secundis Vesperis fit Commemoratio tantum S. Joannis; ex D. S. C. R. 23. Junii 1736. in Einsidlen. apud Caval. to. 2. cap. 13. d. 17. In dicto igitur casu, in die sequenti immediate ad Festum SS. Corporis Christi, Nativitas S. Joannis censenda erit ut occurrentis, adeoque transferri faciet Festum quodlibet, liget Dedicationis, aut Titularis, vel Patroni, quod alicubi occurreret: cum omnibus istis intrinsecæ vi dignitatis præstet. Vid. Caval. l. cit. n. 4. & 5. & to. 1. c. 1. in Decr. 16. Merat. tom. 2. Sect. 6. c. 20. n. 1. Id tamen limita, si Festum occurrentis ritus foret ejusdem, sed Majoris dignitatis, scilicet Festum Domini, aut Deiparæ, vel Angelorum. Vid. Caval. cit. n. 5. & in cit. d. 16.

Non est autem in dicto casu transferendum Festum in foro; sed solum Officium transfertur in Choro, Festum itaque S. Jo. Bapt. occurrentis in Feste Corp. Christi observatur in foro eadem simul die. Vide Caval. in cit. d. 17. nu. 9. In dicto eodem casu non transferri tamen Octavam, notabimus in die Oct. S. Joannis.

¹⁰ Festum Nativitatis S. Joannis Baptistæ præterri debet Feste Dedicationis Ecclesiæ, & babere integras secundas Vespertas cum Commemoracione tantum sequentis. In Feste autem Dedicationis Vespere sunt dimidianda, & a Capitulo debet fieri de Sanctis Patronis cum Commemoratione Dedicationis, ut in utroque casu prescribitur in Rubrica de concurrentia n. 2. versu: Inter festa. Ita pariter infra Octavas dictorum Festorum, nempe S. Joannis Baptistæ, & Dedicationis ec. faciendum est Officium de

Ottava S. Joannis Baptistæ cum Commemoratione Ottavarum Dedicationis, & S. S. Patronorum, seu Titularium Ecclesiæ, ut in Tabella de concurrentia (seu de Occurrentia) n. 7. & Gavantus in Rubr. Sect. 3. cap. 8. n. 6. Ita S. R. C. 21. Aug. 1688. in Aquilejensi, apud Caval. to. 1. c. 1. d. 16. Confer Merat. tom. 2. in Gavant. Sect. 3. cap. 8. n. 11. Porro in Cathedrali Aquilejensi tria Festa solemnia successive celebrantur; nimirum die 24. Junii Festum S. Joannis Baptistæ: die 25. Dedicationis ejusdem Ecclesiæ: die 26. S. S. Joannis, & Pauli Titularium, & Patronorum dictæ Ecclesiæ. Vid. dicenda in Appendice ad calcem Diarii c. 4. art. 3. qu. 1. & 3.

S E C T I O III.

De Missa.

¶ Nativitate S. Joannis Baptistæ III dupl. 1. cl. Missa propria. Non dicitur Credo nisi in Ecclesia propria. Rubr. Missal. Ubi S. Joannis Baptistæ Festum, & ejusdem Decollationis memoria gaudent prerogativa Patroni, vel Titularis, in Missa est utique recitandum Symbolum, secus vero negative; ni rursus adesse ejusdem Sancti insignis Reliquia. S. R. C. 11. Maii 1743. in Senen. apud Caval. to. 5. c. 12. n. 24. (alias per errorem 25.)

Ubi est Titularis Ecclesiæ dicitur Credo, si celebretur Missa in eadem Ecclesia: Secus tamen si extra Ecclesiam, cuius est Titularis. Caval. l. cit. nu. 28. fine (alias per errorem 29.) Vide dicenda in Append. ad calcem Diarii c. 5. artic. 3. num. 25. Ubi vero est Patronus

Principalis dicitur *Credo*, in quibuslibet Ecclesiae loci, cuius est patronus; Vid. dicenda in cit. App. c. 7. art. 6. num. 39. Dicitur autem Symbolum non in utroque Festo Nativitatis, & Decollationis, sed in alterutro ex iisdem, quod gaudeat prærogativa Patroni, vel Tituli. Ubi dicitur *Credo* solum ratione Reliquiæ insignis dicatur tantummodo in hoc Festo primario. Vid. Caval. cit. cap. 12. num. 54. (alias per errorem 55.)

An autem ubi Decollatio Sancti Joannis gaudeat prærogativa Patroni, vel Tituli Ecclesiæ, & simul habeatur insignis Reliquia, dici possit Symbolum in hoc Festo Nativitatis ejusdem ratione Reliquiæ? Negative credimus respondendum, eo quod respectu ad prædictam particularem Ecclesiam Festum Decollationis est primarium Festum Sancti Joannis. Porro occurrentibus simul duobus Festis ejusdem ritus, & dignitatis, particulari uno, universaliter altero: particolare præfertur universaliter: ut declaravit Sacra Rit. Congr. in Decreto hujus tenoris: *In occurrentia Festi Kalendarii particularis, & Feii Kalendarii universalis sum paritate ritus, & sine excelentia majoris dignitatis, faciendum est de primo, translato Secundo.* S. R. C. 12. Julii 1704. in una Urbis, & Orbis apud Caval. to. 2. c. 26. d. 8. Ergo similiter videtur dicendum: quod Festum Decollationis S. Joannis particulare dupl. 1. cl. eum Octava: eo quod sit patronus loci, vel Titulus Ecclesiæ: sit præferendum in eadem Ecclesia Festo universalis Nativitatis ejusdem: atque adeo respectu ad talem Ecclesiam Festum Decollationis sit pri-

marium. Ergo ubi Festum Decollationis gaudeat prærogativa Patroni, vel Tituli Ecclesiæ, in Ecclesia ubi simul habeatur insignis Reliquia ejusdem Sancti, non est dicendum *Credo* ratione Reliquiæ in hoc ejusdem Festo, sed soluta in Festo Decollationis: Symbolum enim, ut diximus, ratione Reliquiæ recitandum est in Festo tantum primario. Tunc igitur recitabitur tum ratione reliquiæ, tum ratione Patroni, seu Tituli Ecclesiæ. Nec videtur casui, de quo agitur, quidquam obesse, Festum Nativitatis S. Joannis habere privilegium excludendi quodlibet Festum non majoris dignitatis.

Dicendum est *Credo*: Si hoc Festum occurrit in Dominica, aut infra Octavam Corporis Christi. Rubr. Miss. vel infra aliam particularem Octavam habentem *Credo*, quo casu dicitur *Credo* ratione Dominicæ, vel Octavæ: Quemadmodum in die Octava hujus Festi dicitur *Credo*, ut ibi notabimus, propter Octavam S. S. Apostolorum Petri, & Pauli: ut etiam Rubrica animadvertis.

Extra prædictos casus igitur non dicitur *Credo* in Nativitate S. Joannis Baptistæ: quia in Festis Martyrum non dicitur *Credo* in Missa: Vid. Caval. to. 5. c. 12. n. 61. & Ecclesia Sanctum Joannem Baptistam aggregavit Catalogo Martyrum. Et licet Durandus relatus a Caval. licet. num. 26. tradat, in quibusdam Ecclesiis fuisse Symbolum recitatum in Missa in Festo S. Joannis Bapt. eo quod in Symbolo fiat mentio de Prophetis, illis verbis: *Qui loquutus est per Prophetas:* & Joannes Baptistæ quidem fuit plus quam Propheta: quemadmodum Christus Dominus

nus de ipso ait; at vero, ut animadvertisit Cavalerius: Ecclesia Romanae disciplina non asseret Sanctos veteris testamenti, aut Evangelicos, quantum attinet ad Officii Divini recitationem, in diversas Classes fernerere: Sed eosdem Catalogo Martyrum, vel Confessorum aggregat, & honorat Officio; prorsus neglecto Prophetarum, vel Patriarcharum titulo, in cuius loco illum Confessorum, vel Martyrum respective substituit.

12 Quamvis autem Ecclesia Sanctum Joannem Baptistam honoret titulo Martyris: & in solemnitatibus Martyrum color rubeus adhibetur in Missa, & Divinis Officiis: nihil minus in hoc Festo Sancti Joannis, quia est de Nativitate ejusdem, color utitur albo, ex Rubr. general. Miss. tit. 18. nu. 2. Quia sine peccato Originali natus est, atque cum nitore Divinæ gratiæ: secundum dicta superius num. 3. Quam rationem assignat Durandus in Ration. Divinor. Offic. lib. 3. c. 18. n. 2. & ex Innocentio III. Gavantus in Rubr. Miss. par. 1. tit. 18. nu. 2. lit. p.

13 Quæres: Utrum appelle Joannem Baptisam, nomen Joannis, quod in Canone Missæ ponitur in secunda Commemoratione Sanctorum in *Nobis quoque peccatoribus*: in qua Oratione dicitur: *Cum Joanne, Stephano &c.?* Si enim hic simplici nomine Joannis venit Joannes Baptista, est utique hodie inclinandum caput in Missa ad ejus invocationem loco etiam præfato, conformiter ad Rubr. Miss. de rit. celebr. Miss. tit. 5. n. 2.

R. Aliqui dicunt: esse Joannem Apostolum, & Evangelistam; Alii

autem Joannem Baptisam; at vero Marcum Evangelistam; quem supponunt nominatum quoque fuisse Joannem ex Luca in Actis c. 12. n. 25. & c. 15. v. 37. Et quidem Joannem Marcum Evangelistam intelligi putat Honorius in Gemma lib. 1. c. 107. & cap. 108. initio Suarez autem tom. 3. in 3. part. disp. 83. Sect. 2. §. Octava pars videtur inclinare ad sentiendum cum illis, qui volunt, venire hic Joannem Apostolum, & Evangelistam. At vero Azorius Institut. Moral. par. 1. lib. 10. c. 35. qu. 1. probabilitatem putat aliorum sententiam, qui dicunt, venire hic Joannem Baptisam. Id ipsum sentit Benedictus XIV. de Missa Sect. 1. c. 18. §. 1. alias lib. 2. c. 18. nu. 5. Meratus to. 1. par. 2. tit. 9. n. 9. Id certum esse, supponit Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccl. c. 22. Et ita velle communem Liturgicorum opinionem cum B. Alberto Magno, testatur Cavalerius to. 5. c. 21. n. 3. quia re ipsa in Liturgiis Sanctorum Basilii Magni, & Joannis Chrysostomi in hac secunda Commemoratione Sanctorum Baptista nominatur expresse; subditque Cavalerius: merito Joanni Baptista locum post Consecrationem Hostie designari, quando nimis jam praesens est Agnus Dei, cuius fuit ipse Præcursor, & Demonstrator, dicens: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum Mundi*. Joan. 1. 29.

In hac itaque postrema opinione si stetur, hodie, & per Octavam, quando dicitur Missa, aut fit saltem Commemoratio Nativitatis S. Joannis Baptista, inclinetur caput ad ejus nomen loco prædicto, & item in Evangelio, sive primo de

endem

eadem Sancto , sive ultimo , si legatur , quod in fine Missæ legi conseruit : *In principio erat Verbum* : Ubi nominatur etiam S. Joannes , ut plane constat , Baptista : & ubique nominetur in Missa . Vide dicta 18. Januar. art. 2. Non opus est autem profundius inclinare caput , dum Celebrans inclinatus recitat formulam Confessionis generalis , & Orationem : *Suscipe Sancta Trinitas ; non est , inquam , opus , caput inclinare profundius ad nomen Joannis Baptiste ibi recitatum .* Vide rursus dicta 1. cit.

S E C T I O IV.

De quibusdam Superstitionibus .

14 Qu. An sit superstitione illud , quod nonnullæ Mulierculæ faciunt in nocte S. Joannis Baptiste ? Aliquid scilicet precantur , & applicant auditum , quo nomen alicujus hominis audiant , quem suum putant fore maritum . Vel in nocte ejusdem S. Joannis orant , ut in somno appareat iis , cui nubere debeant .

R. Affirmative ; est enim vana observantia , quæ est species superstitionis . Ita cum Sanchez Tamburinus in Decal. lib. 2. c. 6. §. 1. n. 27. item La-Croix lib. 3. part. 1. qu. 5. §. 2. n. 29. versus finein . Busemb. lib. 3. par. 1. tract. 1. c. 1. dub. 4. Resp. 4. Resol. 1. Patet vero ex Regulis dignoscendi vanam observantiam . An autem sit mortalis superstitione , vel venialis ? Vide Tambur. cit. n. 27.

15 Qu. II. An sit superstitione colligere herbas in die S. Joannis ad aliquem effectum , puta ad aliquem morbum curandum ?

R. Si tali die colligantur , quia tunc sciantur , sive putentur , a natura perfici in tali gradu virtutis apto , requisito ad aliquem effectum naturale habendum , puta ad curandum hunc , vel illum morbum : nulla erit superstitione . Busemb. lib. 3. par. 1. tr. 1. c. 1. dub. 4. Resp. 4. Resol. 2. Tambur. in Decal. lib. 2. c. 6. §. 1. nu. 65. Si autem talis dies obseruetur ad colligendas herbas , simpliciter quia est dies dicatus Sancto Joanni , & ex hoc simpliciter credantur habere hunc , vel illum effectum : esse superstitionem docet cum Sanchez Tamburinus 1. cit. & num. 28. item Tancredi de Relig. tr. 2. lib. 2. disp. 8. qu. 6. nu. 18. Dicit tamen Tamburinus : tunc istud esse mortale , quando hujusmodi inutilis circumstantia esse putetur infallibilis , & efficax ad effectum ; secus si a Sancto , in cuius honorem hoc fiat , auxilium speretur , & incolumitas .

Nota hic apud Joannem Beleth ; de Divin. Offic. c. 137. & apud Durandum in Ration. Offic. lib. 7. cap. 14. hæc haberi . . . *Firat autem tria specialia in hoc Feste ; (Nat. S. Jo: Bapt.) in Vigilia namque in quibusdam partibus , ex antiqua obseruatione colligunt homines , & pueri ossa , & quedam alia immunda , & insimul cremant . Ferunt etiam brandas , sive faces , & cum illis circuunt arva . Tertium est quia rotam volunt . Hæc Durandus , & eadem refert Beleth , quæ superstitionis speciem preferunt : laudati vero Scriptores explicant quare hæc fiebant ? Quorum rationes videri possunt , ut excusentur a superstitione consuetudines hujuscemodi , si aliquibi fortasse adhuc inveniantur .*

A R-

ARTICULUS II.

Not. Infra Octavam Nativitatis S. Joannis Baptiste.

EXPLICANTUR SECTIONIBUS II.

Sect. I. *De Horis Canoniciis.*

Sect. II. *De Missa.*

SECTIO I.

De Horis Canoniciis.

17 **INFRA OCTAVAM NATIVITATIS S. JOANNIS BAPTISTE.** *De Horis Canoniciis.* quando fit de Octav. semid. lect. 1. Noctur. de Script. occurr. 2. & 3. Noct. propr. reliqua ut in Festo.

Infra Oct. Nat. S. Jo. Bapt. Dedicationis, & S. S. Patronorum, seu Titularium Ecclesiae, faciendum est Officium de die infra Octavam S. Joannis Baptiste cum Commemoratione aliarum Octavarum occurrentium, ex Decreto S. C. R. 21. Augusti 1688. quod allegavimus art. 1. Sect. 2. num. 10. Si autem Octavae S. Joan. Bapt. & SS. Corp. Chr., simul occurrant, Officium fit de Oct. Corp. Chr. cum Com. Oct. S. Jo. Rubr. gen. Brev. tit. 10. de transl. Festor. n. 1.

18 *Nona lectio non legitur de die infra Octavam, quando de ea fit Commemoratio in Dominica, vel aliquo Festo, licet habeat Evangelium proprium, & homiliam. Rubr. gen. Brev. tit. 9. n. 10.*

19 *Officia five menstrua, five hebdomatica, prohibentur (præter alios dies suis locis indicatos, & indicandos) in diebus infra Octavas quascumque ex Decr. S. C. R. Vide dicta l. 2. par. 1. c. 2. n. 3.*

Officia ad libitum et si sub ritu duplice occurrentia infra quascumque Octavas, etiam non privilegiatas, particularis quoque alicujus Diocesis, vel Religionis, non sunt celebranda, nec transferenda, sed omittenda. Vide dicta 19. Januar. art. 1. n. 4.

SECTIO II.

De Missa.

INFRA OCTAVAM NATIVITATIS S. JOANNIS BAPTISTE. *Missa* ut 20 in Festo, semid. dicitur 2. Off. de S. Maria Concede nos. 3. Ecclesiæ, vel pro Papa. Rubr. Miss. Non dicitur Credo, nisi occurrat alia Octava habens Credo. Dicitur etiam Credo in Ecclesiis, ubi in Festo dicatum est, eo quod sit earumdem Titulus, vel in locis, ubi est Patronus Principalis. Vide dicta art. 1. Sect. 3. n. 11.

An autem infra Octavam dicendum sit Credo a Regularibus degentibus in loco, ubi S. Jo. Bapt. sit Patronus Principalis loci, quemadmodum ab iisdem dicendum fuit in Festo ea ipsa ratione Patroni?

Negative respondendum existimo: quia cum Regulares celebrent Octavam non ratione juris particularis loci, quod ad eos non extenditur, (vide dicenda in Append. ad calcem Diarii c. 7. ubi de S. S. Patron. art. 5. n. 19.) sed celebrent Octavam ratione juris communis, ideo celebranda est ab iisdem juxta ritum universalis Ecclesiae ex quo Octava S. Jo. Bapt. non habet Credo. In Ecclesia vero ubi in Festo dicatum fuit Credo ratione insignis Reliquiæ, dicendum esse & per Octav. affirmat Caval. to. 5. c. 12. n. 56.

Ad

- ²¹ Ad nomen S. Joannis Baptistæ inclinetur caput in ejus Missa , aut quando saltem fit de eo Commem.
- secundum dicta art. 1. Sect. 3. nu. 13. Color. par. alb.
-

C A P U T X X I I .

N O T A N D A XXV. J U N I I .

ARTICULUS UNICUS.

De Horis Canonicis, & Missa.

^TN Calend. Rom. Offic. & Missa
de 2. die infra Octavam Nat. S.

Joan. Bapt. ut explicatum est die præc. art. 2. Vesp. de sequ. Festo dupl. S. S. M. M. Joannis, & Pauli. Orat. & Antiph. ad Psalm. & Magnif. propri. reliqua de communi M. M. & fit Commem. Oct. S. Jo.

C A P U T X X I I I .

N O T A N D A XXVI. J U N I I .

EXPLICANTUR ARTICULIS IL.

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canonicis.

OFFICIUM S. S. Joannis, & Pauli Martyrum elevatum fuit ad ritum duplicem a Benedicto XIII. 21. Maii 1728. Unde Rubrica illa, quæ legebatur in Breviario sub hac die 26. Junii , nempe : *Si hoc Festum venerit in Dominica , transfertur in sequentem diem : Cessavit . Merat. hic.*

Itaque hodie in Calend. Rom. recitatur de S. S. M. M. Joanne , & Paulo dupl. ut in propri. & com-

muni M. M. & fit in laudib. Commem. Oct. S. Jo. Bapt. 8. &. *Hec est vera fraternitas .* Vide dicta 15. Febr. art. 1. nu. 2. secundæ Vesp. de eodem Festo , Antiph. ad Magnif. propria , reliqua ut in 1. Vesp. Festi , & ut in 2. Vesp. de communi M. M. & fit Commem. Oct. S. Jo. Bapt.

Quando Officium S. S. M. M. Joannis , & Pauli erat semiduplex , habebat nihilominus secundas Vesperras integras sequente Officio semiduplici : eo quod fuerint Nobiles Romani , ait Gavantus in rubr. Brev. Sect. 7. c. 8. ad diem 25. Ju-

nii ,

nisi concurredisset cum Domini-
ca, vel nisi translatum fuisset.

ARTICULUS II.

De Missa.

- 2 ^MN Festo S. S. M. M. Joannis, &
A Pauli dupl. Missa propr. Com-
memor. Oct. S. Jo. Bapt.

Hodie in Missa in Canone in O-
rat. Communicantes, in fine ubi di-
citur: Joannis, & Pauli, Cosme, &
Damiani &c. inclinetur caput ad no-
mina Joannis, & Pauli, & similiter u-
bicunque nominentur; Ex rubr. Miss.
de rit. celebr. tit. 5. n. 2. Vide di-
cta 18. Januar. art. 2. Col. param.
rub.

C A P U T X X I V.

N O T A N D A X X V I I J U N I I.

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. De Horis Canoniciis.

Art. II. De Missa.

ARTICULUS I.

De Horis Canoniciis.

ARTICULUS II.

De Missa.

- 1 ^MN Calend. Rom. de die infra Oa-
t. S. Jo. Bapt. semid. lect. 1. Noct.
de Script. occur. 2. & 3. Noctur.
propr. ut quarta die; reliqua ut in
Festo. In 2. Vespa. a capit. de se-
quenti Festo S. Leonis II. P. &
Conf. semid. ut in communi Conf.
P. Or. propr. Commem. Octavæ S.
Joan.

- 2 Si hodie fuerit Sabbathum; nona
lectio de homil. Vigil. S. S. Apost.
Petri, & Pauli, & ejusdem Com-
mem. in Laudib. Prædicta 9. lect.
de homil. Vigil. dicetur, etiam si ve-
niat infra Octavam Corp. Christi,
& fiat Offic. de die infra Octavam.
Vide dicenda infra Oct. Corp. Chr.
num. 57. In 2. Vespa. a cap. de
Dom.

TEM. III.

MISSA de die infra Oct. S. Joan. 3
A. Bapt. ut in Festo, & secun-
dum notata 24. hujus art. 2. Sect.
2.

Si hodie fuerit Sabbathum, & 4
non occurrat alicubi Officium du-
plex, in hoc casu Officium erit de
semiduplici occurrenti, seu de die
infra Octavam S. Jo. Bapt. Missa
vero de Vigilia anticipata Aposto-
lorum Petri, & Pauli. Rubr. Miss.
hic. & rubr. gen. Miss. tit. 3. n. 2.

Non dicitur in hujusmodi Missa
Gloria in excelsis, ob rationem ex-
plicandam 14. Aug. m. 3. Nec in
eadem Missa de Vigilia dicitur Cre-
do in Ecclesia propria S. Jo. quia
est Ferialis. Vide dicta 23. Februar.
art. 2. num. 16.

In prædicta Missa Vigiliæ secun-
da

de Orat. de Sanct. Joan. 3. de B. Maria: Concede nos. Nisi debeat dici alia Oratio, præca de aliqua alia die infra Octavam, illa enim tunc dicitur pro 3. Orat. si fit de Festo minus digne.

5. Color parament. Violac. in præfata Missa Vigilie ex rubric. general. Missal. titul. 18. num. 5. Vide dicta 23. Februar. art. 2. n. 19. Si Officium, & Missa discordent, color Altaria sequatur Officium; Vestimenta autem Sacerdotis sit color Missæ conformis. Pro Missa vero solemni convenit, ut Pallium etiam Altaris concordet cum colore Paramentorum Missæ. Vide dicenda 2. Nov. n. 81.

6. In Rubric. gener. Missal. titul. 3. num. 1. præscribitur, ut in Feriis Quadragesimæ, Quatuor Temporum, Rogationum, & Vigiliarum, etiamsi duplex, vel semiduplex Festum, vel Octava occurrat, in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis contenerit duas Missæ, una de Feste, alia de Feria. At in Missali in Vigilia S. Sc. Petri, & Pauli, quando occurrit in Sabbato, (occurrence nimirum S. Leonis Festo in Dominica,) non præscribentur duas Missæ, de die infra Octavam S. Joannis, & de Vigilia. Ergo primo concludendum est: non esse dicendas: sed solum cantandam Missam de Vigilia, si fiat Officium de die infra Octavam. Secundo arguendum, quid in simili casu faciendum sit: nimirum occurrence Vigilia in die infra Octavam, si fiat Officium de die infra Octavam, non sunt cantandæ duas Missæ, una de Vigilia, altera de die infra Octavam; sed unica de Vigilia cum

Commemoratione Octavæ, juxta rubricam gen. Miss. ejusdem tit. p. nu. 2. Ubi tamen excipitur Vigilia infra Octav. Corp. Chr. Vide dicta 23. Junii art. 2. nu. 6. Inde habes quid nomine Octavæ veniat in Laudata Rubrica n. 1. scilicet non intelligitur qualibet dies infra Octavam, sed soluna ipsa & una dies Octava. Vide dicenda tr. 2. l. 4. par. 1. c. 4. n. 10. & 11.

Idem dic de Feriis Quadragesimæ, Quatuor Temporum, & Rogationum, in quibus, si occurrat dies infra Octavam, non sunt cantandæ duæ Missæ, sed unica de Feria cum Commemoratione Octavæ, juxta Rubricam Laudaram. Quod notat & docet Gavantus in rubr. Miss. par. 1. tit. 3. n. 1. lit. i. Vide dicenda l. cit.

At dices: quod hodie in dicto casu non præscribatur in Missali Romano, ut dicantur duæ Missæ, esse casum omissum. Ergo hujusmodi error non debet servire pro Regula, sed potius corrigendus. Respondet idem Gavantus loc. cit. negando Antecedens; tum quia in Recognitione Missalis notare sunt diligentissime, ipso præfante, duæ Missæ, quando debent dici in propriis locis. Tum quia diversa est ratio inter Festum, diem Octavam, & dies infra Octavam. Festum enim semel accidit in anno; dies Octava est annalis fere ritus cum suo Feste: at dies infra Octavam sepius occurrit, & sine injuria omitti potest. Hac Gavantus. Quæ confirmat Meratus ibi nu. 2. & approbat Caval. tom. 2. c. 15. Commenq. in d. 3. Confer etiam dicta 23. Februar. n. 16.

C A P U T XXV.

N O T A N D A XXVII. J U N I .

EXPLICANTUR ARTICULUS III.

Art. I. De Horis Canoniciis.

Art. II. De Missa.

Art. III. De Jejun. Vigil. S. S. Ap. Petri, & Pauli.

A R T I C U L U S I.

De Horis Canoniciis.

1 VN Calend. Rom. S. Leonis II. P. & Conf. semid. lect. 1. Noct. de Script. occurrit. 2. Noct. propr. 3. Noct. Homo peregre, de eom. Conf. P. 1. loco. 9. lectio de Homil. Vigil. S. S. Ap. Petri, & Pauli, & ejusdem Commemor. in Laudib. & Oct. S. Jo. Bapt. ante Commemor. Vigilie. Reliqua ut in communione Conf. P. Or. autem propr.

Vesp. de sequenti tantum Festo S. S. Ap. Petri, & Pauli dupl. 1. cl. ut in propr.

2 Si Festum semid. S. Leonis venerit infra Oct. Corp. Chr. transfertur post Oct. ut art. sequ. dicitur. Similiter si venerit in Dom. transfertur post Octavam S. S. Petri, & Pauli; in Sabbato autem praecedenti fit, ut heri dictum est. Rubr. Brev. hic.

A R T I C U L U S II.

De Missa.

3 VN Festo S. Leonis P. & Confess. semid. Missa propr. 2. Orat. S. Jo. 3. Vigil. & ejusdem Ev. in fine. Col. param. alb.

In Eccles. Cathedralibus & Collegiatis dicuntur duas Missæ, una de Festo cum Commem. S. Jo. & B. Marie: alia de Vigilia cum Commemor. B. Marie Concede nos, & Ecclesiae tue, vel pro Papa: Deus omnium. Rubr. Mis. hic. Pro hujusmodi Missis Conventualibus in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis celebrandis in Vigiliis, videri debent dicenda tr. 2. lib. 4. par. 1. cap. 4. de Missa: qu. 1. & duab. sequ. & videri etiam possunt dicta hoc tr. 1. l. 1. c. 2. de celebr. Mis. quotid. qu. 5. & sequentib. interrogat.

Si Festum S. Leonis semid. venerit infra Oct. Corp. Chr. transfertur post Octavam. Officium, & Missa privata de die infra Octav. Corp. Chr. In Ecclesiis autem Cathedralibus, & Collegiatis cantantur duæ Missæ, una de die infra Oct. Corp. Chr. post Tertiam, alia de Vigilia post Nonam. Rubr. gen. Miss. tit. 3. n. 2. Vide dicenda infra Oct. Corp. Chr. n. 62.

Si autem Festum S. Leonis semid. venerit in Dom. transfertur post Octavam App. Petri, & Pauli; & Missa dicitur de Dom. cum Com. Octavæ S. Jo. Bapt. Rubr. Mis. hic. Et in Sàb. praecedenti fiat ut heri dictum est. Quocumque autem alio K 2 die

die venerit Festum S. Leonis, &c. de eo ut supra.

- 6 In Missa de Vig. S. S. App. Petri, & Pauli, aut in qua fiat de ea Commem. inclinetur caput ad eorumdem nomen in illis partibus Missæ, in quibus nominantur, ut explicavimus 18. Januar. art. 2. ex rubr. Miss. de rit. celebr. tit. 5. n. 2. Videri etiam possunt dicenda 20. Decembr. n. 5.

ARTICULUS III.

De jejunio Vigil. S. S. App. Petri, & Pauli.

- 7 **V**igilia S. S. App. Petri, & Pauli est jejunium ex gravi præcepto obligante universaliter. Vide dicta 23. Februar. art. 3. Sect. 1. Hosce duos App. unicam Vigiliam, & jejunium habere simul, quia eadem die passi sunt, inquit Joannes Be-

letki de Divin. Offic. cap. 11. ante medium, & c. 138. item Durand. in ration. Divin. Offic. lib. 6. c. 7. n. 16. quod probat lib. 7. c. 15.

Raynaudus to. 15. Heter. Spirit. § par. 1. Se& 3. pr. 3. n. 33. cum docuisset post alios: posse Episcopum transferre jejunium juris communis incidens in Festum pœculiare Dioecesis, aut Urbis, vel etiam Parochiæ, ob solemnitatem Festi: id confirmat exemplis; inter quæ secundo loco adducit exemplum Lugduni, ubi Parochia suburbana S. Irenæi exsolvit auctoritate Episcopi jejunio pœvigiliū Principum Apostolorum, quia in hoc pœvigiliū inedit S. Irenæi Festus dies, in cuius præviā diem transfertur jejunium pœvigiliū horum S. S. Apostolorum. Vide dicenda in Appendice ad calcem Diarii c. 7. art. 3. & dicenda 23. Julii art. 3. ubi de jejun. S. Jacobi antieip.



C A P U T XXVI.

N O T A N D A XXIX. J U N I E.

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. Notanda in Feste SS. Apostol. Petri, & Pauli.

Art. II. Notanda infra Octavam.

ARTICULUS I.

Not. In Feste S. S. Apostol. Petri, & Pauli.

EXPLICANTUR SECTIONIBUS IV.

Sect. I. De Observantia Festi.

Sect. II. De Horis Canonicis.

Sect. III. De Missa.

Sect. IV. De Functione Pontificis.

SECTIO I.

De Observantia Festi.

FESTUM S. S. Apostolorum Petri, & Pauli ex præcepto universali, ut habetur ex traditione, & constat ex Constitutione Urbani VIII. Universa. ut infra videbimus; quam Conſt. allegavimus die 1. Januar. num. 1. Hoc Festum quoque ponitur c. Pronunciandum 1. dist. 3. de confecr. & c. Conquestus, de Febris. Et quidem ut Divum Petrum respicit hoc Festum, primo ponitur in dictis juribus sub ratione generali, quatenus videlicet est ex duodecim Apostolis. In allegatis enim juribus ponuntur generatim Festa duodecim Apostolorum. Vide dicta 24. Febr. art. 1. Deinde etiam expreſſa ponitur in iisdem allegatis juribus, & in citata Constitutione Urbani VIII. ut infra videbimus.

Ut autem hoc Festum respicit etiam Divum Paulum Apostolum, idem quoque reputatur adnumerari in illis iisdem antiquis juribus, ubi etiam generatim, ut dictum est, ponantur Festa duodecim Apostolorum, & D. Paulus non fuerit de duodecim Apostolis, sed fuerit ex revelatione Spiritus Sancti electus post Christi Ascensum in Coelum, ut constat Act. 13. Nihilominus reputatur ibi comprehendendi, quia est ex primis Apostolis in munere, Spiritu, & laboribus pro Christo, & Ecclesia: & cum in dictis juribus sub generali ratione duodecim Apostolorum certe comprehendatur Petrus, videtur comprehendendi cum Petro Paulus. Etenim, ut notat Suarez de Relig. t. 1. tr. 2. l. 2. c. 9. n. 10. videtur Individuus comes Petri, & quasi unum quid cum illo. Unde de his duobus S. S. Apostolis inquit Leo ferm. 1. in eorum Natali: *De quorum meritis, atque virtutibus, que omnem loquendi superant facultatem, nihil diversum, nihil debemus sentire discretum; quia illos & electio pares, & labores similes, & finis fecit aequales.* Confer dicta 18. Januar. art. 1. n. 2.

Verum & specialis, atque expreſſa mentio fit Divi Pauli in iisdem laudatis juribus: in dicto enim c. Pronunciandum dicitur: maxime fe-

rian-

riandum esse in Festa Sanctorum Petri, & Pauli, qui Mundum sua prædicatione illuminaverunt. Idemque fere in alio c. *Conquestus* dicitur. Similiter expresse nominatur in supra cit. Constit. Urbani VIII. ubi inter Festa universaliter ex obligatione gravi in foro coelesti ponitur Festum S. S. Petri, & Pauli.

Hoc Festum non videri dubium, inquit Suarez num. 11. quin a die mortyrii horum Apostolorum fuerit Romæ, & in Universa Ecclesia Latina magna veneratione celebratum. Et videri possunt dicta 24. Febr. art. 1. n. 2.

3 Cum autem dixerimus ex Suarez: Sanctum Paulum videri quasi unumquid cum S. Petro: & ex Sancti Leonis Papæ tententia: nihil diversum, nihil debemus sentire discreturn; quia illos & electio pares, &c. animadverteadum est, id non accipiendo esse ita, ut ponatur omnimoda aequalitas inter Sanctum Petrum, & Sanctum Paulum sine subordinatione, & subjectione Sancti Pauli ad Sanctum Petrum in potestate suprema, & regimine universalis Ecclesie: quam propositiōnem hæreticam esse censuit, & declaravit Innocentius X. an. 1647. die 29. Januarii in Decreto Sacrae Congregat. S. Romanae & Universalis Inquisitionis ec. incipiente: *Editus est an. 1645. liber Gallico editio-* mate &c.

S E C T I O N I .

De Horis Canoniosis.

4 FESTUM S. S. Ap. Petri, & Pauli dupl. 1. cl. cum Oct. Rubr. gen. Brev. tit. 9. n. 3. & in duab.

tabell. excerpt. ex Rubr. gen. Offic. ut in prop. In 2. Vesp. ubi non est faciendum Officium S. Pauli in Ecclesia propria, inquit Rubrica, seu extra Ecclesiam propriam Sancti Pauli, hodie in 2. Vesp. dicitur Antiph. *Juravit Dominus.* Ps. *Dixit Dominus,* cum reliquis ut in 2. Vesp. de communī Ap. Capit. hymn. & orat. ut in 1. Vesp. Festi. V. R. & Antiph. ad Magnific. propr. & non sit Commemoratio S. Pauli, nec Octavæ S. Jo. Bapt., sed Dominicæ tantum, si forte occurrat, vel sequatur.

At in Ecclesia propria S. Pauli 5 Vesp. de sequ. Festo S. Pauli dupl. 1. cl. ut in prop., & Commemor. tantum S. Petri ut in Brev. hic, & Dominicæ, si sequatur.

Si hoc Festum S. S. Ap. Petri, & Pauli occurrat in die Octava SS. Corp. Chr. adhuc sit de eo Offic. cum Commemoratione Oct. Corp. Chr. Rub. gen. Brev. tit. 10. n. 1.

Solemnitas S. S. Ap. Petri, & Pauli excludit omnia Festa in ea ocurrentia; ex D. S. R. C. 11. Maii 1743. quod recitavimus 24. hujus art. 1. sect. 2. n. 8.

Atque aeo excludit Dedic. Eccl. si occurrat in ea. Vid. Caval. to. 1. c. 1. in d. 1. nu. 20. & in d. 2. num. 8. & conser dicenda in Appendice ad calcem Diarii cap. 4. num. 19. & licet in Opere Merati, ind. decr. Breviar. n. 469. & apud ipsum Caval. post finem tomii 4. in append. ad c. de Dedic. Eccl. legatur d. 4. hujus tenoris: Occurrente, (seu concurrente) Festo S. S. Apostolorum Petri, & Pauli cum primis Vesperis Dediacionis Ecclesie, totum erit de digniori cum Commemoratione minus digni, scilicet totum de

d. *Dedicatione cum Commemoratione S. S. Apostolorum ; quæqua servandum esse in prælatione Octavarum juxta Rubricas generales declaratio S. R. C. 16. Maii 1744. in Cortunen. Nihilominus ipse Caval. ibi animadverrit facia legendum est : scilicet actum de S. S. Apostolis eam Commemorationem Dedicationis. Juxta Decretum mons allegatum anni 1743. & alterius 21. Aug. 1688. in Aquileja. quod recitavimus 24. hujus h. est. mul. 10. Licet fortasse ex Scriptoris errore, ait, aliter Decretum præsens repudiatur expressum ; idque est respondere correctionem legum, & maxime quia ita indubie ferant Rubricæ Generales, quas præsens laudat Decretum ipsum ; Ita Caval. Confer dicenda in Append. l. cit. n. 33. finc, & 35.*

S E C T I O III.

De Missa.

8. **IN** Festo S. S. Ap. Petri, & Pauli doli. 1. cl. Miss. propt. Credo. Rubr. gener. Miss. sic. II. & Praef. Apostol. Si occurrat Dom. fit de ea Commem. & ejusdem legitur in fine Evang. Ad nomen Petri, & Pauli hodie & per Octav. quando dicitur Missa de his S. S. Ap. aut saltem fiat Commem. inclinatur caput in illis partibus Missæ explicatis 18. Januar. art. 2. n. 7. Color param. tubeus. Rubr. gen. Missal. tit. 18. n. 3.

9. **Hodie** celebrare non licet in parvatis Oratoriis, & privilegiatis. Vide dicta 6. Januar. artic. 1. Sect. 3. Subf. 2. An autem licet celebrare Missam solemnem de Requiem presente Cadavere ? Vide in Ap-

pendice ad calcem Dianæ cap. 8. num. 37.

S E C T I O IV.

De Functionibus Pontificalibus.

TERCEUM S. S. Apostolorum Ps. 10. tri. , & Pauli est ex illis diebus, in quibus functiones Pontificales, absente, vel impedito Episcopo, spectant ad primam Dignitatem. Vide dicta 6. Januar. art. 1. Sect. 4.

A R T I C U L U S II.

Not. infra Octavam S. S. Ap. Petri, & Pauli.

EXPLICANTUR SECTIONIBUS III.

Sect. I. *De Horis Canonicis.*

Sect. II. *De Missa.*

Sect. III. *De Functionibus Pontificalibus, & Indulg.*

S E C T I O I.

De Horis Canonicis.

TERZA Oœ. S. S. Ap. Petri, & Pauli rit. semid. omnia dictantur de communis Apostolorum, præter lectiones, Antiph. ad Benedictus, ac Magnificat, eum v. & p. Itaque infra Oœ. S. S. Ap. Petri, & Pauli, quando Officium fit de die infra Oœ. semid. Invitat. hymn. & reliq. de communis Apost. Lect. 1. Noctur. de Script. occur. 2. & 3. Noct. ut in propr. singulis diebus. p. & v. Lectionum erunt de communis Apostolorum, similiter Antiphone ad Laudes, & Capit. & hymn.

hymn. ad Laudes ; sed Ⅴ. & Ⅷ.
post hymnum : *In omnem terram*.
Antiph. ad Bened. *Gloriosi Principes*
terrae. Or. autem ut in Festo com-
munis utrique. In 2. Vesp. Antiph.
& Psalmi de communi Apostol. si-
militer Capit. & hymn. Sed Ⅴ. &
Ⅷ. post hymnum : *Constitues eos Prin-
cipes*. Antiph. ad Magnific. *Petrus*
Apostolus. Or. ut in Festo. Si O-
ctava S. S. Ap. Petri, & Pauli occur-
ratur simul cum Octava Dedi-
cationis Eccl. esse Apostolorum Octa-
vam digniorem, habes ex dictis art.
præced. n. 7.

- 12 Officia votiva semel in mense, aut hebdomada recitari concessa, prohibentur (præter alios dios suis locis notatos, & notandos:) in diebus infra Octavas quascumque. Vide dicta lib. 2. par. 1. c. 2. nu. 3. prohibitionem similem quo ad Officia ad libitum adesse notavimus 24. hu-
jus n. 19.

S E C T I O I I L

De Missa.

- 13 INFRA O&: S. S. Ap. Petri, & S. Pauli, quando fit de ea, habetur Missa propria dicenda infra eamdem Octavam. Rit. semid. *Credo*. Praefat. Apostol. col. param. rub. & quo ad rubricam de inclinat. capitis ad nomina Petri, & Pauli, notenau dicta n. 8.

S E C T I O III.

De Functionibus Pontificalibus, &
Indulgentiis.

CAPPELLÆ per Octavam S. S. Apo- 14
stolorum Petri, & Pauli Ræ-
mæ celebrandæ indicuntur, & assi-
gnantur; nempe solemnitate cum
omni majori celebritate eorum Na-
tali die, ut moris est, in Basilica
Vaticana; secunda die infra Octa-
vam in Ecclesia S. Pauli Apostoli,
Via Hosiliensi, Missarum solemnia in
Pontificalibus celebrentur, præsentibus
Episcopis Pontificio Throno as-
sistentibus. Tertia die in Ecclesia
S. Pudentianæ interventientibus Pro-
tonotariis Apostolicæ. Sedis ex nu-
mero Participantium. Quarta die in
Ecclesia Sanctæ Mariæ in Via la-
ta, adstantibus Caſtæ Palatii A-
postolici Auditoribus. Quinta die in
Ecclesia S. Petri ad Vincula, in-
terventientibus Cameræ Apostolicæ Cle-
ricis. Sexta die in Ecclesia S. Petri
in Carcere, assistentibus Referenda-
riis Signaturæ Justitiae. Septima die
in Ecclesia S. Petri in Monte Au-
to, interventientibus Abbreviatoribus
de Parco Majori.

Octava die in Sancta Lateranen-
si Basilica solemnitas absolvatur,
præsente Missarum solemnis S. R.
E. Cardinalium Collegio. Vespere
autem Sacras Apostolorum Reliquias
veneraturi solemnii cultu, & pari
animi devotione ad eamdem Basili-
cam pergent Nobilissimi Viri Sena-
tor Urbis, & Romanorum Civium,
& Cameræ Urbis Conservatores.
Pomeridiano autem tempore aliquo
dierum omnes Confraternitates
Urbis per Eminentissimum Cardina-
lem

Item Vicarium publico. Edicto intimandæ , statis suis quæque diebus , ad eam Ecclesiam , ubi mane Missa in honorem Apostolorum celebrata fuerit , pie , & devote procedant . Sic expresse Bened. XIV. tom. I. Constit. 83. incip. *Admirabilis* . Concedens singulis Confratribus professionaliter accendentibus Indulgentiam septem annorum , & totidem qua-

dragenarum ; & alijs omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus , & confessis , qui eamdem Ecclesiam , ubi Statio erit , religiose visitaverint , Indulgentiam centum dierum . Vide dictam Constitutionem , ubi insuper assignantur rationes , propter quas prædictæ Ecclesiæ præ aliis sint ad id selectæ .

C A P U T X X V I I .

N O T A N D A X X X . J U N I I .

EXPLICANTUR ARTICULIS III.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De Indulgencijis.*

A R T I C U L U S I.

De Horis Canoniciis.

¶ Calend. Rom. Commemoratio S. Pauli Apost. dupl. ut in propr. fit in laudib. Commemoratio S. Petri Ap. (ante Commemorationem etiam Dominicæ , si occurrat : vide dicta 18. Januar. n. 2.) Antiph. *Tu es Pastor ovium* . Et Commemor. S. Joan. Bapt. In 2. Vesp. (quæ extra Ecclesiam Sancti Pauli non sunt de solo Sancto Paulo , sed usque ad Capitulum , communes ipsi , & Sancto Petro , hoc est de Octava eorumdem Festi communis , sub ritu tamen duplici , ob rationem inferius explicandam :) a capit. de sequenti die Octava Sancti Joan. Bapt. ut in 1. Vesp. Festi , & Commemoratio S. S. Apostolorum Petri , & Pauli ad mo-

TOM. III.

dum unius , ut in Breviario hodie , & notavimus heri , art. 2. Sect. I. Ita quidem extra propriam Ecclesiam S. Pauli Ap.

At in propria Ecclesia S. Pauli Ap. hæc Commemoratio ejus est dupl. 2 l. cl. & admittit in laudibus solam Commemorationem S. Petri , ut in Breviario , & Dominicæ , si occurrat. 2. Vesperæ integræ ibidem dicuntur de eo , ob rationem inferius assignandam ; Antiph. *Juravit Dominus* , cum reliquis ut in 1. Vesp. Festi , cum Commemoratione S. Petri , ut in Breviario , & Octavæ S. Joannis ut in 1. Vesp. Festi ejusdem . Rubr. Brev. hod.

Si dies Octava S. Joannis Bapt. occurrerit in die Octava Corporis Christi , non fiat de Octava S. Joannis nisi sola Commemor. in utrisque Vesperis , & Laudibus . Rubr. gen.

L Brev.

Brev. tit. 10. n. 1. & tit. 11. nu.
7. Et quidem extra Ecclesiam Sancti Pauli Vesperæ erunt integræ de die Octava Corporis Christi , ut in 1. Vesp. Festi , deinde fiet Commemoratio sequentis diei Octavæ Nat. S. Joan. Bapt. ut in 1. Vesp. Festi , postea vero fiet Commemoratio S. S. Petri , & Pauli. Vide Caval. 10. 2. c. 18. in d. 2. n. 5. & dicta 14. Januar. n. 25.

4 Incidente Commemoratione hac Sancti Pauli in diem Sabbati , atque adeo post eam sequente Dominicæ , in 2. Vesp. extra propriam Ecclesiam Sancti Pauli , a Capitul. fiet de sequenti die Octava Sancti Joannis , fut dictum est ; tum prius facienda est Commemoratio de S. S. App. Petro , & Paulo , deinde Dominicæ sequentis ; quod animadvertisit Gavantus in Rubr. Brev. Sect. 7. c. 8. ad diem 30. Junii fine ; contra nescio quem sui temporis , qui contrarium docuerat , non advertens , ut ait Gavantus , has secundas Vesperas esse duplices , atque adeo nobiliores Dominicæ. Quam Gavanti animadversionem laudat , approbatque Cavalerius tom. 2. c. 32. comment. in Decr. 4. n. 2.

5 Si Commemoratio S. Pauli venerit in die octava Corporis Christi , extra propriam Ecclesiam transfertur in primam diem infra Octavam , Dominicæ , vel Festo non impeditam . Rubr. particul. hic .

6 In propria autem Ecclesia , hoc est ubi S. Paulus est Patronus , seu Titulus Ecclesiae , non transfertur , quia ibi est 1. cl. fiet itaque ibi totum Officium de S. Paulo cum commemoratione Octavæ SS. Corporis Chr. Ita Gavant. loc. cit. & probat ex rubr. de translat. Festor.

tit. 10. n. 1. ex illis verbis : Ecce. ptis tamen Festis Nativitatis S. Joannis Baptiste , & S. S. Apostolorum Petri , & Pauli , quæ in die Octava Corporis Christi celebrantur . Et pro Festo intelligi , docet Gavantus , etiam Commemorationem hanc Divi Pauli in propria scilicet Ecclesia , ut ex Officio patet , quod excludit in Laudibus Commemorationem Octavæ Sancti Joannis . Verum de hoc non est dubium , cum aperte colligatur ex Rubrica particulari , numero præcedenti allegata . Rursus , in die Octava Corporis Christi fieri posse de duplice primæ classis occurrenti , docebimus ubi de ea die.

Notandum hic est , quod translat. 7
to Festo Commemorationis S. Pauli extra propriam Ecclesiam ob diem incidentiam diei Octavæ Corporis Christi , vel ob similem aliam causam , tunc in Laudibus , & 2. Vesp. fiet Commemoratio primo de Octava S. Joannis , deinde de Octava S. S. Apostolorum , per Antiphonas , quæ recitantur infra Octavam eorumdem , & Orationem communem iisdem . Ita docet Gavantus loc. cit. Ubi etiam occurrit difficultati , scilicet , quod sic videatur , de Octava S. Pauli fieri ante Festum illius . Sed non esse ita , inquit , quia Festum Divi Pauli celebrari cœptum est cum S. Petro , quamquam sine propriis ipsius laudibus , seu encomiis , quæ habentur in Antiphonis , Lectionibus , & Responsoriis , quæ ideo non sunt omnino tacenda . Quam Gavanti doctrinam laudat , approbatque Cavalerius tom. 2. c. 32. comment. in Decr. 4. n. 4. Similiter est facendum in aliis diebus præcedentibus reci-

recitationem Officii translati de Commemoratione præfata S. Pauli.

8 Si Festum Commemorationis S. Pauli transferatur in primam diem non impeditam, etiam infra Octavam, totum Officium fit ut in propria Ecclesia. Rubr. Brev. hic. Adeoque cum integris Vesperis de eadem, ut in propria Ecclesia S. Pauli fieri demandatur. Vesperæ itaque non erunt communes ipsi, & Sancto Petro, ut sunt in die propria Festi Commemorationis prædictæ. Vid. Gavant. l. cit. & Caval. n. 3. atque omittetur Commemoratio Octavæ S. Joannis, quæ de serbitur in illo Officio in Breviario; omittetur autem eo, quod jam præterierit ea Octava in dicto casu.

9 Festum Commemorationis S. Pauli, Gavantus in Rubr. Brev. Sect. 7. c. 8. ad diem 30. Junii docet; esse unicæ classis, seu habere ritum specialem, & singularem. Enimvero non est primæ classis, ut constat; nisi ubi est Patronus, vel Titularis. Non est secundæ classis, quia admittit in Laudibus Commemorationem de Octava S. Joannis Baptizæ, quam Commemorationem, ut constat ex Rubr. duplex 2. classis non admittit. Neque est duplex maior, quia non habet integras utrasque Vesperas, ut patet ex Breviario, in quo in 2. Vesp. a capit. fit de Octava S. Joannis Baptizæ, quæ dies Octava certe non habet nisi ritum duplum minorem. Ergo, dices, si a Capitulo fit de sequenti duplice minori, signum est, quod hujusmodi Commemoratio S. Pauli habeat ritum duplum minorem, stando regulis generalibus de concurrentia Officii. Sed negat Gavantus prædictum Festum esse du-

plex minus; dat rationem, quia Apostoli Festum est secundarium. Unde concludit esse unicæ classis, & ideo, ait, nominatur Commemoratio, non autem Festum. Cavalerius autem t. i. c. i. comment. in Decr. 16. nu. 23. putat: Vesperatum diuidiationem hic fuisse præscriptam, vel ob æqualitatem dignitatis inter Sanctum Apostolum, & Praecursum Domini; vel si Sanctus Joannes Baptista præferatur Apostolis, præscribi divisionem Vesperarum, eo quia Octava non est vere & propriæ Festum Sancti Joannis, bene vero Commemoratio S. Pauli est Festum Apostoli, & ideo per Rubricam particularem decreta fuit Vesperarum divisio, cui alluditur in Rubrica generali de concurr. num. 2. per ea verba: *Nisi aliter in propriis locis adnotetur. Hæc Cavalerius;* quæ tamen, si perpendantur, non satisfaciunt, & difficultates aliquas patiuntur, quas non vacat exponere. Utilius reputamus cum eodem Auctore tom. 2. c. 32. comment. in Decr. 4. n. 1. notare: hoc Officium Commemorationis vocabulo inscriptum fuisse, eo quod non sit nisi quædam repetitio præcedentis Festi, seu Commemoratio specialis de S. Paulo, de quo in præcedenti Festo actum est; instituta ad supplendum omissa in ejusdem honorem.

Profecto Baronius in Not. Martyrologii ad hanc diem hæc scribit: *Licet pridie hujus diei tam Petri, quam Pauli agatur solemnis celebritas: tamen bac potissimum die solius Pauli Commemorationem fieri debere ex Sancti Gregorii Papæ institutione, docet Micrologus cap. 42. Idemque recentiores, qui agunt de Divinis Officiis. Cujus quidem rei gerendæ illa*

*mibi magis probatur causa, quæ ex hymno Prudentii 12. satis posse colligi, videtur, dum antiqui usus meminist: consuevit nimis Romanum Pontificem, una eademque die Pontificias functiones in utraque Basílica exercere; Cum hoc autem propter nimiam locorum inter se distantiam non sine nimio, ac intolerabili fere labore perfici posse videretur; consultius visum est, prima die in Basílica Vaticana utriusque celebrare solemnitatem: sequenti autem die in Basílica Pauli Sacra peragere, ubi usque persolvere, quod pridie ea de causa ibidem loci videretur omissum. Ita Baronius: Quod notavit etiam Burius in suo Onomastico Etymologico V. Commemoratio S. Pauli Ap. Subdit autem Cavalierius loco supra cit. fine: Commemoratio ergo S. Pauli Officium cum non sit nisi repetitio quædam Festi præcedentis, seu Commemoratio specialis de S. Paulo, de quo in præcedenti Festo actum est, instituta ad supplendum omisfa; mirum non esse, si peractis, & absolutis omissis ad Missarum solemnia, Vesperæ, quæ alias dici debuissent (cum Antiphonis propriis de S. Paulo,) incipient a communi Antiphona: *Juravit Dominus*, & per communem Antiphonam: *Petrus Apostolus terminentur*: Et numerus 2. animadvertis: has Vespertas hoc instiper habere speciale, quod cum eæ Octavæ semiduplices esse deberent, ritu duplici peragantur; incongruum quippe visum est, peracto Officio duplici usque ad Nonam, deinde Vespertas ritu peragere semiduplici,*

quæ cæteroquin sunt etiam de eo, de quo factum fuit Officium duplex. Quoniam vero in Ecclesia propria S. Pauli hodierna haec ipsius Commemoratio non tamquam supplementum, sed tamquam particolare Festum censetur, ad recolendum Titulum institutum, Vesperæ ibi non debent esse communes, sed de S. Paulo cum Commemoratione S. Petri; ut supra notavimus.

ARTICULUS II.

De Missa.

N Festo Commemorationis Sancti 10 Pauli Apost. dupl. Missa ut in prœpr. Commemoratio S. Petri Ap. & Octavæ S. Joan. Bapt. quæ tamen Commemoratio S. Joan. omititur in Ecclesia propria S. Pauli; quia ibi est dupl. I. class. dicitur *Credo*. *Rubr. gener. Missal. tit. 11.* Præfat. de Apostol. Col. Parament. rub. ex rubr. gener. Miss. tit. 18. num. 3.

In Festo Commemorationis Sancti Pauli non esse obligationem audiendi Missam, utpote quod non est sub præcepto in foro, notavimus 24. Febr. art. I. R. I.

ARTICULUS III.

De Indulgentiis.

N Festo Commemorationis Sancti Pauli Ap. Ind. plen. in Ecclesia Clericorum Regularium S. Pauli, qui Barnabitæ dicuntur. Innoc. XI. Constit. 25.

NO-

NOTANDA MENSE JULIO.

P A R S I.

NOTANDA MENSE JULIO IN GENERE.

EXPLICANTUR §. §. II.

- §. I. *De Numero Dierum.*
- §. II. *De Reservatione Beneficiorum, & Alternativa.*
- §. III. *De Horis Canoniceis.*
- §. IV. *De Missa.*

§. I.

De Numero Dierum.

JULIUS habet dies triginta supra unum. Vide dicta parte I. hujus libri 3. c. 1.

§. II.

De Reservatione Beneficiorum, & Alternativa.

N Reservatione Beneficiorum ex Regula Cancellariæ Julius est Mensis Papalis, & similiter in Alternativa. Vide dicta parte I. hujus libri 3. c. 6.

§. III.

De Horis Canoniceis.

Si Dominica prima Augusti ve- nerit infra hunc mensem, quid notandum pro Horis Canoniceis? Vide mense Augusto par. I. §. 3. Porro Dominica prima Augusti hic habetur ea, quæ vicinior est Calen- dis, seu primæ diei Mensis Augu- sti; datur autem casus, quo Domini- nica vicinior Galendis Augusti in-

tra hunc mensem Julii veniat: pu- ta, si occurrat die 31. aut 30. aut 29. Julii.

Dominica tertia Julii in Domi- ⁴ nio Veneto recitatur Officium SS. Redemptoris sub ritu dupl. 2. clas. cum Oct. ut in proprio ad calcem Breviar. Rom. in Officiis particul. Ubi autem occurrat Festum altioris ritus, transferatur Officium SS. Re- demptoris in aliam diem, quæ non sit Dominica fixa. Vid. Caval. to. 2. Comment. in Decr. S. C. R. c. 25. in decr. 8. & in decr. 10. nu. 4. De Octava hujusmodi Festi in Dominio Veneto prædicto etiam Re- gulares recitare posse: expresse fuisse concessionem anno 1737. tradit Ca- val. to. I. c. 3. comment. in decr. 9. num. 6. Profecto Regulares non possunt celebrare Octavas Sando- rum, seu Festorum, quæ ex parti- culari legitima consuetudine, vel speciali indulto alicubi celebrantur: nisi id specialiter ipsis Regularibus indultum fuerit ex vi concessionis Apostolicæ, vel Constitutionis Re- ligionis ab Apostolica Sede appro- batæ. Vid. Caval. in cit. decr. 9. n. 10. & dicenda in Appendice ad calcem Diarii c. 7. n. 19.

Do.

S Dominica quarta Julii in die Octava SS. Redemptoris dupl. omnia dicuntur, ut in die Festo ejusdem cum nona lectione de homilia Dominicæ occur. Sed si lectiones 2. & 3. noctur. alieius diei infra hanc Octav. lectæ non fuerint, eæ legendæ erunt isto die. Rubr. Brev. I. cit. & est conforme Rubricis Octavariorum Rom. ut ex Gavanto in simili notabimus die 1. hujus mensis num. 1. Hæc dies Octava SS. Redemptoris in concursu cum præcedenti, vel sequenti duplici minori habere debet integras utrasque Ve-

speras. Vid. Caval. tom. I. cap. 2. comment. in decr. 3. num. 13. & duob. seqq.

§. IV.

De Missa.

Verbū recitatur hoc mense in Dom. 6. secundum dicta §. præcedenti, Officium SS. Redemptoris, Missa propr. Commemoratio Dom. occurs. Credo. Praefat. de Cruce. Vid. Caval. to. 5. c. 14. num. 19. fine. Evangelium Dom. in fine.



P A R S

P A R S I I.
M E N S I S J U L I I.
NOTANDA SINGULIS SIGILLATIM DIEBUS.

C A P U T I.

N O T A N D A I . J U L I I ,

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I.

De Horis Canoniciis.

DIIES Octava S. Joannis Baptistæ dupl. lect. i. Noct. de Script. occurr. 2. Noct. propr. 3. Noct. ut in die Festi : potest etiam legi de Homilia S. Ambrosii ut in secunda die , vel ut in quarta infra Octavam , si Homilia secundæ , vel quartæ diei infra octavam assignata , lecta non fuerit , eo quod in alterutro ex dictis diebus occurrerit Dominica , de qua fieri debuerit Officium ; vel factum fuerit de aliquo Sancto sub ritu duplice . Idque fieri posse , docet Gavantus in Rubr. Brev. Sect. 7. c. 9. ad diem i. Iulii ob varietatem , & ad libitum ; esseque conforme Rubricis Octavarii Romani . Reliqua ut in die Festo . In Laudibus Commemoratio Octavæ Sanctorum Apostolorum Petri , & Pauli ; Antiph. Gloriosi Principes . ¶ In omnem terram . Or. ut in eorumdem Festo communis utrique . Vesp. de sequ. Festo Visitationis B.

M. V. dupl. maj. omnia ut in proprio ; Commemoratio præcedentis , & Octavæ S. S. App. Petri , & Pauli. Antiph. Petrus Apostolus . ¶ Constitues eos . Or. ut in Festo , & Commemoratio S. S. M. M. Processi , & Martiniani , Or. propria . In fine hymni Completorii . Jesu tibi sit gloria . Ubi autem Festum Visit. est duplex primæ , vel secundæ classis , fiat juxta Rubr. gener. de concursu . Vide dicta 14. Januar. num. 6. & 8.

Etsi Festum Nativitatis S. Joannis Bapt. occurrens in Festo Santissimi Corporis Christi transferatur in sequentem diem ; dies autem Octava tunc veniens in die Octava Corporis Christi , non transferatur , sed de illa eo anno fit tantum Commemoratio in utrisque Vesperis , & Laudibus diei Octavæ Corporis Christi , Rubr. Brev. tit. 10. de translat. Festor. nu. i. Caval. to. 2. c. 13. in d. 17. n. 11.

A R.

ARTICULUS II.

*De Missa.*3 IN die Octava Nativitatis Sancti
Johannis Baptistæ duplex, Mis-

sa ut in Festo, Commemoratio Octavæ S. S. App. Petri, & Pauli. Credo. Rubr. gener, Miss. tit. II. propter Octavam prædictorum Apostolorum; & ideo etiam Præfatio de Apostolis. Colores parament. alb,

C A P U T II.

N O T A N D A II. J U L I I.

EXPLICANTUR ARTICULIS IV.

Art. I. De Institutione & observantia Festi Visitationis B. M. V.

Art. II. De Horis Canonicis.

Art. III. De Missa.

Art. IV. De Indulgentiis,

ARTICULUS I.

De Institutione, & observantia Festi
Visitationis B. M. V.

1 FESTUM Visitationis B. M. Virgini
nis instituisse dicitur in Ecclesia Latina Urbanus VI. & confirmasse, & promulgasse Bonifacius IX. an. 1389. occasione Schismatis, quod tunc maxime Ecclesiam vexabat: ut Dei Genitricis ope invocata, tantum malum ab Ecclesia Deus averteret. Apud Graecos autem antiquius est. Vid. Benedict. XIV. de Festis B. V. c. 5. Azor. & Suar. 1. l. citand. Baron. in not. Martyrol. Rom. sub hac die.

2 Non est tamen ex jure Communii, aut universalis consuetudine sub gravi in foro servandum; ut docet Azorius Instit. Moral. par. 2. lib. 1. c. 23. qu. 1. & probat Suarez de Relig. to. 1. tract. 2. lib. 2. c. 8. nu. 7. & jam colligitur ex Con-

stitutione Urbani VIII. quæ incipit Universa, pro observat. Festorum, in qua enumerauntur omnes Festivitates in Ecclesia universalis sub gravi obligatione in foro colendas; nulla vero mentio fit Festi Visitationis B. M. V.

Licet autem Beatissima Virgo Cognatam suam Elisabeth visitaverit mox post Annunciationem, nihilo minus Festum hoc Ecclesia noluit celebrare mox post Festum Annunciationis, ne & istud sèpius in Quadragesimale tempus incidere. Et ratio ulterior est, ne solemnitatibus pluribus oneraret tempus Quadragesimale, quo magis incumbit Passioni Dominicæ celebrandæ: congrue itaque elegit, statuitque diem post tempus Paschale, postque solemniores Festivitates, quæ comitantur tempus prædictum; ut observat Benedictus XIV. loc. cit. Etsi Azorius 1. cit. qu. 2. dicat: Visitationis Festum non celebrari statim post solemnem.

multatem Annunciationis , sed die
hac secunda Julii , ut celebretur mox
post solemnitatem Nativitatis S. Joani-
nis Baptizæ . Celebrari autem , af-
rit , mox post Nativitatem S. Joani-
nis , quia tunc finem habuit , vel
paulo ante . Elegisse vero , putat ,
Ecclesiam finem potius Visitationis ,
ad illam recolendam , quam ejus
initium , eo quod certior sit , ait ,
de tempore , quo finita est , quam de
tempore , quo copta ; ita Azorius :
nec dissentit Cavalerius tom. 2. c.
18. in d. 5. num. 4. Sed rationem
priorum credimus veriorem ; licet fa-
teamur , hoc Festum , tamquam con-
gruentiori sibi loco , fuisse subnexum
solemnitati Natalis S. Joannis Ba-
ptizæ , posita ejusdem exclusione a
tempore proximo Annunciationis My-
sterio .

ARTICULUS II.

De Horis Canonicis.

VISITATIO B. M. Virginis dupl.
V maj. ex Clemente VIII. apud
Caval. to. 2. c. 18. in d. 5. nu. 3.
fine , & Breviar. Roman. in duau-
bus Tabell. excerpt. ex Rubricis
general. omnia ut in proprio . In
Laudibus Commemoratio Octavæ
S. S. Apostolorum Petri , & Pau-
li , Antiph. Glorijs Principes . V. In
omnem terram . Or. ut in Festo , &
Commemoratio S. S. Martyrum Pro-
cessi , & Martiniani , Or. propr. &
eorumdem Lectio nona . Quæ ta-
men nona Lectio , & Commemora-
tiones omittuntur , ubi hoc Festum
est primæ classis ; ubi autem est se-
cundæ cl. fit Commemoratio Festi
simplicis tantum in Laudibus , &
Missa privata , juxta Rubricas ge-
TQM. III.

nerales . In fine hymnor. Jesu tibi .
Ad Primam in &. br. Qui natus es .
In 2. Vesp. Commemoratio O&t. S.S.
App. ut heri .

Occurrente die Octava Dedicationis 5
cum Festo Visitationis B. M. V. fa-
ciendum est Officium de Octava , trans-
lato Officio Visitationis . S. R. C. 21.
Aug. 1688. in Aquilejen. apud Ca-
val. to. 2. cap. 18. d. 6. Pro quo
sciendum quod : dies Octava cujuslibet
Festi , quia non transfertur , excludit ,
& transferri facit quodlibet Festum
duplex sive majus , sive minus , solis-
que cedit Festis solemnibus primæ , vel
secundæ Classis , nisi sit Octava privi-
legiata , qualis est Octava Epiphaniae ,
de qua in Rubricis generalibus . S. R.
C. 1. Martii 1681. apud Caval. cit.
c. 18. d. 4.

At vero cum Visitationis Festum
Regii in Ducatu Mutinensi magna
veneratione colatur , eademque die
inibi occurrat dies Octava Sancti Pro-
speri Protectoris Civitatis : ad pre-
ces populi cupientis divina Officia
de Deipara audire : Sacra Congre-
gatio indulgendum censuit , Officium
de Visitationis Festo fieri posse cum
sola Octave prædictæ Commemora-
tione . Hujus Indulti meminit Ga-
vantus in Rubr. Brev. Sect. 3. cap.
12. nu. 20. & ex eo Caval. cit. c.
18. in d. 5. Locale autem est pri-
vilegium , & ab aliis non usurpan-
dum : ex declaratione S. C. R. 10.
Januar. 1693. Vide dicenda 21. No-
vembr. art. 2. n. 7. & in Appen-
dice ad calcem Diarii , c. 7. n. 28.
Videri etiam possunt dicenda 26.
hujus n. 3..

M A R.

A R T I C U L U S III.

De Missa.

6 **N** Festo Visitacionis B. M. V.
In dupl. maj. Missa propria cum
Commem. O& S. S. Petri, & Pauli,
ac Festi simplicis occur. *Credo.*
Rubr. gen. Miss. tit. II. Praef. de
B. V. W. *Et te in Visitatione.* Col.
Parament. alb. Ubi autem hoc Re-
stum est dupl. 1. cl. prædictæ Com-
memor. omittuntur. Ubi vero est
dupl. 2. cl. fit tantum Commemo-
ratio simplicis occurrentis in Missa
privata, juxta rubr. gen.

A R T I C U L U S IV.

De Indulgencijis.

OBTINERI possunt certum dies 7
Indulgencij assistendo hodier-
na Missæ, aut Officio Matutini,
aut primis, & secundis Vesperis Fe-
sti; nec non quadraginta dies, assi-
stendo cuilibet ex horis ejusdem Of-
ficii. Bonifacius IX. & Urbanus
VI. Plaz. hod.

Indulgencia plenaria in qualibet 8
Ecclesia Patrum Carmelitarum. Cle-
mens X. Constit. 13. i. q. 8. pag.
200. T. 7. Plaz. hod.

C A P U T III.

N O T A N D A III. J U L Y.

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. De Horis Canonicis.
Art. II. De Missa.

A R T I C U L U S I.

De Horis Canonicis.

1 **T**u^m Calend. Rom. de die infra O&
S. S. App. Petri, & Pauli, se-
mid. lœct. 1. noct. de Script. occur.
2. noct. propr. ut quinta die; 3.
Noct. *Ecce nos reliquimus:* uti ha-
betur in Conversione S. Pauli Ap.
25. Januar. Reliquia secundum no-
tata 29. Junii art. 2. Secundæ Ve-
speræ de eadem die infra O&
vam.

A R T I C U L U S II.

De Missa:

De die infra O& S. S. App. Pe- 2
tri, & Pauli semid. Missa pro-
pria. *Credo.* *Prefat.* *Apostol.*

C A

C A P U T IV.

N O T A N D A IV. J U L I I.

ARTICULUS UNICUS.

De Horis Canoniciis, & Missa.

THE Calend. Rom. de die infra Octav.
ACCORD. S. S. App. Petri, & Pauli, se-

mid. noct. II. mod. de Script. occurr. 2. & 3. noct. propr. ut sexta die; reliqua ut heri. Missa item ut heri.

C A P U T V.

N O T A N D A V. J U L I I.

ARTICULUS UNICUS.

De Horis Canoniciis, & Missa.

THE Cal. Rom. de die infra Octav.
ACCORD. S. S. Ap. Petri, & Pauli, se-
mid. lect. I. noct. de Script. occur-
2. noct. propr. ut septima die, 3.
aodturn. *Ecclesias reliquias*: ut in
communione Ap. reliqua ut heri. Mis-
sa item ut heri.

Vespere de sequenti die Octava

comandem S. S. Apostol. ut in I.
Vesp. de communione Apostol. IV. Con-
fessus. Antiph. ad Magnific. Petrus
Apostolus. Or. Deus, cuius dextera.

Si hodie recitatum sit de aliquo
Festo dupl. mis. nihilominus Vespe-
ras recitandas esse integras de se-
quenti praedicta die Octava, & Com-
memorationem faciendam de prece-
denti: fastinet Cavalerius allegan-
dos die sequenti art. I.

C A P U T VI.

N O T A N D A VI. J U L I I .

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*Art. II. *De Missa.*

ARTICULUS I.

De Horis Canoniciis.

1. IN Calend. Rom. dies Octava S. & S. Apostol. Petri, & Pauli dupl. Lect. 1. noct. de Script. occurrit. 2. & 3. noct. propr. Or. Deus cuius dexter. reliqua ut infra Octavam; hoc est ut in Communi Apostol. praeter V. In omnem terram, & Antiph. ad Bened. Gloriosi Principes. In 2. Vesp. ut in 2. Vesper. de Communi Apost. sed V. Constitutes eas Principes. Antiph. ad Magnis. Petrus Apostolus. Orat. Deus cuius duxera.
2. Docet Caval. diebus Octavis Apostolorum ratione dignitatis eorum competere 1. & 2. Vespertas integras in concursu cum Festo duplicitate min. quemadmodum fit in diebus Octavis solemnitatum B. V. habentium Octavam. Vide illum 10. 2. c. 18. in d. 11. nu. 14. 25. & 26. Stante praedicta sententia, ubi etas recitatur Officium dupl. B. Benedicti P. XI. , vel S. Fermini, vel S. Pantæni, vel alterius Festi duplicitate min. sola de sequ. habebitur Commemoratio in his 2. Vesp.
3. Accidit alicubi quod Octava S. S. App. Petri, & Pauli occurrat in Dominica, in qua fit de Titulari Ecclesiæ cum Commemorationibus

Octavæ, quæ habet proprium Evangelium, & Dominicæ: in hoc casu quæres: quodnam Evangelium cum sua Homilia legetur pro nona lectione, Octavæ ne, an Dominicæ? dubium oritur ex eo, quia ex una parte dignior est dies Octava, quam Dominica, illa enim est duplex. Ex alia parte vero nullius Dominicæ Evangelium per annum prætermittitur; ita ut Evangelium, quod forte non potuerit legi in ipsa Dominica, legatur anticipate. Quod quidem fit ratione ipsius Evangelii; ut nimis legantur populo per annum in Missa omnia Evangelia Dominicalia. Ergo in Missa legendum est Evangelium prædictæ Dominicæ. Si vero in Missa est legendum; ergo & in Officio.

¶. Propter rationem prædictæ secundæ partis dicit utique Gavantus in Rubr. Brev. Se&t. 3. c. 11. nu. 37. se lectorum potius Evangelium Dominicæ. Ex Gavanti itaque sententia in posito casu, nona Lectio erit de Homilia Dominicæ currentis, & de ead. Dominicæ legatur Evangelium in fine Missæ: quamvis argumentatio ipsa Gavanti a Missa ad Officium, respectu Evangelii & Homiliæ, non sit generaliter accipienda.

A R-

ARTICULUS II. *do, & Præf. Apostol. Col. param.
rub.*

De Missa.

⁴ **TN** die Octav. S. S. App. Petri;
A & Pauli dupl. Missa propr. *Crea-*

C A P U T VII.

N O T A N D A VII. J U L I I.

ARTICULUS UNICUS.

De Horis Canonicas.

TN Calend. Rom. Vesp. de sequ.
A Festo S. Elisabeth Reginæ Vi-
duse semid. hymn. Antiph. ad Ma-

gnific. *V.* & *Or.* propria ; reliqua
de communi nec Virg. nec Martyr.
utrum in suffragiis Sanctorum va-
riandus sit *V.* ad Commemoratio-
nem de S. Maria ? examinabimus
die sequenti art. I.

C A P U T VIII.

N O T A N D A VIII. J U L I I.

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. De Horis Canonicas.

Art. II. De Missa.

ARTICULUS I.

De Horis Canonicas.

- TN** Calend. Rom. S. Elisabeth Reg.
A Portugal. Vid. semid. omnia ut
in propr. 2. Vesp. item ut in propr.
2 Qu. utrum in Vesp. in Suffragiis
Sanctorum , ad Commemorationem
de S. Maria variandus sit *V.* *Ora*
pro nobis , cum **B.** *Ut digni* , eo quod
sit similis versui , & Responsorio Of-
ficii hodierni ?

B. Cavalerius to. 2. c. 32. com-
ment. in Decr. 8. n. 4. inclinat ad
judicandum , hunc versum non esse
similem cum versu Officii : *Ora pro*
nobis Beata Elisabeth : quia , licet
in petitionis scopo convenient , non
tamen , inquit , in materialibus ter-
minis . Unde concludit : se quidem
non suasurum , variationem adhibe-
re ad prædictum versum in suffra-
giis . Quod si oppositum alicui ve-
rius videatur : (ut quidem mihi vi-
detur propter dicenda 23. hujus nu-
2.)

2.) pro S. Maria ad Vesperas , do-
cet esse dicendum *V. Diffusa* : & ad
Laudes : *Benedicta tu* : ut in Officio
S. Mariæ in Sabbato . Sed nos di-
cimus : adhuc in suppositione præ-
fata recitandum esse ad Laudes ver-
sum : *Ora pro nobis Sancta Dei Ge-
nitrix* : in *Breviario assignatum pro*
Suffragio Sanctæ Mariæ iterum ad
Laudes . Porro etiæ juxta doctrinam
laudati Auctoris in cit. Decr. 8. n.
2. & ejt. c. 32. in Decr. 9. nr. 4.
& c. 33. comment. in Decr. 6. nu-
2. etiam in Suffragiis communibus
Antiphona , & versus adhibitus in
Vesperis , non sit pro eodem repe-
tendus in Laudibus (communiter :
nam ex eodem in cit. Decr. 6. n.
2. nihil est , quod vetet , eamdem
Antiphonam , & versum eamdem
ad *Benedictus* , & *Magnificat* adhibe-
ri : cum id præstet Breviarium Ro-
manum circa Suffraginum Deiparæ :
ut jam indicavimus : & similiter in
Suffragio de Cruce , & de Pace ;

confer dicenda in Appendice ad
calcem Diatri. c. 5. n. 23.) at ve-
ro præfatus versus : *Ora pro nobis* :
non est recitatus in Vesperis pro
Suffragio Sanctæ Mariæ in casu præ-
fanti : poterit ergo ad Laudes reci-
tari pro ea : cum idem assignetur
in Breviario pro ejusdem suffragio
etiam ad Laudes : & variatio in re
hac inducenda non est ultra necef-
sitatem : ut cum ipso Cavalerio ani-
madvertimus 14. Januar. num. 26.
prope finem . Itaque si versus : *Ora*
pro nobis : recitatus in Vesperis pro
Suffragio Sanctæ Mariæ , est ex Par-
brika repetendus in Laudibus : multo
minus est variandus , ubi non fue-
rit in Vesperis recitatus : est in ea-
su præfenti .

ARTICULUS II.

De Missa.

¶ Festo S. Elisabeth Vid. semid. 3
¶ Missa propr. Col. param. alb.

C A P U T I X.

N O T A N D A I X. J U L I I.

ARTICULUS UNICUS.

¶ Calend. Rora. Vesp. de sept.
¶ Festo S. S. septem Fratrum , ac

Rufinæ , & Secundæ Virg. & Mart.
semid. Or. propr. reliqua ex com-
muni plur. M. M.

C A-

C A P U T X.

N O T A N D A X. J U L I I.

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I.

De Horis Canoniciis.

YN Calend. Rom. S. S. septem Fratrum, ac Rufinæ, & Secundæ Virg. & Mart. semid. lect. 1. Noct. de Scripta occur. 2. & 3. Noct. propr. Octavum R. *Hæc est vera fraternitas.* Vide dicta 15. Febr. art. 1. n. 2. reliqua de communi plur. M. M. Or. autem propria. La 2. Vesp. Commem. sequ. Festi simpl. hoc est S. Pii P. & M. Or. *Infirmitatem.*

Si Festum septem Fratrum transferatur in diem, in qua occurrit

Commemoratio de simplici habente lessionem propriam, tunc nona lectio de Officio prædictorum S. S. Fratrum jungatur Octave; cum enim in illa habeatur sermo de iisdem Sanctis, ita convenire, recte docet Gaventus in Rubr. Brewiar. Sect. 7. cap. 9. ad diem 10. Julii.

A R T I C U L U S II.

De Missa.

YN Festo S. S. septem Fratrum, ac 3. Rufinæ, & Secundæ Virg. & M. semidupl. Missa propr. Col. paramentis rub.

C A P U T XI.

N O T A N D A XI. J U L I I.

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I.

De Horis Canoniciis.

YN Calend. Rom. S. Pii P. & M. simpl. Noctur. Fer. lect. 1. & 2. de Scripta occur. 3. lect. propr. re-

liqua de communi un. M. P. Orat. *Infirmitatem.* Vesp. de sequ. Festo S. Jo. Gualberti Ab. dupl. omnia de communi Conf. non Pontif. Or. *Intertessio*, de communi Ab. & fit Commemoratio S. S. M. M. Naboris, & Felicis. Or. propr.

Qu.

Qu. utrum in Oratione S. Joannis Gualberti, *Gualbertus* sit nomen vel cognomen? Si enim sit cognomen, expungendum erit ab Oratione, juxta Decretum S. C. R. quod allegavimus 2. April. art. 1. n. 2.

R. Caval. comment. in Decret. S. C. R. tom. 2. c. 38. comment. in Decret. 2. n. 2. fine; ait, esse cognomen: *De Matha, Nolascus, & Gualbertus sunt cognomina*. At vero deinde 10. 5. c. 10. nu. 4. (alias per errorem 5.) affirmat, esse nomen, atque adeo damnat erroris, in Oratione S. Jo. Gualberti, silete *Gualbertum*: Porro ibi haec habet: *In Missalibus, atque Breviarioribus novissima impressionis Cognomina*, ac

Sanctorum Patriae in Orationibus non inveniuntur; errant tamen in Oratione S. Joannis Gualberti, in qua silent Gualbertum, existimantes ipsum hoc esse cognomen, cum tamen revera nomen illius sit. Haec ille. In vita quidem laudati Sancti traditur, *Gualbertus esse nomen ejusdem*. Vide Petr. Ribadeneir. sub die 12. Julii in illius vita initio,

ARTICULUS II.

De Missa.

IN Festo S. Pii P. & Mart. simpl. 3
A Missa Statuit, de comm. un. M.
P. 1. loco. Col. param. rub.

C A P U T X I I ,

N O T A N D A XII, J U L I I .

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

ARTICULUS I.

De Horis Canonicis.

1 IN Calend. Rom. S. Jo. Gualberti A Ab. dupl. lect. 1. Noct. de Script. occur. 2. & 3. Noct. propr. reliqua de communi Conf. non Pontif. Or. Intercessio de communi Ab. & fit in Laudibus Commem. S. S. M. M. Naboris, & Felicis. Or. propr. In 2. Vesp. Commem. sequ. Festi S. Anacleti P. & M. semid. Or. Deus, qui nos, ut in communi ua. M. P. 2. loco.

ARTICULUS II.

De Missa.

IN Festo S. Jo. Gualberti Ab. dupl. 2 A Missa. Os justi, de communi Ab. sed Evang. propr. & fit Commem. S. S. M. M. Naboris, & Felicis, ut in propr. Col. param. alb.

C A-

C A P U T X I I I .

N O T A N D A X I I I . J . U L . I I .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I .

A r t . I . De Horis Canonicis.

A r t . II . De Missa.

A R T I C U L U S I .

De Horis Canonicis.

1 *In Calend. Rom. S. Anacleti P. & M. febrid. lect. 1. Noct. de Script. occur. 2. Noct. ut in prop. 3. Noct. de communi un. M. i. loco : Reliqua de eodem comm. Or. Deus, qui nos, ut ibidem 2. loco. Vesp. de sequ. Festo S. Bonaventuræ Ep. Conf. & Eccl. Doct. dupl. Ant. ad Magnif. O Doctor.. Omaia de communi Conf. Pontif. Or. de communi Doctor, & Comm. præced.*

2 *Nota hic : in lectione prima secundi Nocturni de Sancto Anacleto haberi : quod decrevit, ut Episcopus a tribus Episcopis, neque a paucioribus consecraretur. Docet autem La-Croix lib. 6. p. 2. qu. 317. §. 1. n. 2147. hoc præcepti esse, si non dispensem Sedes Apostolica, quemadmodum & illud, quod Pontificale Romanum dicit : adjint duo ad minus Episcopi assistentes. Potest tamen Pontifex concedere, ut Episcopus ordinetur ab uno Episcopo,*

assistantibus duobus Sacerdotibus. Posso certa videtur sententia, inquit La-Croix, quod valeat Consecratio Episcopi facta ab uno Episcopo ex dispensatione Apostolica, assistantibus duobus Sacerdotibus. Quod autem Dicastillus censet, Papam posse dispensare, ut etiam, nullo Presbytero assistente, Episcopus ordinetur ab unico Episcopo: hæc sententia non est certa, teste eodem La-Croix, qui adhuc cum aliis doset : quod si Episcopus ab uno tantum Episcopo, etiam assistantibus duobus Sacerdotibus, consecraretur sine dispensatione Apostolica; talis consecratio probabiliter foret invalida, ideoque sub conditione repetenda.

A R T I C U L U S I I .

De Missa.

1 *In Festo S. Anacleti P. & M. febrid. Missa Sacerdotes Dei, ex communi un. M. P. 2. loco, sed Ev. ex Missa Statuit, ut in cod. comm. i. loco. Col. param. rub.* 3

C A P U T X I V.

N O T A N D A X I V , J U L Y .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I I .

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De Indulgentiis.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canoniciis.

IN Calend. Rom. S. Bonaventuræ Ep. & Conf. & Eccl. Doct. dupl. lect. 1. Noct. Sapientiam, ut in communi Doct. 2. & 3. Noctur. ut in propr. reliqua de communi Confess. Pontif. Or. de communi Doct. In 2. Vesp. Antiph. ad Magnif. O Do-
ctor. Commem. de sequ. Fetto S. Henrici Conf. secund. Or. propr.

A R T I C U L U S I I .

De Missa.

IN Fes̄o S. Bonaventuræ Episc. &
Conf. & Eccl. Doct. dupl. Mis-
sa ut in propr. Credo. Rubr. genet.
Mis. tit. II. Col. param. alb.

A R T I C U L U S I I I .

De Indulgentiis.

IN Fes̄o S. Bonaventuræ Ep. Conf. &
Ordinis Minorum S. Francisci,
Indulg. plen. in Ecclesiis Patrum de
Observantia, & Conventualium ejus-
dem Ordinis, & Patrum Cappucci-
norum. Innoc. XI. Constat. govt pag.
146. to. 8. Plaz. hod.

C A

C A P U T . X V .

N O T A N D A . X V . J U L Y .

E X P L E C A N T O R . A R T I C U L I S . I I .

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S . I .

De Horis Canoniciis.

1 **T**N Calend. Rom. S. Henrici Conf. & semid. in hymno: *Iste Confessor* dic. *meruit supremos laudis honores*: ut signat Gavantus hic, & Meratus tom. 2. ubi de ord. recit. Offic. not. 13. Porro S. Henricus obiit, die decima tertia hujus: ut tradit Baronius ad an. Christi 1024. Hinc autem habes: in Oratione præfata non esse tamen mutanda, vel tacenda illa verba: *hodierna die*, etiamsi hoc Officium ad aliam diem transferatur. Porro haec verba hic faciunt hunc, vel similem sensum: *Deus, qui Beatum Henricum Confessorem tuum e terrens culmine imperii ad regnum aeternum translustisti*; quod beneficium illi a te concessum recolimus *hodierna die*. Confer dicenda 17. Septembr. art. 1. a n. 6.

2 Etsi in Oratione S. Henrici dicitur: *Deus, qui hodierna die B. Henricum . . . ad Regnum eternum translustisti*: cum tamen hodierna dies non sit dies obitus laudati Sancti: ideo juxta Rubr. gen. Brev. ubi in hymno: *iste Confessor* dicitur: *bac diu latu meruit beatas scandere se-*

des: dicatur: *hac die letus meruit supremos laudis honores*: ut signat Gavantus hic, & Meratus tom. 2. ubi de ord. recit. Offic. not. 13. Porro S. Henricus obiit, die decima tertia hujus: ut tradit Baronius ad an. Christi 1024. Hinc autem habes: in Oratione præfata non esse tamen mutanda, vel tacenda illa verba: *hodierna die*, etiamsi hoc Officium ad aliam diem transferatur. Porro haec verba hic faciunt hunc, vel similem sensum: *Deus, qui Beatum Henricum Confessorem tuum e terrens culmine imperii ad regnum aeternum translustisti*; quod beneficium illi a te concessum recolimus *hodierna die*. Confer dicenda 17. Septembr. art. 1. a n. 6.

A R T I C U L U S . I I .

De Missa.

1 **T**N Festo S. Henrici Conf. semid. 3. A Missa *Os justi*: de comm. Conf. non P. Or. propr. Col. param. alb.

C A P U T X V I .

N O T A N D A X V I . J U L I I .

EXPLICANTUR ARTICULUS III.

Art. I. De Horis Canonicas.

Art. II. De Missa.

Art. III. De Indulgentiis.

A R T I C U L U S I .

De Horis Canonicas.

IN Calendar. Rom. B. M. V. de Monte Carmelo. Ad confoverendum, imo ad semper augendum cultum B. M. V. Benedictus XIII. Officium pro solemnitate B. M. V. de Monte Carmelo, pro ut jacet Romæ impressum typis Rev. Cam. Apostol. approbavit, ac ab omnibus Christi fidelibus utriusq. sexus, qui ad horas Canonicas tenentur, in posterum sub ritu dupliciti majori pro die 16. Julii quotannis recitari mandarit. Die 24. Septembr. 1726: in Decr. Urbis, & Orbis. Apud Caval. tom. 2. c. 30. d. 15. Et rursus: Omnes, quicumque etiam Regulares, tenentur de precepto celebrare Festum B. M. de Monte Carmelo die fixo' 16. Julii; & servare Decretum emanatum 24. Septemb. 1726: S. R. C. 23. Junii 1736. in Einsidlen apud Caval. tom. 1. cap. 12. decr. 2.

Officium, ut in Festo ad Nives s. Augusti, præter lectiones 2. Noct. Antiph. ad Bened. & Or. quæ sunt propr. In VII. R. dic. Tuam solemnem Commemorationem. Ad Primam in R. br. qui natus es. In fine hymnor. Jesu tibi. In 2. Vesp. omnia ut in primis præter Antiph. propr.

ad Magnif. Commemoratio sequentis Festi S. Alexii Conf. semid. Or. Deus, qui nos, ut in comm. Conf. non Pontif. i. loco. At in Urbe Romana, & toto suo districtu est dupl. min. Or. propr.

Docet Caval. tom. 1. c. 12. in 2. Decr. 2. n. 4. & tom. 2. c. 34. in 2. Decr. 25. n. 4. Si Festum B. M. de Monte Carmelo concurrat cum sequenti Festo dupl. i. cl. cum eocatu omittenda sit hodierni Festi Commemoratio, valde decere, quod Antiphona propr. ad Magnif. de secundis Vesp. dicatur in primis.

A R T I C U L U S II .

De Missa.

IN Festo B. M. V. de Monte Carmelo, quod etiam a Regularibus servari debet die 16. Julii, quamvis Officium recitetur juxta concessionem Benedicti XIII. pro ut in Festo S. Mariæ ad Nives, tota ramen Missa, & non tantum Evangelium, dicatur ilia, quæ a Sede Apostolica approbata est, & quæ incipit: Gaudemus omnes &c. S. R. C. 5. Maii 1736. in Einsidlen apud Caval. to. 2. c. 30. Decr. 16. Dicitur Credo. Rubr. gen. Miss. tit. 11. Præfatio de B. V. &c. Et te in Commemoratione. Videri posse

test Cavat. to. 3. c. 14. n. 58. Col.
param. alb.

ARTICULUS III.

De Indulgentiis.

- ¶ **N** Festo B. M. Virg. de Monte Carmelo Indulg. plen. in Ecclesiis Patrum Carmelitarum, & Discalceatorum, & Sororum ejusdem Ordinis. Clem. X. Constit. 99. pag. 168. to. 7. Plaz. hod.
¶ In gratiam eorum, quos respicit, notamus hic seqn. declarat. S.C.C.

in una Aquen. in qua ad sequens dubium; An Patribus Carmelitis, Locis Incisæ liceat extra propria Claustra, seu districtum, per loca consueta facere Processionem B. M. V. de Monte Carmelo, occasione suæ Festivitatis, petita tamen licentia a Parochio, licet non obtenta? *Sacr. Ongr. Concil. die 19. Maji & 9. Junii 1708. respondit affirmative.* Apud Luc. Ferraris in sua Biblioth. tom. 8. edit. 3. Bonon. in prima Append. pag. 215. col. 1. Notari etiam possunt, & videri dicenda 25. Decembr. n. 116.

C A P U T XVII.

N O T A N D A XVII. J U L I I.

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. De Horis Canonicis.

Art. II. De Missa.

ARTICULUS I.

De Horis Canonicis.

- ¶ **N** Calend. Rom. S. Alexii Conf. & semid. lect. 1. Noct. de Script. occurr. 2. Noct. ut in propr. 3. Noct. de communi Ab. *Ecce nos.* Reliqua de communi Conf. non Pontif. Or. *Deus, qui nos,* ut in eodem communi 1. loco. Vesp. de sequi. Festo S. Camilli Confes. dupl. de communi Conf. non Pontif. In hymno iste *Confessor,* dic. *meruit supremos.* Or. propt. Commemoratio præced. & sequentis Festi simpl. S. Symphorose cum septem filiis Martyr. Or. *Deus, qui nos concedis,* ut in comm. plur. M. M.

In Urbe Romana, & ejus districtus (quinam reputetur districtus Romanæ Urbis; dicemus die 9. Novembr. n. 4.) Festum S. Alexii est dupl. min. ex Decr. S. C. R. 23. Junii 1736. approbante Clemente XII. die 30. eiusdem mensis, & anni. Lect. 1. Noct. de Script. occurr. 2. & 3. Noctur. & Or. propr. Reliqua de communi Conf. non P. In 2. Vesp. a Capit. de sequi. Commem. præced. & sequi. simple ut supra.

ARTICULUS II.

De Missa.

- ¶ **N** Festo S. Alexii Confess. Missa 3. propr. Col. param. alb.

C A

C A P U T X V I I I .

N O T A N D A X V I I I . J U L I I .

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canonicis.

IN Calendar. Rom. S. Camilli de Lellis Conf. dupl. ex Clem. XIII. 16. Septembr. 1767. lect. 1. Noct. de Script. occur. 2. & 3. Noct. & Or. propr. nona lect. de S. S. M. M. simplic. & eorumdem Commem. in laud. reliqua de comm. Conf. non P. In hymno *Iste Conf.* dic. *meruit supremos.* In 2. Vesp. a Capite de sequi. Festo S. Vincentii a Paulo Conf. dupl. ut in communii Confes. non Pontif. Orat. propr. in hymno

Iste Confessor, mutatur versius versus, & fit Commem. præced.

Ubi de S. Symphorosa, & Filiis a recitatur Officium integrum, post Octavam Lectioñem dicatur R. *Hoc est vera fraternitas.* Vide dicta 15. Febr. art. I. n. 2.

A R T I C U L U S II .

De Missa.

IN Festo S. Camilli de Lellis Conf. dupl. Missa propr. Commem. S. S. M. M. Symphorose, & Soc. ut in propr. Col. param. alb.

C A P U T X I X .

N O T A N D A X I X . J U L I I .

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canonicis.

IN Calend. Rom. S. Vincentii a Paulo Fundatoris Congregationis Missionis Conf. dupl. ex D. S. R. C.

12. Maji 1753. approbante Benedi- XIV. Lect. 1. Noct. de Script. occur. 2. Noct. propr. 3. Noct. *Designavit*, ut in Festo S. Ignatii Conf. 31. hujus; reliqua de communii Conf. non Pontif. Or. propr. in Hymno *Iste Confessor*; mutatur versius ver- sus.

ses. In Vesp. a Capiti de seq. Fe-
ro. dupl. S. Hieronymi Emiliani
Conf. de comm. Conf. non Pontif.
Orat. propr. in hym. *meruit supre-*
mos, & fit Commemor. præced. ac
sequentis Festi simplicis S. Margari-
tæ V. & M. Or. *Indulgentiam*, ut
in communi V. & M.

ARTICULUS II.

De Missa.

TAN Festa S. Vincentia Pauli Conf.
S. dupl. Missa *Justus*, ut in comm.
Conf. non Pontif. 2. loco; sed E-
vang. Designavit, ut in Missa S. I-
ggatii 3. hujus. Or. propr. Col.
param. alb.

C A P U T X X.

N O T A N D A XX. J U L I I.

EKLICANTUR ARTICULIS III.

- Art. I. *Utrum Festum S. Margaritæ V. & M. sit in foro colendum ex præcepto?*
Art. II. *De Horis Canoniciis,*
Art. III. *De Missa.*

ARTICULUS I.

Utrum Festum S. Margaritæ V. & M.
sit in foro colendum ex præcepto?

CONCILIO Oxoniense in Anglia
celebratum an. 1222. præcepit
observari Festum S. Margaritæ V.
& M. Illud tamen præceptum non
potuit totam Ecclesiam obligare,
sunt enim particulare illius loci; ut
observat Suarez de Regig. tom. 1.
tr. 2. lib. 2. c. 9. num. 23. Atque
adeo nulla est obligatio universalis
servandi illud; & colligitur ex Con-
stit. Urbani VIII. de observat. Fe-
storum, in qua hoc Festum non
nominatur. Videri etiam potest
Azor. Instit. Moral. par. 2. lib. 1.
cap. 25. qu. 8. Idipsum satis indi-
cat ritus simplex, quem habet in
Brev. Rom.

ARTICULUS II.

De Horis Canoniciis.

TAN Calend. Rom. S. Hieronymi
Emiliani Conf. dupl. ex Clemente
XIV. 2. Septemb. 1769. lect. 1.
nocturn. de Script. occurr. 2. & 3.
noct. , & Or. propr. In hymno *Iste*
Confess. dicitur; *Meruit Supremos*,
reliqua de eom. Conf. non Pontif.
& Commem. in Laudibus S. Mar-
garitæ V. & M. (sine ejusdem 9.
lection. quia non habet propriam in
Brev.) de comm. V. & M. Ora-
tio *Indulgentiam*. In 2. Vesp. Com-
memor. sequentis Festi simplicis S.
Praxedis Virg. Or. *Exaudi*. ut in
comm. V. non M.

A.R.

A R T I C U L U S III.

De Missa.

mem. S. Margaritæ ut in Missa:
Me expectaverunt, de communi V.
M. 2. loco. Col. param. alb.

3 **TEN** Festo S. Hieronymi Emiliani
Conf. dupl. Missa propr. Com-

C A P U T X X I .

N O T A N D A X X I . J U L I I .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I L .

Art. I. *De Horis Canonicis.*
Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canonicis..

TEN Cal. Rom. S. Praxedis V. sim-
pl. Nocturn. Fer. 1. & 2. le&t. de
Script. occurr. 3. le&t. propr. Orat.
Exaudi, de communi V. non M.
reliqua ut ibi. Vesp. de sequ. Fe-
sto S. Mariæ Magdalena dupl. min.
ut in propr. & communi nec Virg.
nec Mart,

A R T I C U L U S I I .

De Missa.

TEN Festo S. Praxedis V. simplex, 2
Missa ut in propr. Col. para-
ment. alb.



C A

C A P U T X X I I .

N O T A N D A X X I I . J U L I I .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I I .

Art. I. *Utrum Festum S. Mariae Magdalene sit in foro calendum ex præcepto?*

Art. II. *De Horis Canoniciis.*

Art. III. *De Missa.*

A R T I C U L U S I .

Utrum Festum S. Mariae Magdalene, sit in foro calendum ex præcepto?

¶ TSI in Concilio Oxoniensi in Anglia celebrato an. 1222. observari mandetur S. Mariæ Magdalenæ Festum; illa tamen lex privata fuit, seu particularis Diœcesis illius, vel Provinciæ, ut notat Suarez de Relig. to. 1. tr. 2. l. 2. c. 9. nu. 23. Et licet multorum locorum fuerit consuetudo, diem hunc observandi, non tamen universalis: atque adeo nulla est obligatio collendi sive ex præcepto, sive ex consuetudine universalis hoc Festum in foro. Deinde id colligitur etiam ex Constit. Urbani VIII. incip. Universa 1642. in qua enumerantur omnia, & singula Festa ex obligatione gravi in foro servanda universaliter, nulla tamen mentio fit hujus Festi: sed & ipsa consuetudo localis sublata fuit per laudatam eamdem Constitutionem Urbanam. Vide dicenda in Appendice ad calcem Diarii c. 7. n. 5.

¶ Nota hic: quod licet aliqui ex Patribus tradiderint: duas fuisse Magdalenas in Evangelio memoratas: imo, ut quidam alii, etiam tres,

TOM. III.

unam Galilæam, & publicam in Civitate peccatricem, de qua apud Luc. 7. Secundam item Galilæam, Christi Domini beneficio liberatam a septem Dæmonibus, a quibus vexabatur. Tertiam honestæ vitæ, Marthæ, & Lazari sororem; nihilominus amplectenda sententia est docentium: unam tantum esse Magdalenam, de qua in quatuor Evangelii sermo est; hæc enim sententia cum magis congruat Officio Ecclesiastico, (confer dicta 25. Januar. n. 3. fine) est merito præferenda; ut animadvertisit Azorius Instit. Moral. par. 1. lib. 2. c. 15. initio; & de hac re fuse, docte, & erudite agit Suarez to. 2. in 3. par. disp. 49. Sect. 2. qui legi potest; videri etiam potest Petr. Ribadeneira in Vita laudatæ Sanctæ, ad calcem: præsertim vero Bollandistæ.

A R T I C U L U S I I .

De Horis Canoniciis.

¶ Calend. Rom. S. Mariæ Magdalenæ, dupl. min. ut in propri. & Communi nec Virg. nec Martyr. In oratione non est tacendum, non men Magdalenæ: non obstantibus dictis 2. April. nu. 2. Vide Caval.

O com-

comment. in Decr. S. C. R. to. 2. cap. 38. in d. 1. n. 5. In 2. Vesp. Antiph. & Ps. ut in primis, & a Cap. fit de sequenti Festo S. Apollinaris Ep. & M. dupl. min. omnia de Communi un. M. or. propr. Commem. S. Mariæ Magdalenæ, Antiphona propria. *V. Elegit eam*, & Commemoratio sequentis simplicis, hoc est, S. Liborii Ep. Conf. or. *Da quæsumus*, ut in Communi Conf. P. 1. loco. Si autem hodie fuerit Feria VI. an Oratio S. Liborii sit varianda? Vide die sequenti, art. 1. num. 2.

- 4 Ubi de S. Maria Magdalena recitantur 2. Vesperæ integræ, sumantur omnia de 1. Vesp. præter Antiphonam ad Magnif. & *V. quæ erunt ut supra*, & Commem. sequent.
- 5 Docet Caval. to. 2. par. 2. cap. 39. Comment. in Decret. 4. nn. 5. quod si hymnus: *Pater Superni*: in primis Vesp. S. Mariæ Magdalenæ dici præscriptus, impediatur; dicendus sit ad Matutinum, omisso hymno Matutini: *Maria castis osculis*:

licet proprio. Movetur ex eo, quia hic strictim admodum recenset nonnulla facta laudatæ Sanctæ: ubi ille plura, & adhuc eadem, quæ tenet Matutini hymnus, disertius, distinctius, & prolixius; quare, inquit, indubie est præferendus, & nullatenus uniendus.

A R T I C U L U S III.

De Missa.

IN Festo S. Mariæ Magdalenæ, ⁶ dupl. min. Missa propria, in ea dicitur *Credo*. Rubr. gen. Mis. tit. XI. congruentiam assignat Gavantus. in Rubr. Miss. par. 1. tit. 11. lit. b. & Caval. to. 5. c. 12. num. 21. (alias per errorem 22.) quia nimis ex Innocentio III. in Christi Resurrectione, quam nuntiavit Apostolis, ea fuit Apostolorum Apostola. Porro ex D. Thoma 3. par. qu. 83. art. 4. Symbolum in Festis Apostolorum dicitur in Missa, quia ipsi hanc fidem fundaverunt. Col. param. alb.



C A.

C A P U T X X I I .

N O T A N D A X X I I . J U L I I .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I I .

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De jejunio Vigiliae S. Jacobi Majoris Apost. alicubi anticipato.*

A R T I C U L U S I

De Horis Canoniciis.

1 **I**N Calend. Rom. S. Apollinaris Ep. & M. dupl. min. lecta 1. noct. de Script. occurr. 2. & 3. noct. & Orat. propr. reliqua de Communi tñ. M. Commemoratio S. Liborii Ep. & Conf. Or. *Da quæsumus*; ut in Communi Conf. P. 1. loco. Ita 2. Vesp. fit Commem. sequentis Festi S. Christinæ V. M. Simpl. Or. *Indulgentiam*. In oratione S. Apollinaris non sunt mittenda illa verba: *qui bunc diem*, etiamsi hoc Festum transferatur alicubi. Vide dicenda 17. Septembr. n. 6.

2 Si hodie fuerit Sabbatum, & con sequenter fuerit Vigilia anticipata S. Jacobi Ap. in hoc casu nona legio erit de Homilia Vigiliae, ut in Communi Apostolorum, & fiet Commemoratio ejusdem Vigiliae, Antiphona & V. de Feria occurr. Oratio *Da quæsumus*. Deinde fiet Commemoratio S. Liborii. Sed queritur: utrum in hoc casu dicenda adhuc fit pro S. Liborio Or. *Da quæsumus*: aut potius varianda, eo quod sit eadem cum Oratione de Vigilia? Variandam esse, affirmat Meratus hic, & Pittonus apud Caval. to. 2. c. 32. Comment. in Deer. 8. n. 6.

dicendamque esse Orationem *Exaudi*. Ipse autem Cavalerius variationis hujusmodi necessitatem non agnoscit: quoniam putat: verba ea: *quam prevenimus*: quæ habentur in Oratione Vigiliae, & non dicuntur in hac S. Liborii: hanc ab illa diversam efficere. In Diurnali tamen, quo ego utor editionis Venet. an. 1754. sub hac die 23. Julii habetur Rubrica præscribens in dicto casu variationem, atque designans pro S. Liborio Orationem *Exaudi*. Licet Rubrica husemodi careat Breviarium, quo etiam ego utor editum Venet. an. 1753. Ipse Cavalerius non rejicit omnino putantes, in dicto casu adhibendam esse variationem. Pro qua variatione nos statuimus, existimantes, ad inducendam variationem præscriptam in Rubr. gen. Miss. tit. 7. num. 8. & Brev. tit. 9. n. 8. sufficere, quod una Oratio sit formaliter eadem cum altera in petitione: hoc est, quod idem prorsus in utraque petatur, & fere sub iisdem verbis. Huic assertioni conformia statuimus 7. Martii art. 2. nu. 5. & alibi. Vult autem Cavalerius, quando ob reputatam identitatem varianda foret Oratio pro S. Liborio, nedum in Laudibus, in quibus evenit identitas, sed etiam in primis Vesperis

O 2 Ora-

Orationem variatam adhibendam esse ; cum diffonum sit , inquit , pro eodem Festo diversam in Vesperis ab ea Laudum Orationem usurpari . Sed rursus in Diurnali allegato non est sermo de Oratione varianda in dicto casu nisi in Laudibus , in quibus fit Commemoratio Vigiliæ . Unde significatur in 1. Vesperis , in quibus non fit Commem. Vigil. non esse faciendam variationem . Deinde variatio in Commemorationibus inducenda non est ultra necessitatem , quemadmodum animadvertis ipse Cavalerius to. 2. c. 32. Comment. in Decr. 8. n. 1. & in Decr. 9. num. 13. & notavimus 14. Januar. n. 25. Jam vero cum in 1. Vesperis Oratione *Da quæsumus* non sit pro Vigilia recitanda , nondum adest necessitas , eam variandi pro S. Liborio . Ergo non est varianda in 1. Vesperis , sed solum in Laudibus , ubi solum necessitas est . Quod autem Cavalerius necessitatem variandi petit ex diffonantia , quam afferit , esse , pro eodem Festo diversam in Vesperis ab ea Laudum Orationem usurpari . Respondetur , quod ipsime Cavalerio id non est diffonum visum to. 1. c. 1. Comment. in Decret. 19. n. 6. ubi docet : quod & nos docuimus 14. Januar. n. 32. & iterum 11. Nov. n. 5. hoc est Orationem , quæ variatur , semper adhibendam pro eo , de quo fieri debeat Commemoratio , nulla habita ratione , quod in præcedenti , vel sequenti die , in quibus habuit , vel habere debet Officium , lecta in eo fuerit , vel legi debeat Oratio alia , seu diversa . Porro Cavalerius ibi ritte decernit : in die Dedicationis Ecclesiæ propriæ , si in secundis Vesp. facienda sit Commemoratio sequen-

tia Dedicationis alterius Ecclesiæ : pro Commemoratione Dedicationis alienæ Ecclesiæ usurpandam esse Orationem : *Deus , qui invisibiliter .* Sequenti vero die in Officio Dedicationis alienæ Ecclesiæ adhibendam esse in Laudibus Orationem . *Deus , qui nobis per singulos annos .* Pro Commemoratione autem Ecclesiæ propriæ recitandam esse Orationem : *Deus , qui invisibiliter .* Ergo ipsiusmet Cavalerii sensit , non est diffonum pro eodem Festo diversam in Vesperis ab ea Laudum Orationem usurpari . Ergo absque ulla diffonantia potest in casu nostro pro eodem Festo S. Liborii in Vesperis usurpari Oratione *Da quæsumus* ; & in Laudibus Oratione *Exaudi*.

In eodem prædicto casu , quod hodie sit Sabbatum , in 2. Vesperis fiet Commem. de sequ. Dominica , & de S. Christina V. & M. ut supra .

ARTICULUS II.

De Missa.

IN Festo S. Apollinaris Ep. & M. dupl. Col. parament. rub. Missa propr. & Commemoratio S. Liborii Ep. & Conf. ex Missa Statuit ut in communi Conf. Pontif. 1. loco .

Si vero hodie fuerit Sabbatum , S. & consequenter fuerit Vigilia anticipata S. Jacobi Ap. in Missa stat 2. loco Commemoratio Vigiliæ , & ejusdem Evangelium legatur in fine : & videanetur etiam dicenda sequenti die art. 2. Deinde tertio loco fiet Commemoratio S. Liborii , pro quo secundum dicta art. præcedenti , legetur Oratione *Exaudi* , ex Missa *Sacerdotes Dei* , ut in Communi Conf.

Conf. Pontif. 2. loco : at Secreta , & Postcommunio ex Missa Statuit , ut in eodem Communi 1. loco .

A R T I C U L U S III.

De jejunio Vigiliae S. Jacobi Ap. alicubi anticipato .

⁶ AVANTUS in Rubr. Brev. Seet. 3. cap. 7. n. 3. notat : alicubi ob Festum S. Christinæ Patronæ , sequenti die celebrandum , anticipari ad hanc diem sequens jejunium Vigiliae S. Jacobi Ap. Hujusmodi privilegium extare Panormi meminit Tamburinus Explic. Decalog. par. 1. lib. 4. cap. 5. §. 7. num. 58. & de præc. Eccl. tr. 4. præc. 4. c. 11. n. 16. & Chiavetta tom. 2. Confult. 190. nu. 3. Ex quo tamet tom. 1. Consult. 46. nu. 12. & Pignatello to. 3. Consult. 14. fine , notandum est : quod incidente Festo S. Christinæ in Feria sextam , seu in diem Veneris , non anticipetur Panormi jejunium prædictum , sed servetur ipsa die 24. Julii ; & similiter fiet , si occurrat in Sabbato . De anticipatione jejunii incidentis in Festum Patroni principalis loci agemus in Appendice ad calcem Diarri cap. 7. art. 3. In eodem casu non esse anticipandum Officium , vel Commemorationem Vigiliae S. Jacobi , quando scilicet universalis fervat Ecclesia ?

⁷ Qu. I. Si quis Panormitanus notit anticipare jejuniam ob dictam causam Panormi anticipatum , utrum possit non anticipare , sed servare illud ipsa die Vigiliae S. Jacobi , quando scilicet universalis fervat Ecclesia ?

R. Affirmat Chiavetta supra cita-

ta Consult. 46. quia , inquit , anticipatio illa est privilegium concessum a Papa ob Festivitatem dictam , scilicet S. Christinæ tamquam Patronæ principalis Panormitanæ Urbis .

Sed videtur dicendum , quod in hoc , & simili casu , quo jejunium auctoritate Ecclesiae , anticipatur in Civitate , vel Diecepsi , aut Regno ob solemnitatem , et si particularem loci , puta Festi Patroni principalis : teneatur quivis , se conformare Communione anticipanti jejunium ; eo quod hoc videtur simpliciter translatum ab Episcopo , vel Pontifice , ne jejunio minuatur Festi Solemnitas : quemadmodum Ecclesia universalis anticipante jejunium incidens in Dominicam ob solemnitatem Dominicæ , ut explicavimus , ubi egimus de notandis in Dominica : nemo dixit , liberum esse cuiquam , anticipare jejunium ; sed illud oportet in Sabbato celebrare , ita ut non satisfaceret præcepto , qui in Dominica jejunaret in casu prædicto ; Similiter occurrente Vigilia Nativitatis Sancti Joannis Baptiste in Festo Corporis Christi , ob Festi solemnitatem universalis Ecclesia , ut suo loco notavimus , illud anticipat in Feriam quartam immediate præcedentem ; negat autem Cavalerius licere cuiquam , non anticipare , ut suo loco etiam nos docuimus . Accedunt Cajetanus , & Naldus , quos laudat , & sequitur Pellizarius in Man. Regul. tom. 1. tr. 5. qu. 27. num. 64. Docentes , quod ex gravi , & rationabili causa Episcopo transferente jejunium Ecclesia universalis in alium diem , tenentur Regulares , se conformare in tali jejunio , quo ad ejus translationem ; videri possunt dicta 23. Febr. num.

num. 25. §. 3. initio. Unde significant, non esse cuiquam liberum jejunare in die, qua pro universalis demandatur Ecclesia. Videantur tamen dicta 23. Febr. n. 30.

Ad rationem vero, quam pro sua opposita fententia assignat Chiavetta, dicens nimirum: quia anticipatio illa est privilegium concessum a Papa ob Festivitatem S. Christinæ: Respondeatur, privilegium non tam esse in favorem populi, quam in gratiam, & honorem ipsius Festivitatis, a qua videlicet jejunium removetur, ne illius solemnitas minuatur: jejunium enim non congruit Festivitati, & gaudio. Videantur dicenda 13. Decembr. n. 6. simili ratione, qua translatio jejunii a Dominica potius est in gratiam, & honorem ipsius Dominicæ, quam ob favorem populi, ideoque est obligatio jejunandi in Sabbato, quando in illud transfertur jejunium incidens in Dominicam. Id ipsum accedit in jejunio translato a solemnitate Corporis Christi. Igitur cum privilegium magis sit ipsius solemnitatis, quam populi; non licet populo, vel cuiquam singulari de Civibus non servare jejunium in die, in quam transfertur auctoritate Ecclesiastica, quia id non solum esset cedere privilegio suo, sed etiam eodem privare Ecclesiasticam solemnitatem. Porro aliquando est obligatio utendi privilegio: ubi nimirum privilegium vel sit habitativum, vel eo non utendo, irrogetur injuria alteri. Videri possunt dicta 23. Febr. n. 32.

9. Qu. II. Si quis Panormitanus die 23. Julii discedat Panormo, petatque Montem Regalem, cum intentione redeundi Panormum sequenti die mane 24. an possit jejunare Monte Re-

gali die 23. Julii, ibique uti privilegio anticipandi jejunium, quod habet sua Civitas Panormitana?

R. Non posse jejunare ita, ut satisfaciat præcepto jejunii Vigiliæ S. Jacobi; nam prædictum jejunium in Ecclesia universalis est die 24. Ergo tunc urget, tunc obligat, & sevari debet, quia tunc solum ei satisfit, utpote onus affixum diei; & non potest anticipari, nisi ex privilegio, & dispensatione ipsius Ecclesiæ. Privilegium autem, quod habent Panormitani pro dicto jejunio anticipando, est locale, quod ex regula generali expirat extra locum. Ergo non potest Panormitanus, uti illo privilegio Monterelegali. Ergo etsi jejunet Monterelegali die 23. Julii, illo tamen jejunio non satisfacit pro Vigilia S. Jacobi, quæ est die 24.

Hinc colliges: dictum Panormitanum, qui die 23. Julii petiit Montem Regalem etiam cum intentione redeundi Panormum sequenti die 24. si deinde ob aliquid impedimentum, vel mutata voluntate maneat Monterelegali die 24. tunc teneri ibi jejunare die 24. ad satisfaciendum scilicet jejunio Vigiliæ Sancti Jacobi: quamvis præcedenti die jejunaverit etiam ex intentione satisfaciendi pro dicta Vigilia. Illa enim intentio minime profuit ad satisfaciendum præcepto, quod nondum urgebat, seu nondum cœperat obligare, nec poterat ei satisfieri, secluso speciali Ecclesiastico privilegio.

Interr. hic: Quid? si prædicatus Panormitanus, qui mane discessit Panormo, Panormum sit redditurus sero, seu nocte ejusdem diei 23. Julii; poterit ne jejunare ita, quod satisfaciat pro Vigilia, quemadmodum cæteri Panormi degentes?

R. Et

R. Et posse, & teneri ita jejuna-re : Is enim per intervalum adeo breve, in aestimatione morali, non abrumpit presentiam in suo domicilio, ex quo tam privilegiis eo die obtingentibus frui aequum est, quam praceptis ligari.

12 Qu. III. An praedictus Panormitanus, qui die 23. Julii discessit Panormo, petiitque Montem regalem, rediens Panormum die 24. Julii, tenetur jejunare Panormi, eo quod non potuit Monterelegi die hac præcedenti ob dictam causam in responsione ad præced. questionem jejunare, ita, ut satisfaceret præceptio?

R. Hujusmodi Panormitanum obligat ad jejunium Chiavetta supra cit. Consult. 46. num. 12. eo quod agatur de jejunio universalis, cui debet satisfacere quilibet Christi fidelis. Cum itaque praedictus Panormitanus ob dictam causam tali jejunio die 23. Julii non satisfecerit, tenetur illud implere die 24. quando cæteroqui servatur in Ecclesia universali. Unde ipsius Panormitani, qui die 23. etiam existentes Panormi non jejunant, tenentur jejunare die 24. Ita Chiavetta.

13 Verum satis probabile esse debet: non teneri hujusmodi Panormitanum ad jejunium Panormi die 24. Julii. Ratio est, quod possit quisque, se moribus legitime receptis cœrum Catholicorum, quibuscum vivit, accommodare. Less. de iust. I. 4. c. 2. de jejun. dubit. 8. n. 59. Gobat to. I. tr. 5. cas. 3. Sect. 2. n. 94. & cas. 17. nu. 385. Busemb. I. 1. tr. 2. de legib. c. 2. dub. 4. Azor. Instit. Moral. par. I. I. 7. c. 19. qu. 4. fine. & Glossa in C. Illa. 11. dist. 12. Si fueris Roma Romano vivito more. Quod, si id affirmari, & concedi so-

let pro Peregrinis & Vagis, quanto magis pro ipsis Incolis & Civibus.

At dices: non quoad præcepta communia toti Ecclesiae. Respondeo: etiam quoad hæc valet allata doctrina, teste Gobat cit. nu. 385. ubi loquitur specialiter de Festis communibus toti Ecclesiae, at solitis non observari in Territorio peregrinantis: in quibus, docet, non obligari, audire Missam peregrinum; & citat Sanchez, Layman, Suarez, Castropalaum, quem, ait, testari, esse communem, & receptam sententiam. Et tr. 5. cas. 3. Sect. 2. n. 94. supracitato adduxerat exemplum Civis Constantiensis, qui in Festo S. Michaelis Archangeli occupetur alibi, puta Marisburgi in illa die, in qua pro universalis Ecclesia celebratur dictum Festum. Ratio ex eodem Gobat est, quia exemptione a lege communi est quoddam quasi privilegium locale, quo proinde frui possunt omnes versantes in eo loco. Sed & exemplum de ipso jejunio universalis affert Cardinalis de-Lugo de Euchar. disp. 15. Sect. 2. n. 50. ubi docet: eum, qui die 23. Augusti fuerit Romæ, non teneri ibi jejunare (nisi fuerit Sabatum:) pro Vigilia S. Bartholomei Ap. quia ibi illa Vigilia celebratur sequenti die 24. Quod si deinde discesserit, & prædicta die 24. fuerit alibi, ubi idem jejunium fuerit celebratum præcedentis die 23. nec teneri ideo jejunare die 24. quia ibi jam satisfactum est illi jejunio. Profecto in hujusmodi casu illa mutatione loci fit liber a præcepto jejunii etiam universalis, quantum, inquit de-Lugo, numquam fuit debitor, eo quod nec Romæ, nec extra invenerit præceptum.

Con-

Confirmatur ex eo, quod, qui primis quatuor diebus observantiae quadragesimalis veniunt Mediolanum, non tenentur jejunare, ut communis in Italia est opinio, teste Lessio loco cit. eo quod jejunium illud ibi nondum sit inchoatum. Vide dicenda tr. 2. lib. 4. par. 1. cap. 1. art. 6. qu. 7. Ergo concludit idem Lessius; etiam qui veniunt aliquo, ubi jam est translatum, non tenentur, sed possunt se Incolis accommodare: ergo Panormitanus, qui die 23. Julii petuit Montem Regalem, postquam redierit Panormum die 24. non tenetur Panormi jejunare, quia ibi translatum est jejunium pro Vigilia S. Jacobi, sed potest se accommodare ceteris Civibus, qui illa die non jejunant.

15 Ad rationem in contrarium, quæ effertur a Chiavetta; scilicet, quod agatur de jejunio universali, cui quilibet Christi fidelis tenetur satisfacere; respondeo ex eodem Lessio l. cit. num. 60. quod, etsi jejunia universalia obligent omnes, & ubique; non tamen omnino absolute, sed sub tacita conditione, si sint in loco, ubi, & quo tempore legitime urgent: quæ quidem est concitio omnibus positivis Legibus imbibita.

Hanc sententiam Lessius loc. cit. vocat satis probabilem; limitat vero, si sermo sit de iis, qui non *in fraudem jejunii*, sed bona fide, negotiorum causa locum mutant. Quibus conformia habet Gobat tom. 1. tr. 5. cas. 3. Sect. 2. a n. 99. ubi proponit casum de quodam Religioso, qui e loco, ubi Quadragesima nondum absoluta fuerat juxta vetus Calendarium, quod ibi erat in usu,

venerat in locum, ubi jam prætiererat juxta Calendarium novum, quod ibi fuerat acceptatum; & querentibus; utrum ille teneretur prosequi, & complere jejunium Quadragesimale? Respondit negative, eo quod jejunante Religioso iho, non jejunantibus ceteris Conreligiosis, futura fuisset variis de causis molesta, seu incommoda tabita discrepancio a communitate numerosa, temporeque minime decreto ad jejunandum.

Contrariam tamen sententiam valde quoque probabilem putant Lessius, & ipse Gobat l. i. cit. & in praxi suadendam. Vide dicenda tr. 2. lib. 4. par. 1. c. 1. art. 6. qu. 5. a n. 66. & 25. Decemb. art. 1. Sect. 9. qu. 4. num. 112. Ubi nos quidem negabimus, pro unico saltem die jejunare, ceteris non jejunantibus, esse onus adeo grave, ut a quovis facile superari non valeat.

Hæc omnia, quæ dicta sunt de 16 Panormitano, qui profectus fuit Panormo die 23. Julii, rediitque die 24. intellige quoque dicta de Peregrinis, & Vagis, qui prædicta die 24. Panormum venirent; scilicet possent & ipsi uti privilegio loci, non jejunandi die 24. etsi die 23. existentes alibi non jejunaverint pro Vigilia S. Jacobi.

Denique illud, quod idem Chiavetta addit pro sua sententia, videlicet, ipsos Panormitanos, qui die 23. existentes Panormi, non jejunarunt, teneri die 24. supponit, esse liberum Panormitanis anticipare jejunium; quod tamen nos negavimus Quæstione I. docentes, eos anticipare teneri, Ecclesiastica dispositione supposita de hoc jejunio anticipando.

Ob. Prædictus Panormitanus in 18 dicto

dicto casu non jejunando Panormi, usurparet sibi privilegium, quod non habet locus: nimurum simpliciter non jejunandi pro Vigilia S. Jacobi, cum locus privilegium habeat, jejunium tantummodo anticipandi. Ergo ratio deducta ex eo, quod quisque potest frui privilegio loci, in quo moratur, non valet ad excusandum dictum Panormitanum in dicto casu a jejunio.

¶. Prædictus Panormitanus in dicto casu per se utitur simpliciter privilegio loci, non jejunandi die 24. Per accidens autem est, quod tali anno plane omittat jejunium hoc. Quemadmodum peregrinus, qui veniret in locum, ubi nondum est Festum, quod occurrit pro universalis Ecclesia, ut in exemplo ex Gobat allato de Cive Constantiensi morante Mariburgi in Festo S. Michaelis Archangeli, non teneretur audire Sacrum Mariburgi in Festo S. Michaelis, quia ibi tunc non celebratur; neque rediens deinde Constantiam, teneretur compensare, & audire Sacrum, quia ibi transactum est; ut docet Gobat l. cit. nu. 98. Quod autem talis pro eo anno omittat jejunium Vigiliae S. Jacobi; non est privilegium loci; sed jus, quod natura ipsa legum humanarum tribuit, pro hujusmodi locorum & temporum varietate. Recolatur etiam hic exemplum jejunii Vigiliae S. Bartholomæi superius allegatum ex Cardinali De-Lugo.

¹⁹ Qu. IV. An peregrinus, aut vagus, qui moratur Panormi die 23. Julii, & propositum habet, ibi mandendi etiam die 24. teneatur jejunare die hac 23. si determinet non jejunare die 24.? Ratio dubitandi sideri posset; quia hujusmodi non

TOM. III.

teneretur præceptis specialibus loci, in quo versatur, ut ostendit Chavetta Consult. 46. Busemb. l. 1. de legib. c. 2. dub. 3. Et Azorius Instit. moral. part. I. lib. 5. c. 11. qu. 3. testatur, hanc esse communem omnium sententiam; hinc non videtur posse obligari ad jejunandum die 23. quia non est affixum huic diei jejunium in Ecclesia universalis. Deinde vero die 24. licet illi diei sit affixum jejunium pro Ecclesia universalis, attamen in loco, in quo moratur, satisfactum est jejunio, adeoque est privilegium, non jejunandi die 24. & quia potest uti privilegio loci, in quo moratur, ideo nec videtur, posse obligari ad jejunandum die 24. Julii.

Sed contra est: etenim ex his rationibus prior probat solum, non teneri anticipare; posterior autem, posse anticipare; non item plane omittere jejunium: cum tale privilegium non adsit in loco. Porro etiam Panormi est obligatio jejunandi pro Vigilia S. Jacobi; & est obligatio anticipandi: juxta nostram sententiam traditam qu. I. nu. 8. Obligatio prior est ex præcepto universalis; obligatio posterior est ex præcepto locali. Dato autem, Peregrinum non teneri posteriori præcepto locali, anticipandi videlicet præfatum jejunium, (quod et si quidem probabile sit: oppositum autem est item valde probabile; videantur dicenda tract. 2. lib. 2. par. I. cap. 2. numer. 5. versu: *Tertio est sententia valde probabilis*. Profecto propositionem illam afferentem: peregrinos non teneri præceptis specialibus loci, per quem transeunt: licet Azorius dicat, sententiam esse communem: illam tamen eodem lo-

co allegato explicat, quibusdam adjectis exceptionibus; & videri possunt dicenda 7. Decembr. art. 4. cap. 7. n. 15. & nos etiam absolvite, & simpliciter prolatam, falsam esse probabimus ut. 2. cit. n. 5. ubi explicabimus: in quo sensu ab Auditoribus doceatur.) Non est tamen car idem nec conatur priori precepto universali, jejunandi nimirum pro Vigilia S. Jacobi? Ergo si vellet gaudere privilegio non jejunandi in ipsa Vigilia die 24. tenetur anticipare, dum est in loco, ubi etiam anticipando, satisfacere potest precepto universali jejunii. Secus est casus questionis proxime praecedentis. Dicendum igitur est: peregrinos, & vagos nolentes jejunare Panormi die 24. Julii, tenere cum aliis anticipare die 23.

Confirmo ex simili casu, quem ita resolvit Gobat to. 1. tr. 5. cas. 3. Sect. 2. num. 95. ubi ad questionem: si Civis Constantiensis, qui in Feste S. Michaelis Archangeli morabatur Mariburgi, & non audiit Sacrum, quia ibi Festum ihud transiit in aliam diem, tenetur audire Sacrum illa die, in quam Festum transfertur, si adhuc Mariburgi moretur? Respondet affirmative: datque hanc rationem: quia quis Christianus peregrinus tenetur observare leges loci, in quo ipse versatur, si eae sunt communes toti Ecclesiae, & eis nec dum satisfecit. Nec obesse, ait, quod mos ille Mariburgensis colendi Festam S. Michaelis in Mense Octobri non sit communis toti Ecclesiae, sed a communione plene alienis; nam est alienus solum quoad circumstantiam, non quoad substantiam; ita Gobat. Et cas. 17. num. 377. universaliter

loquendo docet, quod si Peregrinus non observavit ob aliquam justam causam, pura ob mortuum, dum adhuc esset in Patria sua praeceptum universale, & veniat in locum, in quo inveniat, illi praecepto nunc satisfieri, teneatur & ipse, scuti certi Incole loci. Mens enim, ait, Pontificis videtur esse, ut compenset. Licet, ita se judicare fateatur, satis trepide, racentibus aliis.

Iaque si quis Christianus peregrinus tenetur observare leges loci, in quo ipse versatur, si eae sunt communes roti Ecclesiae, eisque nec dum satisfecit. Ergo a pari: quis Christianus peregrinus tenetur, leges loci, in quo ipse versatur, observare eodem tempore, quo observantur in loco, si eae sunt communes roti Ecclesiae, licet nunc non urgeant pro universali Ecclesia, sed alia die, seu tempore alio urguntur; tenetur, inquam, observare, si non satisfacere cogitat tunc, quando occurrit in Ecclesia universalis, & quando, ipse adhuc morari cogitat in eodem loco, ubi illis trunc anticipate satisfit. Ergo peregrinus, aut vagus, qui moratur Panormi die 23. Julii, habetque propositum manendi ibidem die 24. tenetur jejunare die 23. jejunitibus Civibus Panormitanis, si jejunare non voluerit die 24. Sed de Peregrinis, quatenus praeceptis localibus tendantur, agemus latius tract. 2. lib. 2. par. 1. cap. 2. numer. 5.

Qu. V. Utrum, qđi voverit jejunare in Vigilia S. Jacobi possit Panormi satisfacere voto, jejunoando die 23. quando ibi in hanc diem anticipatur jejunium prædictæ Vigiliae?

R. Affirmat Tancredi to. 4. tr. 3. de

3. de voto qu. 29. fine ; quia ex voto suo ad aliud non tenetur, nisi ad jejunandum in Vigilia S. Jacobi, seu die, quo potest satisfieri, & satisfit jejunio Vigilie S. Jacobi; Panormi autem tunc est Vigilia S. Jacobi in ordine ad jejuniuna, nimirum die 23. Julii. Ergo potest tunc jejunare, & illo jejunio implere votum suum. Favet Caval. tr. 2. cap. 15. Comment. in Decr. I. n. 6. docens : obligatum ex voto,

aut observantia regulari ad jejundum in vigilia S. Jo. Baptiste, ea occurrente in Festo Corporis Christi, ideoque translato jejunio in diem proxime praecedentem, non teneri jejunare in Festo Corporis Christi, sed satisfacere voto, jejunando in die, in qua universalis Ecclesia celebrat jejunium pro Vigilia Sancti Joannis. Videri possunt dicta l. 1. in Dominica, art. 9. de Jejun. qu. 4. a. 83. & 84.

C A P U T X X I V .

N O T A N D A XXIV. J U L I I .

EXPLICANTUR ARTICULIS III.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De jejunio Vigil. S. Jacobi Majoris Ap.*

A R T I C U L U S I.

De Horis Canoniciis.

- 1 ~~V~~ N Calend. Rom. de Vigilia S. Jacobi Majoris Ap. Noct. Fer. tres lect. de Homil. in Evangel. Hoc est preceptum meum; ut in communi Vig. Ap. In Laudibus dicuntur preces feriales, flexis genibus. Or. De quiescimus; & fit Commemoratio S. Christianæ V. M. Or. Indulgentiam.
- 2 Si autem hodie fuerit Dominica, fieri de Dom. & Commem. S. Christianæ.
- 3 Vesp. de sequ. Festo S. Jacobi Major. Ap. dupl. 2. cl. omnia ut in communi Ap. Or. propri. & non fit Commemoratio sequentis Festi simplicis S. Christophori.

Officia concessa semel in mente, 4 vel hebdomada recitari, prohibentur in Vigiliis sive cum jejunio, siue absque jejunio, ex Decr. S. C. R. Vide dicta lib. 2. p. 1. cap. 2. num. 3.

A R T I C U L U S II.

De Missa.

~~Missa~~ de Vigilia S. Jacobi, ut 5 in communi Vig. Ap. Commemoratio S. Christianæ V. & M. ut in Missa *Me expectaverunt*, de communi un. V. & M. 2. loco. In Missa Vigilie S. Jacobi, aut in qua fiat de ea Commemoratio, inclinetur caput ad nomen Jacobi, in Oratione, in Canone ad Communionem.

nicanter priori loco positum , non autem ad nomen Jacobi posteriori loco ibidem descriptum ; Sequitur ex dictis 1. Maji n. 11. & Vide dicenda cap. sequ. art. 3. Similiter caput inclinetur ; ubicumque nominetur ; Ex Rubr. Miss. de rit. celebr. tit. 5. n. 2. Vide dicta 18. Januar. art. 2. & dicenda 20. Decembr. n. 5. Col. param. violac.

6 In Ecclesiis Cathedralibus , & Collegiatis , occurrente Festo duplici , aut semiduplici , aut Octava in Vigiliis cantantur duæ Missæ , pro quibus videri debent dicenda tract. 2. l. 4. par. 1. cap. 4. qu. 1. & duab. sequ. & videri etiam possunt dicta l. 1. c. 2. de celebr. Mis. quotid. qu. 6. & sequentibus Interrog. Nomine Octavæ intelligitur solum ipsa dies Octava , non item quælibet dies infra Octavam . Vide dicta 27. Junii art. 2. n. 6.

7 In Vigiliis , quæ veniant infra Octavam , si fiat Officium de ea , Missa dicitur de Vigilia cum Commemoratione Octavæ . Rubr. gen. Mis. tit. 3. n. 2.

ARTICULUS III.

De jejunio Vigil. Sancti Jacobi Majoris Ap.

8 INTER Sermones ad Fratres in Ere~~mo~~ , qui nomine Augustini circumserebantur , quoisque vult Chri-

stianus Lupus , relatus a Merato te-
2. Sect. 3. c. 6. nu. 1. prope fin-
esse Auctoris sæculi undecimi : ser-
mone 25. fine dicitur : *Jacobus et
iam Zebedæi Apostolus apud quosdam
Vigiliam non habet , eo quod occisus
fuerit in diebus Azymorum , nec diens
mortis celebramus , sed potius transla-
tionis . Ita ibi .* Similiter loquitur
Durandus in Ration. Offic. lib. 6.
c. 7. n. 17. ubi sic : *Jacobus Zebe-
dæi , frater Joannis Evangelistæ occisus
ab Herode in diebus Azymorum : qua-
re jejunium non habet : & iterum I.
7. c. 17. fine dicit : Festum laudati
S. Jacobi non habere jejunium .*
Idem docuit Joannes Beleth de di-
vin. Offic. c. 11. circa medium , &
c. 140 fine . Etiam Paludanus in 4.
dist. 15. quæst. 4. art. 3. concl. 2.
putavit , in hac Vigilia S. Jacobi
Majoris non esse jejunium ex obli-
gatione , nisi solum ubi esset con-
fuetudo .

Sed dicendum est : In hac Vigilia S. Ap. Jacobi Majoris esse obli-
gationem gravem jejunandi ex præ-
cepto universali . Vide dicta 23.
Febr. art. 3. Sect. 1.

Panormi anticipatur jejunium hu-
jus Vigiliae (nisi occurrat in Feria
sexta , vel Sab.) secundum dicta
die præcedenti art. 3. ubi egimus
de hoc jejunio anticipato , & sol-
vimus varias Quæstiones ad hujus-
modi rem pertinentes , quæ huic
diei respective applicari possunt .

C A P U T X X V .

N O T A N D A X X V . J U L I I .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S . I V .

Art. I. *De Observantia Festi S. Jacobi Majoris Ap.*Art. II. *De Horis Canoniceis.*Art. III. *De Missa.*Art. IV. *De Jubilao Compostell.*

A R T I C U L U S I .

De Observantia Festi S. Jacobi Majoris Ap.

S. Christophori M. Or. *Praesta ut qui*
de comm. un. M. non P. i. loco. It
2. Vesp. Commem. de sequ. Festo
S. Annæ dupl. maj. de Comin. nec
Virg. nec Mar. Or. propri.

A R T I C U L U S I I I .

De Missa.

TN Festo S. Jacobi Ap. dupl. 2. cl. 3
A Missa prop. & Commem. Sancti
 Christophori M. in Missis privatis.
 dicitur *Credo*. Rubr. gen. Miss. tit.
 11. Praef. Apostol. In Canone in
 Oratione *Communicantes* inclinatur
 caput ad nomen Jacobi, & ubicum-
 que nominetur, ex Rubr. Miss. de
 rit. celebr. tit. 5. nu. 2. Vide dicta
 18. Januar. art. 2. Sed quare: cum
 in praedicta Oratione bis recitetur
 nomen Jacobi: duo enim fuerunt A-
 postoli hujus nominis, ut indicavi-
 mus art. 1. ad utrum horum incli-
 nadum caput hodie? Quod est
 quare: quod nomen Jacobi refera-
 tur ad Majorem in praedicta Ora-
 tione, illud se priori loco positum,
 an posteriori? Respondeo: spectata
 ratione congruentia, & Evangelista-
 rum usu, nomen Jacobi priori loco
 positum appellat S. Jacobum Majo-
 rem. Et ita tenet Lactantius Rat.
 fol.

A R T I C U L U S I I .

De Horis Canoniceis.

I 3. Jac. Ap. dupl. 2. cl. Rubr. gen.
G Brev. tit. 9: nu. 6. & in dnab.
 Tabell. excerpt. ex Rubr. gen. Brev.
 omnia ut in comm. Apost. præter
 lect. 2. & 3. no[n]. & Or. quæ sunt
 prop. & in Laudib. fit Commem.

solidi Ordinis Prædicatorum, in suo Opusculo Italico de explicatione Mysteriorum Missæ. Hinc sequitur hodie inclinandum caput ad nomina Jacobi priori loco nominatum in Oratione prædicta. Col. par. subr. Rurbric. gen. Miss. tit. 18. n. 3.

4 In favorem eorum, quos respicit, exponimus hic sequens Decretum S. C. C. in una Bononiens. in qua ad sequ. dub. An Festis diebus S. S. Jacobi, & Annæ, in quibus exponitur in Ecclesia Confraternitatis S. Mariæ de Libertate Imago S. Mariæ de Libertate, cum Indulgentia plenaria: Parochus impeditur possit, ne ibidem administrentur Sacra Pœnitentia, & Eucharistia? Sacra

Congreg. Concil. dit 15. Maji 1728. respondit negative, & serventur Constitutiones Synodales: apud Luc. Ferraris in sua Biblioth. to. 8. edit. 3. Bononien. in prima append. pag. 193. col. 1.

ARTICULUS IV.

De Jubile Compostella.

COMPOSTELLÆ, toto illo anno, quo S. Jacobi Majoris Apostoli Festum incidit in diem Dominicum, habetur Jubileum Compostellanum. Viva de Jubil. qu. 1. art. 2. nu. 1. Videri possunt dicenda 24. Decemb. art. 4.

C A P U T X X V I .

N O T A N D A X X V I . J U L I I .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I I .

Art. I. *De Observantia Festi S. Anne.*

Art. II. *De Horis Canonicis.*

Art. III. *De Missa.*

ARTICULUS I.

De observantia Festi S. Anne.

1 **F**ESTUM S. Anne Matris M. V. ex obligatione gravi etiam in foro universaliter celebrandum. Ita præcepit, & mandavit Gregorius XV. in sua Constitutione, quæ incipit: *Honor Landis*, 23. April. 1622. & Declaravit S. R. C. apud Caval. to. 2. cap. 13. d. 7. Insuper constat ex Constitutione Urbani VIII. incip. *Universa*, quam allegavimus 1. Ja-

nuar. nu. 1. in qua enumerantur omnia, & singula Festa ex obligatio-
ne gravi universaliter in foro colen-
da, & inter ea adnumeratur Festum
S. Anne Genitricis Deiparæ. Vide-
ri tamen possunt dicenda 31. De-
cembr. art. 1. n. 2. In Ecclesia tam
Orientali, quam Occidentali perve-
rsum fuisse S. Anne cultum, o-
stendit Baronius in not. Martyrol.
Rom. hac die.

A R.

A R T I C U L U S II.

De Horis Canoniciis.

- 2 **T**N Calend. Rom. S. Annæ Matris & V. M. dupl. maj. ex D. S. C. R. 20. Sept. 1738. quod dabimus in Dom. infra Octavam Assumpti. & ex Brev. in duab. Tabell. excerpt. ex Rubr. gen. Brev. Lect. 2. Noct. & Or. propr. reliqua de comm. nec Virg. nec M. In 2. Vesp. Commem. sequ. Festi S. Pantaleonis M. Simpl. Or. *Presta*, de communi un. M. non P. 2. loco.
- 3 *Pro gratia faciendi Officium Festi-
vum Sanctæ Anne die 26. Julii cum
Commemoratione triei Octavæ Beati
Joannis de Dukla simul occurrenti:
Quoad incidentiam vero dies Octava
S. Stanislai Kostka, cum Festo S. Ca-
tharinae, qua colitur celebriter a popu-
lo, servetur Rubr. de transl. Festo-
rum. S. R. C. 22. Augus. 1744. in
Cracovien. apud Caval. tom. 2. par.
2. post. c. 46. in Append. ad cap.
de O&F. Festor. d. 3. Primum indul-
getur pro Gratia; unde in exem-
plum trahi non potest pro vasibus
similibus, ut animadvertis Caval.
ibi, sed servanda erit Rubrica de
translat. Festor. quæ jam servari præ-
cipitur in occurru S. Catharinæ, li-*

cet celebris in populo, cum die O-
ctava S. Stanislai. In occurru diei O-
ctavæ B. Joannis de Dukla Compatro-
ni Regni Polonie cum Festo S. Anne,
Officium habendum est de die Octava;
Sanctæ Anne vero licet ejusdem dies
magna cum Devotione populi frequen-
tetur, die prima novi impedita. S. R.
C. 15. Maii 1745. Poloniæ in una
Ordin. Excalceat. S. S. Trinit. apud
Caval. l. cit. d. 4. Lex est Rubri-
carum, nec officit præcedenti Decre-
to, quod quoad *Sanctam Annam* fuit
specialis gratia pro Civitate Cra-
coviz. Quare in hac quidem potest
fieri Officium de *Sancta Anna* cum
Commemoratione O&Fave, sed ex-
tra eamdem agendum erit Officium
de die Octava cum translatione S.
Anne. Vide dicta 2. hujus art. 2.
num. 5.

A R T I C U L U S III.

De Missa.

- 2 **T**N Festo S. Anne dupl. maj. Mis-
& sa propr. Col. Param. alb. Ex
Rubr. gen. Miss. tit. 18. nu. 2. In
gratiam Confraternitatis S. Mariæ
de Libertate; quoddam Decretum S.
C. Concil. in una Bononiensi expo-
suimus die præced. n. 4.

C A.

C A P U T X X V I I .

N O T A N D A X X V I I . J U L I I .

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canoniceis.*Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I .

*De Horis Canoniceis.*M. & Innocentii P. & C. de com-
muni plur. M. M. Or. propr.

A R T I C U L U S II .

*De Missa.*T N Festo S. Pantaleonis M. Simpl. 2
1. Missa *Lætabitur*, de comm. un.
M. non P. 2. loco. Col. param. rub.

¹ T N Cal. Rom. S. Pantaleonis M.
1. Simpl. Noctur. Fer. 1. & 2. Lect.
de Script. occur. 3. 1. propr. reli-
qua de commun. un. M. Or. *Pre-
sta* de comm. un. M. non Pontif.
2. loco. Vesp. de seq. Festo semid.
S.S. Nazarii, Celsi, & Victoris M.

C A P U T X X V I I I .

N O T A N D A X X V I I I . J U L I I .

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canoniceis.*Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I .

*De Horis Canoniceis.*de com. Virg. non M. & Comme-
mor. præced. ac S. S. M. M. Simpl.
Or. propr.Si hodie sit Sabbatum ante Dom.
1. Augus. quid notandum in Vesp.
Vide tr. 2. in Sab. post Domin. 6.
Pentes.

*In Ecclesia S. S. Nazarii, & Cel-
si transferendum est Festum S. S. Vi-
ctoris & Innocentii in primam diem
non impeditam, sub ritu semiduplici,
sed cum Evangelio, & Oratione eo-
rum.*

¹ T N Calend. Rom. S. S. Nazarii ,
1. Celsi, & Victoris M. M. & In-
nocentii P. & Conf. Semid. Lect. 1.
Noct. de Scrip. occur. 2. Noct. pro-
pr. 3. Noct. de comm. plur. M. M.
1. loco; rel. de eod. com. Or. pro-
pr. In 2. Vesp. a Cap. de sequ. Fe-
sto S. Marthæ v. Sem. Or. Exaudi,

Cap. XXVIII. Notanda XXVIII. Julii. 121

transdedit, in qua omittuntur Socii. S. R. C. 12. Febr. 1633. in Mediolanen. apud Caval. to. 1. c. 5. d. 1. Igitur in Ecclesia S. S. Nazarii, & Celsi, ubi ratione Tituli Festum eorum fest dupl. 1. cl. cum Octava, transferendum est Festum S. S. Victoris, & Innocentii in primam diem non impeditam, atque adeo post Octavam. Vide Caval. l. cit. n. 5. & dicenda in Appendice ad calcem Dia- ri. c. 7. art. 5. qu. 5. a num. 29. Cum Evangelio, & Oratione eorumdem: atque adeo cum Officio de Communi Martyrum; Evangelium enim est: *Cum audieritis prælia;* Quod habetur primo loco in dicto Communi; & Oratio Sanctorum tuorum: Quæ cum in se contineat verbum illud *Confessio:* confessionem fidei per Martyrium constanter factam indicare videtur; ut observat Cav. n. 6. In ea Oratione omittuntur Socii: videlicet cum fit Officium S. S. Victoris & Innocentii, in Oratione illa propria omitti debet nominatio S. S. Nazarii, & Celsi; Oratio eam festo, de quo Officium celebratur, correspondere debet; unde cum Officium de S. S. Victore, & Inno-

centio tantummodo fiat, procul dubio in ea Oratione taceri debent nomina S. S. Nazarii, & Celsi, quorum Festum jam celebratum fuit. Eadem de causa in Festo S. S. Nazarii, & Celsi in eorumdem Ecclesia, in Oratione Sanctorum tuorum, quæ itidem dici debet, tacenda sunt nomina S. S. Victoris, & Innocentii, quorum Festivitas, ut diximus, est transferenda. Idipsum in similibus practicandum, docet Caval. nu. 11. Vide dicenda in Append. l. cit. Cur autem in dicto casu recitetur Officium de Communi Martyrum: & quomodo S. Innocentio Conf. possint eadem competere, quæ de Martyribus enunciantur? Videri potest idem Caval. n. 7. & 9. & Gavant. in Rubr. Brev. Sect. 7. cap. 9. ad diem 28. Julii. Videri etiam possunt dicenda 21. Octob. n. 4.

ARTICULUS II.

De Missa.

IN Festo S. S. Nazarii, Celsi, ac 3 Victoris M. M. & Innocentii P. & Conf. semid. Missa propr. Col. param. rub.



C A P U T X X I X.

N O T A N D A X X I X: J U L I I.

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. De Horis Canonicis.

Art. II. De Missa.

A R T I C U L U S I.

De Horis Canonicis.

¹ IN Cal. Rom. S. Marthæ V. secunda mid. Lect. 1. Noctur. de Script. occurrit. 2. & 3. Noct. propri. reliqua de communii Virg. non M. & in Laudibus Commemor. S. S. M. M. Simplicium, Oratio propria. In 2. Vesp. Commem. sequentis Festi simplicis, hoc est S. S. Martyrum Abdon, & Senyen. Or. propri.

Si hodie sit Sabbatum ante Dom. 1. Aug. quid notandum in Vesp. ? Vide tr. 2. in Sabbato post Dom. 6. Pentec.

² Gavantus in Rubr. Brev. Sect. 7. c. 9. ad diem 29. Julii pro Octava S. Marthæ, ubi ea celebratur, haec notat: *In Octavario Romano Bononiae primum edito, pro Octava S. Mar-*

tha, citantur Homilia, qua infra Octavam Assumptionis B. V. At quis additum est S. Hyacinthi Festum, 2. die nulla erit amplius Homilia; tulege qua in 4. 5. 7. & 8. die habentur in edit. Octav. Antuerpiensi, Veneta, & Neapolitana inoffenso decurres pede. Ita ille.

A R T I C U L U S I I.

De Missa.

³ IN Festo S. Marthæ V. semid. Misericordia Dilectionis, de communii Virg. tantum 1. loco, sed Evangel. propri. & Commem. S. S. M. M. simplicium, ut in propri. Ad nomen Marthæ in Evang. & ubi alias nominetur, inclinetur caput ex Rubr. Misericordia Ritu. celebr. tit. 5. nu. 2. Vide dicta 18. Januar. art. 2. Col. parament. alb.

C A

C A P U T X X X .

N O T A N D A X X X . J U L I I .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I I .

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *Notanda pro Jejunio.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canoniciis.

A R T I C U L U S I I I .

Not. pro Jejunio.

¶ IN Calend. Rom. S. S. Abdon, & Sennen M. M. rit. simpl. Nocturn. Fer. 1. & 2. Lect. de Script. occur. 3. lect. & Orat. propr. reliqua de communi plur. M. M. Vesp. de sequ. Festo S. Ignatii de Loyola Conf. Fundat. Soc. Jesu, dipl. min. omnia de communi. Conf. non Pontif. Or. propria. Si hodie sit Sabbatum ante Domin. 1. Augusti quid notandum in Vesp. Vide tr. 2. in Sab. post Dom. 6. Pentec.

A R T I C U L U S I I .

De Missa.

¶ IN Festo S. S. M. M. Abdon, & Sennen simpl. Missa propr. Col. param. rub.

A MAGISTRATU Provinciae Guipu-^z scoe cum mandatis procuræ omnium locorum fuit emissum volum jejunandi in Vigilia S. Ignatii Loyolæ tamquam Patroni principalis illius; Quod cum servare renuerit Clerus; propterea Episcopus tamquam Legislator Ecclesiasticus illum obligavit ad ejus observantiam. At reportavit Clerus Chirographum a fel. mem. Benedicto XIII. quo improbatum fuit illud factum Episcopi sub die 21. Martii 1729. A quo cuncti petita fuisse oris aperitio in Sacr. Congreg. Rit. die 3. Martii 1731. Poscente Eminentissimo Origo, fuit demegata; & iterum postulato recessu a Decisis die 15. Decembris; Sacra Congregatio stetit in decisis. Apud Lucium Ferraris in sua Biblioth. to. 8. edit. 3. Bonon. in primo supplem. V. *Resolutiones.* fine. pag. 319. col. 2. Videantur nihilominus dicenda in Appendice ad calcem Diarii c. 7. de S. S. Patronis art. 3. nu. 14. & videri etiam possunt dicenda 7. Decembris. n. 12.

C A P U T X X X I .

N O T A N D A X X I . J U L I I .

EXPLIGANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canoniciis.

IN Calend. Rom. S. Ignatii de Lo-
yola Confess. Fundat. Societatis
Jesu dupl. min. lect. 1. Noct. de
Script. occur. 2. & 3. Noct. & Or.
propr. Reliqua de communi Confes-
non Pont. Vesp. de sequ. Festo S.
Petri ad Vincula dupl. maj. omnia
ut in propr. Commem. S. Pauli Ap.

& præcedentis, ac S. S. M. M. Ma-
chabeorum Or. propr.Si hodie sit Sabbatum ante Dom.
1. Aug. quid notandum in Vesp. ?
vide tr. 2. in Sab. post Dom. sext.
Pentec.

A R T I C U L U S II .

De Missa.

IN Festo S. Ignatii Confess. dupl. 2.
Missa propr. Col. param. alb.



N O .

NOTANDA MENSE AUGUSTO.

P A R S I.

NOTANDA MENSE AUGUSTO IN GENERE.

E X P L I C A N T U R §. §. III.

- §. I. *De Numero Dierum.*
- §. II. *De Reservatione Beneficiorum, & Alternativa.*
- §. III. *De Horis Canoniciis.*

§. I.

De Numero dierum.

1 **A**UGUSTUS habet dies trintatā suā pra unū. Vide dicta par. 1. hujus lib. 3. c. 1.

§. II.

De Reservatione Beneficiorum, & Alternativa.

2 **N** Reservatione Beneficiorum ex Regula Cancellariæ Augustus est Mensis Papalis; at in Alternativa est Mensis Episcopalis. Vide dicta parte 1. hujus libri 3. c. 6.

§. III.

De Horis Canoniciis.

3 **N** Dominicis, & hebdomadibus Augusti leguntur libri Salomonis, seu Sapientiales, sive Morales; & ex iisdem defununtur Antiphonæ ad Magnificat in 1. Vesper. Dominicæ. Vide dicenda in Sabb. post Dom. sextam Pentec.

4 Sunt autem libri Sapientiales Proverbia, Ecclesiastes, Canticum

Canticorum, Sapientia, & Ecclesiasticus. Leguntur hoc ordine: in prima Dominica Augusti legitur initium Proverbiorum, seu Parabolæ Salomonis, & deinceps per hebdomadam. In Domin. 2. Augusti initium Libri Ecclesiastæ, & deinceps per hebdomadam. In Dominica 3. Augusti initium Libri Sapientiæ, & deinceps per hebdomadam. Si autem hæc Dominica venerit in die Assumptionis B. Mariæ, vel S. Joachimæ, vel in die Octava S. Laurentii, Liber Sapientiæ, ponitur in ipsa die Octava S. Laurentii, & de eo legitur in Festo S. Bernardi, & post Octavam Assumptionis B. Mariæ; si supersit dies, usque ad sequentem Dominicam. *Rubr. Brev. ante Dom. 3. Augusti.* Si tamen dicta Dominica venerit in die Assumptionis, & ante diem Octavam S. Laurentii celebretur aliud Festum novem Lectionum habens Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrenti, ut jam de facto accidit in Ecclesia universalis, in qua die 16. Aug. recitatûr Officium S. Hyacinthi habens Lect. 1. noct. de Script. occurrit, tunc prædictum initium Libri Sapientiæ non ponetur in die Octava S. Laurentii,

iii , sed in illo priori Festo , puta S. Hyacinthi die 16. Augst. & de eo legetur in die Octava praedicta S. Laurentii . Item si Domin. 3. Aug. venerit post diem Octavam S. Laurentii ; tunc praedictum initium non ponetur in die Octava S. Laurentii , sed ponetur post Festum S. Joachim prima die , qua occurrerit , fieri Officium non de die infra Octavam Assumptionis , sed de aliquo Festo novem lectionum , habente lectiones primi nocturni de Scriptura occurrente . Quapropter Rubrica praefata posita ante Dom. 3. Aug. nihil aliud vult , nisi quod infra Octavam Assumptionis , quando non fiat Officium de die infra Octavam , Lectiones primi Nocturni sint de Scriptura occurrenti , nimis de Dominica , seu hebdomada secunda , vel tertia Aug. quae occurrat ; non autem de Libro Canticorum , licet ex eo ponantur in Breviario lectiones primi nocturni in diebus infra Octavam praedictam , quia illæ Lectiones positæ sunt , ut tantummodo legantur , quando fit Officium de Assumptione ; idque in laudem ipsius B. Virginis , ut notabimus 15. hujus art. 2. n. 16. Quod certum redditur ex Rubrica Brev. 16. Aug. præfixa Officio S. Hyacinthi , ita se habente : *Leet. 1. noct. de libro Scripturæ , eo tempore occurr. ut dictum est in Rubr. ante Domin. III. Augst.*

In Dominica 4. Augusti legitur initium libri Ecclesiastici , & deinceps per hebdomadam : ac sequitur de eodem in Dominica quinta : si quidem Augustus illam habuerit : sicut autem quatuor tantum ; omittitur Antiphona ad Magnificat , qæ recitanda foret in Sabbato ante Do-

minicam quiutam Augusti : & finiter lectiones ejusdem Dominicæ , hebdomadæque ; sed in Sabbato post Dominicam quartam Augusti , quod in dicto casu (juxta legem tradendam in Sab. post Dom. VI. Pentec.) erit ante Dominicam primam Septembres : Antiphona ad Magnificat sumetur ex libro Job , de quo legetur in subsequenti Dominica , & deinceps : uti notabimus in Septemb. parte 1. n. 4. *Rubr. Brev. ante Dom. V. Aug.*

Laudati Sapientiales libri mense 5 Augusti leguntur , quia post libros Regum ; æquum est , ut Rex Salomon audiatur , serventeque Sole hoc mense , ferveat & Sapientia : seu fervorem , & amorem ejus ostire , instruamur . Amalar. de Ordin. Antiphon. c. 72. Gavant. in Rubric. Brev. Sect. 5. c. 12. n. 8. In lectio- ne librorum Sapientialium insinuantur tempus Sanctorum Doctorum , dicit Rupertus de Divin. Offic. lib. 12. cap. 24.

Præfati Sapientiales libri communi- 6 niter nuncupantur libri Salomonis ; cæterum libri Ecclesiastici Author est Salomon : et si inter Sapientiales adnumeretur , quia ad doctrinam , & Sapientiam pertinet . Scripsit autem Ecclesiasticum Jesus filius Sirach , nepos Jesu Sacerdotis , cuius meminit Zacharias ; ut notat Isidorus lib. 1. de Eccl. Offic. c. 12. & Raban. Maurus Instit. Cleric. l. 2. c. 54. At Cantici Canticorum , Proverbiorum , & Ecclesiastæ libri Salomoni fere ab omnibus adscribuntur . Sapientia vero liber dubitatur , an sit Salomonis ? eo quod in hebreicis Codicibus non habeatur , sed solum in Græcis . Esse Philonis Judæi , affirmatur a nonnullis

nullis Scriptorum veterum , teste S. Hieronymo Præfatione in libros Salomonis , sed tamen a veteribus Patribus communi consensu prædictus liber tribuitur Salomoni , uti testatur Bellarminus de *Script. Eccl. in Salom.* ubi plures Patres citat : & notat etiam : ipsum Autorem libri Sapientiæ cap. 9. testari , se fuisse Regem in Israel , & sibi a Domino imperatum , ut templum ædificaret : quæ Salomoni proprie conveniunt . Verum hæc discordia facile conciliatur ab eodem Bellarmino , dicendo : sententias hujus libri esse Salomonis , sed collectas in

unum volumen , & græcis verbis expressas a Philone , non illo , qui tempore Caji Imperatoris floruit , sed alio antiquiore ; Id etiam significat Joannes Beleth de Divin. Of. sc. c. 146. prope fin.

Denique animadvertendum est hic : in Missali Romano , Sapientiæ titulum esse communem lectionibus Proverbiorum , Cantici Canticorum , & Ecclesiastici : eo quod , ut diximus , laudati Libri , ex usu veteri S. S. Patrum , nuncupari soleant Sapientiales ; ut observat Gavantus in Rubr. Mis. par. 1. rit. 10. numer. 1. lit. K.



PARS

P A R S I I .
M E N S I S A U G U S T I .
NOTANDA SINGULIS SIGILLATIM DIEBUS.

C A P U T I .
N O T A N D A I . A U G U S T I .
EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*
Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canoniciis.

1. **N** Calend. Rom. S. Petri ad Vin. & cula duplex maj. ex Clemente VIII. apud Gavant. in Rubr. Brev. Se&t. 7. c. 10. ad diem 1. Aug. & Rubr. Brev. in duab. Tabel. excerptis ex Rubr. gener. Omnia ut in propr. nona lectio, (nisi occurrat Dominica ,) & Commemoratio S. S. M. M. Machabæorum post Commemorationem S. Pauli Apost. Vide dicta 18. Januar. art. 1. n. 2.

2. Ex lege veteri in Calendarium Ecclesiæ Occidentalis invecti fuerunt Martyres , ut non videretur reprobatus cultus Martyrum veteris Testamenti . Hi vero Machabæi præ cæteris electi fuere , quia sunt celebriores : ut constat ex Act. Martyrii eorumdem in divina Scriptura descriptis . Confer dicenda in Octobri par. 1. n. 4. fine . Soli tamen ; quia utilius proponuntur novæ legis Martyres imitandi : ut obseruat Cavalier, *Comment. in D. S. C. R.* fo.

2. c. 31. n. 5. qui etiam alias aliorum de re hac tradit rationes , & videri quoque potest Beleth , de Divin. Officiis , c. 142. Horum S. S. Martyrum , ac Matris eorumdem nomen , & cur Machabæi fuerint nuncupati ? Videri potest apud Baronium in not. Martyrol. sub hac die .

In 2. Vesp. post Commemoratio- 3 nem S. Pauli Ap. fiat Commemoratio sequentis Festi simplicis S. Stephani P. & M. Or. Deus , qui nos , ut in communi un. M. P. 2. loco .

Si hodie sit i&Sabat. ante Dom. I. Aug. quid notandum in Vesp. Vide tr. 2. in Sab. post Dom. VI. Pentec.

Ubi Festum S. Petri ad Vincula , 4 vel Conversionis S. Pauli est Titulus Ecclesiæ , semper per Octavam facienda est Commemoratio distincta alterius , pro ut in die Festi , non autem unica utrique communis per Antiphonam : Petrus Apostolus ec. S. R. C. 2. Septembr. 1741. apud Caval. to. 2. c. 32. d. 4. Facienda est Commemoratio distincta alterius , sive reci- tetur

tetur Officium de Octava, sive fiat
Commemoratio Octavæ. Ratio vi-
deri potest apud Caval. I. cit. n. I.

Rubr. gen. Miss. tit. II. Praef. Apo-
stol. Ad nomen Petri, & Pauli in-
clinetur caput in illis partibus Mis-
sæ explicatis 8. Januar. art. 2. nu-
mer. 7.

ARTICULUS II.

De Missa.

⁵ **N**Festo S. Petri ad Vincula du-
plex maj. Missa propria, Com-
memoratio S. Pauli Ap. & S. S.
Martyrum Machabæor. Dic. *Credo.*

Col. Param. Alb. ex Rubr. gen. 6
Miss. tit. 18. n. 2. tum ob S. Pe-
tri innocentiam declarandam, tum
ob Angelicam liberationem: in al-
bis enim forte apparuit Petro: ita
Gavantus in Rubr. Miss. pær. I. tit.
18. n. 2. lit. S.

C A P U T II.

N O T A N D A I I . A U G U S T I .

EXPLICANTUR ARTICULIS III.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De Indulgentia Portiunculae.*

ARTICULUS I.

De Horis Canoniciis.

¹ **N**Calend. Rom. S. Stephani P.
& M. simpl. Noctur. Fer. I. lect.
de Scripturæ occurrit. 2. & 3. lect.
propr. Or. Deus, qui nos, ut in com-
muni un. M. P. 2. loco, reliqua
de eodem communi. Vesperæ de
sequenti Festo Inventionis S. Ste-
phani Protomartyris semid. ut in
commun: un. M. & propr.

Si hodie sit Sab. ante Dom. I.
Aug. quid notandum in Vesp.? Vi-
de tr. 2. in Sab. post Dom. VI. Pentec.

² **I**n Titularibus Ecclesiæ sub Invoca-
tione S. Mariæ Angelorum (apud Mi-
nores S. Francisci,) non de Dedi-
catione, pro ut in Festo Portiunculae,
TOM. III.

sed de S. Maria Ecclesiæ Titulari,
pro ut in Festo S. Mariæ ad Nives
faciendum est Officium; & Lectiones
secundi Nocturni sumenda sunt ex se-
cundo Nocturno Nativitatis ejusdem
mutato verbo Natali, in verbum Fe-
stivitate S. R. C. 10. Junii 1690. in
una Ordin. Minor. Observ. apud Ca-
val. to. I. c. 2. d. 6. Et licet ea-
dem S. R. C. 14. Maji 1707. in
Parisien. declaraverit, quod In Ec-
clesiæ dedicatis sub titulo S. Maria
Angelorum, Officium de bocce Titula-
ri celebrandum est die Assumptionis B.
M. V. cum Octava ejusdem. Apud
Caval. post finem tom. 4. in Ap-
pend. ad c. 2. de Patron. vel Ti-
tul. Eccl. d. I. nihilominus eadem
S. C. iterum interrogata: An in Ec-
clesiæ sub Titulo S. Mariæ Angelo-
rum

rum fieri debeat die 2. Augusti Officium cum Missa de B. M. V. pro ut habetens servatum fuit; vel potius Festum S. Mariae Angelorum fit celebrandum die Assumptionis ejusdem? S. R. C. re mature discussa, referendum censuit, servari solitum, nempe in casu proposto, die 2. Augusti faciendum esse Officium cum Missa de B. M. V. Titulari Ecclesiae, pro ut in Festo ad Nives, praeter Lectiones secundi Nocturni, quae sumendas sunt ex secundo Nocturno Nativitatis ejusdem B. Mariae, mutato verbo Natali in verbum festivitate, juxta Decretum editum die 10. Junii 1690. in una Ordin. Minor, de Observant. S. R. C. 7. Septembr. 1748. in una Ordin. Capuccin. Provinc. Italiz apud Caval. l. cit. d. 2. Vide eumidem Cavaler. Comment. in cit. d. 1.

3 In Ecclesia S. Jacobi de Luprio Venetiarum die 2. Augusti agendum est de Festo S. Petri ad Vincula ab antiquo eidem djei affixo ob perpetuam translationem ratione occurrentia cum die Octava Sancti Jacobi; non autem de Sancto Hermolao, quod paucis ab hinc annis sub ritu semiduplici confugnatum extitit eidem diei secundae Aug. S. R. C. 19. April. 1749. in una Venetiarum. Apud Cavaler. post finem tomii 4. in append. ad cap. 9. de perpetua Fester. immutat. d. 19. Videri possunt dicenda in Appendice ad calcem Diarii cap. I. §. 2. num. 19.

ARTICULUS II.

De Missa,

+ IN Festo S. Stephani P. & M. simpl. A Missa propria. Col. param, rub,

ARTICULUS III.

De Indulgentia Portiuncula.

IN Ecclesiis Franciscanorum Indulgentia Plenaria Portiuncula, quæ nomen desumit a parva illa Capella prope Assumptum sita, quam S. Franciscus Ordinis Minorum Fundator ab Abate Montis Subbasii Ordinis S. Benedicti obtinuit, ut ibi una cum Fratribus posset novi Instituti sui functiones peragere; quæque hunc temporis sita conspicitur intra augustum templum, Sanctæ Mariæ Angelorum Reginæ dicatum.

Fertur autem laudatus Sanctus Franciscus hanc plenariam Indulgentiam a Deo implorasse pro iis omnibus, qui perpetratorum criminum poenitentes, eaque sacramentaliter confessi, memoriam Capellam visitassent, idque ipsi a Deo in eadem Capella concessum fuisse: hoc tamen addito, ut ipse eandem Indulgentiam impetraret ab Honorio III. tunc Romano Pontifice: pro ut videri potest apud Lucium Ferraris in sua Biblioth. V. Indulg. art. 5. nu. 50. edit. 3. Bonoa. Laudatus autem Summus Pontifex certior factus, consonum id esse Divinæ voluntati, anno 1223. Indulgentiam plenariam perpetuo concessisse dicitur omnibus, qui ex corde poenitentes, ac confessi sèpè dictam Cappellam, seu parvam Ecclesiam visitassent a Vesperis Calendarum Augusti ad Vespertas sequentis diei, secundæ Augusti. Ita Benedictus XIV. de Synodo Dicces. lib. 13. c. 8. n. 4. qui n. sequenti allegatis auctoritatibus id confirmat, affirmatque, Summos Pontifices postea illam Indulgentiam extendisse ad

ad universas Ecclesias Ordinis S. Francisci ; quod etiam tradit Maf-
sæus Kresslinger in addit. ad Theol.
moral. Anac. Reiffenst. tr. 12. dist.
3. quæst. 5. qu. 8. n. 64. ubi ait :
certum esse , & extra ullam contro-
versiam , Indulgentiam prædictam
posse obtineri non solum in ipsa
Ecclesia Portiunculæ , verum etiam
in aliis Ecclesiis omnibus totius Or-
dinis Seraphici per totum orbem dif-
fusi ; similiter Lucius Ferraris cit.
art. 5. n. 51. & 74. scribit , hanc
Indulgentiam Portiunculæ extensam
esse in perpetuum , atque adeo ob-
tineri posse in omnibus Ecclesiis trium
Ordinum Sancti Francisci ubique e-
xistentibus ; & idem significant alii
Scriptores Franciscani , & Quinta-
nadenas in singularibus to. 1. in
append. ad Sacr. Pœnit. tr. 5. dub.
1. n. 1. & 3. similiter affirmit In-
dulgentiam hanc obtineri posse in
qualibet Ecclesia Minorum , etiam
Monialium .

Scribit autem Piazza de Purgat.
par. 2. art. 5. §. 10. ubi de Indul-
hujus diei , quod Fratribus de Ob-
servantia , & Reformatis facta fue-
rit omnium prima concessio a Gre-
gorio XV. in Brevi dato 4. Julii
1622. quod incepit : *Splendor Pater-
nae glorie* , in suis ipsorum Ecclesiis ,
in forma consueta cujuslibet Indul-
gentiæ Plenariæ , hac die secunda
Augusti a primis attamen Vesperis
ad Secundas ; seu a Vesperis diei
primæ Augusti , usque ad occasum
Solis diei secundæ . Deinde paulo
post , die scilicet 12. Octobris ejus-
dem anni 1622. idem Gregorius XV.
sub eadem forma illam per aliud
Breve impertitus est Ecclesiis Fra-
trum Cappuccinorum . Ad Ecclesiæ
vero Fratrum Conventualium S. Fran-

cisci extendit Clemens X. Constit.
33. *Cœlestium munerum* . 3. Octobr.
1670. pag. 62. To. 7. Bull. Rom.
Mainardi . Ecclesiis Fratrum Tertiæ
Ordinis S. Francisci hanc Indulgen-
tiæ communicavit Urbanus VIII.
Constitut. 316. pag. 149. Tomi 5.
magni Bullar. edit. Lugdun. 1697.
Tandem pro Ecclesiis Monialium S.
Claræ Ordinis Franciscani , Benedi-
ctus XIV. Decreto edito 23. Se-
ptembr. 1753. declaravit , & quate-
nus opus esset , concessit , quod in
Ecclesiis prædictarum Monialium hac
Indulgentia fideles fruantur simili
prorsus modo , ac fruuntur in Ec-
clesiis Fratrum Minorum ejusdem
Franciscani Ordinis . Plaz. loc. cit.
cujus concessionis a Bened. factæ Cla-
rissæ meminit etiam Ferraris to. 8.
edit. cit. in prima append. pag. 210.
col. 2. fine , qui tamen scribit , da-
tam an. 1741. & sic etiam habet
in editione Roman. anni 1767. V.
Indulgentia .

Qu. I. Quænam sint opera injun- 6
cta ad hanc Indulgentiam lucran-
dam .

R. Præter veram peccatorum pœ-
nitentiam , & Confessionem , requi-
ritur Visitatio alicujus ex Ecclesiis
Franciscanis . Item in iisdem Ecclæ-
siis precum effusio , seu Oratio pro
Christianorum Principum concordia ,
hæresum extirpatione , ac Sanctæ
Matris Ecclesiæ exaltatione . Visita-
tio , & Oratio fieri potest , ac de-
bet intra tempus , quod fluit a pri-
mis Vesperis hujus Festi usque ad
secundas Vespertas ejusdem , hoc est
a prima die mensis hujus inceptis
Vesperis , usque ad occasum Solis diei
secundæ præsentis , pro devotione ,
& voluntate cujuscumque . Gregor.
XV. Bulla supracit. videri etiam pos-

R. 2 sunt

funt dicta lib. 1. c. 1. num. 8. & Quintanadvenas supra cit. dub. 1. n. 3. ubi in fine vult, animadver-
ti, Communionem nec a Xisto IV.
qui Portiunculæ Indulgentiam con-
firmavit, nec ab aliis Prædecessori-
bus, qui similiter confirmarunt, ex-
xi: an vero a Xisti successoribus ex-
xi: gatur, se ignorare fatetur; fieri
tamen suadet. Verum, præterquam-
quod ita habeat praxis; Communi-
onem requirit Gregorius XV. in
Brevi dato 4. Julii 1622. *Splendor
Paternæ gloriae*; pro hac Indulgentia
concessa Ecclesiis Ordinis Fratrum
S. Francisci de Observantia, etiam
Reformatorum. Communionem simili-
liter requirit Innocentius XI. in
Brevi dato 12. Januar. 1687. *Alias
felic. record.* confirmans prædictam In-
dulgentiam a Gregorio XV. supra
laudatis Ecclesiis concessam, & appli-
cabilen redens Defunctis. Item
Confessionem & Communionem re-
quirit Clemens X. Constit. *Cœlestium
munerum* supra cit. de an. 1670: ubi
extendit hanc Indulgentiam ad Ec-
clesias Fratrum Conventualium S.
Francisci.

7. Inter. I. Quoniam supra signifi-
cavimus, ad hanc Indulgentiam lu-
crandam requiri Confessionem; in-
terrogabis, utrum confiteri debeant
etiam ii, qui mortalis culpæ sibi
confessi minime sunt, sed solius ve-
nialis peccati?

B. Cum Indulgentia conceditur fi-
delibus vere pœnitentibus & confessis:
confiteri omnino debere, ad illam
lucrandam, eum, qui non sit sibi
conscius mortalis, sed solius venialis
culpæ; negant communiter Theolo-
gi. Vid. Quintanad. in singular. to.
I. in Append. ad Sacram. Pœnit.
tr. I. d. 12. n. I. Benedict. Plaza-

de Purgator. part. 2. art. 5. §. §.
nu. 18. & 19. etiamsi dicatur, per
prædicta verba exigi Confessio tam-
quam opus injunctum, & necessa-
rium ad Indulgentiam lucrandam.
Dant rationem, quia Confessio exi-
gitur a Pontifice, ad acquirendum
gratiæ statum. Atqui reus solius ve-
nialis jam est in statu gratiæ. Er-
go &c.

Sed dicendum est: Confessionem
Sacramentalem, quando in Brevibus
apponitur pro Indulgentiarum con-
cessione, peragi omnino debere etiam
ab iis, qui sibi lethalis peccati con-
sci non sunt; ita declaravit S. C.
Indulg. 31. Martii 1759. approban-
te Clemente XIII. die 19. Maji e-
jusdem anni in Decreto mox descri-
bendo n. sequ. Vid. Plaz. I. cit. n.
20. La-Croix I. 6. par. 2. qu. 300.
§. 4. fine.

Interr. II. An Confessio fieri om-
nino debeat ipso eodem die, cui
affixa est Indulgentia?

B. Quando Indulgentia concedi-
tur fidelibus vere pœnitentibus & con-
fessis: non est necesse, ut Confessio
fiat eodem die, cui affigitur Indul-
gentia; sed, exceptis Indulgentiis Ju-
bilæi, aliisque ad iuster Jubilæi con-
cessis, sufficit, si quis frequenti pec-
catorum confessione animam studens
expiare, semel saltem in hebdoma-
da ad pœnitentiæ Sacramentum ac-
cedere, sit consuetus: qui vero Con-
fessionem adeo frequenter usurpare
non fuerit consuetus; tenebitur con-
fiteri eodem, aut saltem præcedenti
die: quemadmodum constat ex De-
cretis S. Congr. Indulg. tenoris se-
quentis:

Cum S. C. Indulg. & Sac. Reli-
quias præposita die 31. Martii fuerit
in voto: Confessionem Sacramentalem,
quan-

quando in Brevibus apponitur pro Indulgencie consecutione , peragi omnino debere etiam ab iis , qui sibi letalis peccati concisi non sunt ; nec non præfatam Confessionem suffragari etiam posse , si in Vigilia Festivitatis expleatur : Votumque Congregationis S. S. D. D. N. Clemens P. XIII. benigne approbaverit , illudque typis publicari sub datum 19. Maii prædicti anni mandaverit : (per Decretum sic se habens :)

Ut Christi fideles scire possint , quid sibi tenendum foret pro acquirendis Indulgentiis , in sententiarum varietate super intelligentia verborum : Qui vere pœnitentes , confessi , ac Sacra Communione refecti , Ecclesiam visitaverint : quæ Indulgenciarum Brevibus inseri solent ; in Sacra Congreg. Indulgencie , sacrisque Reliquiis præposita , discussis die 31. Martii proximi præteriti nonnullis dubiis , eadem Sac. Congr. fuit in voto : Confessionem Sacramentalem , quando in Brevibus apponitur pro Indulgenciarum consecutione , peragi omnino debere etiam ab iis , qui sibi letalis peccati concisi non sunt ; nec non præfatam Confessionem suffragari etiam posse , si explevar in Vigilia Festivitatis . Quod autem ad Ecclesiæ Visitacionem spectat , eam impleri posse sive ante , sive post aliorum piorum operum implementum . Factaque de iis per me infra scriptum ejusdem Sac. Congr. Secretarium relatione Sanctissimo Domino Nostro ; Sanctitas sua ejusdem Sac. Congr. votum benigne approbavit , illudque publicari mandavit , quibuscumque in contrarium facientibus non obstantibus . Datum 19. Maii 1759.

F. T. Card. Portocarrero Prefectus
A. E. Vicecomes S. C. Indulg. Scr.
apud Lucium Ferraris in sua Bi-

blioth. edit. Rom. anni 1767. V. Indulgencie art. 2. n. 46. Prosequitur jam decretum posterius S. C.

Quamplures supplices libelli tum Regularium Communitatum , & præsertim Monialium ; tum etiam Parochorum , & nonnullorum Episcoporum pro suis Diaconibus porrecti sunt , quibus maxima exponebatur difficultas , quæ interdum , imo persæpe incidit pro Sacramentali Confessione sive in Festa , vel ad minus in Vigilia peragenda . Quamobrem , ut adeo proficuus Indulgenciarum Thesaurus reddatur fidelibus accommode comparandus , enixis precibus supplicaboni Sanctitati sua , ut opportuno aliquo remedio de Apostolice benignitate providere dignaretur ; quibus precibus ad prædictam Sac. Congr. remissis , propositum in ea fuit dubium : An , & quomodo sit consalendum S. S. D. D. N. ut concedere dignetur Indultum omnibus Christi fidelibus , qui frequenti peccatorum confessione animam studentes expiare , semel saltem in hebdomada ad Sacramentum Pœnitentiae accedere , nisi legitime impedianter , consueverint , & nullius letalis culpe a se post peractam ultimam Confessionem commissæ sibi concisi sint ? ut omnes , & quascumque Indulgencias consequi possint , etiam sine actuali Confessione , quæ ceteroquin , juxta præfati Decreti Definitionem , ad eas lucrandas necessaria esset . Nihil tamen innovando circa Indulgencias Jubilæi tam ordinarii , quam extraordinarii , aliasque ad instar Jubilæi concessas , pro quibus assequendis , sicut & alias opera injuncta , ita & Sacramentalis Confessio tempore in earum concessione præscripto peragantur . Et facta per me Infrascriptum ejusdem S. C. Secundi Præmissis omnibus S. S. D. D. N. relatione , Sanctitas sua piis Bonorum defi-

desideriis, ac votis satisfacere, & Indulgentiarum gratias iis potissimum, qui pie, sancteque vivendo, donis Divinis Misericordiae digniores efficiuntur, elargiri quam maxime cupiens, benigne annuit, & praefatum Indultum in forma supra scripta expediri, & publicari mandavit, quibuscumque in contrarium non obstantibus. Datum ex Secretaria Sacrae Congr. Indulg. die 19. Decembr. 1763.

N. Card. Antonellus Praefectus.

Joseph de Comitibus S. Congr. Indulg. Secret. apud Ferrar. loc. cit. num. 47.

9 Interr. III. Quoniam supra diximus ad hanc Indulgentiam consequendam: orandum pro Christianorum Principum concordia, heresum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione: interrogabis, an etiam simplices, pueri, & idiotae personae ad id teneantur? hujusmodi enim non videntur ad hæc expresse intendere in Oratione valere, & pro his orare, cum certe difficulter valeant hæc in mente retinere.

&. Pro hujusmodi satis erit, dirigere suam ipsorum Orationem, seu in genere intendere secundum voluntatem, & intentionem Pontificis orare; ita Plaza de Purgat. par. 2. art. 5. §. 9. n. 27. qui dicit, hanc esse proxim Fidelium; atque testatur, eam ab ipsis Theologis approbati. La-Croix lib. 6. par. 2. q. 182. §. 1. etiam dicit, hanc esse communem persuasionem.

10 Nota hic: teste Quintanadven. in Singular. to. 1. in Append. ad Sacram. Poenit. tr. 5. dub. 1. num. 5. Fratres Ordinis Minorum, & Moniales ægrotantes posse in suis Valetudinariis consequi hanc Indulgentiam, recitando quinques Orationem Do-

minicam, & toties Salutationem Angelicam, ex Concessione Leonis X. Bull. incip. Cum sicut nobis. Dat. 1515. ubi sic ait Pontifex: . . . Præterea cum afferatur piæ memorie Innocentium VIII. &c. Infirmi in Gravatis suis dicendo quinques Pater noster cum Ave Maria, habeant eamdemmet Indulgentiam, quæ est 2. Augusti in S. Maria de Angelis &c. Immo Kresslinger cit. nu. 64. refert, Indulgentiam Portiunculæ Fratres, & Sorores trium Ordinum S. Francisci posse lucrari, in casu impedimenti, etiam extra Tempa, & Orationia, puta, inquit, infirmos in sua Camera, itinerantes in aliis Ecclesiis, &c. dummodo alias conditio-nes adimpleant: ita ille. Confer dicta l. 1. c. 4. n. 18.

Qu. II. An hæc Indulgentia sit applicabilis Defunctis?

&. Negat Quintanadvenas l. cit. dub. 2. n. 5. ex eo, quod non possit, inquit, ostendi ullum Pontificium Indultum, in quo hæc applicatio concedatur. Sed cum Indultum istud jam extet respective; ideo dicendum est: rite posse hanc Indulgentiam applicari Defunctis, dummodo eam fideles consequantur in illis Minorum Ecclesiis, quibus hujusmodi favet Indultum; puta in Ecclesiis Fratrum de Observantia Sancti Francisci, & Reformatorum, item Cappuccinorum, & Conventualium S. Francisci: in his quidem Ecclesiis si lucentur fideles Indulgentiam hanc, possunt utique eam applicare Defunctis ex concessione Pontificis. Porro Ecclesiis Fratrum de Observantia S. Francisci, & Reformatorum concessit Innocentius XI. ut supra significavimus Constit. ibi laudata. Cappuccinorum Ecclesiis indul-

indulxit item laudatus Innocent. XI. Constit. 205. pag. 527. To. 8. Bullar. supra cit. Ecclesiis vero Conventualium permisit Alexander VIII. Constit. 9. pag. 20. Tom. 9. dicti Bullar. Immo Lucius Ferraris in sua Biblioth. V. *Indulg.* art. 5. nu. 52. Kresslinger cit. qu. 8. Felix Potestas to. 1. Exam. Confessar. par. 4. cap. 8. de *Indulg.* n. 3793. & alii Scriptores Franciscani significant hanc Indulgentiam applicabilem esse Defunctis in omnibus Franciscanorum Ecclesiis; indeterminate enim loquentes dicunt: eam haberi posse etiam pharies (ut qu. sequ. videbimus) a fidelibus visitantibus aliquam Ecclesiam S. Francisci, semel pro se ipsis, & aliis vicibus pro Defunctis. Etsi non allegent, nisi supra cit. Breve Innocentii XI. incip. *Alias fol. record.* in quo exprimuntur solum Ecclesiae Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia, & Reformatorum.

Nota hic: esse apud Kresslinger in addit. ad qu. 8. supra cit. qui putent probabile, Indulgentiam hanc in ipsa Ecclesia Portiunculæ applicari posse etiam Vivis in statu gratiæ existentibus; quia, etsi in ordinariis Indulgentiis id non soleat, nec legatur fieri quoad alias vivos; id tamen obsoleto loquendo fieri per Papam posset, ex una parte: (Vide La-Croix l. 6. p. 2. qu. 138. §. 2. & 3. n. 1328. & 1329.) ex altera autem parte, quod in ordine ad specialem Indulgentiam Portiunculæ auctor contingat; probat, inquit, communis persuasio Fidelium miraculosis exemplis comprehensa. Et hinc Ecclesiae Portiunculæ Sacristano vix aliquot millia schedaram sufficere, tradunt, vi quarum testatur, quod

peregrinantes pro aliis vivis Principibus, aut Magnatibus absentibus, has Indulgentias lucraturi, adfuerint.

Qu. III. An hanc Indulgentiam Plenaria 13 possit quis lucrari toties, quoties eodem die repetatur Oratio praescripta, & injuncta Ecclesiæ visitatio?

R. Si sermo sit de Ecclesia S. Mariæ Angelorum prope Assissum, & de Ecclesia S. Francisci Conventualium Civitatis Assisii, indubitanter affirmat Felix Potestas tom. 1. exam. Confessar. par. 4. cap. 8. de *Indulg.* qu. 1. n. 3799. eo quod Indulgentia plenaria prædictarum Ecclesiarum non sit affixa huic unius diei, sed sit quotidiana; Indulgentia autem perpetua simpliciter, absque præfixione diei, potest obtineri toties, quoties opus repetatur injunctum. Ita ille; & pro Ecclesia prædicta S. Mariæ Angelorum favet, ex alia tamen ratione, Collector Priviliegiorum Minorum, & Mendicantium V. *Indulgencia*, & Quintasadvenas infra allegandi.

De reliquis item Ecclesiis Ordinis Franciscani, quibus hujusmodi Indulgentia, ut superius dictum est, communicatur, respondendum videtur etiam affirmative; primo, quia, etsi Sacra Congregatio Indulgentiarum in suo Decreto de Indulgentiis Apocryphis confirmato ab Innocentio XI. 7. Martii 1678. quod extat apud Gobat to. 2. tr. 4. c. 37. fine, & apud La-Croix lib. 6. par. 2. qu. 189. a n. 1367. etsi, inquam, in hujusmodi Decreto §. ultimo decreverit: semel autem dumtaxat in die plenariam Indulgentiam in certos dies Ecclesiam visitantibus concessam, vel aliud prius opus peragentibus lucrificari: nihilominus hujusmodi declaratio videtur solum procedere pro rcli-

reliquis Indulgentiis ordinariis, non item pro hac, quæ extraordianaria est, utpote ortum habens ab ipso met Christo Domino, quemadmodum hic indicavimus sub initium; & exinde semper a summis Pontificibus specialibus est condecorata favoribus; Ita Kreislenger supra cit. qu. 8. Accedit Quintanadvenas, qui 1. cit. dub. 2. n. 3. profert testimonium Collectoris Privilegiorum Minorum, & Mendicantium V. *Indulgetia Notab. 6.* hæc sribentis: *Indulgencias, quæ sunt temporales, ut Stationes, quæ habent in anno suos dies determinatos, nequit quisquam lucrari nisi semel quolibet die; licet non desint aliqui Doctores, ut refert Angelus in Summa, qui dicunt, quod etiam Indulgencias temporales potest quis lucrari toties, quoties sic die suo faciendo opus, pro quo conceduntur;* & ita practicatur in S. Maria de Portiuncula, seu Angelorum, apud Assisium, ubi quoties in die sue Dedicationis a primis Vesperis, usque ad secundas ingrediuntur illam Ecclesiam, toties credunt firmiter, quod lucrantur Indulgenciam. Posset tamen dici: quod ibi forte habetur ad hoc specialis concessio. Hæc laudatus Collector. Subdit autem Quintanad. & infert n. 4. quod si toties, quoties ingrediuntur, & orant in dicta Ecclesia Assisi fideles hodie lucrantur Indulgenciam Plenariam singularem, seu distinctam; (de aliis Indulgentiis plenariis concessis pro Festivitatibus, vel diebus aliis, minime hoc sentiendum esse, animadvertisit;) eodem modo etiam lucrari poterunt hodie in omnibus Ecclesiis Minorum: siquidem eodem modo, quo uni domui, & Ecclesiæ concessum est privilegium, conceditur, inquit;

etiam per communicationem alteri domui, aut Ecclesiæ ipsius Ordinis; ut inter alios Pontifices testatur concessisse Leonem Papam Bulla anni 1519. quæ incipit: *Dudum per Nos &c. ubi leguntur hæc verba: illaque omnia, & singula privilegia inter dictorum Ordinum personas parvissim communia fuisse, & esse volumus.* Verum Felix Poteftas Scriptor cæteroqui Franciscanus cit. c. 8. num. 3799. expresse negat, hanc Indulgenciam Portiunculæ in aliis Ecclesiis Ordinis Franciscani, esse ejusdem modi, qui est Assisi: nam, ait, in Ecclesia Portiunculæ Indulgencia Plenaria pro visitantibus illam est quotidiana; contra vero in aliis Ecclesiis extra Assisium est affixa huic diei: nec, inquit, in Diplomatibus, quibus dicta Indulgencia Plenaria a Summis Pontificibus conceditur aliis Ecclesiis Ordinis, apponitur particula, ad instar. Et confirmant dicenda qu. ult. Sed hoc omisso

Prior itaque ratio ad affirmandum, Indulgenciam hanc etiam universaliter, seu etiam extra Assisium posse lucrificari toties, quoties visitatio, & Oratio repetatur; esse potest, quod, cum sit Indulgencia extraordinaria, ut explicatum est, excipienda videtur a communi regula superius opposita.

Altera firmior ratio erui potest ex communi, ut dicitur, persuasione; ita ut etiam Romæ, quemadmodum Franciscani testantur Auctores, diem istum continuis visitationibus Ecclesiarum Franciscanarum inserviant non solum homines simplices, verum etiam viri docti, atque Prelates.

Tertia denique firmissima ratio sit, quod ipsamet Sacra Congregatio

anno Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum die 17. Julii 1700. de hac re interrogata respondit: servandum esse solitum; uti referunt in thes. R. R. Concil. to. 2. loco statim citando; quam Declarationem allegant cum Augustino Mattheucci Felix Potestas cit. c. 8. n. 3801. Kresslinger l. cit. Kilianus Kazenberger an supplem. Theol. Moral. Paratitii Sporer in Append. alphab. ubi describit nonnullas Bullas Pontificium, & Declarat. S. C. pag. 316. edit. Novocom. an. 1742. & Lucius Ferraris in sua Bibliothec. edit. 3. Bonon. V. Indulgent. art. 5. n. 57. qui insuper testatur: sèpius id ipsum respondisse eamdem S. C. & novissime in una Ordinis S. Francisci 4. Decembris 1723. quæ quidem habetur to. 2. Thes. R. R. Concil. pag. 401. edit. Urbinat. an. 1739. meminitque cuiusdam Brevis Authentici S. Pii V. pro hac re allegati a P. Sabino Bononiensi in *Luce Morali* par. 2. tractat. 65. in *Apologia*. Atque adeo possunt Fratres Minores licite populo persuadere: Indulgentiam hanc posse lucriferi toties Ecclesiae visitatio repetatur.

¹⁴ Qu. IV. Utrum inter unam, & alteram Visitationem intercedere debet aliqua mora?

R. Affirmat Kresslinger l. cit. n. 65. qu. 9. favet Ludovicus a Cruce in Bull. Cruc. disp. 1. cap. 8. dub. 13. nu. 10. fine, ubi loquens generaliter de Indulgentiis concessis toties, quoties opus repetatur injundum, quod sit Ecclesiae visitatio; monet, quod debet intelligi, dummodo iteratio Visitationis non cedat in irruptionem, ut revera cederet, si quis visitaret eamdem Ecclesiam continuo, egrediendo, & ingrediendo; quia nos

TOM. III.

est verisimile de prudentia Pontificis, illo modo reiteranti Visitationem multiplicare Indulgencias. Hæc Ludovicus.

Verum Felix Potestas cit. art. 8. n. 3803. & duobus sequentibus hæc habet: *Plures tenent, (Ly toties, quoties visitatio òc.) esse intelligendum, ut Visitationes pro eodem die sint sive moraliter interruptæ, sive continuatæ; quia favores sunt ampliandi.* Alii docent: Visitationes debere esse moraliter interruptas, ut inter unam, & aliam Visitationem aliquid mediet opus, & interpellatio. Afferrunt exemplum in humanis: si quis enim, postquam Principem invicit, statim, & per plures vices absque interpellatione ad invisendum rediret, tales Visitationes plus saperent risus, aut stomachi, quam prudentia. Si, quid sentiam, scire cupis, dico: secundum modum plus sapere prudentia humana, primum plus pietatis, ac similitudinis. Scio tamen cum S. Job Cap. 10. Dei non esse oculos carneos, nec fecut videt homo, illum videre. Hæc Felix.

Qu. V. Utrum Indulgentia Portiunculae suspendatur in Jubilæo Annui Sancti?

R. In ipsa Ecclesia Portiunculae, seu S. Marie Angelorum prope A fissum nequaquam suspendi, ex variis Summorum Pontificum concessionibus, testantur Felix Potestas l. supra cit. nu. 3796. Kresslinger in addit. ad Theol. Moral. Anacleti Reiffenstuel. tr. 12. dist. 3. quæst. 5. n. 64. qu. 8. post initium, ipse Reiffenstuel ibi quæst. 9. concl. 2. n. 97. La-Croix l. 6. par. 2. quæst. 198. §. 4. num. 1401. & alii. An autem idem afferendum sit de aliis Minorum Ecclesiis, quibus Indul-

S gen-

gentia hæc concessa est? negat cum Viva La-Croix l. cit. ipse Felix l. cit. & post eum Lucius Ferraris supra cit. art. 5. num. 56. dicens: in

aliis vero Ecclesiis, & locis Ordinis Franciscani hanc Indulgentiam tempore prædicto suspendi pro vivis, et si maneat pro Defunctis.

C A P U T III.

N O T A N D A III. A U G U S T I.

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I .

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canoniciis.

1. **VN** Calend. Rom. Invent. S. Stephani Protomartyr. semid. leet. 1. Noct. ut in die Oct. Festi principalis ejusdem Sanctis. 3. Noct. ut in ipso die prædicti Festi principalis. Reliqua ut hodie in propr. & communi un. M. Vesp. de sequ. Festo S. Dominici Conf. dupl. min. ut in Comm. Conf. non P. or. propr. In hymno *Me Confessor* dicitur *meruit supremos:* & fit Commem. præcedentis ut in propr.

Si hodie sit Sabbatum ante Domin. 1. August. quid notandum in Vesp. ? Vide in Sab. post Dom. 6. Pentec.

2. Baronius in not. ad Martyrol, hod. miratur, cur inventio S. Stephani in Calendario Romano sub hac die 3. Augusti notetur? turn hæc dies nec Inventione, nec translatione aliqua reperiatur insigilis. Profecto ex narratione Reliquiarum S. Stephanii a Presbytero Luciano conscripta, & ab Authoribus rece-

pta, constat, reliquias laudati S. Protomartyris inventas fuisse die decima nona Decembris an. 415. translatas autem solemniter in Hierusalem, in Ecclesiam Sion die vigesima sexta Decembris. Vide Merat. l. infra cit. Caval. tom. 2. cap. 14. Comment. in Decr. 4. n. 15. Concludit igitur Baronius, hoc fortasse constitutum fuisse, eo quod hec dies longe ante Inventionem in honorem S. Stephani fuerit dedicata. Porro antiqua monumenta non defunt S. Stephani hac die 3. Augusti particulariter exculti in memoriam uoius ex lapidibus, quibus lapidatus fuit, in Italiam delati, & Antonie custodi. At vero Grancadas relatus a Merato io. 1. par. 4. tit. 3. n. 16. opinatur, Inventionis nomine insignitam fortasse fuisse translationem aliquarum Reliquiarum S. Stephanii hac die Romæ peractam. Quod autem Joannes Beleth de Divin. Offic. c. 70. & c. 143. nec non Durandus in Ration. Officior. lib. 7. c. 21. scribunt: Sanctum Stephanum fuisse martyrio coronatum hac die 3. Aug. ejusdem vero Reliquias in-

ven.

ventas die vigesima sexta Decembris; ideo tamen Ecclesiam celebrare Inventionem in die hac passionis ejus, Passionem vero in die illa Inventionis Reliquiarum: quia dignius, & præstantius est Festum Passionis præ Inventione: id non est admittendum: quo ad positum enim diem Inventionis certo opponitur allegato monumento Luciani Presbyteri, & quo ad diem traditum Passionis contradicunt diligentiores Auctores: videri potest Baron. in not. Martyrol. ad diem 26. Decembr. Azor. Instit. Moral. par. 2. lib. 1. c. 25. De quodam miraculo in die Invent. S. Stephani circa sanguinem ejus, vide 6. Januar. n. 18.

ARTICULUS II.

De Missa.

IN FESTO INVENTIONIS S. STEPHANI 3
¶ Protomartyris semid. Miss. propr. Inclinetur caput ad nomen ejusdem positum in Epistola, Offert. Canone in Orat. Nobis quoque peccatoribus, & ubicumque similiter nominetur in Missa, ex Rubr. Miss. de rit. celebr. tit. 5. nu. 2. Vide dicta 18. Januar. art. 2. nu. 7. Non dicitur Credo, nisi peculiari aliqua ratione dicendum sit, e. g. alicujus Octavæ, infra quam occurrat. Col. parament. rub.

CAPUT IV.

NOTANDA IV. AUGUSTI.

EXPLICANTUR ARTICULIS III.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De Indulgenciosis.*

ARTICULUS I.

De Horis Canoniciis.

Comm. præced. Ad Complet. in fine hymn. *Iesu tibi, qui natus.*

ARTICULUS II.

De Missa.

IN FESTO S. DOMINI Conf. dupl. 2
¶ Missa propr. col. param. alb.

ARTICULUS III.

De Indulgencis.

3 *In Festo S. Dominici Conf. Ind. J. Plen. in Ecclesiis Patrum, & Religiosarum Ordinis Prædicatorum. Sistus V. Constit. 19. pagina 477.*

to. 5. Bullar. Ordin. Prædicat. Amte Sistum V. Paulus IV. Constitut. Gloriosus 15. in Bullar. Cherub. concesserat decem annos Indulgencias, & totidem Quadragesimas cuiilibet visitanti hodie aliquam Ecclesiam prædictorum Patrum Prædicatorum, absque ulla obligatione communicandi. apud Plaz. bod.

C A P U T V.

N O T A N D A V. A U G U S T I.

EXPLICANTUR ARTICULIS IV.

Art. I. *Utrum Festum S. Mariae ad Nives sit ex præcepto in foro?*

Art. II. *De Horis Canonicis.*

Art. III. *De Missa.*

Art. IV. *De Indulgencis..*

ARTICULUS I.

Utrum Festum S. Mariae ad Nives sit ex præcepto colendum in foro?

FESTUM Dedicationis Templi Sanctæ Mariæ Majoris, quæ dicitur Sanctæ Mariæ ad Nives, nequam est ex præcepto universalis in foro servandum. Colligitur ex Constit. Urbani VIII. incip. Universa, an. 1642. in qua recensentur omnes Festivitates in universalis Ecclesia ex obligatione gravi colendæ: nulla autem mentio fit hujus Festivitatis; licet aliquando alicubi futerit ex consuetudine particulari. Vide Suar. de Relig. to. 1. tr. 2. l. 2. c. 8. num. 10. Azor. Instit. Moral. par. 2. lib. 1. c. 23. qu. 8.

ARTICULUS II.

De Horis Canonicis.

VN Calend. Rom. Sanctæ Mariæ ad 2 Nives dupl. maj. ex Rubr. Brew. in duab. Tabel. excerpt. ex Rubr. gen. Brew. omnia ut in Officio parvo B. V. & propr. In fine hymnor. Jesu tibi, qui natus. Ad Primam in R. br. Qui natus es. Vesp. de sequ. Fe sto Transfigurationis Domini dupl. maj. ut in propr. & Commem. præced. dupl. maj. minus digni, ac sequentis Festi simplicis. S. S. M. M. Xisti, & Soc. Orat. Deus, qui nos concedis, de communi plur. M. M. non Pontif. 1. loco. Hymnus Completorii terminatur ut hymnus progr. Vesperarum.

AR-

ARTICULUS III.

De Missa.

Non Festo S. Mariae ad Nives dupl. Maj. Missa ut in Vot. de S. Maria a Pentec. ad Advent. Dicitur Credo. Rubr. gen. Missal. tit. 11. Praefat. de B. V. v. *Et te in Festivitate.* Videri potest Caval. tom. 5. c. 14. n. 38. Col. param. alb.

ARTICULUS IV.

De Indulgentiis.

Pro Indulgentiis hodie concessis : **P**riis, qui intersunt primis Vesperis Festi Transfigurationis Domini , vid. dicenda sequenti die art. 4.

C A P U T VI.

NOTANDA VI. AUGUSTI.

EXPLICANTUR ARTICULIS IV.

Art. I. *An Festum Transfigurationis sit ex præcepto colendum in foro.*

Art. II. *De Horis Canonicis.*

Art. III. *De Missa.*

Art. IV. *De Indulgentiis.*

ARTICULUS I.

An Festum Transfigurationis sit ex præcepto colendum in foro?

qui. i. Tancredi de Relig. tract. 1.
lib. 3. disp. 2. n. 10. Benedict. XIV.
de Fest. Dom. c. 15. §. 3.

ARTICULUS II.

De Horis Canonicis.

Non Calend. Rom. Transfigur. Do-
mini dupl. maj. Rubr. Brew. in
diab. Tabel. excerpt. ex Rubr. gener.
Omnia ut in propr. 9. lectione , &
Gommemoratio S. S. M. M. Xisti ,
& Soc. Hymni terminantur : *Jesu
tibi sit gloria , qui te revelas parvus
lis . Rubr. gen. Brew. tit. 20. nn. 8.*
*In R. br. ad Primam : Qui appa-
ruisti hodie . Rubr. gen. Brew. tit. 28.
num. 3.*

*Quamvis ad Tertiam , Sextam ,
& No-*

FESTUM gloriose Transfigurationis Domini non est ex præcepto universaliter colendum in foro ; et si aliquando alicubi sub gravi fuerit obligatione. Constat ; quia nec C. Præ-
munitandum i. dist. 3. de Consecr. nec
C. Conquestus , de Feriis , nec Urba-
ni VIII. Constit. Universa an. 1642.
ubi recensentur omnes dies Festi sub
gravi obligatione universaliter fer-
vandi , nec alibi in jure communi-
fit mentio ulla Transfigurationis Do-
mini . Vide Suarez de Religion. to-
r. tr. 2. lib. 2. c. 5. nu. 14. Azor.
laetit. Morals. par. 2. lib. 1. c. 15.

& Nonam Responsoriis brevibus addantur *Alleluja*: ad pleniorē lātiām indicandām: *Gavant. in Rubr. Brev. Sect. 5. c. 14. nu. 5.* non tamen adduntur ad Primām, & Completoriam. *Rubr. gen. Brev. tit. 28. nu. 5.* ob rationes significatas 6. Januar. art. 1. *Sect. 2. n. 27.*

In 2. Vesp. Commemoratio sequentis Festi S. Cajetani Conf. dupl. min. Antiph. ad Magnif. & Or. propr. ac Commemoratio S. Donati Ep. M. simpl. Orat. propr.

3 Clerum Almæ Urbis, ejusque districtum, uti celebrat sub ritu duplici primæ classis, & cum Octava Festum Consecrationis suæ Ecclesiae Cathedralis, ita eodem ritu, & pa-
sto Festum Tituli ejusdem Ecclesiae, hoc est Festum Transfigurationis Domini excollere debere: quemadmodum a Clero ejusdem Basilicæ celebratur: vult Cavalerius, Comment. in Decr. S. C. R. tom. 1. c. 1. in d. 18. qui videri potest a num. 10. ad 13.

Ecclesia Collegiata loci Guttenstadt Dicecesis Varmiensis sub titulo Sanctissimi Salvatoris, & omnium Sanctorum dedicata fuit: sed eum potior Titulus, nempe Sanctissimi Salvatoris, illic nullam Festivitatem haberet; Episcopus ordinavit, ut Festum Transfigurationis Domini, quod in Octavario Romano per Bartholomaeum Gavantum concinnato a Sacra Rituum Congregatione die 19. Februarij 1622. & Venetiis typis Balleonianis anno 1733. impresso, Salvatoris appellatione venit, dignitatem Tituli Ecclesiae haberet, & Officium de eadem Transfiguratione Domini ritu duplici prime classum Octava (deinceps recitaretur. Interrogata autem Sacra Rit. Con-

gregatio: an hæc ordinatio foret observanda? Respondit: servandum esse Decretum ejusdem Reverendissimi Episcopi. 29. Novembr. 1755. in Var-
mien. ad 4. dub. apud Cavaler. to.
5. in collect. recentior. Decretor.

ARTICULUS III.

De Missa.

IN Festo Transfigurat. Dom. dupl. 4
& maj. Missa propr. Commemoratio S. S. M. M. Xisti, & Soc. *Credo. Rubr. gen. Miss. tit. 11.* Praefatio tantum de Nativitate. An & quale peccatum sit omittere Praefationem propriam, & an debeat, & possit suppleri, & ex oblivione omissa fuerit, ubi error advertatur? examinabimus tr. 2. in Dom. Resurrect. art. 3. q. 1. & 2. Col. param. alb. ex Rubr. gener. *Miss. tit. 18. nu. 1.* quia vestimenta Domini in ejus Transfiguratione facta sunt alba sicut nix: ut legitur in Evangelio hodiernæ Festivitatis.

Qu. Utrum Xistus descriptus in Canone in Oratione Communicantes, sit iste, cuius hodie Commemoratio fit, atque adeo sit inclinandum caput, ad nomen Xisti loco praedicto Canonis recitatum?

B. Dubitum est, teste Le-Brun. relato a Benedicto XIV. de Sacr. Miss. l. 2. c. 13. n. 24. Porro duo Xisti fuere Martyres Romani Pontifices: Sanctus Xistus I. Romanus, qui secundo saeculo floruit: & Sanctus Xistus II. Atheniensis, qui circa dimidium tertii saeculi in Petri Cathedra fedit: cuius supra sepulchrum Roma templum est excitatum; & cuius hodie Commemoratio in Officiis Divinis habetur. In con-

controversia igitur positum est : utrum Xistus nominatus in Canone sit primus vel secundus. Primus esse creditur a Cavaliero tom. 5. c. 26. n. 34. qui ducitur hac ratione : quod ante Sanctum Cornelium describatur in Canone , qui sedet , & passus est post Xistum primum , & ante Xistum secundum . Igitur cum prius Xistus , quam Cornelius , nominetur ; Xistus primus esse videtur , ait , qui Cornelium in passione praecessit , non secundus , qui post eumdem Cornelium in Petri Cathedra fedit .

ARTICULUS AV.

De Indulgentiis.

PLURIMI testantur Audtores , Cattli & alii III. concessisse iis , qui intersunt Divine Officio , & Missæ in Festo Transfigurationis Domini , Indulgentias eisdem , quas Praedeceſſores ejus concessere sīs , qui intersunt Divino Officio , & Missæ in Festo Corporis Christi . Vide Azor. Instit. Moral. par. 2. lib. 1. c. 15. qu. 1. Suarez de Relig. tom. 4. tr. 2. lib. 2. c. 5. n. 13. Bened. XIV. de Fest. Dom. cap. 15. §. 3. Illas autem Indulgentias Festi Corporis Christi explicabitur ubi de illo Feſto tr. 2. Fer. V. post Dom. 1. Ben- tec. n. 33.

C A P U T VII.

N O T A N D A VII. A U G U S T I.

EXPLICANTUR ARTICULIS III.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De Indulgentiis.*

ARTICULUS I.

De Horis Canoniciis.

gnif. ut in 1. Vesp. & fit Commemoratio sequentis Festi S.S. M.M. Cyriaci , & Soc. M. M. semid. Or. propr.

ARTICULUS II.

De Missa.

IN Calend. Rom. S. Cajetani Conf. dupl. lect. 1. Noctur. de Script. occurr. 2. & 3. Noct. Or. & Antiph. ad Bened. propr. reliqua de communi Conf. non Pont. 9. lect. de S. Donato Ep. & M. & ejusdem Commemoratio in Laudib. Or. propr. in 2. Vesp. Antiphona ad Ma-

A R.

A R T I C U L U S III.

De Indulgentiis.

¹ **T**N Festo S. Cajetani Confess. In dulg. plen. in Ecclesiis Clericorum Regularium Theatinorum, & in Ecclesiis Monialium predictorum

Patrum directioni subiectarum. Clem. X. Constit. 66. pag. 126. to. 7.

Item in Festo S. Alberti Ordinis S. Marie de Monte Carmelo Ind. plen. in Ecclesia Patrum Carmelitarum, & Monialium ejusdem Ordinis. Clem. X. Constitut. 99. pag. 168. Tom. 7. Plaz. bod.

C A P U T VIII.

N O T A N D A VIII. A U G U S T I.

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I L

Art. I. De Horis Canonicas.

Art. II. De Missa.

A R T I C U L U S I .

De Horis Canonicas.

¹ **T**N Calend. Rom. S.S. M. M. Cyriaci, & Socior. semid. lect. 1. Noctur. de Script. occurr. 2. & 3. Noct. & Or. propr. reliqua de communione plur. M. M. In 2. Vesp. Commemoratio sequentis Festi S. Romanii M. simpl. Orat. de communione M. non P. 2. loco.

A R T I C U L U S I I L

De Missa.

¹ **T**N Festo S. S. M. M. Cyriaci, & 2. Soc. semid. Miss. propr. Col. param. rub.

C A-

C A P U T I X.

N O T A N D A I X. A U G U S T I:

EXPLICANTUR ARTICULIS III.

Art. I. De Horis Canoniciis.

Art. II. De Missa.

Art. III. De Jejunio.

A T I C U L U S I

De Horis Canoniciis.

1. VN Calend. Rom. de Vigilia S. Laurentii M. simpl. Noct. Fer. lect. de Homil. in Evangel. ut in communione. M. 2. loco. & de Feria currenti. Rubr. Brev. hic, servatis tamen Rubricis de Respons. post lect. art. 27. n. 5. & 7. & dicuntur Preces Feriales flex. genib. Or. propri. & Commem. S. Romani Mart. in Laudib.

Ubi vero fiat de Festo novem letionum, 9. lect. de Homilia Vigiliæ: in Laudib. Commemoratio Vigilie S. Romani. Vesp. de S. Laur. M. dupl. 2. cl. sine Commemorat. præced. Semidupl. si alicubi factum sit.

2. Officia concessa semel in mense, vel hebdomada recitari, prohibentur in Vigiliis sive cum jejunio sive absque jejunio, ex Decr. S. C. R. Vide dicta lib. 2. part. 1. cap. 2. num. 3.

A R T I C U L U S I I

De Missa.

3. VN Vigilia S. Laurentii M. simpl. 3. Miss. propri. Comm. S. Romani M. Col. param. violac. Si legatur de aliquo Festo, fiat Comm. Vigil. & S. Romani, & Evangel. Vigiliæ in fine.

In Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis, occurrente Festo duplice, aut semiduplici, aut Octava in Vigiliis dicuntur duæ Missæ Conventuales. Vide dicenda tr. 2. lib. 4. par. 1. cap. 4. de Missa qu. 1. & duab. sequent. & videtur etiam possunt dicta lib. 1. c. 2. de celebrat. Missæ qu. 6. & sequent. Interrogat. Nomine Octavæ hic intelligitur solum ipsa dies Octava, non item qualibet dies infra Octavam. Vide dicta 27. Junii art. 2. de Miss. num. 6.

In Missa de Vigilia S. Laurentii, aut in qua fiat de ea Comm. inclinetur caput ad ejus nomen in Canone, in Oratione Communiantes, & ubicumque nominetur. Ex Rubr. Miss. de rit. celebrat. tit. 5. n. 2. Vide dicta 18. Januar. art. 2. num. 7. & dicenda 20. Decembr. num. 5.

TOM. III.

T R

ARTICULUS III.

De Jejunio.

Non Vigilia S. Laurentii M. est jejunium ex obligatione gravi. Hoc jejunium Jo. Beleth de Divin. Offic. c. 145. & Durand. in Ration. I. 6. c. 7. num. 12. & lib. 7. c. 23. prope finem videtur significare, esse ex institutione juris communis; sed communiter Auctores docent, esse ex consuetudine. Licet itaque in jure communi, expresse constitutum minime sit jejunium Vigiliæ S. Laurentii Mart. generali tamen consuetudine Ecclesiæ Latinæ, quæ vim legis habet, sub gravi servandum est; ita Azor. Institut. Moral. par. I. lib. 7. c. 13. qu. 1. Sylvest. V. Jejun. qu. I. nu. 5. Fagund. 4. præc. Eccl. I. I. c. 5. n. 10. Lefs. de Justit. I. 4. c. 2. dubit. 9. num. 66. fin. Filliuc. tom. 2. tract. 27. par. 2. c. 5. qu. 10. nu. 101. Th. Sanch. I. 5. Consil. c. I. dub. 18. n. I. Diana edit. coord. to. 4. tr. 6. R. 38. §. 2. Prædictæ vero consuetudinis rationes varias assignantur, qui inquirunt; cur præ cæteris Martyribus, Sancti Laurentii agantur Vigiliæ? ex quibus, Baronio in not. Martyrol. hac die probabilior illa videtur, quæ ex actis ejus accipitur; nimis id non alia de causa factum existimat, quam ex pristina illa fidelium observatione, qui propensiōri studio ad corpus tanti

Martyris vigilare coeperunt, ut ejus Acta testantur; sic enim habent: Cum tradidissent sepulture S. Laurentium, jejunantes celebrarunt vigilias noctis triduo cum multa Christianorum frequentia, ne cessarunt a luctu, & lacrymis. Beatus vero Justinus Presbyter obtulit Sacrificium laudis, & participes facti sunt omnes. Hæc ibi. Quod quidem sanctissimum Institutum, et si non triduanis Vigiliis, una saltem anniversaria die observandum retinuit Sancta Ecclesia usque in hodiernum diem; ita Baronius.

Nota hic: Sacr. Rit. Congregatiō nem in una Cremonensi, Oppidi Carravagii die 9. Iunii 1668. transferri mandasse Vigiliam Sancti Laurentii in diem antecedentem, eo quod in dicta Vigilia Festum contingit S. S. Martyrum Firmi, & Rustici Tutelearium diœti Oppidi, ubi magno totius Provinciæ concursu venerantur; ut refert Pignatellus to. 3. Consult. 14. fin. ex Lantasca, addens: idem fuisse concessum die 24. Septembr. 1638. & 26. Maji 1659. Hujusmodi jejunii anticipati meminit etiam Caval. Comment. in Decr. S. C. R. to. 2. cap. 15. in d. 5. n. 18. ubi refert, in quodam Pago Agri Bergomensis ob solemnia S. S. Firmi, & Rustici anticipari Vigiliam S. Laurentii. Pro hujusmodi jejun. antic. Vide dicta 23. Julii art. 3. & dicenda in Appendice ad calcem Dia-
rii c. 7. art. 3.

C A.

C A P U T X.

N O T A N D A X. A U G U S T I.

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

ARTICULUS I.

Nota in die Festa S. Laurentii M.

EXPLICANTUR SECTIONIBUS III.

Sect. I. *De observantia Festi S. Laurentii M.*

Sect. II. *De Horis Canonicis.*

Sect. III. *De Missa.*

SECTIO I.

De Observantia Festi S. Laurentii M.

FESTUM S. Laurentii Mart. est ex præcepto universalis, uti habeatur ex traditione, & constar ex Constit. Urbani VIII. incip. *Universa.* an. 1642. ubi inter Festa ex obligatione gravi universaliter colenda, hoc Festum adnumeratur. Ponitur etiam c. *Pronunciandum.* l. diss. 3. de *Consecr. &c. Conquestus de feriis.* Quod quidem ab initio, hoc est, statim a Martyrio hujus Sancti celebre fuisse, satis indicant Sermones S. S. Leonis, Ambrosii, Augustini, Maximi, Petri Chrysologi, & aliorum Patrum in hunc diem; ut narrat Suarez de Relig. tom. 1. tr. 2. l. 2. c. 9. n. 19. Recole etiam dicta præcedenti die art. 3. n. 5. fine.

SECTIO II.

De Horis Canonicis.

IN Calend. Rom. S. Laurentii M. 2. dupl. 2. cl. cum Octava. *Rubrigen.* Brev. tit. 9. n. 6. & in duab. Tabell. excerpt. ex *Rubr. gener.* ut in propri. & communi un. M. Si venerit in Dom. 9. leet. homil. & Commem. Dom. in Laudib. in 2. Vesp. Commem. S. S. Tiburtii, & Susanna M. M. & si venerit in Dominica sequatur, fit Commemor. Dominicæ ante Commem. Sandorum simplicium.

Qu. hic: cur S. Laurentius, qui 3 Diaconus tantum erat, nec sanctitate superabat Apostolos, solemniori ritu Ecclesiastico colatur, quam plerique Apostoli?

R. In Ecclesia esse aliqua Festi magis solemnia propter varias causas, quamvis spectent Sanctum minus eminentem. Neque enim Ecclesia semper admetitur cultum ad sanctitatem, & gratiam coram Deo; sed interdum majorem cultum exhibet Cœlii, qui potest apud Deum minoris esse; ut bene notavit Clystovæus l. 2. de venerat. Sanct. cap. 16. n. 4. & 5. & Bellarm. l. 1. de Rom. Pontif. c. 27. Attendit enim Ecclesia utilitatem ab aliquo Sancto perceptam: quia cum cultum

T 2 exhib-

exhibeat ratione gratitudinis, ei maiorem cultum debet impendere, a quo plus percipit utilitatis. Sic videmus S. Hieronymum, & S. Thomam Aquinatem honorificentius celebrari in Ecclesia, quam plerosque Sanctos Pontifices, & multos S. S. Monachos, & Eremitas: non quod istorum aliqui non potuerint sanctitate æquare, vel etiam superare prædictos Sanctos Doctores; sed quod ab his longe major in Ecclesiam utilitas redundaverit, tam multis ab utroque insignium ingeniorum fœtibus, ad Ecclesias bonum profusis.

Si ergo S. Laurentius, sicut etiam S. Stephanus, qui Diaconi tantum erant, nec sanctitate superabant Apostolos, solemniori ritu Ecclesiastico coluntur, quam plerique Apostolorum: ratio est, quia habitus est respectus ad insignem ædificationem per hos Sanctos Diaconos collatam, ob illustrissimum fortitudinis specimen, quod uteisque præbuit in Martyrio, quo clarificavit Stephanus Jerosolymam, Laurentius Romanam. Ita Raynad. to. 15. part. 1. Sect. 3. pu. 3. de elect. Sanct. n. 19.

Accedunt Joannes Beleth de Divin. Offic. cap. 145. & Durand. in Ration. lib. 7. c. 23. volentes: Sanctorum Laurentium excellentiori ritu celebatri propter Officium prædicationis, & propter Martyrii locum, quia Romæ, & propter bonam administrationem thesaurorum Ecclesiæ passus est.

S E C T I O III.

De Missa.

4 Verba Festo S. Laurentii M. dupl. 2.
A cl. Missa propri. In Festo S. Lau-

rentii, & ejus Octava non dicitur *Credo*, quia cum de classe Martirum sit, ex se illud non habet: vide dicta 4. Januar. art. 2. num. 4. nisi aliunde sit dicendum, puta ratione solemnitatis, propter quam habet *Credo* in Ecclesia propria, seu sub Titulo S. Laurentii; similiiter si occurrat alia Octava habens *Credo*, quamvis non fiat Comm. de die infra Oct. Rursus si Festum S. Laurentii occurrat in Dominica dicitur *Credo* in die Festi propter Dominicam Rubr. gener. *Miss. tit. 11. initio*; & tunc quoque legitur Evangelium Dom. & fit de ea Comm. Rubr. *Miss.*

Nota quod; *In die S. Laurentii Titularis alicuius Ecclesie Cathedralis, vel Matricis nullius Diocesis non est recitandum Symbolum in aliis ejusdem loci, sed tantum in Ecclesia propria.* S. R. C. 23. Martii 1709. in Perusina, apud Caval. to. 5. cap. 12. n. 27. (alias per errorem 28.) Vide dicenda in Appendix ad calcem Dia-
rii c. 5. de Titulo Eccl. art. 3. n. 25.

Dicitur etiam *Credo* in Ecclesiæ loci, ubi est Patronus principalis loci. Vide dicenda in cit. Append. c. 7. art. 6. n. 39. Denique dicitur *Credo* in Ecclesia, ubi habeatur insignis Reliquia S. Lauren. Vide dicenda 21. Octob. art. 2. n. 18.

Hodie, & per Octavam, quando fit saltem Comm. S. Laurentii, in Oratione Communicantes ad nomen S. Laurentii inclinetur caput, similiiter in Graduali, quando dicitur ejus Missa, & ubicumque nominetur in Missa, in qua saltem fiat de eo Commemoratio. Ex Rubr. *Miss. de rit. celebr. tit. 5. n. 2.* Vide dicta 18. Januar. art. 2. nu. 7. Col. param. int.

A R.

ARTICULUS II.

SECTIO II.

*Not. infra Octavam S. Laurentii.**De Missa.*

EXPLICANTUR SECTIONIBUS II.

Sect. I. *De Horis Canonicis.*Sect. II. *De Missa.*

SECTIO I.

De Horis Canonicis.

5 **T**INFRA O> S. Laurentii Offic. se-
mid. ut in Festo, & proprio lo-
co.

6 Officia, quæ semel in mense, vel
hebdomada concessa sunt recitari,
prohibentur infra quascumque Octa-
vas ex Decr. S. C. R. Vide l. 2.
par. 1. c. 2. nu. 3. Vide etiam di-
cta 24. Jun. art. 2. Sect. 1. n. 19.

TINFRA O> S. Laurentii, quando 7
fit de eo. Missa ut in Festo. 2.
Or. de Festo simpl. occur. 3. Or.
de B. V. Concede. At in Dom. si
fiat de ea, 2. Or. de infra O> S.
Laurentii. 3. de Festo simpl. occur.
Rubr. *Miss.* Non dicitur *Credo*, nisi
occurrat aliqua alia Octava, aut
Festum habens *Credo*, & in Eccle-
siis, ubi est Titulus, & in locis,
ubi est Patronus principalis. An au-
tem dici possit per Octavam, ubi
in Festo dictum est ratione Reli-
quæ insignis? & au dici possit a
Regularibus in locis, ubi est Patro-
nus princip. Vide in simili dicta 24.
Junii art. 2. Sect. 2. n. 21. in Mis-
sa de S. Laurentio, vel saltem, si
fiat de ea Commem. ad nomen S.
Laur. inclin. caput, ut art. præced.
Sect. 3. fine notavimus.

Quando dicitur Missa de S. Lau-
rentio Col. p̄aram. rub. qui color
etiam adhibetur in Dom. occurren-
te infra O>. si fiat de Dominica.
Rubr. gen. *Miss. tit. 18. n. 3.*



CA.

C A P U T X I.

N O T A N D A XI. A U G U S T I.

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

ARTICULUS I.

De Horis Canoniciis.

I N Calend. Rom. de die infra O& S. Laurentii . Lect. 1. Noct. de Script. occurr. 2. & 3. Noct. propr. ut 2. die lect. 9. S. S. M. M. Tiburtii , & Susannæ , & Commem. in Laudibus . 2. Vesp. de sequ. Fefto S. Claræ V. dupl. de comm. Virg. non M. Or. *Exaudi* , ut in eodem

communi , & fit Commemoratio O& S. Laurentii .

ARTICULUS II.

De Missa.

MISSA de die infra O& S. Laurentii ut 10 hujus art. 2. Sed 2. & fit Commem. S. S. M. M. Tiburtii , & Susannæ ut in propr. Col. param. rub.

C A P U T XII.

N O T A N D A XII. A U G U S T I.

EXPLICANTUR ARTICULIS III.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De Indulgenciarum.*

ARTICULUS I.

De Horis Canoniciis.

I N Calend. Rom. S. Claræ Virg. dupl. lect. 1. Noct. de Scriptur. occurr. 2. Noct. propr. 3. Nocturn. Simile erit Regnum Cælorum . de communi Virg. 1. loco. Reliqua de comm. V. noa M. Or. *Exaudi* , ut

ibi . In Land. Commem. O&av. S. Laurentii . In 2. Vesp. Commem. O& & S. S. M. M. Hippolyti , & Cassiani , Or. propr.

A R.

A R T I C U L U S II.

De Missa.

2 **T**N Festo S. Clare Virgin. dupl.
A Missa Dilexisti . ut in communi
pro Virgin. tantum 1. loco . & fit
Commem. Oct. S. Laurentii . Col.
param. alb.

A R T I C U L U S III.

De Indulgencie.

TN Festo S. Clare Virgin. Indulg. 3
A Plen. in Ecclesiis Fratrum Mi-
norum S. Francisci , etiam Conven-
tualium , & Monialium S. Clare .
Innoc. XI. Constit. 90. pag. 146.
Tomi 8. & Clem. XII. Constitut.
104. pagin. 351. Tomi 13. apud
Plaz. hod.

C A P U T XIII.

N O T A N D A XIII. A U G U S T I.

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S II.

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I.

De Horis Canonicis.

TN Calendar. Roman. de die infra
A Octav. S. Laurentii semid. Lect.
1. Noct. de Script. occurr. 2. & 3.
Noct. propr. ut 4. die . lectio 9. de
S. S. M. M. Hippolyto , & Cassia-
no , & eorum Commem. in Laud.
Orat. propr. In 2. Vesp. Commem.
S. Eusebii Conf. simpl. Or. propr.
2 Si hodie sit Sabbathum , 9. lectio
erit de Vigil. Assumptionis , & ejus-
dem Commem. in Laudib. Ant. &
V. de Feria curr. ut in Psalm. Or.

propr. deinde Commem. S. S. M.
M. In 2. Vesp. a cap. de Domin.
Comm. Oct. ac S. Eusebii Conf.

A R T I C U L U S II.

De Missa.

MISSA ut 10. hujus art. 2. Sect. 3
A 2. Commemor. S. S. M. M.
Hippol. & Cass. Col. param. rub.
Si hodie sit Sabbathum , Missa erit
de Vigil. Assumpt. 2. Orat. de Oct.
3. de S. S. M. M. Hippol. & Cas-
siano , & videantur dicenda sequenti
die art. 2.

C A.

C A P U T X I V.

N O T A N D A X I V . A U G U S T I .

EXPLICANTUR ARTICULIS III.

Art. I. *De Horis Canoniscis.*Art. II. *De Missa.*Art. III. *De Jejunio.*

A R T I C U L U S I.

De Horis Canoniscis.

- 1 *In Calend. Roman. de die infra Octavam S. Laurentii. Lect. I. noct. de Scriptar. occurr. 2. & 3. noct. propr. ut quinta die. Nona Lectio de Homil. Vigil. Assumpt. & ejusdem Commemoratio in Laudibus. Antiphona, & v. de Feria occurr. ut in Psalter. Or. propr. & Commemoratio S. Eusebii Confess. Orat. propria. Vesperæ de sequenti tantum Festo Assumpt. B. M. V. dupl. i. cl.*

- 2 *Si hodie sit Dominica, fit de ea. Commemoratio Octavæ S. Laurentii, & Festi Simplicis S. Eusebii, & non dicuntur Preces, nec Suffragia, privilegio Octavæ. Vesperæ de sequenti tantum Festo Assumpt.*

A R T I C U L U S I I.

De Missa.

- 3 *Si fiat Officium de die infra Octavam, Missa est de Vigilia Assumptionis, ut in propr., cum Commemoratione Octavæ S. Laurentii, & Festi Simplicis S. Eusebii. Porro in Vigiliis infra Octavam, si Officium est de Octava, Missa est de*

Vigilia, cum Commemoratione Octavæ, ex Rubr. gen. Miss. tit. 3. num. 2. ob rationem assignatam 23. Februar. n. 16.

Non dicitur *Gloria in excelsis* in Missa hujus Vigiliæ Assumptionis B. V. neque dicitur *Credo*. Præfatio Communis, non de B. V. & quia non est dictum *Gloria in excelsis*; ideo in fine Missæ dicitur *Benedicamus Domino*, facie ad Altare conversa. Deinde legitur Evangelium consuetum S. Joannis. In Missa de Vigilia nequidem in Ecclesia propria S. Laurentii dicitur *Credo*, quia est Ferialis. Vide Caval. tom. 2. c. 15. in d. 4. n. 6. Merat. to. 1. par. 1. tit. 11. n. 14. Et similiter non dicitur *Gloria*, quia in Vigiliarum Missis, quæ veniunt infra Octavam, etiæ in Officio de Octava dictum sit *Te Deum*; non dicitur tamen in Missa de Vigilia *Gloria*; eo quod hæ Missæ non concordent Officio; unde non habet locum Rubric. gen. Miss. tit. 8: n. 3. quæ intelligenda est de casu, quo Missa dicatur correspondens Officio, in quo recitatum sit *Te Deum*; sed locum habet Rubr. gen. ejusdem tit. 8: n. 4. Confer Merat. to. 1. par. 1. tit. 8, n. 10. & Missæ de Vigilia non competit hymnus, coelestem gloriam continens, inquit Gavantus in Rubric.

bric. Miss. par. 1. tit. 8. fine. Quamvis dicatur in Missa Vigiliæ Epiphaniæ: sed in ea Vigilia Officium sit de ea, & in eodem dicitur *Te Deum*. Quapropter Missa tunc convenit Officio, in quo dictum est *Te Deum*. Unde in ea Missa locum habet Rubr. gener. Miss. cit. tit. 8. cit. n. 3. Confer iterum Merat. loco cit. Porro illa Vigilia non est communis, sed privilegiata, & Officium sit de ea, etiamsi alicubi ex privilegio, vel consuetudine tunc occurrat dies infra aliquam Octavam: quemadmodum docuimus 5. Januar. nu. 1. Missæ insuper Vigiliarum Paschæ & Pentecostes sunt specialiter privilegiatae, & Festivæ. In Vigilia autem Ascensionis, licet sit communis, dicitur *Gloria* ob rationem suo loco assignandam. Sed jam prosequendo de hac Vigilia Assumptionis; etiamsi ea celebretur in Sabbato, adhuc non dicitur *Gloria*: quia quamvis Missa hujus Vigiliæ sit Missa de B. V. Vide Merat. in Gavant. par. 1. tit. 4. nu. 31. fine. Et confer dicenda 20. Decembr. nu. 5. & licet in Missis votivis de B. M. V. quæ celebrantur in Sabbato, dicitur *Gloria*, et si non fiat Officium de eadem: uti notavimus lib. 2. in Sabbato nu. 32. attamen hodierna Missa non est Festiva, sed Ferialis, & de Vigilia communis, cui non competit lætitia, sed mœstitia: iterum confer dicenda in Decembr. l. cit. Item hæc Missa celebranda est in paramentis violaceis, ut statim notabimus, at in violaceis indicantibus tristitiam, non dicitur *Gloria*, significans exultationem. Vide Meratum l. cit. Ob rationem eamdem, quod hæc Missa non sit Festivitatis B. Virginis, sed

TOM. III.

præparationis ad Festivitatem illius, atque adeo Ferialis de more simplicis Vigiliæ; dicitur item in ea Præfatio communis, non autem de B. V. uti notavimus: aliaque servantur in ea, quæ sunt propria communium Vigiliarum.

In Missa hujus Vigiliæ Paramentorum color violaceus ex Rubr. gen. Miss. tit. 18. nu. 5. Profecto ex allegata Rubrica color violaceus adhibetur in omnibus Vigiliis habentibus jejunium, ob rationem assignatam 23. Februar. num. 19. Excepta Vigilia Pentecostes, ob specialem rationem item assignandam ibidem. Atqui in Vigilia hac Assumptionis est jejunium, ut notabimus art. sequenti. Ergo &c. Et licet Missa sit de B. M. V. cuius Missis adhibetur color albus: attamen Missa hæc est Ferialis, & Vigiliæ; atque adeo color albus excluditur ex iisdem rationibus, ex quibus, diximus, ab hac Missa excludi *Gloria*, & Præfationem de B. V.

Est hic animadvertendum, quod quando Officium, & Missa discordant, color Altaris sequatur Officium, vestium autem Celebrantis sit color Missæ conformis. Pro Missa vero solemni convenit, ut Pallium item Altaris cum Paramentorum Missæ colore concordet: Vide 2. Novembr. n. 81.

Nota insuper hic, Sacerdotem obligatum celebrare hodie Missam votivam de B. V. satisfacere suæ promissioni, seu oneri, legendo Missam occurrentem Vigiliæ hujus, quia est Missa de B. V. & licet Merat. to. 1. par. 1. tit. 4. n. 31. fine permittat etiam legere Missam de B. V. votivam, ut in votivis Sanctæ Mariæ, ad calcem Missalis

V con-

convenientem tempori, seu designatam pro tempore a Pentecoste ad Adventum: si colore albo, atque etiam cum *Gloria*, si fuerit Sabbathum: (omissa Commemoratione Vigiliae, cuius Missa, ut diximus, est de B. V. ne fiat Commemoratio de eadem B. V. cuius est Missa votiva) id tamen aliis apud ipsum Meratum minus arridet: & Guyetus ab eodem Merato relatus, ait, quod cum hæc hodierna Missa Vigiliæ tota sit de B. V. alia votiva assumetur perpetram. Confirmatur ex eo quia legere Missam conformem Vigiliæ occurrenti B. V. est in posito casu conformius Decreto S. C. R. quod dabimus 11. Decembr. art. 2. num. 3. ex quo habemus, quod volens quis legere Missam votivam de B. V. infra aliquam Octavam ejusdem, debet legere Missam, non ut in Votivis de S. Maria ad calcem Missalis, sed ut in respectivo Festo, puta *Conceptionis*, cuius est occurrentis Octava. In prædicto igitur casu legenda foret occurrentis Missa B. V. Nec obest, quod aliquis pro sua devotione celebrari sibi petierit Missam votivam B. V. hodierna autem Missa non sit Votiva in sensu stricto; utpote dicenda ex Rubricarum præscripto: Intentio enim fidelium potentium Missam *Votivam* de B. V. communiter non creditur allegare Celebrantem ad unam ex Missis votivis de S. Maria descriptis ad calcem Missalis Romani: sed obligare ad legendam simpliciter Missam de B. V. & hodierna Missa, ut diceamus, est de B. V. Ergo &c. Accedit, quod, ut etiam dicemus, in casu præsenti legere hodiernam Missam, loco votivæ ad calcem Missalis, est conformius Ec-

clesiæ dispositioni in significato declaratae Decreto, cui se debet voluntas fidelium conformare. Atque adeo sicut potentibus infra Octavam aliquam B. V. Missam *Votivam* de B. V. satisfit legendo Missam de respectivo Festo, ut plane constat ex allegato Decreto: ita similiter potentibus in hac Vigilia Missam *Votivam* de B. V. satisfit legendo Missam de occurrenti Vigilia, cuius Missa est de B. V. Hæc itaque legenda erit, & juxta suum ritum supra explicatum, videlicet in Parantentis violaceis, sine *Gloria*, etiam si occurrat Sabbathum, & cum Præstatione communii.

Si hodie sit Dominica, dicitur 6 Missa de Dominica cum *Gloria*, & *Credo*. 2. Or. de Ost. S. Laurentii; 3. S. Eusebii. Col. Param. rub. secundum dicta 10. hujus n. 8.

Si hodie fiat Officium de aliquo 7 Festo duplice, Missa etiam est de hujusmodi Festo, cum 2. Orat. de Octav. 3. de Vigil. ex *Rubr. gener. Miss.* tit. 3. n. 2. Vide dicenda tr. 2. l. 1. par. 1. c. 3. n. 8. Denique quarta Oratio S. Eusebii, & in fine Missæ legitur Ev. Vigiliæ.

In Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis, occurrente Festo duplice, aut semiduplici, aut Octava in Vigiliis, dicuntur duæ Missæ Conventuales. Octavæ nomine hic intelligitur solum ipsa dies Octava, non item quælibet dies infra Octavam; unde si hodie fiat Officium de die infra Octavam S. Laurentii, cantabitur unica Missa de Vigilia Assumptionis cum Commemoratione Octavæ, & S. Eusebii, juxta *Rubr. gen. Miss.* tit. 3. nu. 2. Vide dicta 231 Junii n. 6. & dicenda 8. Decembr. p. 22. & Cavaler. cit. c. 15. in d.

3. n.

3. n. 6. Pro Missis Conventualibus videri item debent dicta lib. 1. cap. 2. qu. 6. & sequentib. Interrogat. & dicenda tr. 2. l. 4. par. 1. c. 4. q. 1. & duab. sequentib.

lib. 1. c. 5. n. 8. Filliuc. to. 2. tr. 27. par. 2. de præc. jejun. c. 5. qu. 10. n. 101. Benedict. XIV. de Festis B. Virginis c. 8. §. 4. qui notat: hoc jejunium esse antiquissimum; nam de eo Nicolaus I. qui sedit anno 858. in responsis ad Consulta Bulgar. c. 4. loquitur, tamquam de re jam longe ante usurpata in Ecclesia Romana.

Diana Edit. coord. to. 3. tr. 6. R. 95. §. 3. supponit, esse quidem obligationem gravem jejunandi in hac Vigilia, sed ex consuetudine. Verum omnino dicendum est cum Doctoribus citatis, esse ex præcepto universali.

VIN Vigilia Assumptionis B. V. est jejunium ex præcepto C. ex parte de observat. jejun. Sylvest. V. Jejun. qu. 1. n. 5. Azor. Instit. Moral. part. 1. lib. 7. cap. 13. qu. 1. Less. de just. lib. 4. c. 2. dubit. 9. n. 66. Durand in Ration. lib. 6. c. 7. nu. 72. Fagundez 4. præc. Eccl.

C A P U T X V.

N O T A N D A X V . A U G U S T I .

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. Notanda in Festo Assumptionis B. M. V.

Art. II. Notanda infra Octavam Assumptionis.

A R T I C U L U S I .

Not. in Festo Assumptionis B. M. V.

EXPLICANTUR SECTIONIBUS VII.

Sect. I. De Institutione, & Observantia Festi.

Sect. II. De Horis Canonicis.

Sect. III. De Missa.

Sect. IV. Not. pro Functionibus Pontificibus.

Sect. V. De Exequiis Defunctorum.

Sect. VI. De Indulgenciosis.

Sect. VII. Not. tempore Interdictionis generalis.

S E C T I O I .

De Institutione, & Observantia Festi.

FESTUM Assumptionis B. M. V. numeratur expresse C. Pronunciandum, i. dist. 3. de Consecr. Et C. Conquestus, de Feriis, sub Festivitatibus omnibus Virginis gloriose, hoc Festum maxime comprehenditur ex communi sensu Doctorum. Est ex præcepto universali, uti habetur ex traditione, & constat ex Constitutione Urbani VIII. incipiente: Universa, an. 1642. quam allegavit.

V. 2. mus

- mus die 1. Januar. nu. 1. ubi inter Festivitates in Ecclesia universali sub gravi colendas in foro, adnumeratur Festivitas Assumptionis Deiparæ V.
- 2 Qu. Quis hoc Festum instituerit sub gravi obligatione colendum?
- R. Incerta res est, quando incœperit; videtur potius traditione introductum, quam lege scripta; tandem vero etiam jure confirmatum esse. Vide Suar. de Relig. tom. 1. tr. 2. l. 2. c. 8. n. 8. & 9. & to. 2. in 3. part. disp. 21. Sect. 2. ante medium. Azor. Instit. Moral. par. 2. lib. 1. c. 20. qu. 1. Baron. in not. in Martyr. Rom. hodie. Benedict. XIV. de Festis B. V. c. 8. §. 4.
- 3 Nota hic primo: quod tradit S. Thomas a Villanova Concone 4. de Assumpt. B. V. prope finem: *Triplacem bodie Festivitatem colimus: Transitum scilicet Virginis, quo migravit a vita; Resurrectionem ejus, qua immortalis gloria vestita est; & Gloriosam ejus Assumptionem, qua corpore, & anima, felix in eælestia convolavit. Quorum omnium cum qualibet per se celeberrima sit, unita, & coadunata Solemnitas quanta erit veneratione colenda?*
- 4 Nota 2. Hanc Festivitatem esse maxime propriam ipsius Virginis; & Sicuti Beata Maria incomparabilis est Virginibus ceteris, ita incomparabilis est omnium Sanctorum Festivitatibus: & admirandi est etiam Angelicis Virtutibus: ut ait Sophronius senior Epist. de eadem Assumptione ad Paulam, & Eustochium scripta circa annum 395. quæ extat. to. 9. operum S. Hieronymi edit. Rom. 1572. pag. 70. ex recensione Marianni Victorii. Imo inter ipsas Festivitates ejusdem B. Virginis habere quamdam excellentiam, notat Suarez

rez cit. c. 8. nu. 9. quia gloriam, præmium, ac triumphum Sanctissimæ Virginis nobis repræsentat: tantæque est dignitatis Festum hujusmodi, ut in ipso Divino jure proxime fundatum; vel potius ex illo, quasi necessaria collectione deducetur videatur: & ideo moraliter loquendo, nulla potes consuetudo prævalere contra obligationem hujus præcepti, quia esset adeo irrationalis, ut numquam possit tam sancto, ac necessario præcepto derogare. Ita docet Suarez cit. nu. 9. Unde merito Festum Assumptionis B. V. inter Festa, quæ majora dicuntur, adnumeratur. Quid autem hoc importet? Vide dicta 6. Januar. art. 1. Sect. 1. n. 3. Olim, ut constat ex Ordine Romano antiquissimo post. tit. de jejun. Pentec. fiebat post mediam noctem, quæ lucebat in Festivitate hujus diei, solemnissima publica supplicatio, seu Processio totius populi ad Templum Beatæ Virginis, & rebatur quoddam Portatorium, ut laudatus Ordo Romanus loquitur, seu Machina portatilis cum simulacro Virginis. Quæ quidem devotissima consuetudo durat adhuc pluribus in locis.

Nota 3. ex Suarez tom. 2. in 3. 5 par. disp. 21. Sect. 2. versus finem: veritatem Resurrectionis SS. Dei Genitricis, & Assumptionis Corporis ejus in Cœlum non esse certam de fide: quia, inquit, neque est ab Ecclesia definita, nec adest testimonium Scripturæ, aut traditio sufficiens, quæ infallibilem ea de re faciat fidem. Est autem jam nuntiata recepta hæc fententia de prædicta gloria Resurrectionis, & Assumptione B. M. V. in Cœlum, in anima simul, & corpore, ut a nullo

lo pio , & catholico possit in dubium revocari , aut sine temeritate negari ; ita Doctor Eximus . Idem omnino docent alii præstantissimi Theologi , & Doctores apud Bened. XIV. de Fest. B. V. c. 8. §. 2.

- 6 Nota denique 4. ex eodem Suarez cit. disp. 21. Sect. 3. initio : esse de fide certum , Sanctissimam Dei Genitricem , omnium Sanctorum Hominum , cunctorumque Angelorum Hierarchias in perfectione , & intensione beatitudinis superare ; ac proinde ipsam post Christum Filium ejus Beatitudinis gradum obtinere supremunt . Quam veritatem Catholica confitetur Ecclesia illis verbis , quæ recitat , sœpiusque decantat in ho- diernæ solemnitatis Officio : *Exalta- ta est Sancta Dei Genitrix super Choros Angelorum ad caelestia Regna : ut obseruat laudatus Doctor Eximus ; quo etiam teste , veritatem hujusmodi , ut certissimam Ecclesia amplexa est universa . Unde Eademns Sancti Anselmi Ep. Cantuar. discipulus , & Comes in lib. de excellentia B. M. V. (qar liber insertus inter opera laudati S. Anselmi , adscribatur eisdem) c. 4. ait : Tota Christianitas . . . illam super omnes Cœlos exaltatam , & Angelicis Choris prælatam certissime credit . Quod quidem eleganter ejusdem lib. c. 8. confirmat sententiis gravioribus ; & eadem est omnium antiquorum traditio Patrum , ut idem Suarez affirmit , quorum nonnulla testimonia profert l. cit. & disp. 18. Sect. 4. Ubi insuper docet , & pluribus argumentis insinuat : probabiliter credi posse , Beatissimam Virginem affecutam esse plures gradus gratiarum , & charitatis , quam sint in omnibus Sanctis Hominibus , & Angelis etiam colle-*

ctive sumptis ; ita , ut si mente concipiamus ex multitudine gratiarum Sanctorum omnium , unam intensissimam gratiam consurgere , hæc non adæquaret intensionem gratiarum Virginis . Unde tandem fit , Angelorum , ac Sanctorum omnium Reginæ gloriam in Cœlo supra omnes simul reliquos Cœli Cives Angelos , & Homines , seu Beatissimos Spiritus , post Christum Regem , cumulatius enimere ita ; Ut intra Trinitatis gloriam ipsa sola amplius sit erecta , ac plus Beatissimæ Trinitatis diligat gloriam , capiat , fentiat , & fruatur , quam omnis alia pura Creatura simul sumpta . Verba sunt S. Bernardini Senensis to. 1. fer. 4. post Referr. fer. 61. c. 3. art. 3.

Sententiam hanc laudat Benedictus Plaza in Apparatu ad Causam Immaculatae Concept. art. 2. §. 3. num. 210. Sequenti autem numero haec subdit : *Est autem mirum dictu , Franciscum Suarez , cum adhuc esset juvenis duorum supra viginti annorum , & nondam e discipulatu dimis- sus : hac de re nullo præeunte luculentiter scripsisse , & in celebri Salmanticensi Accademia gloriose disputasse . Sed & anditu jucundissimum est , i- psam Dei Genitricem ejusmodi luctu- brationem tam acceptam , gratianus babuisse , ut addicissimo Clienti suo P. Martino Gutierrez (qui illius con- scribenda Francisco Suárez & Auctor fuerat ,) præsens , & coram gratias agere non sit dedignata : quemadmo- dum resert testis omni exceptione ma- jor V. P. Ludovicus a Ponte , ejus- dem temporis , ac loci notissimus Scri- ptor , in vita P. Baltasaris Alvarez hispanice edita Matrii an. 1615. Cap. 26. quam latine reddidit P. Melchior Treviannus , & edidit Coloniae Agrip- pinæ*

pinæ an. 1616. Quis pro gloria tam comis, tam benignæ, tam gratae Cœlorum Reginæ merito pugnare non debet? Hæc Plaza. Supposita vero tanta, ac tali SS. Dei Genitricis gloria, jure merito P. Ferdinandus Quirinus de Salazar Soc. Jesu exposit. in Cantic. to. 2. c. 1. ver. 3. pag. 112. edit. Lugdun. an. 1642. §. Profecto pronuntiat cum aliis tacito nomine: *Quod si data hypothese, visio clara Dei esset impossibilis : Apostoli, Martyres, Doctores, & Confessores, ac demum Beati omnes propter obitos labores, & tormenta, & propter alia honestatis opera recte gesta, bene secum actum, ac satis preciosi collatum putarent, si ad solam B. Virginis contemplationem, ac visionem in Cælo admitterentur.*

S E C T I O II.

De Horis Canonicis.

7 ASSUMPT. B. M. V. dupl. i. cl. *A* cum Octava, quam instituit Leo IV. an. 847. ex eo, quia presenti Festivitate Romæ, Sanctissimæ Dei Genitricis ope implorata, mortiferum Basiliscum ita effugaverit, & ab ipsis projecerit antris, ut ab hoc ipso eodem die ultra in illis locis nulla læsionis ejus macula appareret: quemadmodum scribit Anast. Bibliothecarius in vita laudati Pontificis, & ex eo Benedictus XIV. de Fest. B. V. c. 8. §. 4.

8 In die Assumptionis B. V. quodcumque Festum occurrat, transferatur. Rubr. gen. Brew. tit. 9. nu. 5. §. tit. 10. n. 1. & in duab. Tabell. excerpt. ex Rubr. gen. & in nos. posttabell. occurs. in eod. Brew. Rom. Ofſicium ut in proprie. In 2. Vesp. si

non sequatur Dominica fiat Commemoratio sequentis tantummodo Festi S. Hyacinthi Conf. dupl. Or. Deus, qui nos, de communi Confes. non Pont. i. loco.

Cum Festum S. Joachim Patris & B. Virginis Mariæ nunc colatur in Dominica infra Octavam Assumptionis; ideo si cras fuerit Dominica, in hoc casu in 2. Vesp. de Assumpt. B. V. fiat Commemoratio sequentis Festi S. Joachim, ut in proprio, & Com. Dominicæ sequentis tantum. Rubr. Brew. hic.

S E C T I O III.

De Missa.

IN Festo Assumpt. B. V. dupl. i. cl. TO Missa propria. Credo. Rubr. gen. Miss. tit. 11. Præf. de B. V. V. Et te in Assumptione. Col. Param. alb.

Hodie celebrare non licet in privatis Oratoriis. Vide dicta 6. Januar. art. 1. Sect. 3. subf. 2.

S E C T I O IV.

Not. pro Function. Pontifical.

FESTUM Assumpt. B. V. est ex 12 illis diebus, in quibus functiones Pontificales, absente, vel imposito Episcopo, spectant ad primam Dignitatem. Vide dicta 6. Januar. art. 1. Sect. 4.

S E C T I O V.

De Exequiis Defunctorum.

Si quis moriatur in die Festo Assumpt. B. V. nullæ sunt exequiae publice celebrandæ de mane, nec

nec confusura aere campano timor-
tuale signum edendam; sed Offi-
cium, & Preces recitentur sub Ves-
perum, vel Cadaver in crastinum
reservetur, ob exortentiam Festi, so-
lemnitatemque diei: Vide dicenda
in Appendice ad calcem Diatrii, c.
8. art. 6.

S E C T I O VI.

De Indulgencis.

14 IN Festo Assumptionis B. V. In-
dulg. plen. in qualibet Ecclesia
Patrum Carmelitarum. Clement. X.
Constit. 131. §. 8. pag. 200. tom. 7.
apud. Plat. bod.

S E C T I O VII.

Abo. tempore Interdicti localis generalis.

15 Ex C. Alma Mater 24. de fent.
excomm. in 6. suspenditur Inter-
dictum locale generate in Assum-
ptione Virginis gloriose. Vide di-
cenda tr. 2. in Dom. Resurr. art. 7.

A R T I C U L U S II.

Not. infra Octavum Assumptionis.

EXPLICANTUR SECTIONIBUS II.

Sect. I. Not. infra Oct. Assumpt. in
genero.

Sect. II. Not. peculiariter in quibus-
dam diebus infra Oct.

S E C T I O I.

Not. infra Octavam in genere.

EXPLICANTUR SUBSECTIONIBUS II.

Subs. I. *De Horis Canoniciis.*

Subs. II. *De Missa.*

S U B S E C T I O . I.

De Horis Canoniciis.

INFRA Oct. Assumptionis, quando 16
fit de ea, Lect. 1. Noct. de Can-
tico Canticorum. Vide dicta 1. par.
hujus mensis §. 3. nu. 4. Quoniam
secundum dicta cit. §. 3. hoc men-
se legendi sunt libri Sapientiales,
inter quos est liber Canticorum; ap-
posite Cantica hæc ponuntur in Fe-
sto, & infra Oct. B. V. Assumptæ,
in laudem uirginum ejusdem Virgi-
nis, eo quod ei mystice convenienter,
ut observat Gavantus in Rubr. Brev.
Sect. 6. c. 21. nu. 5. & Sect. 7. c.
10. ad diem 15. Aug. Porro in Can-
ticis per Sponsam Beata Virgo et-
iam intelligitur, & figuratur; unde
Petrus Damiani to. 2. serm. de An-
nunc. dicit: totum Canticum Can-
ticorum in laudem B. Virginis a
Sponso decantari: Gavant. cit. Sect.
7. 1. cit. ait: legi posse lectiones de
Scriptura occurrente mense Augusto,
in quo leguntur, ut immuimus, omnes
libri Sapientiales ex Radulph. prop.
II. Verum id nobis non arridet,
cum nihil tale Rubrica significet;
& videantur obstare Decreta prohi-
bentia in Divinis Officiis mutatio-
nem; additionem, &c. Vide dicta
14. Januar. art. 1. nu. 32. Quando
autem non recitatur Officium de die
infra

infra Octavam, legendas utique esse Lectiones de Scriptura occurrente, nos ipsi docuimus atque ex Rubricis examus 1. par. hujus mensis cit. nu. 4. Ideoque hic supra diximus; infra Octav. Assumpt. lect. 1. Noct. esse de Canticis, quando fit de ea. Lect. 2. & 3. Noct. propr. Reliqua ut in Festo. Etiam si fiat de aliquo Festo occurrit nihilominus in fine hymni ejusdem metri, & non habentium ultimam stropham propter dic. *Jesu ribi*, qui natus; & in R. br. ad Primam *Qui natus est*. Nona lectio non legitur de die infra Octavam, quando de ea fit Commemoratio in Dominica, vel aliquo Festo, licet habeat Evangelium proprium, & Homiliam. Rubr. Gen. Brev. tit. 9. n. 10. A quonam Pontifice, & quanam de causa haec Octava fuerit instituta? notavimus art. 1. Sect. 2. initio.

17 Officia semel in mense, vel hebdomada recitari concessa, prohibentur in diebus infra Octavas ex Decr. S. C. R. Vide 1. 2. par. 1. c. 2. n. 3. vide etiam dicta 24. Junii art. 2. Sect. 1. n. 19.

18 Qu. his: Si Octava Assumptionis occurrat simul cum Octava Dedicacionis Ecclesiae, de quanam habendum erit Officium?

R. De Octava Assumptionis, quia est dignior in ritu aequali: Cur autem sit dignior? Gavantus in rubr. Brev. Sect. 3. c. 8. nu. 7. hanc dat rationem, quod majora beneficia contulerit Deus uni SS. suae Genitrici in illius Assumptione, quam universae Ecclesiae militanti; porro l. cit. haec habet: *Dubitari potest de Dedicacionis Octava, an sit major, quam Octava Patroni loci, seu Tituli Ecclesie?* S. Thom. lect. 5. in cap.

Jo. no. docet, majus esse Festum Dedicacionis Ecclesie, quam alicujus Sancti, quia in illo recoluntur beneficia toti Ecclesiae collata, quae superant beneficia cuivis Sancto donata, quae in ejusdem Feste celebrantur. Ergo erit Octava Dedicacionis Ecclesiae dignior, quam Octava Patroni loci; (sed vide dicenda in Appendice ad calcem Diarii c. 4. de Dedic. Eccl. num. 35.) Et eadem ratione dignior erit Octava Assumptionis B. Virginis, quam Octava Dedicacionis, quia majora beneficia contulit Deus uni Deiparae in ejus Assumptione, quam contulerit toti militanti Ecclesiae; cum praesertim Theologi doceant: (confer dicta Sect. 1. num. 6.) collective in Deipara Virgine esse omnia gratiae, & gloriae dona, quae Angelis, & Hominibus singillatim distributa fuerunt. Haec Gavantus, quae approbat Caval. comment. in Decr. S. C. R. to. 1. c. 1. in d. 22. nu. 12. Inde insuper habes, etiam in Ecclesia propria S. Laurentii dignorem esse Octavam Assumptionis, atque adeo etiam in dicta Ecclesia die 16. hujus faciendam esse commemorationem Octavæ Assumptionis ante commemorationem Octavæ S. Laurentii.

Secus vero statutum esse pro aliis 19 Octavas B. Virginis, cuius Festum celebretur sub ritu duplici secundæ cl. si occurrant simul cum Octava Patroni loci, cuius Festum celebretur sub ritu duplici prime cl. notabimus in Appendice c. 7. art. 5. n. 20. ubi allegabimus Decretum S. C. R. statuens, recitandum esse Officium de Octava Patroni cum Commemoratione Octavæ B. Virginis; Idipsum procedit quo ad Octavam Dedicacionis Ecclesiae occurrentem simul cum Octava alicujus Festi B. Vir-

Virginis habentis ritum duplicom secundæ classis ; de quo extat etiam Decretum expressum S. C. R. allegandum 8. Septembr. art. 1. Sect. 2. n. 5. & 12.

S U B S. II.

De Missa.

20 **I**NFRA O& Assumptionis Missa ut in Feste , 2. Or. (quando legitur Missa de Octava) de Sp. S. 3. Ecclesiae vel pro Papa . Rubr. gener. Miss. tit. 9. n. 9. Animadvertisus hic , atque notamus , quod in Missa si secunda Oratio est de Spiritu Sancto , aut de eo fit mentio , tertia , siue ultima non debet concludi : ejusdem Spiritus Sancti Deus . S. R. C. 15. Septembr. 1736. in Toletana , apud Merat. ind. Decr. Miss. num. 695. Confer eundem Meratum to. 1. par. 1. tit. 9. n. 14. Cur autem in Missis de B. V. pro Oratione priori de tempore dicatur Or. de Sp. S.? explicavimus lib. 2. in Sabato nu. 31. Dicitur Credo . Rubr. gen. Miss. tit. 11. Præfatio de B. V. *O te in Assumptione.* Col. Param. alb.

21 S. R. C. interrogata ab Episcopo Varmiensi : *An in Feso S. Hyacinthi Conf. Ordinis Prædicatorum , Regni Poloniae Patroni principalis , quod ex concessione Sacrae Rituum Congregationis die 25. Septembr. 1723. emanata , ritu duplici prime Classis cum Octava , Dominica infra Octavam Assumptionis B. M. V. in Polonia celebratur , in ejusdem Sancti Confessoris Officio hymni ad Horas terminari debeant : Jesu tibi sit gloria Ec. O an in Missa debeat dici Præfatio de B. M. V. quamvis juxta Rubricam gene-*
TOM. III.

ralem Breviarii , *O Missalis Romani , in Festis ritus duplicitis prima classis nulla diei infra Octavam fiat Commemoratio? Resp. affirmative . S. C. R. 29. Novembr. 1755. in Varmien. ad 2. dub. apud Caval. tom. 5. c. 14. nu. 50. d. 7. & in Collect. recentior. Decretor. & in Opere Merati in 2. Append. Decret. Brev. n. 535. Porro ex Rubr. Præfatio B. V. dicenda est in ejus Feste , & per Octavam , etiamsi de ea non fieret Commemoratio , si Festum occurringens non habeat Præfationem propriam ; habet enim quasi rationem de tempore : confer dicenda II. Decembris. num. 3. fine , & tr. 2. infra Oct. Ascensionis n. 54.*

S E C T I O II.

Not. peculiariter in quibusdam diebus Infra Octavam Assumptionis B.V.

S U B S E C T I O I.

Not. in Sabbato infra Octavam Assumpt.

§. U N I C U S.

De Horis Canonicis.

QUONIAM in Dom. infra O& Af 22 sumpt. non occurrente in die Octava S. Laurentii , neque in die Octava Assumpt. celebrandum est Festum S. Joachim Patris B. Virginis : ideo in Sab. infra Octavam Assumpt. si non sequatur dies Octava S. Laurentii , vel Assumptionis , recitentur Vesp. de S. Joachim Conf. dupl. maj. (nisi forte in hoc Sabato occur. Officium majoris ritus , aut dignitatis) Antiphona ad Ma-
X gni-

gnificat, & Orat. propr. Reliqua de communi Conf. non Pontif. in hymno *Iste Confessor* dicitur : *meruit supremos.* ex Rubr. Brev. & Decr. S. R. C. 2. Septembr. 1741. apud Caval. to. 2. in Append. ad c. 34. d. 1. Commemorat. sequentis Dom. & Oct. Assumpt. Quod si in Sabb. infra Oct. Assumpt. factum fuerit de aliquo Festo dupl. fiat item de eo Commemoratio ante Commemorat. Dom. & Assumpt. ut quidem faciendum esse, occurrente hoc Sabato in die S. Bernardi, dicemus 20. hujus.

- 23 Si Sabbatum infra Octavam Assumpt. occurrat in die Octava Sancti Laurentii, atque adeo recitetur hodie Octaya laudati S. Martyris: in eo casu Vesp. de sequ. Festo dupl. maj. S. Joachim, cum Commemoratione praedictæ Octavæ ante Comm. Dom. Deinde Dominicæ sequentis, & Oct. Assumpt. Denique sequentis Festi simplicis, hoc est S. Agapiti M.
- 24 Si vero Dominicæ infra Oct. Assumpt. sequatur immediate post Festum ipsius Assumpt. tunc in 2. Vesp. de Assumpt. fiat, ut dictum est art. 1. Sect. 2. n. 9.

S U B S. II.

Not. in Dominicæ infra Octavam Assumptionis.

S. U N I C U S.

Not. in Festo S. Joachim.

Pro Horis Canonis, & Missa.

- 25 In Dominicæ infra Octavam Assumptionis B. M. V. celebratur

Festum S. Joachim Confess. Patris B. V. sub ritu dupl. maj. ex Decr. infra allegando. *Rubr. Brev. in dñab. Tabell. excerptis ex Rubr. gener.* cum Commemoratione Dominicæ, & Octavæ Assumpt. nec non Octavæ S. Laurentii, si occurrat adhuc infra illius Octavam: quod accedit, quando haec Dominicæ occurrit die 16. Augusti. Quo casu fit, ut notavimus art. 1. Sect. 2. n. 9. & ut dicemus 16. hujus art. 1. n. 2.

Si autem Dominicæ infra Octavam Assumptionis inciderit in diem 17. mensis Augusti, atque adeo in diem Octavam S. Laurentii, vel in diem Octavam Assumptionis, in his casibus transfertur Festum, seu Officium S. Joachim. Rubr. Brev. & Decr. S. R. C. quæ interrogata: *An Festum S. Joachim, si occurrat Dominicæ in die Octava Assumptionis, celebrandum sit eadem die, vel potius ad aliam debeat transferri?* Resp. servari Rubricam X. Breviarii Romani de translatione Festorum. S. R. C. 22. Aug. 1744. in Romana apud Caval. to. 2. par. 2. post cap. 46. in append. ad cap. de Oct. Festor. d. 2. Allegata autem Rubr. X. docet: faciendum esse de die Octava cum translatione Festi occurrentis. Porro *Dies Octava cuiuslibet Festi, quia non transfertur, excludit, & transferri facit, quodlibet Festum duplex, sive majus, sive minus; solisque cedit Festis solemnibus prime, vel secundæ classis, nisi sit Octava privilegiata; qualis est Octava Epiphanie, de qua in Rubricis generalibus; binc &c. S. R. C. 1. Martii 1681. apud Caval. to. 2. c. 18. d. 4. Videri etiam possunt dicta 2. Julii art. 2. n. 5.*

Itaque in Festo S. Joachim dupl. maj. in 1. Vesp. fit, ut subs. 1. notavi-

tavimus. Deinde ad Matutinum lect. 1. Noct. de communi. Siquidem lectiones primi Nocturni in Officio de Festo dupl. majori sumenda sunt, ex ejus communi, si ex concessione non habentur propriae. S. R. C. 12. Julii 1664. in una Ordin. Minor. de Observant. apud Caval. tom. 2. c. 34. d. 8. Erunt igitur in hoc Festo lect. 1. Noctur. de communi Conf. non Pontif. & sumentur de secundo loco: *Beatus vir.* 2. & 3. Noct. propr. 9. lect. de Homil. Dom. Quando non transfertur hoc Festum, conveniret ex Gavanto in Rubr. Brev. Sect. 7. c. 5. ad diem 20. Martii, & consentit Caval. to. 2. c. 31. in d. 1. num. 4. legi nonam lectionem additam Octavæ, cum in ea contineatur summum privilegium S. Joachim, quod sit nimirum Pater B. Virginis, in cuius rei gratiam legitur Evangelium de generatione Christi; ita ille. Et ex eadem ratione id ipsum deberet insinuari, si transferatur hoc Festum in diem, in quo facienda sit Commemoratio S. Simplicis habentis lectionem propriam, puta in diem 26. Augusti, in qua facienda occurrit Commemoratio, & legenda 9. lect. de S. Zephirino. Sed mera congruentia est. Videri potest Caval. to. 2. c. 16. in d. 1. n. 8. & c. 34. in d. 22. nu. 2. In hymn. *iste Confessor*, dic. *meruit supremos.*

¶ post hymn. de Laudib. Antiphona ad *Benedictus*, & Or. propriut in 1. Vesp. reliqua de communi Conf. non Pontif. Commemoratio Dominicæ, & Octavæ Assumptio- nis, ac S. Laurentii, si sit die 16. Aug. vel S. Simplicis, si occurrat. In fine hymnorum ejusdem metri *Iesu tibi*; & ad Primam iu B. br.

Qui natus es; nisi transferatur post Oct. Assumpt.

In 2. Vesp. omnia erunt de communi Conf. non Pontif. præter Orationem propriam, & fit Commem. Dom. & Oct. Assumpt.

Si Festum S. Joachim occurrit ²⁸ 16. hujus, in 2 Vesp. fiet Commemor. sequentis diei Oct. S. Laurentii, uti dicetur sequenti die num. 2. Si post Festum S. Joachim sequatur dies Octava Assumptionis, nihilominus 2. Vesp. erunt de S. Joachim cum Commemoratione Octavæ Assumptionis, ut in 1. Vesp. Festi, deinde Dom. occurrentis, & tandem Sanctorum simpliciunt Timothei &c. ut dicetur 21. hujus.

Missa propria, Commem. Domin. & Oct. Assumpt. ac S. Laurentii, si sit dies 16. Aug. vel S. Simplicis, si occurrat. Credo propter Octavam Assumptionis, & Dominicam: (Unde si transferatur post Octavam, non dicitur *Credo*. Vide Caval. tom. 2. c. 31. in d. 1. nu. 4. & tom. 5. c. 12. n. 60. alias per errorem 61.) & ejusdem Dom. dicetur Evang. in fine Missæ. Præf. de Assumpt. B. V. nisi transferatur post Oct. Assumptionis.

Si legatur Missa ex Missalibus antiquioribus, ubi adest Tractus, omitteratur, ut tempori Missa congruat. dicetur itaque Graduale: *Dispersit*, cum suo versu: *Potens*; & omissio Tractu, dicentur duo *Alleluja*, cum versu: *O Joachim*; cum uno *Alleluja* in fine, prætermisso primo versu Tractus, utpore minus proprio. Caval. tom. 2. c. 31. in d. 1. nu. 4. Col. param. alb.

Nota: Festum S. Joachim olim 30 celebratum fuisse die 20. Martii, atque adeo infra tempus Quadrage-

simale; unde ea die ponit illud Gavant. l. cit. Et in Martyrologiis, Breviariis, & Missalibus paullo antiquioribus ita habetur. Deinde vero anno 1738. die 3. Octobr. translatum fuit a die prædicta ad Dominicam infra Octavam Assumptionis, ob rationem, quæ in Decreto sequenti significatur: *Cum enixe, ac sacerdos Sacra Cæsarea Majestas instituerit, ut Festum S. Joachim, perinde ac S. Anne Conjugis, effet in Ecclesiæ universalis de præcepto: S. R. C. remature, nec semel discussa, ita denique censuit annuendum, ut ne Festa de præcepto multiplicentur, debitus tamen honor Genitori Matris Dei non denegetur, Festum ejusdem S. Joachim a die 20. Martii ad Dominicam post Assumptionem B. Virginis ejus Filiae transferatur, in eaque sub ritu dupl. majori, ut & Festum S. Anne Conjugis sub eodem ritu deinceps celebretur.* S. R. C. 20. Septembr. 1738. in una Urbis, & Orbis approbante Sanctissimo die 3. Octobr. apud Caval. tom. 2. c. 31. d. 1.

31 Ubi Dominica infra Octavam Assumpt. fit perpetuo impedita Festo altioris ritus, est assignanda alia dies Festo, seu Officio S. Joachim; Non potest autem alignari prædicta

dies 20. Martii, aut alia ante Festum Assumptionis, sed post hujusmodi Festum. In diem vero, in qua reponitur Officium S. Joachim, non est similiter transferenda obligatio audiendi Missam, & abstinendi a servilibus. Constant hæc ex sequenti Decreto: *Faciendum est Officium in Regno Poloniæ Dominica infra Octavam Assumptionis, de S. Hyacintho, quod est primæ classis, assignata firma die Officio S. Joachim, cuius Festum non fit de præcepto, quia translato Officio, non transfertur Festum, neque ejus Festum potest celebrari ante Dominicam infra Octavam Assumptionis.* S. R. C. 22. April. 1741. in Vilnen. apud Caval. tom. 2. in append. ad cap. 25. Decr. 3. *Translatto Officio, non transfertur Festum:* Vide dicta 25. Martii art. 2. Sect. 2. subl. 4. n. 42. Nec Officium potest reponi in alia Dominica; vide dicta 23. Januarii art. 1. n. 2. fine, & dicenda in Append. ad calcem Diar. c. 1. §. 2. nu. 20. In Regno autem Poloniæ Festum S. Joachime celebratur sub ritu dupl. primæ classis in Dominica secunda post Octavam Assumptionis ex concessione speciali. Vide dicenda 8. Septembr. art. 2. Sect. 1. subl. 1. n. II.

C A P U T X V I .

N O T A N D A X V I . A U G U S T I .

EXPLICANTUR . ARTICULIS III.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*Art. II. *De Missa.*Art. III. *De Indulgentiis.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canoniciis.

ut in 1. Vesp. Festi, Oratio autem propria . Commemoratio præcedens, & Octavæ Assumptionis .

Si hodie fuerit Dominica, transfertur Officium S. Hyacinthi , & fit de S. Joachim dupl. maj. secundum dicta die præced. art. 2. Sect. 2. Subs. 2. In eo casu , in Laudibus fit Commemoratio Dom. Octavæ Assumpt. ac S. Laurentii . In 2. autem Vesp. fit Commemor. de sequ. die Oct. S. Laurentii cum Antiph. & v. ex 1. Vesp. Festi , & Or. Excita Domine , ut in Brev. 17. hujus ; deinde Dominicæ , postea Oct. Assumpt. Rubr. Brev. post Officium Assumpt.

Alicubi hodie fit de S. Rocho Conf. pro quo notanda sunt sequentia . Officium , & Missa S. Rochi conceditur tantum in Ecclesiis ad ejus honorem Deo dicatis . S. R. C. 16. Junii , & 26. Novembr. 1629. In Martiten. apud Caval. tom. 1. c. 2. d. 1. Gavantus etiam in Rubr. Brev. Sect. 7. c. 10. ad 15. Aug. haec habet : Dubitatum fuit : an Officium de B. Rocho nondum canonizato , neque a Sede Apostolica Beatificato , post Alexand. III. defuncto , anno 1327. in Concilio Constantiensis anno 1414. inter Beatos babito , tecituri posse ? & negotio mature discussso , Sacra Rituum Congreg. censuit , concedendam esse Missam ,

IN Calend. Rom. S. Hyacinthi Conf. dupl. lect. 1. Noctur. de Script. occur. Rubr. Brev. bic , & juxta aliam Rubricam , quæ posita est in eodem Brev. ante Dop. 3. August. licet ibi fiat mentio tantum de die Octava S. Laurentii , & de Festo S. Bernardi ; eadem enim est ratio in his tribus Festis , ut animadvertis Gavantus hic. Vide dicta 1. par. hujus mensis §. 3. num. 4. lect. 2. Noct. propr. 3. Noctur. & Orat. de communii Conf. non Pontif. 1. loco . Reliqua de eodem communi , & in Laudib. fit Commemoratio Octavæ Assumpt. ante Commem. S. Laurentii , etiam in Ecclesia propria laudati Sancti . Vide dicta 15. hujus art. 2. Sect. 1. Subs. 1. num. 18. In fine hymnor. Jesu tibi : hymnorum videlicet ejusdem metri . Ad Primam in & br. Qui natus . propter Oct. Assumpt. & similiter in reliquis diebus infra eamdem Oct. in simili casu , ut suo loco dictum , & explicatum est . In hymno Iste Confessor , An dicendum sit meruit supremos ? Vide 3. Decembr. nu. 4. fine . In 2. Vesp. a Capitulo de sequenti die Octava S. Laurentii dupl.

sam, & Officium in ejus die Feso in Ecclesiis dumtaxat, & Eremitorii habentibus requisita Ecclesiarum, in honorem ejusdem Deo dicatis, non extra dicta loca. Die 4. Julii: & clarius die 26. Novembris 1629. Item apud Caval. l. cit. n. 18. allegatum Decretum sic Benedictus XIV. expedit: Cum actum fuisset pluries in Sacrorum Rituum Congregatione de concedenda Missa, & Officio in Feso S. Rochi, qui penes omnes Christi fideles in maxima veneratione semper est habitus; tandem sub die 30. Junii 1629. eadem Sacra Congregatio, negotio mature discusso, censuit, esse concedendam Missam, & Officium in die S. Rochi de communis Confessoris non Pontificis in iis tantum locis, ubi adsumt Ecclesia in ejus honorem edificate, & servatis Rubricis Breviarii. Quod Decretum Summus Pontifex Urbanus VIII. approbavit, atque laudavit die 4. Julii 1629. veluti habetur apud Pignatellum Consult. 87. n. 41. to. 4. teste Caval. l. cit. Rursus S. R. C. 10. Januarii 1693. statuit, ut sequitur: De S. Rocho, licet ejus Festum servetur ex devotione, attamen non potest de eo recitari Officium, & celebrari Missa, nisi in propriis Ecclesiis eidem Sancto dicatis, ex concessione S. R. C. die 4. Junii 1629. & clariss die 20. Novembris ejusdem anni 1629. & tunc dicendum est Officium sub ritu duplice prime Classis. Ita S. R. C. 10. Januarii 1693. in una Galliarum. Apud Caval. cit. c. 2. d. 7. & apud Merat. hic, & in ind. Deer. Brev. n. 183.

Ad hæc, animadvertisendum est, quo ad Officium S. Rochi, quod dicitur concessum in ejusdem Ecclesiis tantum recitari: sensum non esse: ut Officium recitari valeat

dumtaxat intra parietes ipsius Ecclesiarum; adhuc enim extra rite valet recitari ab iis, qui sunt de gremio ejusdem Ecclesiarum, vel per obligationem ad Chorum, licet huic in eo Feso minime intersiat, aut quia eam titulo Beneficii possident. Caval. in cit. d. 1. n. 29. Item si S. Rochus, alicubi foret Titularis Ecclesiarum Cathedralis, ly tantum in recitato Decreto positum minime excluderet omnes de Diœcesi a recitatione Officii, & Missæ celebratione. Idem dicendum est, ubi foret loci Patronus. Vide Caval. in cit. d. 1. n. 39. Notandum insuper est: prædicta Decreta procedere in casu, quo non habeatur specialis facultas recitandi Officium, & celebrandi Missam laudati Sancti etiam extra prædictas illius Ecclesiæ, seu loca. Vide Caval. in cit. d. 1. nu. 24. Denique animadvertisendum est: Sancto Rocho etiam in Ecclesia propria non esse concedendas primas Vesperas; sed in præcedenti Feso Assumptionis B. V. 2. Vesp. erunt de eodem Feso Assumpt. utpote digniori, cum Commemorat. S. Rochi. Vide Caval. tom. 2. c. 28. in d. 2. nu. 1. & recole dicta præcedenti die n. 18.

ARTICULUS II.

De Missa.

IN Feso S. Hyacinthi Conf. dupl. & Missa Os justi, de comm. Conf. non P. i. loco cum Commem. Octavarum Assumpt. & S. Laurentii. Credo propter Oct. Assumpt. & Praef. de B. V. Col. param. alb.

Si hodie sit Dominica, dicitur 5 Missa de S. Joachim Conf. dupl. maj.

maj. ut in prop. Quemadmodum explicatum est die præced. art. 2. Se&t. 2. Subs. 2. n. 29. Commem. Dom. & Oct. Assumpt. ac S. Laurentii. Credo propter Dom. & Oct. Assumpt. Præfat. de Assumpt. & in fine Missæ Evang. Dominicæ.

tes Sacerdotes a celebratione Missæ de S. Rocho in Ecclesiis ejusdem, vel adnexit. Decretum enim absolute, & simpliciter, nemine excluso, facultatem facit di&am Missam celebrandi; & privilegio non personam aliquam, sed Ecclesiæ decorat in gratiam occurrentis Titularis. Ita Caval. qui etiam videri potest pro aliis dubiis, si quæ occurrant circa supra dicta Decreta S. C.

ARTICULUS III.

De Indulgentiis.

YN Festo S. Hyacinthi Indul. plen. 7 in quavis Ecclesia Patrum Prædicatorum. Paulus V. Constitut. 84. pag. 702. to. 5. Bullar. ejusd. Ord. apud Plaz. hod.

C A P U T XVII.

N O T A N D A XVII. A U G U S T I.

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

ARTICULUS I.

De Horis Canonicis.

¹ YN Calend. Rom. dies Octava S. Laurentii dupl. lect. 1. No&t. de Script. occurr. (Vide dicta 1. par. hujus mensis §. 3. nu. 4.) lect. 2. & 3. No&t. & Orat. propr. reliqua ut in Festo. In Laudib. Commemoratio Assumpt. cuius ratione in fine hymnorum *Iesu tibi*. Ad Pri-

mam in R. brev. *Qui natus*. In 2. Vesp. Commemor. Assumpt. & sequentis simplicis S. Agapiti M. Or. propr. Si autem sequatur Dominica, fiat, ut diximus 15. hujus art. 2. Se&t. 2. Subs. 1. n. 23.

Si hodie fuerit Dominica; Fustum S. Joachim, quod dictum est celebrari in Domin. infr. Oct. Assumpt. transfertur in sequentem Ferriam secundam; quia hodie agendum est de die Octava S. Laurentii

tii cum Commemoratione Domini-
cæ, & O&t. Assumpt. in 1. Vesp.
& laudib. & 9. le&t. de Homil. Dom.
In 2. Vesp. omnia dicuntur de S.
Joachim cum Commemor. præced.
diei Octayæ S. Laurentii, Domini-
cæ occurrentis, Octavæ Assumpt. &
S. Agapiti M. Rubr. Brew. ante Dom.
infra Cet. Assumpt.

ARTICULUS II.

De Missa.

TN die O&t. S. Laurentii dupl. Mis- 3
sa propr. Commemor. Assumpt.
Credo. Rubr. gen. Miss. tit. 11. pro-
pter Octav. Assumpt., & Præf. de
Assumpt. B. V. Si occurrat Domi-
nica, fit de ea Commem. ante Oct.
Assumpt. & legitur ejusdem Dom.
Ev. in fine. Col. param. rub.

CAPUT XVIII.

NOTANDA XVIII. AUGUSTI,

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

- Art. I. *De Horis Canoniciis.*
Art. II. *De Missa.*

ARTICULUS I.

De Horis Canoniciis.

- 1 **T**N Calend. Rom. de die infr. Oct.
Assumpt. B. V. omnia ut in Fe-
sto, sed Lectiones propr. ut in quar-
ta die infra Oct. 9. le&tio de S. A-
gapito M. & ejusdem Commem. in
Laudib. Or. propr. 2. Vesp. de die
infra Octav. Assumpt. Si tamen ho-
die sit Sabbatum; fiat ut dictum est
die 15. hujus n. 22.
- 2 Si autem hodie sit Dominica in-
fra Oct. Assumpt. fit de S. Joachim
cum Commem. Dom. & O&t. Af-
sumpt. ac S. Agapiti. Vide dicta
15. hujus art. 2. Se&t. 2. Subs. 2,
8, 25. & 27.

ARTICULUS II.

De Missa.

MISSA de Assumpt. secundum di- 3
cta 15. hujus art. 2. Se&t. 1.
Subs. 2. n. 20. Secunda Or. S. Aga-
piti M. 3. de Spir. S.

Si autem hodie sit Dom. legitur 4
Missa de S. Joachim cum Comm.
Dom. & O&t. Assumpt. ac S. Aga-
piti. Præf. de Assumpt. & Evang.
Dom. in fine. Vide dicta 15. hujus
art. 2. Se&t. 2. Subs. 2. n. 29.

CA.

C A P U T X I X.

N O T A N D A X I X. A U G U S T I.

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I I.

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missis.*

Art. III. *De Indulgentiis.*

A R T I C U L U S I.

De Horis Canonicis.

I N Calend. Rom. de die infra Oct. Assumpt. (nisi sit Dominica , in quo casu fit de S. Joachim ut dictum est 15. hujus n. 25. & 27.) Lectiones omnes ut in quinta die , reliqua ut in Festo. Vesp. de sequ. Festo S. Bernardi Ab. dupl. ut in Communi Conf. non Pont. Or. Intercessio de communi Ab. & Commem. Assumpt. nisi sequatur Dominica , quo casu fit , ut dictum est 15. hujus n. 22.

A R T I C U L U S I I.

De Missis.

X MISSA de Assumpt. secundum di. 3 IV. & da 15. hujus art. 2. Sect. 1. Subs. 2. n. 20. nisi sit Dominica , quo casu fit , ut dictum est 15. hujus n. 29.

A R T I C U L U S I I I.

De Indulgentiis.

X N Festo S. Ludovici Episcopi To- 3 losani Indulg. plen. in Ecclesiis Fratrum Minorum S. Francisci. Innoc. X. Const. 90. pag. 146. T. 8. apud Plaz. hod.



C A P U T X X.

N O T A N D A X X. A U G U S T I.

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I.

De Horis Canoniciis.

VN Calend. Rom. S. Bernardi Ab.
A dupl. min. lect. 1. Nocturni de
Script. occur. (Vide dicta 1. part.
hujus mensis §. 3. n. 4. & die 16.
hujus art. 1. nu. 1.) Lect. secundi
& 3. Noctur. ut in propr. Reliqua
de communi Conf. non Pontif. Or.
Intercisso de communi Ab. Commem-
oratio Assumptionis , in fine hy-
mnor. *Jesu tibi* ; qui sint ejusdem
metri , & in R. br. ad Primam V.
Qui natus . In 2. Vesp. a Capit. de
sequen. Festo S. Johannæ Franciscæ
Fremiot Viduæ , dupl. de communi
nec Virg. nec M. Or. propr. Com-
mem. præced. & Oct. Assumpt. si
autem sequatur Dominic. Vesperæ

de seq. Festo S. Joachim. Comm.
præc. & Dom. & Oct. Assumpt. Vi-
de dicta 15. hujus n. 22.

Si hodie fuerit Dominica infra 2
Oct. Assumpt. agendum erit de S.
Joachim ; Festum vero S. Bernardi
transfertur. Rubr. Brev. ante Dom.
infra Oct. Assumpt. Vide dicta 15.
hujus n. 25. & 27.

A R T I C U L U S I I.

De Missa.

VN Festo S. Bernardi Ab. dupl. 3
Missa Or justi , de communi Ab.
sed Epist. *Iustus cor suum* , ut in
Missa de communi Doctor. 2. lo-
co , & Commem. Assumpt. *Credo*
propter Oct. & Præf. de Assumpt.
Col. param. alb. Si sit Dominica ,
fiat , ut dictum est 15. hujus n. 29.



C A-

C A P U T . X X I .

N O T A N D A X X I . A U G U S T I .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I .

A r t . I . *De Horis Canoniciis.*

A r t . II . *De Missa.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canoniciis.

¶ **T**N Calend. Rom. S. Johanna. Franc. ciscæ Fremiot Vid. dupl. ex Clem. XIV. 2. Septembr. 1769. lect. 1. Noct. de Script. occurrit. Vide dicta 1. par. hujus mensis §. 3. n. 4. & item dicta 16. hujus art. 1. nu. 1. Lect. secundi Noctur. & Or. propr. reliqua de communi nec V. nec M. & Commemoratio Octavæ Assumpt. (si autem hodie sit Dominica, Festum S. Johannæ transfertur, & recitatur de S. Joachim, fitque, ut dictum est 15. hujus n. 27.) Vesperæ de sequenti Festo digniori, hoc est de die Octava Assumptionis B. V. ut in 1. Vesp. Festi, & Comm. præcedentis Festi S. Johannæ, ac sequentis festi simplicis S. S. M. M. Timothei, & Soc. Or. propr.

2. *Dies Octavarum Assumptionis, Nativitatis, aliarumque Festivitatum B. M. V. Octavam babentium, concurrentes cum Officio dupli minori, babere debent integras Vesperas, ut disponit Rubrica ultinæ posita in Officio Octavæ Conceptionis, si concurrat cum S. Lucia. S. R. C. 1. Martii 1681. in una Canon. Regul. ad 3. dub. apud Caval. to. 2. c. 18. d. 11. & confirmatum fuit in Decreto sequenti: Quæcumque dies Octava B. Mariae*

*Virginis debet babere integras utrasque Vesperas in concurrentia cum Officio dupli minori. S. R. C. 11. Aug. 1691. in Romana dubior. apud Caval. loc. cit. d. 12. Confer Merat. to. 2. Sect. 3. c. 8. nu. 20. & 21. Dicitur: *Utrisque Vesperas in concurrentia: hoc est, sive aliud Festum duplex minus concurrat cum sequenti die Octava B. V. sive dies Octava B. V. concurrat cum sequenti alio Festo dupli minori: porro concurrentia Officii attenditur in 2. Vesp. ex Rubr. gen. Brev. tit. 11. de concurr. num. 1. Illud autem dispositum est ratione majoris intrinsecæ dignitatis laudatae Dei Genitricis. Caval. in d. 11. n. 2. & in d. 12. n. 1. & 2. Aliter vero dicendum, si sequatur, vel præcedat Festum duplex majus; de dupli enim minori sermo est in Decretis allegatis: ut animadvertis Caval. in cit. d. 12. nu. 2. Eo igitur casu sola Commemoratio fit de die Octava B. V.**

Itaque si hodie sit Dominica, fitque celebratum Festum S. Joachim 2. Vesp. erunt de eodem Festo; omnia ut in Comm. Conf. non Pontif. sola Oratio propria. Commemoratio diei Oct. Assumpt. ut in 1. Vesp. Festi (confer dicenda 15. Sept. n. 2.) deinde Dominicæ concurrentis, denique S. S. Martyrum Timothei, & Soc. Or. propr.

ARTICULUS II.

De Missa.

4 IN Festo S. Johannæ Franciscæ Vi-
bi duæ dupl. Miss. ut in proprio,

& fit Commemoratio Oæ. Assumptionis, cuius ratione dicitur *Credo*. Et Præf. de B. V. vide dicta 15. hujus art. 2. Sect. 1. Subs. 2. Col. param. alb. Si autem sit Dominica, fiat, ut dictum est 15. hujus num. 29.

C A P U T XXII.

N O T A N D A XXII. A U G U S T I.

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*Art. II. *De Missa.*

ARTICULUS I.

De Horis Canoniciis.

3 IN Calend. Rom. dies Octava Assumpt. B. M. V. dupl. min. lectio propria, reliqua ut in Festo; g. lectio, & Commem. S. S. M. M. Timothei, & Socior. Orat. propri. Diximus die precedentis n. 2. dies Octavas Festivitatum B. V. habere integras Vespertas, si concurrant cum dupliet minori: itaque 2. Vesperæ de eadem Octava Assumpt. & Commemoratio sequentis Festi duplicis minoris S. Philippi Benitii Conf. Or. propri.

2 Si dies Octava Assumptionis fuerit Dominica, Festum S. Joachim, quod celebrandum est in Dominiea infra Oæ. Assumptionis, transfertur ad primam diem non impeditam; & hodie fit Officium de die Octava Assumptionis cum nona lect. de Hom. Dom. & eiusdem Commemoratione ac S. S. M. M. Timothei, & Soc. Vide dicta 15. hujus num.

26. In 2. Vesp. autem fit Comm. seq. dupl. & Dom. præc.

Etsi Vigilia S. Bartholomæi Ap. 3 Romæ, & in quibusdam aliis locis celebretur die 24. hujus: alibi autem celebratur die 23. Quapropter ubi prædicta Vigilia celebratur sequenti die 23. in lectiōne Martyrologii anticipentur ea, que de Vigilia S. Bartholomæi habentur in Martyrol. Roman. sub die 24. Vide Gavant. in Rubr. Br̄v. Sect. 5. c. 21. n. 10. & Sect. 7. ad diem 23. Aug.

ARTICULUS II.

De Missa.

4 die Oæ. Assumpt. dupl. Missa ut in Festo, & fit Commemoratio S. S. M. M. Timothei, & Soc. *Credo*, & Præf. de B. V. *V.* Et se in Assumptione. Si occurrat Dominica, fiat Commemoratio ejus ante Commemorationem Festi simplicis, & illius Evang. legatur in fine. Col. param. alb.

C A.

C A P U T X X I I .

N O T A N D A X X I I . A U G U S T I .

EXPLICANTUR ARTICULIS V.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De Jejunio.*

Art. IV. *De Indulgentiis.*

Art. V. *Notanda pro Decretis, & Constat. Pontific. legendis.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canoniciis.

1. VN Calend. Rom. S. Philippi Benitii Conf. dupl. ut in communione Conf. non Pontif. Or. propri. lect. 1. Noct. de Script. occurr. 2. Noct. propri. 3. Noct. *Nolite timere*, ut in eodem communi 2. loco. 9. lectio legitur de Vigilia S. Bartholomaei Ap. ubi Festum illius celebratur die 24. sequenti; nona itaque lectio de Homilia in Evangel. *Hoc est præceptum meum.*, ut in communione Sanctorum in Vigil. Apostol. cum Commemoratione ejusdem Vigilie in Laudibus. Antiphona, & v. de Feria occur. ut in Psalter. Or. ut in Breviario hodie. Vespere de sequenti Festo S. Bartholomaei Ap. dupl. 2. el. ubi Festum ejus celebratur proxime sequenti die, ut in communione Ap. Or. propria, & Commemoratio præcedentis Festi S. Philippi Benitii: de quo tamen erunt integras 2. Vesp. ubi Festum S. Bartholomaei celebratur die 25.

2. Ubi Festum S. Bartholomaei Ap. celebratur die 24. Aug. ibi in Lectio Martirologii annuncietur hodie prima loco Festum laudat S.

Apostoli: atque adeo anticipentur ea, quæ in Martyrologio Romano usus Romano accommodato, habentur die 25. de Festo S. Bartholomaei. An autem similiter fieri possit, ubi simile in aliis insuper Sanctorum accidat Festis? Vid. Cavalto. 2. par. 2. c. 37. in d. 2. n. 3. & 5. Gavant. in Rubr. Brev. Sect. 5. & 21. nu. 9. & 10. Merat. ibi num. 3. & notata a nobis 19. Februari.

Officia ferme in mense, vel hebdomada recitari concessa, prohibentur in Vigiliis sive cum jejunio, sive absque jejunio ex Deccr. S. C.R. Vid. lib. 2. par. 1. c. 2. n. 3.

A R T I C U L U S I I .

De Missa.

FN Festo S. Philippi Benitii Conf. dupl. Missa *Iustus*, ut in communione Confess. non P. 2. loco, Or. propri. & Commem. Vigil. S. Bartholomaei Ap. tibi hæc hodie celebratur, & ejusdem Evangelium in fine Missa. Cot. parament. alb. In Missa de Vigilia S. Bartholomaei Ap. vet in qua fiat de eo Commemoratio, inclinetur caput in Canone in Ora-

Oratione Communicantes, ad ejus nōmen, & ubicumque nominetur, ex Rubr. Miss. de rit. celebr. tit. 5. n. 2. Vide dicta 18. Januar. art. 2. n. 27. & dicenda 20. Decembr. n. 5.

5 In Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis occurrente Festo duplici, aut semiduplici, aut Octava in Vigiliis cantantur duæ Missæ, pro quibus Missis Conventualibus videri debent dicta l. i. c. 2. qu. 6. & Interrog. sequentib. ac dicenda tr. 2. lib. 4. part. 1. cap. 4. qu. 1. & duab. sequentib. Octavæ nomine intelligitur hic ipsa tantum dies Octava, non item qualibet dies infra Octavam; vide dicta 27. Junii art. 2. n. 6.

ARTICULUS III.

De Jejunio.

6 INTER sermones ad Fratres in Ere-
mo, qui nomine Augustini cir-
cumferebantur, quosque vult Christianus Lupus relatus a Merato to.
2. Se&t. 3. c. 6. num. 1. fine, esse
Auctoris, qui floruerit saeculo unde-
cimo; sermone 25: fine dubitatur:
an Festum S. Bartholomæi Ap. ha-
beat Vigiliam, seu jejuniū; dici-
tur enim ibi: *Bartholomaeus etiam Vi-*
giliam non videtur habere, eo quod
una dierum fuerit decoriatus, & se-
quenti die obiit; & sic si haberet Vi-
giliam, operteret, quod esset in tertia
die: quod est contra normam aliorum
jejuniorum. Ita in sermone prædicto.
Similiter loquitur Joannes Beleth de
Divin. Offic. c. 11. circa medium;
id ipsum dicit Durandus in Ration.
Divin. Officior. lib. 6. c. 7. nu. 17.
quamvis præcedenti num. 16. initio
admittat Vigiliam, seu jejuniū in
Vigilia S. Bartholomæi, non tamen

ex institutione juris communis, sed
ex convenientia quadam, & consuetudine. Etiam Paludanus in 4. di-
stinct. 15. quest. 4. art. 3. concil. 2.
docuit: in peregrinatio S. Bartholomæi
Ap. jejuniū vim non habere præ-
cepti, nisi ubi fuerit usū, consuetu-
dineque receptum. Denique ipsemet
Innocentius III. relatus in C. Confu-
llo. de observat. jejunior. sic scribit
Archiepiscopo Bracharense: *Consula-*
tioni tuae taliter respondemus, quod a-
mnum Apostolorum Vigiliæ sunt in
observatione jejaniæ celebrandæ, præter
Vigilias Apostolorum Philippi, & Ja-
cobi, & Beati Joannis Evangelista:
quoniam ipsorum solemnitas infra so-
lemnitatem Paschalem, istius autem
infra Natalem Domini celebratur . . .
de Festivitate vero Beati Bartholomæi
Apostoli, de cujus celebratione dubia-
tas oritur apud quosdam, respondemus,
quod in hoc consuetudinem tuae Regio-
nis observes.

Sed dicendum est: in Vigilia S. Bartholomæi Ap. esse obligationem
gravem jejunandi ex jure communi,
& præcepto universali; vide dicta
23. Februar. art. 3. Se&t. 1. n. 20.

Ad allegatum vero in contrarium
Innocentii Pontificis testimonium,
quod præ alijs oppositis auctoritatibus
urgere videtur, responderi pos-
test primo, dicendo: ibi non esse
sermonem de jejunio, sed de Festivi-
tate S. Bartholomæi; non enim
dicitur: de jejunio, sed de Festivi-
tate &c. Dubium videlicet ortum
fuerat, quanam die celebranda suis-
set; 24. an 25. Augusti? Alii enim
celebrabant die 24. alii vero die 25.
ut indicabimus infra, & videbimus
sequenti die art. 1. ob rationem tra-
dendam ibidem. Ad hujusmodi ve-
ro dubium Pontifex respondit: con-
sue-

suetudinem locorum esse servandam : & ita predictam C. inteligit Baro-
nius in not. Martyrologii Rom. ad
diem 25. Aug. Verum quia Glossa
ibi in V. *Conflitum*, significat , qua-
stionem fuisse de jejunio ; & du-
biūm : an simpliciter esset jejunan-
dum in Vigilia S. Bartholomaei , si-
ve hac die 23. sive sequenti 24. ea
celebraretur ? Dici potest 2. in illa
Regione prefati Archiepiscopi Bra-
charensis fuisse fortasse consuetudi-
nem legitimam non jejunandi in Vi-
gilia S. Bartholomaei : & Pontificem
illam tantummodo permisisse con-
suetudinem particularem ; non au-
tem declarasse , in Vigilia S. Bar-
tholomaei jejunandum de jure com-
muni non esse . Porro in allegato
Capite affirmatur n. Celebrandum es-
se jejunium in Vigiliis *Apostolorum
omnium* : exceptis tribus : Sandorum
videlicet Philippi , Jacobi minoris ,
& Joannis , ob rationem significa-
tam ; iam vero , ut Glossa ibi in V.
omnium Apostolorum : observat , &
arguit : *Qui omnium dicit , nihil ex-
cipit , nisi tres Vigilias , que seque-
ntur . Ergo in omnibus aliis est jeju-
nandum , nisi consuetudo contraria sit.*
Ita Glossa .

7 Nota hic , quod etiam die prece-
denti significavimus : Romæ , & ali-
bi non hac die 23. sed sequenti die
24. esse Vigiliam S. Bartholomaei :
quia ibi Festum ejusdem celebratur
die 25. Rationem dabimus sequenti
die art. 1. An autem teneatur Ro-
mæ hodie jejunare , qui cras ex ea
Romam suetus sit in loco , ubi je-
junium hujus Vigilie preterierit ?
Vide dicta 23. Julii art. 3.

ARTICULUS IV.

De Indulgentiis.

INDULG. plen. ob. Festum S. Phi- 8
lippi Beniti in Ecclesiis Patrum ,
& Monialium Ordinis Servorum Ma-
tris Dei . Clem. X. Condit. 102.
pag. 170. to. 7. apud Plaß. hed.

ARTICULUS V.

Not. pro Decretis , & Constitutionibus Pontificis legendis.

NOTAMUS tamquam opportuniōi 9
loco : quod in Feria sexta post
Octavam Assumptionis legendum sit
a Regularibus in publica Mensa ,
vel in Capitulo , ad hoc specialiter
convocato , Decretum Urbani VIII.
incip. *Sanctissimus* , adversus hæreti-
cam pravitatem . Item eadē Feria
sexta ab iisdem Regularibus in ea-
dem publica Mensa , vel in dicto
Capitulo , ad hoc specialiter conve-
cato , legendum est Benedicti XIV.
Decretum sub die 5. Aug. 1745.
incip. *Sanctissimus* , adversus Sacerdo-
tes sollicitantes ad torpia in actu Sa-
cramentalis Confessionis , sive illius
occasione , aut praetextu ; vel Sacri-
ficio Missæ abutentes ad Sortilegia .
Est inter laudati Pontificis select.
Constit. par. 1. n. 42.

Tempus autem publicationis su-
pradieti Decreti Urbani VIII. ab
eodem Pontifice , & ex Decreto S.
C. Inquisit. Rom. die 11. Februar.
1638. fuit extensum , & promulga-
tum pro omnibus Regularibus per
totum residuum mensis Augusti : ut
refert Felix Potestas in exam. Con-
fessar. to. 2. par. 2. c. 6. qu. 3 . n.

237. & Lucius Ferraris in sua Biblioth. tom. 8. edit. 3. Bonon. in primo suppl. V. *Confessarius* num. 4. fine.

Utrum sint suspecti de hæresi ,

ac denunciandi Inquisitoribus fidei, qui hujusmodi Decreta legere omittant, aut legi impediunt? Examinabimus tr. 2. in Dom. 1. Quadrages. Sect. 4. Subs. 2. §. 2. qu. 23. & 24.

C A P U T X X I V.

N O T A N D A XXIV. A U G U S T I.

EXPLICANTUR ARTICULIS III.

Art. I. *De observantia Festi S. Bartolomai Apostoli.*

Art. II. *De Horis Canoniciis.*

Art. III. *De Missa.*

A R T I C U L U S I.

De Observantia Festi S. Bartholomei Apostoli.

1. FESTUM S. Bartholomæi Ap. ex præcepto universali. Constat ex Constit. Urbani VIII. incip. Universa. Quam allegavimus die 1. Januar. n. 1. in ea describuntur Festa ex obligatione gravi universalis in foro servanda, inter quæ ponitur Festum S. Bartholomæi; vide etiam dicta 24. Februar. n. 1. & 2.
2. Nota hic: quod licet præceptum celebrandi Festum S. Bartholomæi Ap. communiter obliget pro hac die 24. at Romæ, & in quibusdam alijs locis celebratur sequenti die 25. ibique tunc obligabit præceptum. Igitur extra Romam, & quædam alia loca, Romanæ Urbis sequentia morem, obligat hodie hoc præceptum, vel quia extra Urbem celebratur dies, quo Sanctus Bartholomæus perpessus est; in Urbe vero dies, quo obiit; quod affirmat, &

dicit, esse melius, Durandus in Ration. lib. 6. c. 7. nu. 17. fine; Ferunt enim, laudatum S. Apostolum die hac 24. Augusti fuisse decoratum; at vero in eo tormento hac ipsa die minime mortuum fuisse, sed ex eo sequenti die defecisse. Vel quia ita est consuetudine introductum, ut Autores dicunt, teste Suarez de Relig. tom. 1. tr. 2. lib. 2. c. 9. n. 18. Vel certe, ut ipse eximius Doctor putat, quia Romana Urbs peculiari aliqua ratione ad hunc diem immutandum ducta est: fortasse enim, ait Suarez, sequenti die 25. Corpus S. Bartholomæi Romanæ est defatum. Et quidem scribit, affirmatque Baronius in not. Martyrologii ad diem 25. Aug. Romæ die sequenti esse Festum S. Bartholomæi, eo quod Romani celebrent Sacri Corporis ejus translationem ab Othono secundo factam an. 983. ex Benevento in Romanam Insulam Lycaoniam. Noluerunt autem, ait Suarez, aliarum Ecclesiæ morem Pontifices immutare.

Ex

- 3 Ex his sequitur : Romæ , & in quibusdam aliis locis sequentibus-mo-rem Urbis , hodie esse jejuniūm Vi-giliæ S. Bartholomæi Ap. nisi o-ccurrat Dominica , ex generali regu-la , ex qua anticipatur in Sab. An autem extra Romam teneatur hodie jejunare , qui heri Romæ existens non jejunavit ? Vide 23. Julii art. 3.

ARTICULUS IL

De Horis Canonicijs.

- 4 **E**xTRA Romam , (& ea loca ;
quæ Urbis morem sequuntur ,
quoad diem , celebrandi Festum S.
Bartholomæi :) S. Barthol. Ap. dupl.
2. cl. Rubr. gen. Brev. tit. 9. n. 6.
O in duab. Tabell. excerpt. ex Rubr.
gen. Brev. Lect. 1. Noct. de com-
muni Ap. 2. & 3. Nocturn. & Or.
propr. reliqua de communi Ap. In
2. Vesp. Comm. de sequ. Festo S.
Ludovici Conf. semidup. Or. propr.
5 Ubi autem hodie est Vigilia S.
Bartholomæi . fit Officium de Vigi-

dia. Noctur. Fer. tres Lectiones, ut
in communi Vigil. Ap. Responsoria
de Feria currenti, & in Laudib. di-
cuntur preces Feriales flexis geni-
bus, Or. Da quasumus, ut in Brev.
heri. Rubr. Brev. bic. Vesperæ de
sequ. Festo S. Barthol. dupl. 2. cl.
de communi Ap. Or. propr.

ARTICULUS III.

De Missa.

VN Festo S. Bartholomæi Ap. du-
A pl. 2. cl. Missa propr. dicitur
*Credo. Rubr. gen. Miss. tit. 11. Præ-
fat. de Apolt. Col. param. rub.* In
Canone in Oratione *Communicantes*,
ad nomen Bartholomæi inclinetur
caput, similiter in Evangelio, &
ubicumque nominetur in Missa. *Ru-
br. Miss. de rit. celebr. tit. 5. nu. 2.
Vide dicta 18. Januar. art. 2. nu-
mer. 7.*

Ubi autem hodie celebratur Vigi- 7
lia S. Bartholomæi , dicitur Missa
de Vigilia ; & videantur dicta heri
art. 2.



C A P U T X X V.

N O T A N D A X X V . A U G U S T I .

EXPLICANTUR ARTICULIS III.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*Art. II. *De Missa.*Art. III. *De Indulgentiis.*

A R T I C U L U S I.

De Horis Canoniciis.

1 *Ubi Festum S. Bartholomaei Ap. celebratum est heri, hodie fit Officium S. Ludovici Regis Conf. itemid. Lect. 1. Noct. de Script. occurrit. 2. & 3. Noctur. & Or. propr. reliqua de communi Conf. non Pont. In 2. Vesp. Commemoratio sequentis Festi simplicis S. Zephyrini P. & M. Or. propr.*

2 *Petitum fuit a S. R. C. si Festum festivetur a populo, vel de pracepto, vel de devotione populi, ut S. Ludovicus in Gallia; utrum dici debeat tale Officium duplex major, & Lectiones primi Nocturni legi de communi, etiam si in proprio de Scriptura currenti assignetur? S. R. C. 10. Januar. 1693. in una Galliarum respondit: Festum S. Ludovici indultum de pracepto in Galliis, esse sub ritu duplicitate minori tantum, editis Decretis die 15. Mart. 1608. & 28. Nov. 1619, propterea non esse dubitandum, quin recitari debeant Lectiones, quae assignantur de Scriptura, approbatis propriis secundi, & tertii Nocturni sub die 23. Februarij. 1619. apud Caval. to. 2. c. 13. d. 5. & ibi n. 5. & apud Meritat. ind. Decr. Brev. n. 183. Vide dicta 26. Maii art. 1. n. 2.*

Ubi Festum S. Bartholomaei celebratur hodie, videantur dicta die precedenti. Romæ hodie est Festum laudati S. Apostoli ob rationem dictam heri art. 1. n. 2. Ubi Festum S. Bartholomaei celebratur hodie, de S. Ludovico fit die 26. sequenti; nisi tunc occurrat Dominica, & non celebretur sub ritu dupliciti. Itaque in 2. Vesp. S. Bartholomaei fiet Commemoratio sequentis semiduplicis S. Ludovici Conf. & sequentis simplis S. Zephyrini P. & M.

A R T I C U L U S II.

De Missa.

TN Festo S. Ludovici Conf. semi-dupl. Miss. propr. col. parament. alb.

Ubi celebratur hodie Festum S. Bartholomaei Ap. pro Missa videantur dicta die precedenti art. 3.

A R T I C U L U S III.

De Indulgentiis.

INDULG. Plen. in Festo S. Ludovici Regis in Ecclesiis Fratrum, & Monialium Ordinis S. Francisci. Clem. XI. Constit. 30. *Injunctiones nobis*, 23. Maii 1707. 1. par. Bullar. sui,

C A.

C A P U T X X V I .

N O T A N D A X X V I . J U L I I .

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

A T I C U L U S I .

De Horis Canoniciis.

1 *In Calend. Rom. S. Zephyrii P. & M. simpl. Noctur. Fer. occurrit lect. 1. & 2. de Script. 3. lect. & Or. propr. Reliqua de communi un. M. Vesp. de sequenti Festo S. Joseph Calasancii Conf. dupl. de communi Conf. non Pontif. Or. propr. In hymno: *Iste Confessor*, dic. *meruit supremos.**

2 *Ubi heri celebratum est Festum S. Bartholomaei Ap. recitatur hodie de S. Ludovico Conf. semid. cum 9. lect. de S. Zephyrino, & ejusdem Commemor. in Laudib. & in hymno: *Iste Confessor*, dic. *meruit supremos*, propter dicenda 3. Decemb. n. 3. Vesp. de sequenti Festo S. Joseph Calasancii, ut supra, & Commemor. praeced.*

3 *In Ecclesiis, in quibus celebratur Festum S. Bartholomaei die 25. Augusti cum Octava, vel quia est Titularis earumdem Ecclesiarum, vel ex alia ratione, sic per necesse Festum S. Ludovici sub ritu semiduplici venit celebrandum die 26. dicti mensis Augusti, secunda die infra Octavam S. Bartholomaei; quae fuit quando dies 26. sit dies Dominica, que non admittit semiduplicia, an in tali casu Officium S. Ludovici sit transferendum ad*

diem Lunæ immediate sequentem, licet sit impedita alio Officio semiduplici, nomine die 3. infra Octavam S. Bartholomaei, vel potius veniat transferendum post Octavam ejusdem Sancti Bartholomaei? Et responsum fuit: Servatur Rubrica 19. num. 5. de Translat. Festerum. S. R. C. 23. Martii 1709. in Perusina, apud Caval. to. 2. c. 20. d. 7. Rubrica autem allegata prescribit, quod Festum semiduplex occurrentis in Dominica infra Octavam, in qua Octava possit fieri de Festis occurrentibus etiam semiduplicibus, transferatur in immediate sequentem Feriam secundam cum Commemoratione Octavæ; si autem Feria secunda inveniatur ali Festo vel duplice, vel semiduplici impedita, tunc praedictum Festum semiduplex, veniens in Dominica, transferatur post Octavam; ita ut Festum semiduplex infra Octavam non transferatur, nisi in proxime sequentem diem. Confer dicta lib. 2. in Dominica art. 2. n. 21. & dicenda tr. 2. infra Oct. Ascens. n. 53. Jam vero ubi S. Bartholomaei Festum celebratur die 25. Aug. in iisdem locis Festum S. Ludovici censetur occurrentis die 26. in qua habet perpetuam sedem; si ergo in praedicta die occurrat Dominica infra Octavam communem non privilegiatam, transferendum esset in diem 27. proxime

sequentem, si ea impedita non foret, juxta Rubricam allegatam; at vero cum dies prædicta 27. proxime sequens nunc sit impedita Fœsto duplaci occurrente; & sequentes insuper dies similiter sint impediti occurrentibus Festis novem Lectionum; ideo in præfatis Ecclesiis, in casu prædicto, Officium S. Ludovici transferendum erit post Octavam S. Bartholomæi juxta Rubricam eamdem allegatam. Hic autem habes regulam generalem in similibus casibus observandam, ut animadvertis Caval. I. cit. n. 3. Qui tamen præfatis Ecclesiis in casu prædicto præscribit, transferendum Officium S. Ludovici in diem 27. proxime sequen-

tem,, quia, cum id scripsit, nondum erat impedita occurrente Officio duplici S. Joseph Calasanctii, quod est ex Clem. XIV. atque adeo illa Cavalierii assignatio non habet amplius locum.

ARTICULUS II.

De Missa.

IN Festo S. Zephyrini P. & M. &
A simpl. Missa *Sacerdotes Dei*, ut
in communi un. M. P. 2. loco. Or.
propri. Col. param. rub.

Si legatur Missa de alio Fœsto,
puta de S. Ludovico, in ea fieri
Commemoratio S. Zephyrini.

C A P U T XXVIII.

N O T A N D A XXVII. A U G U S T I.

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I .

Art. I. *De Horis Canonis.*

Art. II. *De Missa.*

ARTICULUS I.

De Horis Canonis.

I IN Calend. Rom. S. Josephi Cala-
sanctii Conf. dupl. ex Clemente
XIV. 19. Aug. 1769. Lect. 1. Noct.
de Script. occur. 2. & 3. Noct. &
Or. propri. reliqua de communi Conf.
non P. in hymno *Iste Confessor* dic.
meruit supremos. In 2. Vesp. a Cap.
de sequ. Fœsto S. Augustini Episc.

Conf. & Ecclesiæ Doctor. dupl. ut
in communi Conf. P. Antiphona ad
Magnif. *O Doctor.* Or. propri. Com-
mem. præced. & S. Hermetis M. Or.
propri.

ARTICULUS II.

De Missa.

IN Festo Sancti Josephi Calasanctii 2
A Conf. dupl. Missa propri. Col. pa-
ram. alb.

C A.

C A P U T . X X V I I I .

N O T A N D A . XXVIII. A U G U S T I .

EXPLICANTUR ARTICULES IV.

Art. I. An Festum S. Augustini sit ex præcepto servandum in foro?**Art. II.** De Horis Canoniciis.**Art. III.** De Missa.**Art. IV.** De Indulgentiis.

A R T I C U L U S I .

*An Festum S. Augustini Ep. sit ex
Præcepto servandum in foro?*

FESTUM S. Augustini Ep. & Ecclæ Doctoris non esse sub ultima obligatione universalis colendum in foro, diximus 12. Martii art. 1.
Vide ibi dicta.

A R T I C U L U S II .

De Horis Canoniciis.

IN Calend. Rom. S. Augustini Ep. & Conf. & Ecclesiæ Doctoris dupl. Leæt. 1. & 3. Noctur. cum Reæ. de communi Doctor. Pontif. 2. Noct. & Or. propr. reliqua de communi Conf. Pontif. Commemor. in Laudib. S. Hermetis M. Or. propr. In 2. Vesp. a Capit. de sequ. Festo Decollationis S. Joannis Baptiste dupl. ut in communi un. M. Antiphona ad *Magnif.* & Orat. propr. Commem. præced. Antiphona *O Doct.* & Commemor. sequent. Festi simplicis, hoc est S. Sabine M. us in communi Saæctæ Martyris tan-

tum; Oratio Deus, qui inter casera.

Ubi de S. Joanne recitentur 1. 3. Vesperæ integræ, ibi Antiphona Psalmorum erunt propriæ ut in Laudib. Psalmi autem consueti unius Martyr. reliqua ut supra, & juxta Rubr. gen.

A R T I C U L U S III .

De Missa.

IN Festo S. Augustini Ep. Conf. & Eccl. Doctor. dupl. Missa ut in proprio. Commemoratio S. Hermetis M. ut ibi. Dicitur *Credo. Rubr. gen. Miss. tit. II. Col. param. alb.*

A R T I C U L U S IV .

De Indulgentiis.

IN Festo S. Augustini Ep. & Eccl. Doct. Indulg. plen. in Ecclesiæ Patrum Augustinianorum, & Patrum Discalceatorum, ac Monialium ejusdem Ordinis. Clem. X. Constit. 88. pag. 158. tom. 7. apud Plaz. hods.

C A-

C A P U T X X I X.

N O T A N D A X X I X. A U G U S T I.

EXPLICANTUR ARTICULIS IV.

Art. I. An Festum Decollationis S. Joannis Baptista fit in foro servandum ex præcepto?

Art. II. De Horis Canoniciis.

Art. III. De Missa.

Art. IV. Notanda pro Voto.

A R T I C U L U S I.

*An Festum Decollationis S. Jo. Bapt.
fit in foro servandum ex præcepto?*

FESTUM Decollationis S. Jo. Bapt. non est de præcepto universalis servandum in foro; rationem habes 24. Junii art. 1. Sect. 1. qu. 2.

Mortuus est autem S. Joannes Bapt. sub tempore Paschale, ut Beda tenet, quem sequitur Azorius Institut. Moral. par. 2. lib. 1. cap. 25. ubi de S. Joanne Bapt. & Baronius in not. Martyrolog. ad hanc diem. Idem tradit Durandus in Ration. Officior. lib. 7. cap. 26. num. 1. & Joan. Beleth de Divin. Offic. cap. 128. & c. 147. **Celebritas vero Decollationis ipsius, seu Martyrii translatata est in hanc diem, qua Edesiae inventum est Caput ejus.** Azor. & Baron. l. l. scit. ac Durand. nu. 4. De quodam miraculo circa Sanginem S. Joan. Bapt. vide 6. Januar. num. 18.

A R T I C U L U S II.

De Horis Canoniciis.

N Calend. Rota. Decollat. S. Jo. 2. Bapt. dupl. min. ut in communi. un. M. & in proprio notatur; 9. Letio, & Commem. in Laudib. S. Sabinæ M. non Virg. In 2. Vesp. a Cap. de sequ. Festo S. Rosæ Virginis Limane dupl. ut in communi Virg. tantum, & Commemoratio præcedentis, ac S. S. Martyrum Felicis, & Adauerti. Or. propr.

Decollatio S. Joannis Bapt. cum præcedenti, & sequenti duplice minori Vesperas dividit, quamvis sit ex iis Sanctis, qui ratione propriæ dignitatis super cæteros præferentiam habent; & hoc, quia in dicta Decollatione laudatus S. Joannes in sua dignitate nequaquam inspicitur, sed simpliciter tamquam Martyr attenditur, & de eo, pro ut Martyr præcise est, ponitur dispositio; ut animadverterit Caval. Comment. in Decr. Sc. C. R. tom. 1. c. 1. in d. 22. n. 11. & to. 2. c. 27. in d. 4. n. 3. & c. 28. in d. 2. n. 3. Confer dicta 14. Januar. n. 18. fine. & die 17. mensis ejusdem n. 2.

AR

A R T I C U L U S III.

De Missa.

3 **VN** Festo Decollationis S. Joan.
Bapt. dupl. min. Missa propria .
Commemoratio S. Sabinæ ; Ubinam
ad nomen S. Joannis sit inclinan-
dum caput in Missa juxta Rubr.
Missal. de rit. celebr. tit. 5. n. 2.?
indicavimus 24. Junii artic. i. Sect.
3. num. 13.

4 **Ubi Sancti Joannis Baptiste Festum**
(principale videlicet Nativitatis il-
lius) **O ejusdem Decollationis Memo-
ria gaudent prærogativa Patroni , vel**
**Titularis , in Missa est utique recitan-
dum Symbolum ; secus vero negative :**
**ni rursus adesset ejusdem Sancti insi-
gnis reliquia . S. R. C. 11. Maij**
1743. in Senen. apud Caval. to. 5.
c. 12. num. 24. (sed alias per er.
25.) Vide dicta 24. Junii artic. i.
Sect. 3. n. 11.

5 Col. Parament. rubeus , qui com-
petit Martyribus , ut alibi notavi-
mus , & Martyr fuit S. Joannes Ba-
ptista . Porro , ut cum aliis Docto-
ribus docet La-Croix lib. 6. par. 1.
qu. 42. §. 3. Mors censetur inferri
ob fidem Christi , si inferatur pro-
pter opus , vel defensionem alicujus
virtutis Christianæ ; quia opera , se-
cundum quod referuntur ad Deum ,
sunt quædam protestationes fidei ;
& qui potius vult mori , quam de-

ficere a virtute , facto ipso prote-
statur , Deum esse summe veneran-
dum ; & ita S. Joannes Baptista
non pro fide quidem , sed pro re-
prehensione adulterii occisus est : u-
ti & alii apud Mendo d. 5. n. 26.
qui tamen sunt vere Martyres .

A R T I C U L U S IV.

Not. pro Voto.

Q. Si quis voeat , non comedet .
Qre capita animalium , ad hono-
rem S. Joannis decapitati ; an valeat
hujusmodi Votum ?

R. Negative : nisi ob aliquam cir-
cumstantiam abstinentia prædicta per-
tineret ad aliquam virtutem ; ut si
multum quis delectaretur cibo e ca-
pitibus Animalium , & voveret ab-
stinere ex motivo temperantie ; tunc
utique valeret Votum prædictum ;
ait La-Croix lib. 3. par. 1. q. 111.
§. 11. Profecto quemadmodum ipse
docet ibidem , ut res indifferens ,
qualis est prædicta abstinentia , sit
materia Voti ratione boni finis , de-
bet esse apta ad bonitatem talis fi-
nis ; at prædicta materia est vana ,
& inutilis ad præfatum finem , hoc
est ad honorem S. Joannis decapi-
tati . At , si quidquam sapio , ad-
huc posito illo fine temperantie ,
videtur sese immiscere aliquid ine-
ptum in ejusmodi voto : quare ab-
solute illud improbare .

C A.

C A P U T X X X.

N O T A N D A X X X. A U G U S T I.

EXPLICANTUR ARTICULIS III.

Art. I. *De Horis Canonicas.*Art. II. *De Missa.*Art. III. *De Indulgentiis.*

A R T I C U L U S I.

De Horis Canonicas.

OFFICIUM S. Rosæ Limanæ Virginiæ sub ritu duplici, cum Legionibus secundi Nocturni, & Oratione propriis, ab omnibus, qui ad Horas Canonicas tenentur, recitari, & Missam respective celebrari, mandavit Benedictus XIII. die 28. Iulii 1727, apud Zachar. indie. Decret. n. 910. & Merat. hic. Itaque in Calend. Rom. S. Rosæ Limanæ Virg. dupl. lect. 1. Noct. de Script. occurr. 2. Noct. propr. 3. Noct. de communi Virg. 1. loco. 9. lectio S. S. M. M. Felicis, & Adauerti, reliqua de communi Virg. tantum. Or. propr. In Laudib. Commemoratio S. S. M. M. Orat. propr. In 2. Vesp. a Cap. de sequenti Festo S. Raymundi Nonnati Conf. dupl. ut in communi Conf. non Pontif. Or. propr. in qua an tacendum sit ly Nonnatum vide 2. April. nu. 2. In hymno *Iste Confessor dic. meruit superemos*, Commemoratio præcedens,

A R T I C U L U S I I.

De Missa.

MN Festo S. Rosæ Limanæ Virg. 2 dupl. Missa Dilexisti, ut in communi Virg. tantum 1. loco. Orat. propr. Commemoratio S. S. M. M. Felicis, & Adauerti, ut in proprio. Col. param. alb.

A R T I C U L U S I I I.

De Indulgentiis.

MN Festo S. Rosæ a S. Maria, 3 seu Limanæ Virg. Ordinis S. Dominici Indulg. plen. in Ecclesiis Patrum Dominicanorum, & Monialium ejusdem Ordinis: Clem. X. Constitut. 65. pag. 126. tom. 7. apud Plaz. hod.

C A-

C A P U T X X X I .

N O T A N D A X X X I . A U G U S T I .

EXPLICANTUR ARTICULIS IV.

Art. I. *De Horis Canonicis..*

Art. II. *De Missa..*

Art. III. *De Indulgentiis..*

Art. IV. *De jejunio, & Festis ex voto..*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canonicis..

1. *¶ N Calend. Roman. S. Raymundi Nonnati Confess. dupl. lect. l. Noct. Beatus vir, de communi Conf. non P. 2. loco, 3. Noct. ut in eodem communi 1. loco. 2. Noct. & Or. prop. reliqua de communi prædicto. In hymno: *Iste Confessor. dic. meruit supremos.* In 2. Vesp. Commemoratio sequentis Festi simplicis S. Egidii Ab. Orat. Intercessio, & S. S. M. M. duodecim Fratrum Or. propria-*

dinis. Clem. X. Constit. 149. tom. 7. pag. 252. apud Plaz. hod.

A R T I C U L U S I V .

De Jejunio, & Festis ex Voto..

¶ N gratiam eorum, quos respicit, & notamus hic sequentem Declarationem S. C. R. quæ in una Panormitana interrogata: *An sit validum Votum emissum anno 1726. in Civitate Thermitana ob liberationem a ruinis Terremotus: primo, celebrandi tria Festa de præcepto, scilicet diem primam, secundam, & tertiam Septembres. Secundo, jejunandi die prædente prædicta Festa. Tertio, numquam admittendi Mulieres in Scenis Histrionum, & theatris? S. R. C. x. Februar. 1744. respondit: Votum sustineri quo ad personas tantum, quæ illud emiserunt, apud Caval. tè. 2. cap. 13. d. 2. in append. ad cap. præd. posita post Decr. 7. Videri potest idem eodem c. 13. in d. 1. a n. 8. & videantur a nobis dicenda 7. Decembr. art. 4. & in Appendice ad calcem Diarrii c. 7. de S. S. Patronis, art. 2. & pro Voto servandi tamquam de præcepto dies præfatos, vide dicta 1. Januar. art. 1. n. 2.*

A a N O

2. *¶ N Festo S. Raymundi Nonnati Confes. dupl. Missa Os justi, de communi Confes. non P. 1. loco. Or. prop. Col. param. alb.*

A R T I C U L U S I I I .

De Indulgentiis..

3. *¶ N Festo S. Raymundi Nonnati Or. & dinis S. Mariæ de Mercede Ind. plen. in Ecclesiis Patrum Discalceatorum, & Monialium ejusdem Ord.*

TOM. III.

NOTANDA MENSE SEPTEMBRI.

P A R S I.

NOTANDA MENSE SEPTEMBRI IN GENERE.

EXPLICANTUR SECTIONIBUS V.

Sect. I. De Numero Dierum,

Sect. II. De Reservatione Beneficiorum, & Alternativa,

Sect. III. De Horis Canoniciis,

Sect. IV. De Missa,

Sect. V. Notanda in Quatuor Temporibus,

S E C T I O I.

De numero Dierum,

SEPTEMBER habet dies trigesita,
*Vid. dicta par. I, hujus lib. 3.
 cap. I.*

S E C T I O II.

*De Reservatione Beneficiorum, &
 Alternativa,*

Non Reservatione Beneficiorum ex
*Regula Cancellariae September est
 mensis Episcopalis ; at in alternati-
 va est Papalis ; vid. dicta part. I,
 hujus lib. 3. c. 6.*

S E C T I O III.

De Horis Canoniciis,

MENSE Septembri legitur liber Job,
*Tobiae, Judith, & Esther ; ut
 hoc tempore imitemur patientiam
 Job, & Tobiae. Amalar. de Ordin.
 Antipb. c. 73. In Judith vero disce-
 re possumus fortitudinem : in E-
 ster autem temperantiam ; quemad-*

modum & in Tobia quoque pru-
 dentiam. *Ruper. de Divin. Offic. lib.*
*12. c. 25. Et in Job justitiam do-
 cemur ; quae sunt virtutes quatuor
 cardinales. Rursus eam legimus de
 S. Job, significatur, Ecclesiaz pa-
 cem, utpote militantis, non absque
 tentationibus esse. *Ruper. cit. lib.*
*12. c. 24. fin.**

Legitur primo Job in hebdomada prima, & secunda ; deinde Tobias in tertia Septembri hebdomada : sed parum de eo legitur propter Fe-
 rias. Quatuor Temporum, qua in ea hebdomada celebrantur. Deinde in hebdomada quarta legitur liber Judith ; denique in hebdomada quinta legitur Esther. Si vero Septem-
 ber habuerit quatuor tantum hebdomadas, tunc a Dominica quarta usque ad Feriam quartam inclusivo legitur liber Judith ; in Feria au-
 tem quinta ejusdem hebdomadæ quar-
 ta legitur liber Esther, & de eo-
 dem etiam legitur sequenti Feria se-
 xta, & Sabbato. *Rubr. Brev. ante
 lect. Fer. V. post Dom. IV. Septembr.*
 Licet autem in praedita Fer. V. sit
 ponendum initium libri Esther, ut
 in Dom. V. Septembr. at vero de-
 inde

Inde in Fer. VI. & Sabb. non leguntur lectiones Feriae secundæ ; & tertiæ post prædictam Dominicant , sed lectiones Fer. VI. & Sabbati ejusdem hebdomadæ quintæ . Vid. Caval. tom. 2. par. 2. c. 34. in d. 10. n. 7. Si Dom. I. Octobr. vespere infra hunc mensem , quid tantum pro Hor. Cation. vide in Octobr. par. 1. Sect. 3.

In Dominica prima Septembr. recitatur Officium S. Angelii Custodis , seu SS. Angelorum Custodum in omnibus Provinciis , ac Ditionibus , tam hereditariis , quam aliis Augustissimo Romanorum Imperatori subiectis , Ritu dupl. 2. cl. cum Octava . Vid. Caval. tom. 2. c. 29. in d. 2. Hanc Octavam in prædictis locis celebrare licet etiam Regularibus , & Monialibus ex Indult. Pontifici . Vid. Caval. I. cit. n. 1. Dominica prima mensis Septembri ad hoc Festum celebrandum in locis præfatis , est quæ prima occurrit in ipso mense : non autem quæ prima computari solet juxta Rubricas Breviarii , seu quæ sit propinquior Calendis ; vid. Caval. n. 2. & 3. & confer dicenda in Octobri par. 1. Sect. 4. n. 7. Omnia ut in Festo in Brevia. Rom. 2. Octob. cum 9. lect. de homin. Dom. occurrentis , & fit Commemoratio ejusdem in utrisque Vesperis , & Laudibus . Convenit , ut 9. lect. Sanctorum Angelorum sungatur Octavæ , quia nona lectio de Angelis agit : ut in simili notabimus ex Gavanto in Festo Dedic. S. Archangeli 29. hujus . Ad Octavam benedictionem dicitur : Quorundam Festum colimus , quia in honorem Omnium SS. Angelorum Custodum est institutum hoc Festum , & que ac illud , quod in universaliter

celebratur Ecclesia die 2. Octob. Vid. Caval. I. cit. n. 16. Infra Octavam Officium ut in Festo ; & proprio singulis diebus . vid. etiam dicenda 2. Octobr. art. 1.

In Dominica secunda Septembri 6 dies Octava SS. Angelorum Custodum , ubi in Dom. præced. recitatum fuit de hoc Festo cum Octava . Dupl. lect. 1. Noct. de Dom. occur. 2. Noct. propr. tert. Noct. ut in Festo . 9. lect. de hom. Dom. occur. & fit Commemoratio ejusdem in utrisque Vesperis , & Laudib. vide dicenda 1. Octobr. artic. 1. Si dies Octava SS. Angelorum Custodum incidet in Festum Nativitatis B. M. V. fit de Nativit. B. M. cum Commemoratione diei Octavæ .

In Dominica tercia Septembr. recitatut Officium septem Dolorum in omnibus Statibus hereditariis Augustissimæ Domus Austriz , ex iudicato S. C. R. 28. Augusti 1734. anno Clemente XII. apud Ferrat. in sua Biblioth. to. 8. edit. 3. Bonon. in posteriori append. pag. 362. col. 1. Ritu dupl. maj. Omnia ut in proprio . 9. lect. & Commem. Dominicæ occurrentis . Hymni ejusdem metri terminantur : Jesu tuus fit gloria , qui passus es pro servis . Vid. dicenda 15. Septembr. art. 1. n. 3.

Dominica tercia Septembri 9 ad hoc Festum celebrandum , est , quæ occurrit tercia infra ipsum mensem , non autem computando ab ea , quæ propinquior est Calendis , quemadmodum supra in simili dicebamus de Festo SS. Angelorum Custodum . Vid. Caval. to. 2. c. 29. in d. 2. num. 2.

Quæsittum fuit a S. R. C. An Festum Titulare Archiconfraternitatis septem Dolorum , quod pro Regnis , &

A a 2 Pro-

Provinciis hereditariis Augustissimæ Domus Austriæ ab utroque Clero sub ritu dupli celebrari debere, indulsum est tertia Dominica Septembris, cum in Religione S. Augustini idipsum sepe impediatur ab Octava B. M. V. & S. Nicolai, ac Festo S. Thomæ de Villanova eadem Dominica celebrari, possit transferri; præcipue quod Festum hoc potius videatur repetitio alterius, quod Feria sexta post Dominicam Passionis in Quadragesima celebratur: prout patet ex Oratione, & lectionibus secundi Nocturni, quæ sunt eadem? (sed Oratio non est plane eadem.) Responsum fuit affirmative. Quia pro Statibus Austriacis tale Officium est de præcepto: dicitur enim in Decreto concessionis die 28. Augusti 1739. Recitari debere: Officia autem de præcepto, licet sint fixa certis diebus, si in his impediatur, transferri possunt juxta Decretum S. R. C. 5. Maii 1736. in Einsidlen. S. R. C. II. Januarii in una Ordin. Excalceat. S. Augustini Provinciae Austriae. Apud Caval. to. 2. in append. ad c. 25. d. 9. Confer dicta 19. Januar. art. L n. 2.

S E C T I O IV.

De Missa.

- 9 In Dominica I. Septembr. ubi recitatur de SS. Angelis Custodiis dupl. a. cl. Missa ut in propria & Commemoratio Dominicæ occurrit, & ejusdem Evangel. in fine.
- 10 In Dominica 2. Septembr. ubi recitatur de die Octava SS. Angelorum Custodum, Missa ut in Feste, Commem. Dominicæ occurrit. & ejusdem Evangel. in fine.
- 11 In Dom. 3. Septembr. ubi reci-

tatur Officium septem Dolorum B. M. V. dupl. maj. Missa ut in Feste septem Dolorum Fer. VI. post Dom. Passionis cum Gloriæ, & Credo, Or. propr. dicitur Sequentia, ut ibi, & omisso Tractu, dicitur Graduale. Præf. de B. M. V. Ecce in transfixione & Commem. Dominicæ occurrit. & ejusdem Evangelium in fine.

In favorem eorum; quos respicit, describimus hic sequentem declarationem S. C. C. in una Bononiensi, in qua ad sequ. dubium: An Confraternitas Sanctæ Mariæ de Libertate ultima Dominica Septembris ducere possit Processionem cum Imagine Sanctæ Mariæ de Libertate ad Plateam magnam Civitatis cum assistentia Parochi, vel eo deficiente, proprii Capellani, ac Populo benedicere tam in dicta Platea, quam sub stillicidio propria Ecclesie, & intus eamdem? S. Congreg. Conc. die 15. Maii 1728. respondit affirmative, accidente tamen licentia Ordinarii, & comitante Parrocho, vel alio Sacerdote de ejus licentia. Apud Luc. Ferrar. tom. S. edit. 3. Bonon. in prima append. pag. 191. col. 1.

S E C T I O V.

Not. in Quatuor Temporibus.

EXPLICANTUR SUBSECTIONIBUS V.

- Subs. I. De Horis Canonicis.
- Subs. II. De Missa.
- Subs. III. De Collatione Ordinum.
- Subs. IV. De Indulgentiis.
- Subs. V. De Jejunio Quatuor Temporum.

S U B-

S U B S E C T I O N E.

De Horis Canoniciis.

¹³ In hebdomada tertia Septembribus & Fer. IV. VI. & Sabbato celebrantur Quatuor Tempora Autumnalia ; quorum occasione agemus hic , tamquam opportunitiori loco , de Quatuor Temporibus in genere . Undenam vero ita dicantur , & quænam sit hebdomada tertia Septembbris , in qua celebrantur Quatuor Tempora Autumnalia ? explicabimus infra Subs. 5. initio . Hic interim ubi de Horis Canoniciis , notamus in genere : prædictas omnes tres dies Quatuor Temporum esse Ferias maijores , ex dubiis tabell. excerpt. ex Rubr. gen. Brev. eo quod semper de illis fiat saltem Commemoratio , quocumque Festo occurrente novem Lectionum ; occurrente autem Festo simplici , Officium fit de Feria , & Commemoratio de simplici sine lectione de eo , etiam si propria habeat in Breviario . Rubr. gen. Brev. tit. 9. n. 2. 4. 7. & 10. Si Vigilia occurrat in Feriis Quatuor Temporum , nihil fit de Vigilia , nisi in Missa Commemoratio . Rubr. gener. Brev. tit. 6. nu. 2. fine . Rationem quamdam indicabimus tr. 2. lib. 1. par. 1. c. 2. n. 8.

Officia harum Feriarum Quatuor Temporum Autumnalium , quæ in Septembri celebrantur , describuntur in Brev. Romano in hebdomada tertia mensis hujus , in qua hebdomada semper occurront , ibi itaque invenientur .

Officium Quatuor Temporum est Feriale cum precibus Ferialibus flexis genibus , exceptis Quatuor Tem-

pribus Pentecostes . Rubr. gen. Brev. tit. 5. n. 1. & tit. 34. nu. 3. & 4. Gavant. in Rubr. Brev. Sect. 3. cap. 6. n. 2. & Sect. 6. c. 1. n. 6. Preces Fariales in Feriis Quatuor Temporum dicuntur etiam ad Vesperas , si non sequatur Festum . Itaque quando in Feria sexta , & Sabbato Quatuor Temporum Septembribus fit Officium de Feria , cum in eis non occurrat Festum novem lectionem , tunc in Vesperis Feriæ sextæ dicuntur preces ; quamvis dicenda sit Oratione Dominicæ præcedentis , non autem Feriæ Quatuor Temporum . Rubr. gen. Breviar. tit. 34. num. 4. & 5.

Quando in Feria quarta , & sexta Quatuor Temporum Septembribus occurrat aliquod Festum simplex , de quo fieri debet Commemoratio , tunc præcedenti die (nisi fuerit Festum novem lectionum :) in Vesperis fit de Feria , ut in Psalterio sine precibus , cum Oratione Dominicæ præcedentis , & cum Commemoratione Festi trium lectionum in sequenti Feria occurrentis . Rubr. gen. Brev. tit. 5. n. 2. tit. 11. n. 9. & tit. 30. n. 2. Quod non ideo fit , quia sequens Feria habeat primas Vespertas ; sed ideo fit , quia cum Festum simplex in sequenti die non habeat Officium propter Feriam prædictam occurrentem in eo , nec etiam convenit , illud habere primas Vespertas in die præcedenti . Rubr. gen. Brev. tit. 11. num. 10.

Si in Feriis Quatuor Temporum fiat de Festo novem lectionum , tunc lectiones primi Nocturni erunt de communi , nisi sit reponendum initium omissum Scripturarum Dominicæ præcedentis , vid. dicenda 16. hujus n. 5. & nona lectione de homilia Feriae .

riæ. Rubr. gen. Brev. tit. 26. nū. 3.
¶ 9. Alia insuper in specie notanda,
quoad horas Canonicas pro aliis
Quatuor Temporibus, notabiles
sunt suis respective locis.

S U B S. II.

De Missa.

AGITUR §. §. VI.

- §. I. De Missa privata.
- §. II. De Missa solemnii.
- §. III. De Missa Fer. IV. Quatuor Temporum.
- §. IV. De Missa Fer. VI. Quatuor Temporum.
- §. V. De Missa Sabbati Quatuor Temporum.
- §. VI. Solevuntur varie quastiones ad Missam Sabbati Quatuor Temporum percurrentes.

§. I.

De Missa privata.

14 MISSÆ dicendæ in Feriis Quatuor Temporum Autumnalium, seu Septembribus, collocatæ, & descriptæ sunt in Missali Romano post Dominicam XVII. Pentecostes.

In Feriis Quatuor Temporum, quæ veniunt infra aliquam Octavam, si fiat Officium de die infra Octavam, Missa dicitur de Feria Quatuor Temporum cum Commemoratione Octavæ, & Præfatione propria ejusdem Octavæ, si eam habeat: vide dicenda 8. Decembr. num. 22. Merat. tom. 1. par. 4. tit. 2. nū. 4. sed non dicetur Credo ratione Octavæ, quia Missa est Ferialis. Causal. 20. 5. v. 12. n. 16. (alias per erro-

rem 17.) Merat. tom. 1. par. 1. tit. 11. num. 14. vide dicenda tr. 2. int. Fer. IV. Ciner. Subs. 3. n. 32. Nec Gloria in excelsis: vide dicta 14. Augusti n. 3. (Non est hic sermo de Missis Quatuor Temporum Pentecostes:) Colot Parani. Celebrantur et conformis Missæ; Altaris vero erit conformis Officio. Merat. cit. n. 4. Confer dicenda 2. Novembris. n. 81. Si tamen in prædictis Feriis fit Officium de aliquo Festo duplice, vel semiduplici, tuūc dicitur Missa de Festo cum Commemoratione Octavæ, & Feriæ Quatuor Temporum, & ejusdem Evangelio in fine. Rubr. gen. Miss. tit. 3. n. 2. tit. 7. nū. 2. ¶ tit. 13. n. 2.

Si Feria Quatuor Temporum incidat in ipsam diem Octavam alicuius Festi, Missa erit de Octava cum Commemoratione Feriæ, vide Merat. tom. 1. par. 4. tit. 2. n. 4. & dicenda 15. Decembr. nū. 6. Quod si solam occurrat Festum simplex, Missa erit de Festo cum Commemoratione Festi simplicis. Similiter si in Feriis Quatuor Temporum occurrat Vigilia, Missa erit de Feria Quatuor Temporum, & simplex Commemoratio fiet de Vigilia; tande-
de non legetur in fine Missæ Evan- gelium Vigiliæ. Rubr. gen. Miss. tit. 13. fine, vide dicenda tr. 2. lib. 1. par. 1. c. 3. nū. 2. Quod si in eo-
dem casu fiat de Festo novemini lectio-
num admittente Commemorationem
Vigiliæ, in Missa de Festo 2. Or.
de Feria Quatuor Temporum, 3.
Or. Vigiliæ, & in fine Missæ Evan-
gel. Feriæ Quatuor Temporum.

In Missa votiva, quæ celebrari ali-
quando potest infra Octavam in Ad-
ventu, Quadragesima, Quatuor tempo-
ribus, Vigiliis, & secunda Rogatio-
nem,

Notanda Mense Septembri in genere. 191

num, prima Oratio erit de Missa, sa-
cunda de Octava, tertia de Feria, &
non dicitur Evangelium Feria in fine,
sed S. Joannis: In principio. S.R.C.
23. Junii 1736., apud Cajet. Mer-
rat. ind. Decr. Miss. n. 689. Sermo
autem est de Missa votiva privata,
non de solemni, pro qua vide De-
cretum vocandum tr. 2. lib. 4. par.
I. c. 4. n. 18.

15 In Quatuor temporibus, vel alias,
quando dicendæ sunt plures Oratio-
nes cum Prophetiis, dido a Cele-
brante *Kyrie eleison*, in medio Alta-
ris, facta reverentia Crucis, reverti-
tur ad cornu Epistolæ, ubi stans an-
te librum, extensis, & junctis ante
pectus manibus, & caput Crucis in-
clinans, dicit: *Oremus: Flectamus*
genua, (exceptis Quatuor tempori-
bus Pentecostes:) & illico manibus
super Altare extensis, ut seipsum ad
Altare fuscineat, ita ut liber inter-
ipsas manus mediet, (vid. Caval.
to. 4. c. 12. in d. 17. n. 10. & 10.
5. c. 10. n. 17. Merat. tom. I. par.
2. tit. 5. n. 14.) flectit unicum ge-
nu; & statim surgens, Ministro re-
spondente: *Levata*: manibus de mo-
re extensis, dicit Orationem, ut suo
loco ponitur. *Rubr. Miss. de Rit. ce-*
lebr. tit. 5. n. 4.

16 In Feriis Quatuor Temporum, si
ultra Orationes assignatas legantur
aliz ad libitum, hujusmodi Oratio-
nes ad libitum, quando habentur
plures lectiones, dicuntur post ulti-
mam Orationem ex assignatis, quæ
recitandæ sunt ante Epistolam, seu
ante ultimam lectionem, ut suis lo-
cis in proprio Missarum de Tempo-
re. *Rubr. gen. Miss. tit. 9. nn. 13.*
Multiplex autem Oratio ante Epi-
stolam locum habet, quia ex Ga-
vantio in *Rubr. Miss. par. I. tit. 9.*

n. 13. Epistola magis attinet ad Sa-
crificium Missæ, quam lectiones præ-
cedentes: idcirco multiplex Oratio,
quæ ad Sacrificium proprium acce-
dit, immediate ante Epistolam col-
locari debet.

Quando de Feria Quatuor Tem-
porum fit solum Commemoratio,
pro Feriæ Commemoratione dicitur
prima Oratio, quæ concordat cum
Officio. *Rubr. gen. Miss. tit. 7. n. 4.*

In Feriis Quatuor Temporum, 18
quando leguntur plures Epistolæ,
seu lectiones, ad singulas responde-
tur: *Deo gratias*. In Sabbatis au-
tem in fine quintæ lectionis Danie-
lis nova respondeatur: *Deo gratias*.
Rubr. gen. Miss. tit. 10. num. I. ob
rationem notatam a Gavanto in
Rubr. Miss. par. I. tit. 10. num. I.
litt. m. Merat. par. 2. tit. 6. n. 7.
& Caval. to. 5. cap. 10. n. 22. ne
videlicet Minister interruptat tex-
tum, & sensum, ut ibidem legenti
patet.

Non dicitur *Allelia* in Missa de 19
Feria Quatuor Temporum: exceptis
Quatuor Temporibus Pentecostes.
Rubr. gen. Miss. tit. 10. n. 4.

Color parament. violac. in Feriis 20
Quatuor Temporum in Missa de Fe-
ria: exceptis Quatuor Temporibus
Pentecostes. *Rubr. gen. Miss. tit. 18.*
n. 5. In Feriis autem Quatuor Tem-
porum, quæ veniunt infra Octavam,
si Officium sit de die infra Octavam,
Missa privata erit de Feria, ut su-
pra dictum est, & Color quidem pa-
ramentorum Celebrantis sit eidem
Missæ conformis; ut supra etiam di-
ctum est: At vero Altaris color sit
conformis Officio; pro Missa tamen
solemni, convenit, ut etiam color
Altaris sit conformis Missæ. Vide
dicenda 2. Novembr. n. 81.

Alia

Alia in specie notanda quoad Missam privatam pro aliis Quatuor Temporibus, notabimus suis respective locis. Præterea vero in genere sunt nonnulla notanda pro Missa solemniori, quæ explicabimus §. sequenti.

§. II.

De Missa solemnii.

21 VN Cathedralibus, & Collegiatis occurrente Festo duplici, aut semi-duplici, vel Octava in Feriis Quatuor Temporum, dicuntur duæ Missæ solemnies, una de Festo, vel Oct. post Tertiam, cum Præf. prop. si habeat; sine Commem. Feriæ altera de Feria post Nonam cum Præf. comm. sine *Gloria*, & sine *Credo*, absque illa Festi Commemoratione, unde in utraque Missa in fine dici debet Evangelium consuetum S. Joannis. *Rubr. gen. Miss. tit. 3. n. 1. tit. 7. nu. 2. & tit. 15. nu. 2. Gavant. in Rubr. Miss. part. 1. tit. 6. Merat. 10. 1. par. 4. tit. 2. nu. 4. Vid. dicenda 15. Decemb. nu. 6. In hujusmodi autem Feriis, sicut & in Vigiliis intendit Ecclesia sine præjudicio Festi excitare Clerum, & populum ad actus humilitatis, & pœnitentiarum cum genuflexione ad Orationes in Missis propriis earumdem; nec non designare, esse dies mero-ris, & luctus, ac monere de obligatione jejunii, & ideo omitti non vult integras Missas de Feriis praeditas; ita cum Gavanto cit. par. 1. tit. 7. num. 2. Cavalierius item. 2. c. 15. in d. 4. n. 13. Color parament. altaris in Missa de Festo erit illi conformis, in Missa vero de Feria erit conformis eidem Feriæ. Confer dicenda 2. Novemb. nu. 81. Dicitum est occurrente Octava in Fe-*

riis Quatuor Temporum; hoc est ipsa die Octava: Nam si fuerit alia dies infra Octavam; unica dicetur Missa Conventualis de Feria cum Commemoratione Octavæ, & ejusdem Præf. si habeat propr. fine *Gloria*, & *Credo*, in Parament. coloris conformis Feriæ. Vid. Merat. cit. n. 4. & dicenda 8. Decembr. n. 22. & confer dicta 27. Junii n. 6. Similiter si occurrat Vigilia, non ideo in Collegiatis cantandæ erunt duas Missæ, sed in Missa de Feria fiat Commemoratio Vigiliæ; vid. Caval. cit. cap. 15. in d. 2. num. 20. Pro Missis Conventualibus videantur dicta lib. 1. c. 2. qu. 6. & sequentib. interrog. & dicenda 8. Decembr. n. 22. & tr. 2. lib. 4. par. 1. cap. 4. qu. 1. & duab. sequentib. Si occurrat celebrari Missa solemnis de Festo solemnii, vide dicenda tr. 2. in Fer. IV. Quatuor Temporum Pentecost. art. 2. n. 4.

In Missa solemnii cum Ministris 22 Sacris celebrata Celebrans non genuflectit ad *flectamus genua*; tunc enim ipse solus stat: Diaconus vero, & Subdiaconus, & omnes alii genuflectunt. *Rubr. gener. Miss. tit. 17. n. 3. Caval. 10. 4. c. 12. Comment. in Decr. 17. n. 10.* In Choro in Missa solemnii genuflectitur ab iis, qui non sunt Prælati, ad Confessionem cum suo Psalmo; in Missis autem Quatuor Temporum (exceptis Quatuor Temporibus Pentecostes:) genuflectunt omnes, etiam ad Orationes, & dicto per Celebrantem Sanctus usque ad *Pax Domini*, & ad *Orationes post Communionem*. *Rubr. gen. Miss. tit. 17. num. 5.* Et in Missa etiam Feriali, quæ substituitur Missa de Octava, est genuflectendum in Choro S. R. C. 27.

Junii 1736. apud Merat. indic. De-
cret. Miss. n. 688.

In Feriis Quatuor Temporum (ex-
ceptis Quatuor Temporibus Pente-
costes:) Diaconus, & Subdiaconus
in Cathedralibus, & præcipuis Ec-
clesiis utuntur planetis plicatis ante
pedes: quam Planetam Diaconus
dimittit, cum lecturus est Evangelium,
eaque tunc super sinistrum
humerum super stolam complicatur;
aut ponitur aliud genus stolæ latio-
ris in modum planetæ plicatæ; &
facta communione, resumit Plane-
tam, ut prius. Similiter Subdiaconus
dimittit eam, cum lecturus est
Epistolam, quam legit in Alba, &
ea finita, osculataque Celebrantis
manu, Planetam resumit ut prius.
Rationem ritus hujusmodi dabimus
tr. 2. lib. 1. par. 1. c. 3. n. 15. &
Per. 4. post Dominicam Pentecost.
art. 2. nu. 6. In minoribus autem
Ecclesiis, prædictis diebus Albas tan-
tum amicti ministrant; Subdiaconus
cum manipulo, Diaconus etiam cum
stola ab humero sinistro pendente
sub dexterum. Rubr. gen. tit. 19.
n. 6. & 7. vide etiam dicenda tr. 2.
cit. c. 3. n. 6.

Præterea sunt nonnulla specialia
pro singulis singillatim Missis Feria-
rum Quatuor Temporum, quæ ex-
plicabimus, majoris claritatis gra-
tia, distinctis §. §.

§. III.

De Missa Feriae IV. Quatuor Temporum.

24 ~~XVII~~ MISSA Feriae IV. Quatuor Tem-
porum habet lectiones duas:
Ordo Rom. ut nimirum ordinandi in
Sabbato sequenti admoneantur, quod
TOM. III.

teneant notitiam legis, & Prophetarum, quæ notitia in quarta æstate mundi, quam indicat Feria IV. maxime vigebat: *Vulgatus Alcuin. c. de quat. tempor. Amalar. de Eccl. Offic. lib. 2. c. 3. Durand. in Rat. lib. 6. c. 8. n. 2. Honor. in Gemm. l. 3. c. 152.* Item habet Orationes duas, quarum altera dicitur sine salutatione cum genuflexione, hoc est sine *Dominus vobiscum*, cum *Flebatamus genua* (exceptis Fer. quat. temp. Pentecost.) quia totus est Sacerdos in Deum, orando pro ordinandis, & examinandis; in Feria enim IV. Quatuor Temporum fiebat Ordinandorum examen ex Durando lib. 6. c. 8. Altera autem Oratio salutationem habet, non vero genuflexionem, ut in aliis Missis. *Microl. c. 28.* hoc est dicitur *Dominus vobiscum*, non autem *Flebatamus genua*. *Joan. Beleth Div. Offic. c. 90. Gavant. in Rubr. Miss. par. 4. tit. 2. n. 2.*

§. IV.

De Missa Feriae VI. Quatuor Temporum.

IN Missa Fer. VI. Quatuor Tem-
porum unica est ante Evangelium
lectio, quia Lex, & Prophetæ in E-
vangelio uniuntur, quando in sexta
æstate, quam figurat Feria VI. Qua-
tuor Temporum, prædicatur. *Du-
rand. in Rat. divin. Offic. lib. 6. cap.
8. n. 2. & c. 9. n. 1. Vulgatus Al-
cuinus c. de quat. temp. Amalar. de
Eccl. Offic. lib. 2. cap. 3. Honor. in
Gemma lib. 3. c. 153.*

B b

§. V.

§. V.

De Missa Sabbati Quatuor Temporum.

26 In Sabbato Quatuor Temporum lectio[n]es sunt sex. Observat Durand. in Rat. lib. 6. c. 10. esse septem cum Evangelio, ratione, inquit, septem Ordinum, qui, ut dicemus, in Sabbato Quatuor Temporum conferuntur; in eo enim non solum minores, sed etiam maiores Ordines conferri possunt. Proprie autem sunt sex lectiones, ut diximus, quarum penultima semper est de tribus pueris in fornace: quia per fornacem tribulationis illæsi transire debent Ordinandi, inquit Amalar. de Eccl. Offic. lib. 2. c. 3. Alcuin de divin. Offic. tit. de Sâb. in duod. lect. Honor. in Gemma lib. 3. c. 154. Et quia ex Ruper. de divin. Offic. l. 3. c. 10. Quemadmodum pueris, a Babylonico Rege missis in fornacem ignis, cœlestis gratia subvenit; & fecit medium fornacis, quasi ventum roris flantem: sic nos a confusionis Rege diabolo, libidinum flammis appetitos, jejuniorum, & Orationum instantia liberat. Cui lectioni additur in fine hymnus trium puerorum, quo ad benedicendum Creatorem omnis creatura commonetur, priusquam Sacerdotes ordinentur: ut animadvertiscas, illorum ora, manusque ad benedictiones dandas, & quod maximum est, conficiendum corpus, & sanguinem Domini, jure admitti, qui a confusionis Rege succensam fornacem vitiorum potenti fide superaverunt. Ita Rupert. Post penultimam lectionem non respondeatur Deo gratias a Ministro, ob rationem indicatam §. 1. num. 18.

Orationes autem in eodem Sab-

bato sine salutatione cum genuflexione dicuntur, excepta ultima de camino ignis; Ordo Rom. ad indicandum, quod tres pueri noluerunt adorare statuam Regis, & ut separata sit nostra Oratio, quæ est ad unum verum Deum, ab errore Gentilium, ut dicunt Alcuin, & Amal. l. l. cit. Microlog. c. 28. prop[ter]e fin. Honor. in Gemma lib. 3. cap. 154. Videri etiam potest Durand. in Rat. lib. 6. c. 10. Gavant. in Rubr. Miss. par. 4. tit. 2. n. 4.

§. VI.

Solvuntur variae questiones, ad Missam Sabbati Quatuor Temporum pertinentes.

Q U. I. Utrum in Sabbato Quatuor Temporum, si fiat Officium de Feria, possit dici Missa Votiva pro Missa Feriæ?

R. Si sermo sit de Missa privata, non de solemini, aut Conventuali; affirmat, & merito Quintanadvennas in singular. 10. 1. tr. 7. de celebr: Miss. singul. 39. num. 3. quia Rubrica permittit, quotiescumque Officium non est duplex, (vel duplex excludens, vel non est Dominica, vel alia ex diebus specialiter exceptis, suis locis notatis, & notwithstanding) neque in Sabbato Quatuor Temporum, aut alia simili Feria Quatuor Temporum est specialiter prohibitum. Nec quidquam obest, quod longior Missa Sabbati Quatuor Temporum, ob plures lectiones, mutetur in breviorem, etiamsi id fiat animo labore effugiendi; etsi quoad hujusmodi animum dissentiat Gavantus in Rubr. Miss. par. 1. tit. 4. litt. n. initio: *Commitare vero* (inquit Quin-

Quintanadvenas) Missis, ubi Prophetæ dicuntur, pro aliis, seu loco earum votivas privatas dici posse de Festivitate, aut Sancto, etiam animo laboreus effugiendi, conceditur in Rubricis Missil. §. 4. nu. 3. ibi: Quænamen Missæ, & omnes aliae votivæ in Missis privatis dici possunt pro arbitrio Sacerdotum, quocumque die Officium non est duplex: cum Commemoratione ejus, de quo factum est Officium Sc., ergo cum hæ Proprietiarum Missæ duplices non sint, pro illis dicere licet. Hæc Quintanadvenas.

Confirmatur ex praxi, nam teste Suarez apud laudatum Quintanadvenas nu. 6. fine scrupulo solet hoc fieri a viris timoratis, & doctis.

23 Interrog. I. An dici possit Missa de Requiem?

R. Affirmative, quia Missæ de Requiem ad votivas reducuntur; & prohibentur, vel conceduntur iisdem diebus, quibus Votivæ; vide dicenda 2. Novembr. art. 2. n. 103.

19 Interrog. II. An data responsio procedat etiam pro Missa Sabbati Quatuor Temporum Pentecostes? Dubium oritur, quia Missæ votivæ non solum prohibentur in diebus, quibus sit de duplice, sed etiam in diebus, qui excludunt Festa duplia, ut supra innamus, & constat ex Decreto, & declarationibus S. C. R. huiusmodi autem est tota Pentecostes Octava, ad quam pertinet Sabbathum Quatuor Temporum Pentecostes.

R. Ob propositam rationem, per se quidem non licet dicere Missas votivas in Sabbatho Quatuor Temporum Pentecostes, sicut nec ulla alia Feria precedenti ejusdem Octavæ, ut suo loco notabimus; unde a data responsione est excipienda Mif-

fa Quatuor Temporum Pentecostes.

Cæterum prohibitionem de Missis votivis non esse sub gravi, videbimus tr. 2. in Dom. Palmar. Subl. 3. §. 4. qu. 4. Et ibidem docebimus: ipsum veniale vitari posse, si adsit rationabilis causa, illas legendi diebus vetitis.

Qu. II. An, & quomodo peccaret Sacerdos, qui hodie unam tantum lectionem legeret in Missa de Feria, & omitteret illas plures, quæ in hodierna, & simili Missa Sabbathi Quatuor Temporum ponuntur in Missali?

R. Lethale non committere, existimat Quintanadvenas in singul. tom. 1. tr. 7. de celebr. Miss. singul. 39. nu. 2. saltem si Missæ sint privatæ, & scandalum absit; idque probat ex Granado Contr. 6. de Euch. tr. 14. n. 3. statuente: quando pars, quæ omittitur, non esset necessaria ad ordinariam Missæ integritatem, quia solet non dici, ut Symbolum, vel Gloria, vel tres orationes: facilius posse a culpa mortali excusari ejus omissionem: Ergo cum Prophetæ, seu plures illæ letiones, sive Epistolæ, quæ in hodierna, & simili Missa habentur, dici non soleant in ordinariis Missis, imo perquam rarissime in totius anni decursu dicantur, & sine illis, dummodo saltem legatur una, integra Missa dicatur, reliquarum omisso sine rationabili causa, venialis solum culpa erit; & cum hac, ne venialis quidem.

Hæc autem Patris Quintanadvenas sententia non placet Diana to. 2. edit. coord. tr. 1. R. 72. nu. 4. Verum Doctrinam illam, qua predictam sententiam probat Quinta-

advenas, tueruntur communius Doctores, & admittit ipsemet Diana; vid. dicenda tr. 2. in Dom. Resurr. art. 3. qu. 1. n. 21. Illa autem admissa, videtur, consequentia sequi. Cæterum prædictam ipsam assertiōnem docent etiam Quarti, & Pasqual. imo hi plus permittunt apud La-Croix lib. 6. par. 2. de Sacr. Miss. qu. 6. §. 5. n. 420. ubi hæc habet: *Est veniale tantum, omittere unam e partibus non ordinariis Immo Quarti, & Pasqu. qu. 200. putant tantum esse veniale, si multæ simul partes non ordinariæ omittantur, quamvis facerent magnam quantitatē: v. g. in Quatuor Temporibus si omittantur omnia flectamus genra, cum omnibus secundariis Orationibus, secretis, & postcommunionibus, item cum secundariis Epistolis. Quod si effet causa rationabilis omittendi; v. g. nimia fatigatio, vel debilitas; nullum foret peccatum. Pasq. qu. 201. Hæc La-Croix.*

Nec quidquam obest, quod legendo unicam Epistolam, & relinquendo cæteras, quæ in hodierna, & simili Missa habentur, non modica illius pars omitteretur. Enimvero in omissione verborum Missæ non est solum attendendum, an sit magna, vel exigua pars, seu quantitas, quæ omittitur; sed maxime, an sit ex substantialibus, vel ad Sacrificium conficiendum, vel ad integrum Missam ex ordinariis perficiendam; ut recte notat Quintanadv. l. cit. cit. n. 5. & Doctores docent communiter, & ipsemet Diana; vide dicenda tr. 2. l. cit. n. 20.

3^r Qu. III. An Celebrans Missam solēmnam, possit omittere per se ipsum omnes lectiones, quæ habentur in hodierna, & simili Mil-

sa, eo quod eas legat ejus Minister?

R. Probabile esse, non peccare saltem graviter. Cæterum vide pro alio easu simili dicenda tr. 2. in Dom. Palm. subsect. 3. §. 4. qu. 3.

Qu. IV. Si quis ex voto, vel iniuncta pœnitentia obligatus audire Sacrum, assisteret illi in Sabbato, Quatuor Temporum, quando plures Epistolæ dicuntur, & inciperet Missam de Feria audire ab Evangelio: an pecoaret mortaliter?

R. Negative. Probo, quia hujusmodi non obligatur rigorosius, quam si obligaretur ex præcepto Ecclesiæ; sed sic obligatus satisfacit præcepto, & excusat a mortali, si audiat Missam ab Evangelio inclusive. Ergo & qui obligatur ex voto, aut ex pœnitentia Sacramentali. Major est certa, minor est sententia practice probabilis a quampluribus Doctoribus admissa, & ad sensum vulgi etiam accommodata. (videantur dicenda tr. 2. in Dom. Palm. Subsect. 3. §. 4. qu. 1. a nu. 96.) Consequentia sequitur.

Confirmatur. Obligatus hodie Missam audire, non tenetur audire Missam de Tempore, seu de die, sed posset audire aliam votivam; Atqui si audiret Missam votivam ab Evangelio inclusive usque ad finem, non peccaret mortaliter; ergo nec audiens ab Evangelio Missam de die, licet in ea habeantur plures Epistolæ, quas omnes omittat. Major est certa, & patebit ex dicendis in Domin. Palm. l. cit. qu. 6. Minor continet sententiam, ut jam dixi, practice probabilem, a pluribus, & magna notat Doctoribus admissam, & ad sensum Vulgi accommodatam. Consequentia sequitur; cum disparitas.

tas non possit assignari, & illam approbat Francisc. de Lugo de Sacrament. lib. 5. de Miss. c. 14. n. 69. quamvis non audeat hujusmodi quæstionem definire, eo quod illam apud Doctores non viderit definitam. Sed non opus est, ad illam definierendam, quod apud Auctores invenierimus in terminis agitatam: secus plurima haec tenus indefinita, sic permanerent; utque ait Cajetanus 2. 2. q. 141. art. 4. §. ad 1. *Male siquidem cum humano ingenio actum esset, si nihil scire possemus, nisi quæ Aristoteles dixit.* Et Quintilianus lib. 10. Institutions Oratoris c. 2. de Imitatione inquit *Pigri est ingenui, contentum esse his, quæ sunt ab illis (qui nihil quod sequerentur bhuberunt) inventa. Quid enim futurum erat temporibus illis, quæ sine exemplo fuerint, si homines nihil, nisi quod jam cognovissent, faciendum sibi, aut cogitandum putassent? nempe nihil fuisset inventum.* Similiter Paulus de Castro, & Carlevalius, qui tr. de judiciis lib. 1. tit. 3. disp. 29. n. 1. agitans quamdam quæstionem ex professo a Doctribas non agitatam, hæc habet. *Etenim, ut bene dixit Paulus de Castro l. Clodius 96. n. 7. ff. de acquirend. bæreditat. perniciosus est timor, & miserrimus intellectus eorum, qui nolunt consulere, nisi ubi reperitur determinatam a Doctribus, etiam stante aequitate, & optimis iuris rationibus.* Qualiter enim, ait, *Scientia nostra fuisset argumentata, si ita fecissent antiqui?*

35 Obj. tamen. Qui obligatus audire Missam, illius omittit partem notabilem, peccat mortaliter. Sed qui ab Evangelio assistit Missæ hodiernæ, aut simili, quando plures Epistolæ lectæ sunt, omittit partem notabi-

lēm; cum omittere videatur tertia pars Missæ, ut ait de Lugo loc. cit. quæ quidem pars, si omittatur, proculdubio est notabilis; ergo &c.

¶ Concessa majore, nego minorē. Et peto: quando dicitur, omissionis audītionis plurimum Epistolæ in hodierna, & simil Missæ esse pars notabilis: vel id dicitur, quia omittetur auditio Epistolæ, quod videlicet omissionis ab initio Missæ usque ad Epistolam inclusive sit omissionis partis notabilis Missæ; vel quia omittetur auditio multiplicis Epistolæ, adeoque auditio quamplurium verborum: quæ quidem cum sint partes hujus Missæ, notabiles etiam ejus partem constituant. Si dicitur primum; illud negant Doctores, qui in probabiliti quidem sententia sustinent, omissionem Missæ ab initio usque ad Epistolam inclusive non esse gravem, & lethalem; adeoque docent, non esse partem notabilem. Si secundum: est de falso supposito; supponit enī, in omissione partium Missæ attendi solum, an sit magna, vel exigua pars, seu quantitas verborum, quæ omittuntur; quod est falsum. Enī vero sicuti secundum dicta qu. 2. ex Quintanadvenas & aliis Doctribus communiter, in omissione verborum Missæ respectu Celebrantis non est solum attendendum, an sit magna, vel exigua pars, seu quantitas, quæ omittitur, sed maxime, an sit ex substantialibus, vel ad Sacrificium confidendum, vel ad integrum Missam ex ordinariis conficiendam, unde cit. qu. 2. docuimus: Sacerdotem etiam omittentem in hodierna, & simili Missa lectionem plurium Epistolæ, seu Prophetiarum, & solam unam.

unam legentem, non peccare mortali-
liter : ita similiter respectu audi-
entis , partes Missæ non debent tan-
tum considerari secundum diuturni-
tatem , sed maxime secundum digni-
tatem ; uti habet communis , teste La-
Croix l. 3. par. 1. de observat. Fe-
stor. qu. 158. §. 2. Hinc qui non
assisteret Missæ , dum consacratur ho-
stia , & Calix , sed utramque conse-
crationem omittet ; in communio-
ri , & veriori sententia , apud La-
Croix l. cit. §. 5. nu. 667. peccaret
mortaliter ; certe autem non pecca-
ret mortaliter , qui non interesset ,
dum Celebrans recitat Psalmum , &
facit confessionem . in infimo gradu
Altaris , & tamen pars illa Missæ est
longior , & diuturnior utaque con-
secratione prædicta . Est itaque at-
tendum maxime ad dignitatem
partis , quæ omittitur . Licer autem
respectu Celebrantis reputetur ab o-
mnibus apud Franc. de-Lugo de Sa-
cram. l. 5. de Missa c. 9. qu. 2. n.
17. omissione gravis , nullam legere E-
pistola est pars ordinaria , & ex principali-
bus Missæ . Nihilominus respectu au-
dientis , Epistola non reputatur pars
tantæ dignitatis , ut ejus omissione sit
gravis , in sententia Ilorū , qui ,
at diximus , sustinent , non esse mor-
tale , omittere Epistola , euni , qui
Missam audit . Si autem omissione E-
pistolæ , respectu audientis Missam ,
non reputatur omissione gravis , licet
sit pars ex principalibus , & ordinaria
Missæ : nec item erit omissione plurium
Epistolarum , seu lectionum , quæ ali-
quando habentur in Missa , quia , ut
dictum est , partes Missæ non debent
tantum considerari secundum diutur-
nitatem , & quantitatem verborum ,
sed maxime secundum dignitatem .

Rursus licet pars Missæ notabilis ,
cujus omissione sit lethalis , communi-
ter reputetur dimidia Missa , vel
tertia pars illius ; attamen quæ cen-
fenda sit in particulari dimidia , vel
tertia pars ; non ex quantitate ver-
borum , sed prudentis arbitrio defi-
niendum esse , docent Navar. Azor.
Bonac. & alii communiter apud
Franc. de-Lugo c. 14. qu. 4. num.
59. ex cuius attamen testimonio , in
hoc arbitrio dissident Auctores , ex
quibus illi , qui sustinent , omissionem
Missæ ab initio usque ad Epi-
stolam inclusive non esse mortalem ,
consequenter sustinent , non esse par-
tem notabilem Missæ , adeoque nec
dimidiā , vel tertiam partem Mis-
sæ ; quorum sententia cum sit pra-
dictæ probabilis , ut supra diximus ,
quidquid alii contradicant ; seque-
retur , valde probabile esse : omissionem
Missæ ab initio usque ad Epi-
stolam , sive etiam usque ad plures
Epistolas inclusive , quæ habeantur
in Missa , non esse tertiam partem
Missæ , ut in objectione contenditur ,
sed juxta prudentum arbitrium , &
Doctorum . probabilem sententiam ,
quæ in hac materia est maxime at-
tendenda , esse minus , quam tertiam
partem Missæ , adeoque non notabi-
lem , & consequenter non gravem ,
& lethalem .

Confirmatur I. quia si longitudo ,
& quantitas verborum , quæ sunt in
multiplici Epistola , seu prophetia ,
quid conduceret ad constituendam
tertiam , vel quartam partem Mis-
sæ ; sequeretur quod etiam id ali-
quando posset accidere in unica E-
pistola seu Lectione , quæ sit longior
ordinariis Epistolis , seu lectionibus ,
quæ dici solent in Missa , puta in
illa , quæ legitur in Dominica Sexta-

ge-

gesimæ , & in Conversione S. Pauli Apostoli , quærum quælibet lectio est duplo major ordinariis lectionibus , unde sequeretur , quod non obstante probabilitate prædictæ sententiæ docentis , audiendo Missam ab Evangelio inclusive usque ad finem , non peccari mortaliter : adhuc tamen esset mortale , in Missa Dominicæ Sexagesimæ , aut in Missa Conversio- nis S. Pauli , si quis omitteret audiire illam lectionem ut pote conti- nentem magnam quantitatem verbo- rum , & duplo longiorem ordinariis Epistolis , seu lectionibns : quod ne- mo dixit .

Hinc confirmatur 2. quia Auto- res docentes : non peccare mortaliter eum , qui omittit ab initio Missæ usque ad Epistolam inclusive : non fecerunt distinctionem , nec ex- ceperunt Epistolam longiorem , & casum , quo in Missa dicentur plu- res lectiones ; ergo putarunt ineptam fuisse hujusmodi distinctionem , & exceptionem ; & absolute loquendum esse , sive brevis , sive longior esset lectio ; sive unica , sive multiplex re- citaretur in Missa . Et vero non con- venienter fieret ; nec prudenter præ- dicta distinctio , & exceptio : Idiotæ enim cogarentur scire , an Epistola in Missa sit , aut fuerit brevis , vel longior , utrum unica de more , vel multiplex præter morem ? quos tan- men , & quoslibet alios nu. 32. etiam excusavimus , teneri audire Mis- sa diei , seu Festi occurrentis ; sed satisfacere , audiendo quamlibet , quia , ut notat Sylvester verbo Mis- sa 2. qu. 4: & ut inquit ipse Fran- ciscus de Lugo a nobis laudandus tr. 2: in Dom. Palm. supra cit. qu. 6. Idiotæ , & mulierculæ moraliter id discernere non possent , foretque gra-

ve nimis , ut id tenerentur inquire- re . Ex simili ergo ratione dicen- dum : nec convenienter fieri , nec prudenter supradicta distinctio Epi- stolæ brevioris , vel longioris , unius , vel multiplicis .

Diximus supra : in omissione par- tium Missæ non esse simpliciter at- tendendum ad diuturnitatem partis , vel multitudinem verborum , quæ o- mittuntur , sed præcipue , & maxi- me ad dignitatem partis omissæ . Hoc autem stat cum eo , quod ex Navarro , & Reginaldo docebimus , in Dom. Palm. supra cit. §. 4. qu. 1. nu. 100. Hoc est , ex una parti- cula omissa , in principio Missæ , & ex alia omissa in fine , vel alias ex diversis Missæ particulis omissis pos- se conflari unam omissionem partis , seu quantitatis judicio prudenti no- tabilis , propter quam præceptum non impleretur . Et ratio est , quia cum tales partes instituantur ad idem to- tum conflandum , ex omissione u- niuersaliter illarum mutilatur inte- gritas ejusdem totius . Quæ muila- tio in audienda Missa , cum fuerit judicio prudenti notabilis , inducit in ea , sicut in alia gravi , defectum sufficiemt ad morale . Sed

Qu. V. Utrum etiam ab omni culpa excusari posset is , qui obliga- tus audire Missam , assisteret hodier- na Missæ de Feria , & non audiret omnes Epistolas , seu lectiones , sed unicam ?

R. 1. Non peccare mortaliter , colliges ex dictis qu. præc. & quidem a fortiori , si enim non peccat mortaliter , qui omittit ab initio Missæ cum omnibus Epistolis : a fortiori non peccabit mortaliter , qui assistit ab ini- tio , & unam etiam audit Epistolam ; et si omittat audire reliquas omnes .

R. 2.

R. 2. Peccare tamen venialiter .
Probo , Qui omittit aliquam partem non ordinariam Missæ , quam audit , peccat venialiter ; sed multipli- cies lectiones , quæ habentur in ho- dierna , & simili Missa , sunt partes hujusmodi Missæ , quamvis non or- dinariæ , & regulares cujuscumque Missæ ; ergo qui hodie Missam de die audit , & illas lectiones omittit , quamvis unam audiat lectionem , peccat venialiter .

Major est certa ; minor per se pa- tet ; Consequentia sequitur .

16 Obijc. tamen . Qui hodie Missæ de die , seu de tempore assistens , u- nicam lectionem audit , & omittit reliquias , posset licite audire aliam Missam , puta votivam , in qua cer- te non haberentur illæ multiplices lectiones ; nec peccaret , non audiendō plures lectiones , quam unam , in illa Missa votiva . ergo nec omitten- do audire in hac Missa de die .

R. 1. Retorquo argumentum . Qui in Sabbato Pentecostes foret a- liqua ratione obligatus audire Mis- sam , Missæ de die assistens non au- diredit Gloria , & Credo , quæ in illa Missa dicuntur ; posset licite audire aliam Missam , puta de Requiem , quæ solemniter diceretur pro aliquo Defuncto ; in qua haec non dicun- tur , nec peccaret non audiendo in illa Missa . Ergo nec peccaret omit- tendo audire Gloria , & Credo in Missa de die illa . Quod dici nequit , ut jam patebit .

R. 2. in forma . Concesso antece- denti : nego consequentiam . Dispa- ritas est , quia tenemur audire om- nes , etiam non ordinarias partes Missæ , quas habeat Missa , quam audimus ; & contra , non tenemur audire partes Missæ , quibus caret .

Missæ , quam audimus . Hoc secun- dum patet ex eo , quia is , qui assi- stit integræ Missæ Defunctorum , non audiat Psalmum Judica ; nec Gloria , nec Credo , nec primam ex tribus Orationibus , quas recitat Ce- lebrans immediate ante sumptionem Sacrificii , & quasdam alias particu- las Missæ ; quæ tamen omittuntur in Missa Defunctorum ; & nihilomi- nus quis dicet , hujusmodi ullo mo- do peccare , eo quod eas partes Mis- sae omittat audire ? Hoc autem non aliunde , nisi ex eo quia licet Glo- ria , Credo &c. soleant dici in Mis- sa , non tamen dicuntur in omni Missa , & de facto non sunt partes illius Missæ ; & male etiam recita- rentur in Missa Defunctorum in qua quidem ex Franc. de-Lugo lib. 5. de Missa c. 9. qu. 2. n. 15. videtur es- se materia gravis ob magnam defor- mitatem . Ergo non tenemur audire illa , quæ solent esse partes Missæ , si non dicuntur in Missa , quam au- dimus , & non sunt partes hujusmo- di Missæ : Ergo qui ex voto , vel poenitentia obligatus assistere Missæ , audiret Missam votivam in Sabbato Quatuor Temporum , non peccaret audiendo unicam Lectionem , ex eo præcise , quia hujusmodi Missa non haberet nisi unicam Lectionem , & illæ multiplices Lectiones , quas ha- bet Missa de die , non essent partes hujus alterius Missæ votivæ . Ob con- trariam vero rationem assistens Mis- sae de die , peccaret venialiter , non audiendo omnes lectiones illas plu- res , quas habet Missa prædicta , et si audiret unicam lectionem .

Illud primum : quod videlicet te- neamus audire omnes partes Missæ , quam audimus , etiam patet ex eo , quia , si non teneremur audire om- nes

mes partes Missæ , quam audimus , etiam si non sint ordinariæ , sequentur , quod numquam peccaremus , ne venialiter quidem , omittendo partes non ordinarias Missæ , puta Gloria , Credo &c. quia si in Missa , quam audimus , est Gloria , Credo &c. possimus audire aliam Missam , in qua haec non dicerentur , & sic numquam peccaremus , ne venialiter quidem , omittendo hujusmodi partes non ordinarias Missæ , quod dici nequit ; esset enim contra communem apud La-Croix lib. 3. par. 1. c. 158. §. 1. n. 663. Ergo tenemur audire omnes partes Missæ , quam audimus , etiam si non sint ordinariæ , adeoque etiam si possemus audire aliam Missam , in qua hujusmodi partes non haberentur : & qui secus faceret , peccaret venialiter . Ergo venialiter peccaret , qui obligatus audire Missam , assisteret Missæ diei in Sabbato quatuor temporum , & non audiret omnes lectiones , sed unicam . Debet itaque omnes audire , & omnibus assistere lectionibus , etiam si non sint partes ordinariae Sacrificii Missæ .

S U B S. III.

De Collatione Ordinum.

A G I T U R §. §. III,

- §. I. *De Collatione Ordinum in Feria IV. Quatuor Temporum.*
- §. II. *De Collatione Ordinum in Feria VI. Quatuor Temporum.*
- §. III. *De Collatione Ordinum in Sabbato Quatuor Temporum.*

TOM. III.

§. I.

De Collatione Ordinum in Feria IV. Quatuor Temporum.

Pontificali Romano quatuor ³⁷ minores Ordines dari possunt extra Missarum solemnia diebus Dominicis , & Duplicibus Festivis de præcepto in foro , ex declaratione Urbanii VIII. (an etiam si transferatur Festum duplex in Choro ? vid. 24. Februar. n. 9.) Lugo in Resp. moral. lib. 1. dub. 34. Benedictus XIV. to. 2. Notific. 106. Busemb. lib. 6. par. 2. tr. 5. c. 2. de Sacr. Ordin. dub. 2. resp. 2. versu : 8. *Tempus* : Videri tamen potest etiam La-Croix ibi in suis addit. qu. 331. §. 5. dari , inquam , possunt diebus Dominicis , & Festivis : sed mane tantum ultra tempora designata pro Ordinatione generali , puta in Sabbato Quatuor Temporum &c. , dummodo in prædictis Dominicis , & Festivis diebus non videatur fieri Ordinatio generalis , sed ordinentur pauci , ut mox explicabitur . Chiavetta Institut. Jur. can. 1. 2. c. 2. §. 7. nu. 105. Conferri autem posse eosdem minores Ordines etiam die Mercurii , seu Feria IV. Quatuor Temporum , non tantum consuetudine , sed etiam antiquo jure , dicit Henricus Henriquez in sum. lib. 10. c. 12. num. 2. nec improbant Barbosa de Offic. Episcop. alleg. 11. n. 17. fine , Th. Sanchez in Consil. 1. 7. c. 1. dub. 52. n. 3. La-Croix lib. 6. par. 2. qu. 331. §. 2. & Gobat Theol. experim. tr. 8. n. 453. addens , id suo tempore aliquibi factum . Approbat etiam Layman lib. 5. tr. 9. cap. 8. num. 1. ubi consuetudo sit . Tot autem ordi-

C c na.

nari , ut videri possit ordinaria publica Ordinatio , non approbat Gobat , & La-Croix l. l. cit. Unde cum alicubi in Fer. IV. Quatuor Temporum simul duodecim ordinati fuerint in minoribus , veretur La-Croix , ne forte fuerint mulei nimis : quia , inquit , videri poterat tamquam ordinaria publica Ordinatio .

Profecto mortale est , ordinare , vel ordinari extra Tempora a jure statuta . Gobat l. cit. nu. 450. La-Croix l. cit. §. 6. n. 2294. Quando vero cum licentia sit extra tempora , monent omnes , non debere tot ordinari , ut generalis Ordinatio videatur ; putat autem Escobar Theol. moral. lib. 23. Sect. 2. probl. 109. n. 427. fine : Ordinationem sex , vel septem hominum non videri generali : quod La-Croix l. cit. approbare videtur .

§. II.

De Collatione Ordinum in Feria VI. Quatuor Temporum.

³⁸ PROBAT cit. tr. 8. nu. 452. testatur , morem esse in Germania , ut Ordines minores , die etiam Veneris , seu Feria VI. Quatuor Temporum conferantur , additque : Constantiae conferri mane istius diei ; cui non contradicit La-Croix lib. 6. par. 2. qu. 331. §. 2. nu. 2290. Sed & Zacharias in hunc locum Patris La-Croix affert declarationem S. C. Concilii , quæ favet , et si non pro mane , sed post prandium ; hæc enim habet Zacharias l. cit. In Portalegren. an. 1720. 13. April. T. 1. Resol. p. 285. hoc dubium propositum suum : an supposita consuetudine immemorabili , licitum sit conferre primam

Tonsuram , & minores Ordines Feria sexta post prandium ante diem Sabbati Quatuor Temporum ? Respondit S. C. Affirmative quoad primam Tonsuram , & q[uod] ad ceteros minores Ordines consuetudinem immemorabilem tolerari posse : sed expedire , ut Episcopus se conformet Pontificali Romano titulo de Minoribus Ordinibus Vid. etiam Luc. Ferrar. V. Ordo art. 2. n. 7. Posse conferri Feria sexta Vespere minores Ordines ex recepta Episcoporum consuetudine , docent Henriquez , & Barbosa locis §. præced. cit. & post Henriquez , Dianam , Reginaldum , & alios tenet Busemb. lib. 6. par. 2. de Sacr. ordin. dub. 2. Rœsp. 2. Resol. 8. itera Chiavetta Instit. Juris Canon. lib. 2. c. 2. §. 7. n. 105.

§. III.

De Collatione Ordinum in Sabb. Quatuor Temporum.

M AIORES Ordines in solo Sabbatho ³⁹ to Quatuor Temporum. Adventus sunt collati prioribus Ecclesiæ Sæculis ; postquam autem crevit populus Christianus , & majori sit opus copia Sacerdotum , Sacrorum collatio Ordinum extensa est ad reliqua Sabbata Quatuor Temporum C. Ordinationes 7. dist. 75. vide Merati. to. 1. par. 4. tit. 2. n. 7. Sed & conferuntur in Sabbato ante Dominicam Passionis , & in Sabbato Sancto majoris hebdomadæ , tempore Missæ eodem cit. C. Ordinationes . C. Sollicitudo un. dist. 52. & C. De eo , de Tempore Ordinat. Vid. Durand. in Ration. Offic. lib. 2. c. 1. nu. 36. Gavant. in Rubr. Miss. par. 4. tit. 2. n. 4. & 5. Merat. ibi n. 7. & 8. Amalar. de Eccl. Offic. lib. 2. c. 1. Mi-

Microl. c. 14. l. a. *Croix* lib. 6. par. 2. qu. 331. §. 2. n. 2290. *Chiavetta* l. 2. *Instit. Jur. Can.* c. 2. §. 7. n. 104. *Luc. Ferrar.* V. *Ordo* art. 2. num. 9.

In Sabbato potissimum hæc consecratio celebrari, quia a Deo est sanctificatum, dicunt vulgatus Alcuinus de divin. Officiis tit. de Sab. in duodecim lection. & Amalar. de Eccl. Offic. lib. 2. c. 2. & favet S. Augustinus Ep. 119. ad Januarium c. 10. Dicit etiam Barbosa de Offic. Et post Episc. allegat. 17. n. 3. & favet iterum Augustinus l. cit. ideo sacros Ordines conferri in Sabbato, quia Sabbatum significat requiem, ut l. 2. ubi de Sab. dictum est, & in Legge veteri indicat requiem ad Dei cultum, ut ibi est explicatum: atque adeo requiem a laberibus, & negotiis secularibus; quemadmodum Dei adoratio Clericis maxime convenit: quam rationem innuit etiam Honorius in Gem. lib. 3. cap. 155. Aliæ rationes quoque videri possunt assignatae a Durando in Rat. lib. 2. c. 1. n. 35.

Cur autem in jejotris conferantur Ordines? videri potest etiam idem Durandus eodem loco, n. 34. & dicenda a nobis Subl. 5. n. 54. & 69. Utrum vero Ordinandi, & Ordinantes teneantur jejunare ratione collationis, & receptionis Ordinum? videtur. n. 69. Si Collatio Ordinum majorum absolví nequeat in Sabbato, an possit prosequi in Dominica, & quid tunc fieri debeat, ac notari? explicavimus lib. 2. ubi de Dominicâ art. 6. n. 61.

In Sabbatis Quatuor Temporibus, vel aliis ad Ordines conferendos a iure praefitutis, Episcopus ordinationem faciens, Missam de Feria, non autem

de Sancto, qui forte diebus illis occurret duplex, vel semiduplex v. g. S. Mathiae tempore verno, S. Thomæ tempore hyemali O.c. celebrare debet. S. R. C. 11. Julii 1739 in Neritonensi. & 21. Martii 1744. in Bergomensi, apud Gaval. in Append. post finem tom. 4. & post cap. de perpet. immut. Fester. ubi docet: Decretum non esse extendendum ad alios dies, in quibus quandoque ex dispensatione, ab Episcopis Ordines conferuntur.

Qu. I. Utrum, si Ordinatio sit prolixior, possit Episcopus Missam celebrare longe post meridiem, etiam post Vesperas, aut Nonam, sub actus Ordinationis ante meridiem cœptus sit.

R. Affirmant D. Thom. 3. pars qu. 83. art. 2. ad 3. aliquie apud Dianaem edit. coord. to. 2. n. 1. R. 108. §. 3. sed contradicit Suarez. tom. 3. in 3. par. disp. 80. Sect. 4. §. sed qu. 1. videri possunt dicenda tr. 2. in Sab. Sancto Subl. 4. §. 5. qu. 2. num. 363.

Qu. II. Si quis in loco, ubi est novum Calendarium, suscepit Subdiaconatum in Quatuor Temporibus Septembribus, & cum dimissoris proficiscatur ad locum, ubi est vetus Calendarium; an poterit Quatuor Temporibus ejusdem Septembribus hujus anni ibi recurrentibus suscipere Diaconatum?

R. Negative, sic enim conferetur eodem die suscipere duos Ordines sacros: utrumque enim Sabbatum moraliter, & respective ad judicium Ecclesiarum censetur idem pro Quatuor Temporibus Septembribus isto anno; & per accidens est, quod uno loco veniat citius, altero serius; Ita *Croix* lib. 6. par. 2. qu. 331. §. 15.

42. Preces, & Missæ Ordinatis ab Episcopo injunctæ an obligent sub mortali? vid. La-Croix lib. 6. par. 2. qu. 334. n. 2318. §. 2. Animadvertis hic cum eodem l. cit. §. 3. & Gavant. in Rubr. Miss. par. 1. tit. 4. n. 3. lit. o. Missas votivas de Spiritu S. &c. Neopresbyteris injunctas, celebrandas post primam eorumdem Missam, non esse celebrandas diebus impeditis, seu quibus prohibentur Missæ votivæ: sed primis diebus non impeditis.

S U B S. IV.

De Indulgentiis.

43. **THEN** tribus diebus jejunii **Quatuor Temporum** habentur indulgentiæ Stationum. De Stationibus agemus tr. 2. lib. 4. par. 1. cap. 2. a numer. 101.

S U B S. V.

De Jejunio Quatuor Temporum.

44. **JEJEJUNIUM** Quatuor Temporum est **j**ejunium trium dierum in una, & eadem hebdomada celebratum, Feria videlicet quarta, sexta, & Sabbato in singulis anni quatuor Temporibus. Porro annus dividitur in quatuor tempora, quibus insignes existunt aeris, & corporum mutaciones, nimirum Vere, Aestate, Autumno, Hyeme.

Jejunium Vernum celebratur hebdomada prima Quadragesimæ; Aestivum servatur ipsa Pentecostes hebdomada; Autumnale fit hebdomada tertia hujus mensis Septembri, quæ qualis sit? mox explicabitur: Tandem Hyemale hebdomada tertia

Adventus expletur. C. Statutus, 4. dist. 76.

Jejunium itaque Quatuor Temporum pro Vere celebratur mense Februario, aut Martio, prout variat, & occurrit initium Quadragesimæ; illi enim jejunio satisfit per ipsum Quadragesimale jejunium, cum ad hunc finem fuerint etiam destinata tria ex jejunis hebdomadæ primæ Quadragesimæ; Feriæ scilicet quartæ, sextæ, & Sabbati post Dominicam primam Quadragesimæ; ideoque etiam Romæ olim hujusmodi solemnis jejunii fuisse tantummodo tria tempora numerata, tradit Meratus. 1. par. 4. tit. 2. n. 3. eo quod videlicet jejunium Vernum cum Quadragesimali jejunio confundebatur. Jejunio Quatuor Temporum pro Aestate designatur ipsa Pentecostes hebdomada mense Majo, vel Junio, prout similiter variat, & accidit Pentecoste, quæ pendet a Paschate, ut suo loco dicemus.

Jejunium Quatuor Temporum pro Autumno servatur hoc mense Septembri in hebdomada ante Äquinoctium Autumnale, Feria quarta, sexta, & Sabbato infra hebdomadam tertiam Septembri, seu post Dominicam tertiam prædicti mensis, computatam vero juxta regulam, & Rubricam Breviarii Romani explicandam tr. 2. in Sabbato post Dominicam VI. Pentecost. Dari etiam potest hæc altera regula, dicendo nimirum: jejunia Quatuor Temporum pro Autumno celebrari mense Septembri post Festum Exaltationis S. Crucis; Feria scilicet quarta, quæ prima occurrit post prædictum Festum, & sequenti Feria VI., & Sabbato ejusdem hebdomadæ. Denique jejunium Quatuor Temporum pro Hye-

Hyeme expletur mense Decembri in hebdomada tertia Adventus, seu post Festum S. Luei & V. & M. Feria scilicet quarta, quæ primum occurrit post prædictum Festum, & sequenti Feria sexta, & Sabbato ejusdem hebdomadæ.

45 Nota hic: jejunium Quatuor Temporum Decembribus aliquando appellatum fuisse jejunium *Decimi mensis*; ita in Concilio Saleguntano apud Gratianum, ut mox videbimus: item a S. Leone I. in *Serm. de Jejunio Quatuor Temporum*; item in Ord. Rom. tit. de *Quatuor Temporib.* & ab aliis Antiquioribus passim. Hoc autem factum est, vel ex eo, quia primum Romani ex Romuli institutione decem tantummodo menses numerabant in anno., quorum primus erat Martius, ultimus December, atque adeo Decimus: qui ultimus mensis, ideo etiam dictus fuit December, scilicet ex numero *Decem*, vid. Durand. in Rat. Offic. lib. 8. c. 4., quemadmodum & Julius dicebatur Quintilis; & Augustus Sextilis: hoc est Quintus, & Sextus mensis, incipiendo nimirum a Martio. At Numa Pompilius videns, quod annus non bene decem mensibus compleretur: cum nec Solis cursui, nec Lunæ congrueret, superaddidit duos in principio, scilicet Januarium, & Februarium; unde ultimus anni mensis, retento Decembribus nomine, evasit Duodecimus; ita Durand. l. cit. n. 2. et si alii dicant: Januarium, & Februarium fuisse olim ultimos duos mensens anni; vide dicta in Procœm. hujus tr. i. n. 1. Alii autem dicunt: laudatum Pompilium in principio anni Januarium statuisse, & Februarium in fine. Vel dictum est, dici-

que potuit jejunium decimi mensis per accommodationem quamdam ad locutionem Scripturarum, in quibus solemne jejunium, quod in veteretiam legi celebrabatur mense Decembri: dicebatur jejunium decimi mensis, ut videre est Zachar. c. 8. v. 19. Et enim quod nobis est undecimus mensis, apud Hebræos est nonus; quemadmodum animadvertisit in Concilio Nicæno Secundo, actione quarta; atque adeo quod nobis est duodecimus mensis, apud Hebræos est decimus; vid. A-Lapid. in laudatum locum Zachar. Porro Hæbreis præcepit Dominus, ut ab egressione de terra Ægypti inciperent computare primum mensem anni (sacri videlicet, pro legalibus observantiis); cum Civilem inciperent a Septembri versus Æquinoctium) quemadmodum constat ex c. 12. Exodus v. 2. Egressio autem Israel de Terra Ægypti accidit in mense Martio; vid. dicenda tr. 2. in Dom. Resurr. art. 1. qu. 6. interrog. 1. n. 8.

Duodecim itaque sunt Quatuor 46 Temporum jejunia: ex quibus autem tria, nimirum verna, cum in ipsa Quadragesima explenda sint, quando cæteroqui jejunandum est; videri possent inaniter posita: quinimmo nec id videtur esse conforme Decreto Concilii Saleguntani, quod apud Gratianum C. de *Jejunio*, 3. dist. 76. monet: ut jejunium decimi mensis, seu Quatuor Temporum Decembribus celebretur in Sabbato præcedente Vigiliam Natalis Domini: ne jejunium hoc concurredat cum jejunio illius Vigilie, ut eodem cit. C. dicitur. Idipsum animadvertisit in Ordine Rom. antiq. tit. de *Quatuor Tempor.* Similiter disponit idem Concilium de jejunio *Quatuor Temporum*

rum Aëstatis, quod, inquit, non debet celebrari immediate ante Pentecosten; quia vigilia simul & jejunium celebrari non debent. Ergo non est conforme hujusmodi Decreto laudati Concilii celebrare jejunium vernum Quatuor Temporum simul cum jejunio Quadragesimæ. Aëstivum autem jejunium Quatuor temporum in ipsa Pentecosten hebdomada celebratum, videri item posset incongruo tempore positum, cum duret adhuc tempus Paschale, quo, propter Resurrectionis Domini gaudium, Patres communiter docent, non esse jejunandum, & Canones etiam id prohibent. Durare autem tempus Paschale per hebdomadam adhuc Pentecosten, patet ex Rubrica Breviarii Romani in Sab. Quat. Tempor. Pentec. ubi ita habet: *Post Nonam, celebrata Missa, terminatur tempus paschale.*

Sed contra est: nam ad primum: de. jeuniis vernis dicendum: illa non esse inaniter posita, quamvis concurrent cum jeuniis Quadragesimæ; finis enim extrinsecus, propter quem instituta fuere Quatuor Temporum jejunia, est omnino diversus a fine extrinseco jejunii Quadragesimalis; hoc autem sufficit, ut non inaniter celebrentur simul prædicta jejunia: seu non inaniter jejunium Quatuor temporum concurrent cum jejunio quadragesimali. Præterquamquod etiam puto, consultumuisse prudenter, & de more piæ Matris Ecclesiaz, humanorum corporum imbecillitatis, quæ forte pati non potuisset jejunia plura, & sibi proxime succendentia. Quadragesima enim quoque celebratur in Vere.

Adde, quod, cum Quadragesima, utpote variabilis, pendet enim a

Paschale & saepe initium sumat patto post initium Februarii, si jeuniis pro verno tempore designati fuissent dies extra Quadragesimam: vel esse debuissent ante, vel post: & non post Quadragesimam, quia est tempus paschale, quando non est jejunandum, in sensu tamen explicando, ubi de jejunio tempore paschali. Nec ante Quadragesimam, nam sic saepe jejunia verna Quatuor temporum celebrari debuissent hymnali tempore, puta Januario, atque adeo diverso, quam quod illis congruebat, tempore. Ergo etiam propter congruentiam, bene jejunia Quatuor temporum verna non extra Quadragesimam celebrantur, sed tria desumuntur ex ipsis Quadragesimalibus jeuniis, & applicantur ad finem etiam illum extrinsecum; qui nihilominus haberi quoque potest, ob quem jejunia Quatuor temporum instituta fuere, & quidem diversum a fine extrinseco jejunii quadragesimalis: quod, ut dictum est, sufficit ad hoc, ut non inaniter jejunia quatuor temporum verna intra ipsum quadragesimale Jejunium. celebrentur.

Confirmatur exemplo Vigiliæ concurrentis cum Feria Quatuor temporum, quo casu non transfertur jejunium Vigiliæ, sed uno eodemque jejunio satisfit Vigiliæ, & Quatuor temporibus. Sicuti autem non inaniter in hoc casu celebratur jejunium Quatuor temporum, quamvis concurrent cum j. junio Vigiliæ, ita dicendum, nec inaniter celebrari jejunium vernum Quatuor temporum, quamvis concurrent cum jejunio quadragesimali.

Quod autem Concilium Salegumstanum noluerit in unum diem concur-

currere duo jejunia : illud fuit speciale Decretum illius Concilii , cæteroqui particularis , seu Provincia lis , quod decretum jam non servatur , ut satis constat : generalis enim Ecclesiæ consuetudo , ut observat Azor. Instit. moral. par. 1. l. 7. c. 20. qu. 6. habet , quod duobus jejuniis ab Ecclesia iudicis incidentibus in diem eundem , usque præcepto satisfiat unico jejunio , unde , ut supra modo significavimus , etiam videmus jejuniū quatuor temporum aliquando concurrere cum jejunio Vigiliæ , quod ipsimet quoque accidit jejunio Quatuor temporum decimi mensis , seu Decembri . Enim vero occurrente Nativitate in Feria secunda , etsi Officium ejus Vigiliæ celebretur in ipsa præcedenti Dominica ob rationem assignandam 24. Decembr. art. 1. at jejuniū anticipatur in Sabbato , in quo est simul jejuniū Quatuor temporum , & jejunatur tum pro Vigilia Natalis , tum pro jejunio Quatuor temporum , ut notat Jo: Be leth de Div. Offic. c. 66. & Durand. in Ration. lib. 6. c. 2. num. 10. Nec tamen inde sequitur , inaniter celebrari duo simul jejunia , seu inaniter uno , eodemque die concurrere duplēm obligationem jejunandi , si uterque extrinsecus finis diversus jejunii adhuc haberi possit , ut certe poterit , celebrando jejunia Quatuor temporum verna cum jeju niis quadragesimalibus .

47 Finis autem extrinsecus jejuniorum Quatuor temporum , propter quem instituta fuere ; multiplex assignatur communiter ab Auctoribus ; & primo quidem celebrari dicuntur hæc jejunia , ut ea offeramus Deo , ut nobis peccata dimittat , que per an-

ni diversa tempora semper patrare solemus : *In multis enim offendimus omnes . Jac. 3. 2. Et iniquitatæ sunt via nostræ in omni tempore . Psal. 9. (sed 10. secundum Hebr.) v. 5.*

Secundo , ad rogandum Domini nungi , aut ei gratias agendas propter fructus terræ . In quatuor enim temporibus anni , vel semina terræ mandantur , vel sata oriuntur , vel orta maturescunt , vel maturata colliguntur .

Tertio , ut Deus ipse , sicut totius anni est moderator , cursus Solis Rector , temporum dat tempora : *Signa , & monstra scit , antequam fiant , & eventus temporum , & sæculorum . Sapient. 8. 8. Attingit a fine usquem ad finem fortiter , & disponit omnia suaviter . Sap. 8. 1. Sic totius vitæ nostræ actiones , ac studia prospere , atque clementer moderetur , & regat , & feliciter absolvat .*

Quarto , ut hæc jejunia veluti Quatuor temporum anni primitias Deo offeramus .

Quinto , ut christianus populus abstinentiæ virtute non cedat hebreico . Porro Hebræi quater in anno solemnne jejunium celebrabant , ut constat ex Zachar. cap. 8. v. 19. ubi *Hec dicit Dominus exercituum : jejunium quarti , & jejunium quinti , & jejunium septimi , & jejunium decimi erit domui Iuda in gaudium , & latitudinem , & in solemnitates præclaras &c. Has , & similes rationes assignare solent Scriptores ecclesiasticæ disciplinæ , agentes de his jejunis ; vide ri etiam possunt dicenda nu. 53. & num. 69.*

Jamvero nulli ex prædictis rationibus extrinsecis , ob quas instituta fuere jejunia Quatuor temporum ,

cb-

obstat, quod horum aliqua concurrant cum jejuniis Quadragesimæ, aut alicujus Vigiliæ; cum diversus sit horum omnium finis extrinsecus: quod, ut toties dictum est, sufficit ad hoc, ut non inaniter celebretur jejuniū Quadragesimæ, aut alicujus Vigiliæ, nec ostendi potest oppositum. Ergo non inaniter jejunia Quadragesimæ celebrantur in ipsa Quadragesima.

¶ 8 Sed dices: qui tenetur jejunare ex voto, non potest ad satisfaciendum huic suæ obligacioni, designare diem, in qua aliunde tenetur jejunare, puta, eo quod sit Vigilia, aut dies Quadragesimalis jejunii; cuius ratio est, quia sic eluderet obligationem illam, quam habet jejunandi ex vi voti sui, & inanis esset illa positio, & designatio, sed debet altera die jejunare, seu aliam diem designare ad explendum jejuniū ex voto. Ergo a pari si tempore verno exempla sunt tria jejunia Quadragesimæ, ipsiis satisfaciendis non sunt designandi dies-quadragesimales, quia cum in illis aliunde sit obligatio jejunandi, eluditur hæc obligatio Quadragesimæ, & inanis est hæc positio, & designatio; sed aliis diebus jejunandum est pro quadruporibus vernis, seu alii dies designandi sunt extra Quadragesimam, in quibus non sit similis obligatio jejunandi.

¶ 9. Paritas non valet: nam qui tenetur jejunare ex voto, habet motivum intrinsecum jejunandi distinctum, & diversum a motive intrinseco, quod est in jejuniō ex præcepto Ecclesiæ; adeoque sunt duas obligationes formaliter diversæ; quapropter vel distinctis jeuniis sa-

tisfaciendum est Voto, & præcepto; vel in casibus mox infra explicandis, quod unico jejuniō possit quidem quis satisfacere voto, & præcepto: si non jejunet, peccat ramen multipliciter juxta diversas rationes formales, ex quibus tenetur ad jejunium. Secus autem est in legibus jejunandi pro quadruporibus, & Vigilia, & Quadragesima: in his motivum intrinsecum est idem, adeoque omnes hæc leges non sunt formaliter diversæ, sed materialiter tantum; quapropter possunt hæc in unum diem concurrere, & potest iisdem in unum diem concurrentibus unico jejuniō satisficeri, ut infra probabimus, & melius explicabimus. Interim

¶ 2. Tribus modis potest quis concipere votum jejunandi. Primo absolute, explendi unum, vel duo &c. jejunia, non determinando diem, & tempus. Secundo modo determinato, designando talem diem hebdomadæ, vel mensis, puta diem cuiuslibet Sabbati, vel diem 25. Mensis. Tertio modo, determinate etiam, & ita ut obliget se ad jejunium in tali Vigilia, aut Feria Quadragesimæ.

Qui vovit primo ex prædictis modis, tenetur quidem die, qua aliunde non habet obligationem jejunandi, prædicto suo voto satisfacere; quia cum absolute obligaverit se ad jejunium, censetur voluisse se obligare ad jejunium, ad quod aliunde non tenebatur.

Qui autem secundo modo expressit votum suum: is quidem potest unico jejuniō satisfacere obligationi ex præcepto Ecclesiæ, & simul ex suo voto; quia pro tali determinato tempore, & die obligavit se ad jeju-

jejunium, adeoque non tenetur jejunare altero die diverso, pro quo, non videtur, se voluisse obligare; per accidens autem est, quod coincidat altera similis obligatio jejunandi ex præcepto Ecclesiæ.

Similiter qui tertio modo vovet jejunium; qui etiam modus, et si videatur inanis, non est tamen; primo quia potest quis obligari ad præstandum aliquid ex diversis, & distinctis motivis intrinsecis, ita ut si non præstet, multiplicitate peccet contra illas rationes formaliter diversas, ex quibus ad illud unum præstandum tenebatur. Sic qui non servat unum jejunium quatuor temporum, unum peccatum committit contra præceptum Ecclesiæ: Si autem ad illud simul se obligaverat eum voto ex motivo Religionis: duplex peccatum committit, unum contra præceptum Ecclesiæ, alterum contra votum suum. Si etiam tenebatur ex pœnitentia imposta a Confessario, peccat tertio contra hujusmodi tertiam formaliter diversam obligationem; & si quarto tenebatur ex præcepto Superioris ex motivo obedientiæ, peccat etiam quarto; & per actum physice unum contrahit quatuor specie diversas malitias; nec satisfacit in confessione dicendo: quod semel transgressus fuerit jejunium, ad quod graviter obligabatur; sed addere debet, ad quod obligabatur ex lege Ecclesiæ, & ex voto, & ex mandato Confessoris, denique ex præcepto Superioris; haec enim sunt quatuor quasi leges formaliter diversæ. 1. Ecclesiæ ex motivo temperantiæ. 2. Voti ex motivo Religionis. 3. Confessoris ex motivo pœnitentiæ. 4. Superioris ex motivo obedientiæ. La-Croix

TOM. III.

lib. 5. qu. 25. §. 3. Fagund. 1. præc. Eccl. lib. 2. c. 4' n. 9. Sanch. de Matrim. l. 9. disp. 15. n. 6. Vas. qu. in 1. 2. disp. 98. num. 9. fine. Azor. Inst. Moral. par. 1. l. 7. c. 20. qu. 7. fine. Reiffenstuel Theol. Moral. tom. 2. tr. 10. dist. 2. qu. 3. concl. 6. nu. 49. Non est ergo inane, obligare se ad jejunandum die, quo aliunde tenetur quis jejunare: si motiva intrinseca sint diversa. Nec item secundo inane est, si motiva etiam solum extrinseca sint diversa: quia bene quis potest assumere jejunium ex diversis motivis extrinsecis, quorum unum non excludat alterum; puta, si in jejunio alicujus Vigiliae, per quod Ecclesia intendit honorem talis Sancti, quis intenderet etiam servare mentem puram, & magis aptam, ut elevetur ad contemplanda cœlestia: vel illud simul offerat Deo in gratiarum actionem pro accepto speciali beneficio; numquid inanis esset hæc oblatio, vel intentio illa? Nullo prorsus modo: imo vero valde laudabilis: & hujusmodi intentiones diversæ habendæ sunt, & captari debent in omnibus nostris bonis operibus, ad augendum eorum meritum pro æterna gloria, ut bene animadverterit Navar. *Manyal. prælud. 9. n. 20.*

Jamvero designatio jejuniorum Quatuor temporum non est similis primo ex supra dictis modis vovendi jejunium, sed est similis secundo, & tertio modo. Jejuniis enim quatuor temporum designatur talis determinata hebdomada, & tales determinati dies definiuntur eisdem.

Et quidem jejunia Æstiva Quatuor temporum, Hiberna quoque, & Autumnalia sunt similia secundo

D d mo-

modo; designatur enim eis tale determinatum tempus, talis determinata hebdomada, tales determinati dies.

Æstivis nimirum Feria 4. 6. & Sab. hebdomadæ Pentecostes; Autumnalibus Feria 4. 6. & Sab. ante æquinoctium autumnale, seu prima Fer. 4. occurrent post Festum Exaltationis S. Crucis mense Septembri, & sequens, Fer. 6. & Sab. Hibernis Fer. 4. 6. & Sab. hebdomadæ 3. Adventus. Sunt itaque determinata tempus, hebdomada, dies. Si ergo tali tempore tali hebdomada, talibusque diebus aliunde occurrat Vigilia, seu alia obligatio jejunandi; nihil obest, sed potest unico jejunio satisfieri obligationi Quatuor temporum, & simul v. g. Vigilie. Sicut qui votit jejunare tali die, puta omnibus Sabbatis, si in ipsis aliquando occurrat jejunium ex præcepto Ecclesiæ, non tenetur jejunium ex voto transferre, ut jam dictum est in secundo modo votandi jejunium, cui, ut dixi, similis est obligatio jejunandi in quatuor temporibus hibernis, æstivis, & autumnalibus.

Obligatio vero jejunandi in quatuor temporibus vernis similis est tertio ex prædictis modis votandi jejunium, in eo quod, sicuti potest quis non inaniter obligari ad unum jejunium ex diversis motivis extrinsecis, ut explicatum est: Similiter Ecclesia potuit se obligare, sive suos obligare fideles, ad jejunandum toto tempore Quadragesimæ pro talibus causis extrinsecis, quas intendit, & exponemus suo loco, & simul destinare tres dies ex eadem Quadragesima pro talibus aliis causis extrinsecis superius explicatis, & obligare

ad jejunium, pro tali etiam diverso fine extrinseco.

An autem dupliciter peccet, qui 49 non jejunet quatuor temporibus celebratis in Quadragesima, aut incidentibus in Vigiliam? & an tripliciter, si concurrant cum Quadragesima simul, & Vigilia? & an quadrupliciter, qui comedat carnes Feria sexta, aut Sabbatho quatuor temporum occurrentium in Vigilia, & simul in Quadragesima? primo nimis eo quod tenetur ratione Quatuor temporum. 2. ratione Vigiliae. 3. ratione Quadragesimæ. 4. ratione Feriarum 6. aut Sabbati? Afirmat Emmanuel Rodig. in sum. 1. par. 1. c. 23. n. 4. Pontius apud Dianam tom. 1. edit. coord. tr. 7. R. 18. §. 4. & alii apud eundem tom. 4. tr. 6. R. 63. §. 1. Id etiam sapponit Navarrus in Manual. c. 11. n. 4. & ex quo colligitur.

Ratio horum Doctorum est, quia si non concurrent, diversa jejunia facienda forent, que si transgrederentur, diversa peccata committerentur. Ergo eadem ratio est, si incidant, & concurrant simul in eadem die, cum etiam tunc tot præcepta violentur, quot concurrunt jejunia, imposita quidem ob causas, & rationes diversas; nam præceptum Vigilie præscribit jejunium in honorem talis Sancti: Jejunium quatuor temporum fit ob fines alias, & causas superius indicatas. Diversas rationes, & fines varios habet jejunium Quadragesimale suo loco explicandos; diversas quoque rationes habet jejunium, seu abstinentia Feriarum 6. & Sabbati suo etiam loco jam expositas. Quæ omnes rationes, & jejuniorum causæ seorsum sumptu per se sunt sufficentes, ut ip*i*

ipsi dicunt, ad inducendam obligationem peccati mortalis: peccatum autem totuplex est, quotuplex est diversa ratio præcipiendi, & diversus finis, ob quem actus sub peccato vel præcipitur, vel prohibetur. Hæc sententia est probabilis.

Sed probabilior, communior, & verior sententia contrariorum docet, & ita tenent Vasquez in 1. 2. disp. 98. nu. 9. Diana 1.1. cit. Filliuc. tom. 2. tr. 27. par. 2. c. 5. qu. 4. n. 82. Bonac. to. 2. disp. 2. qu. 4. pu. 3. n. 10. Fagund. 1. præc. Eccl. 1. 2. c. 4. num. 6. & rursus 4. præc. Eccl. lib. 1. c. 10. n. 7. Azor. Institut. Moral. par. 1. lib. 7. c. 20. qu. 7. Saoch. de Matrim. tom. 3. l. 9. disp. 15. nu. 6. La-Croix lib. 5. qu. 25. nu. 133. & 137. & rursus lib. 6. par. 2. qu. 148. 6. 4. n. 1105. Reiffenstuel Theol. Moral. to. 2. tr. 10. dist. 2. qu. 3. concl. 6. n. 48. & alii. Ratio est, quia ex eo, quod omnia prædicta præcepta seorsum sumpta per se sufficiant ad inducendam obligationem gravem, sequitur quidem, esse materialiter distincta; non autem sequitur esse item formaliter, ut opus esset distingui, ad hoc ut ubi in unum dieni convenerint, possent inducere illas easdem obligationes, quas seorsum sumpta, & similiter servanda inducebant.

Profecto ad hoc ut leges censeantur esse ita diversæ, quod aliam specie malitiam in actum refundant, non sufficit, quod materialiter tantum sint diversæ; sed requiritur, ut sint item formaliter. Ita Fagundez 1. præc. Eccl. lib. 2. c. 4. nu. 6. & 7. Bonac. to. 2. disp. 2. qu. 4. pu. 3. n. 5. Sanch. de Matrim. lib. cit. La-Croix lib. 5. qu. 25. nu.

132. Quandonam vero leges sunt materialiter tantum, vel etiam formaliter diversæ: bene explicat La-Croix cit. q. 25. qui videri potest.

Interrog. hic. An qui transgreditur aliquod jejunium Quatuor temporum in Quadragesima: aut quatuor temporum aliquod jejunium incidens in Vigiliam: sufficiat in confessione accusare se tantum, quod transgressus fuerit unicum jejunium; posito quod præceptum jejunii quatuor temporum in Quadragesima, aut etiam concurrens cum Vigilia non contineat diversas obligationes; adeoque ejus transgressio in prædicto casu non contineat diversas specie malitias?

R. Non sufficere, sustinet Reginald. in praxi tom. 1. l. 4. c. 15. num. 192. quia licet dicatur unum tantum peccatum committere, hostem est duplo, vel triplo, &c. gravius quam si non esset tales præceptorum concursus. Nam pluribus causis obligatus jejunare, non jejunans plus peccat, ut per se notum est, inquit Reginald. adducens Major. in 4. dist. 15. qu. 3. Contrarium tamquam probabilius docent Sanch. de Matrim. 1. cit. Bonac. to. 2. disp. 2. qu. 4. pu. 3. n. 12. La Croix lib. 5. qu. 25. nu. 133. Fagund. 1. præc. Eccl. 1. 2. cap. 4. nu. 6. Diana tom. 4. edit. coord. 6. R. 63. 6. 3. & alii apud ipsos: quia etiam concedendo, quod circumstantiae notabiliter aggravantes sint necessario confitenda; & quanvis multiplicatio illa præceptorum malitiam transgressionis augeat, nihilominus non ita notabiliter aggraviat, ut sit necessario in confessione detegenda.

Sed jam ad alterum deveniamus; 51
D d 2 quod

quod erat ; Jejunia *Æstiva* quatuor temporum incongrue videri posita in ipsa Pentecostes hebdomada : cum non liceat jejunare tempore paschali , ad quod etiam pertinet Pentecostes hebdomada .

Ad hoc secundum itaque respondent aliqui primo cum Cajet. 2. 2. qu. 147. art. 5; & Sylvest. verbo *jejunium*. num. 5. licet hebdomada Pentecostes pertineat ad tempus Paschale , non incongrue tamen in hujusmodi hebdomada celebrantur jejunia. *Æstiva* quatuor temporum ; quia tempore Paschali est quidem prohibitum jejunium mœroris , & afflictionis , non item lætitiae & exultationis : hujusmodi autem est jejunium quatuor temporum Pentecostes ; Profecto illud jejunium , quod in hebdomada Pentecostes suscipitur , dicitur jejunium exultationis , quia lætitiae tempore servatur , absque genuflexione , cum *Alleluja* , *Gloria in excelsis* , & vestibus Solemnibus in Missa : *Nec vero contribut aut obscurat* , (ait Rupertus Abb. de Divin. Offic. lib. 10. cap. 26. fine) sed magis illustrat observantia jejuniorum illam de Adventu Sancti Spiritus Solemnitatem : quippe quia delitiae Sancti Spiritus deliciarum carnalium fastidiam important electorum mentibus : & quia Sponsus ablatus est , jejunandum est Filiis ejus , hoc Spiritu Sancto Paracletu , sic juam dispensante gratiam , & consolationem , ut delectentur gemitibus inenarrabilibus , gementes ut columbae , gemitum que pro cantu babentes . Hæc Rupertus . Prædictum igitur jejunium est exultationis , & non fit pro peccatis , sed ut potestas Diaboli removetur ; ut dicit Durandus in Ration. Offic. lib. 6. c. 102. num. 13.

fine . Vel ut melius vult Cajetanus , ubi supra : illa jejunia , uti exultationis jejunia principaliter celebrantur , licet statuta sint secundario ad castiganda delicta , quæ inter paschalia gaudia ex negligentia , & immoderata lætitia commissa sunt ; ut quidem dicitur C. Igitur 5. dist. 76.

Respondeatur secundo , & verius cum Azor. Inst. Moral. par. 1. lib. 7. cap. 14. & Fagund. in 4. præc. Eccl. lib. 1. c. 6: num. 2. Tempus Paschale , quod attinet ad immunitatem jejuniorum juris communis , id censeri , quod est a Paschate usque ad Pentecosten , seu a Dominicâ Resurrectionis usque ad ipsam Dominicam Pentecostes , in quod tempus jejunia ex constitutione juris communis non invenimus cadere . Sunt itaque jejunia Quatuor temporum *Æstiva* celebrata extra tempus Paschale . Ergo tempore non incongruo posita . Quod si Rubrica Breviarii , & Missalis Romani dicit ; tempus Paschale terminare post Nonam Sabbati hebdomadæ Pentecostes , celebrata Missa : ibi , ut perse patet , sermo est de Officio , & Missa : quoad hæc enim omnis Octava reputatur facere unum cum ipso Festo ; ut ex Scriptoribus de rebus Ecclesiasticis docebimus tr. 2. lib. 5. par. 2. in ejus 1. par. c. 1. fine ; non igitur quoad omnia , ut etiam animadvertis Gavant. in Rubr. Missal. par. 1. tit. 20. §. Ordinarii locorum fine . Confer etiam dicta C. Januar. n. 39. & dicenda in Sabb. post Pentec. n. 8. & 10. Sic autem intelligendam esse Rubricam prædictam ; probatur ex eo , quod ex una parte hæc jejunia Quatuor temporum sunt de jure communi per universam Ecclesiam constituta , ut infra

¶ videbimus ; ex alia parte jure commune excludit jejunia a toto tempore Paschali . Ergo in ordine saltem ad jejunia juris communis , tempus Paschale terminat in ipsa Dominica Pentecostes ; hoc enim designare , restringere , vel ampliare , pendet ex voluntate , & determinatione ipsius Ecclesiae . Favet Gratianus in C. *Jejunium* 7. dist. 76. §. Non autem ubi afferit , quod a die Dominica Resurrectionis usque ad diem Pentecostes non indi- cuntur observanda jejunia ; scilicet de jure communi : & in sequenti C. *Scire debet* . §. *Necessario* . ubi ait : *Necessario ergo Ecclesia instituit* , ut post diem Pentecostes jejunia celebrentur . Sed quod in illis quinquaginta diebus jejunandum esse , negatur , ex observantie necessitate intelligitur . Quibus verbis satis aperte insinuat Gratianus , tempus Paschale in ordine ad exclusionem jejunii ex jure communi cessare in ipsa Pentecostes die : adeoque jejunium Quatuor temporum Pentecostes esse , seu reputari extra tempus Paschale . Et hoc idem putant Azorius , & Fagundez voluisse Divum Thomam 2. 2. qu. 147. art. 5. ad 3. ubi testatus est , non esse jejunium indicium iab Ecclesia toto tempore Paschali : per tempus Paschale intelligit proculdubio tempus a Dominica Resurrectionis usque ad Dominicam Pentecostes ; nam constat , jejunia Quatuor temporum esse de jure communi , ut jam videbimus . Et item Gratianus modo laudatus dicit : Ecclesiam instituisse jejunia post diem Pentecostes : & hoc Divus Thomas ignorare certe non potuit . Ergo ubi docet , non esse jejunium juris communis tempore Paschali ; intelligit

a Dominica Resurrectionis usque ad Dominicam Pentecostes ; adeoque per Divum Thomam hebdomada Pentecostes in ordine ad jejunium reputatur esse extra tempus Paschale ; quamvis aliter praedictum locum Divi Thomae intellexerit Cajetanus , uii significabimus , sed rejiciemus inferius . Imo secundum illos , qui volunt , jejunium Vigiliæ Pentecostes esse ex precepto universalis Ecclesiae , & non simpliciter ex consuetudine populi christiani : de qua re suo loco dicetur in Vigilia Pentecostes ; dicendum est : tempus Paschale quoad exclusionem jejuniorum absolvit ante diem Pentecostes . Quid ? quod Durandus absolute docet : in die Pentecostes terminatum esse tempus Paschale ; enimvero in Ration. offic. lib. 7. c. 107. de die Sancto Pentec. referens morem quendam Ecclesiarum , quæ in die Pentecostes in Missa post Epistolam dicebant Graduale : hanc dat rationem : quod scilicet in die Pentecostes Festum Paschale terminatum sit &c. En eius verba : Post Epistolam dicitur Graduale in quibusdam Ecclesiis , quia Festum Paschale terminatum est . Ita ille : loquitur autem de Missa diei Pentecostes . Quod tamen in ordine ad officia Ecclesiastica nunc quidem non valet , ut supra significavimus .

Nec singulare est , quod idem tempus in ordine ad unum puta in ordine ad exclusionem jejunii sit terminatum , minime vero in ordine ad aliud , puta ad officia Ecclesiastica ; enimvero exemplum etiam habemus in tempore Quadragesimali , quod in Ordine ad unum , puta ad obligationem jejunandi , incipit a Fer. IV. Cinerum ; in ordine

tamen ad aliud, puta ad officia Ecclesiastica, incipit a Domin. I. Quadragesimæ: ut notum est: cuius rei rationem suo loco assignabimus. Ratio autem pro re præsentri, videlicet, cur officia Ecclesiastica Paschalia prosequantur per Octavam Pentecostes; est ea, quam supra significavimus, nimirum quia omnis Octava facit unum cum ipso Festo in Ordine ad officia Ecclesiastica; sic enim voluit, & consuevit Ecclesia, quoad hujusmodi officia, non item quoad alia omnia, ut supra diximus. Confer dicenda in Sabb. post Pentec. n. 8. & 10.

53 Illud indeinde quod objiciebatur: Patres, videlicet, docere, non esse tempore Paschali jejunandum, & Canones id prohibere; præterquam quod non faciat ad rem, cum ut probatum est, jejunia quatuor temporum Æstiva sint extra tempus Paschale; illud, inquam, quomodo sit intelligendum? explicabimus tr. 2. lib. 5. par. 1. c. 4. ubi probabimus: licere per se tempore etiam Paschali jejunare, & de facto multas particulares Ecclesias prædicto tempore quædam jejunia laudabiliter celebrare, notabimus; adeoque etiamsi daretur, quod hebdomada Pentecostes esset absolute, & simpliciter intra tempus Paschale, non inde vero sequeretur, jejunium Quatuor temporum in illa hebdomada celebratum, fuisse tempore incongruo collocatum. Quod? quid S. Isidorus Hispal. Episc. l. 1. de Divin. offic. c. 37. de jejunio Pentec. refert, ipsum jejunium Æstivum a plerisque ante Pentecosten, post Ascensionem Domini, auctoritate Evangelii, observatum fuisse, illud Domini testimonium Matth. 9. 15.

ad litteram recipientibus: *Numquid pressunt Filii Sponsi lugere, quamdiu cum illis est Sponsus?* Venient autem dies, cum auferetur ab eis Sponsus, & tunc jejunabunt. Ajibant enim illud tempus expletum, quo Christus avolans ad Cœlos, præsentia corporali discessit; & ideo tunc indicendum esse jejunium, ut per cordis humilitatem, & abstinentiam carnis mereamur e Cœlis promissum Spiritum Sanctum accipere. Magis autem congruum videri debet, jejunare statim post Pentecosten, & adventum Spiritus Sancti, tum propter allatam rationem absentiæ Sponsi, quam adducit Rupertus de divin. Offic. l. 10. c. 26. fine; tum etiam quia faver exemplum ipsorum met Apostolorum, quorum quidem exemplo nos jejunare docet S. Leo, statim post adventum Spiritus Sancti. Profecto laudatus S. Pontifex Serin. l. de jejun. Pentecosten, adhortans Christianos ad jejunandum: *mox a Pentecoste,* argumentum petit a jejunio Apostolorum per illud tempus: *Repletis namque (ait) Apostolis virtute promissi, & in corda eorum Spiritu veritatis ingresso;* non ambigimus inter cetera cœlestis Sacra menta Doctrinæ hanc spiritalis contingentie disciplinam de Paracleti Magisterio primitus fuisse conceptam; ut sanctificate jejunio mentes, conferendis sibi charismatibus fierent aptiores. Aderat quippe Christi discipulis protec tio omnipotentis auxilii, & principi bus nascentis Ecclesiæ tota. Patris, Filiique divinitas in præsencia Sancti Spiritus præsdebat. Sed contra instantes impetus persequantium, contra minaces fremitus impiorum, non corporis fortitudine, nec carnis erat securitate certandum: cum hoc maxime be minis

*minis interiora corrumpat, quod exterio-
ra delectat: & tanto fiat rationalis ani-
ma purgatior, quanto fuerit substantia
carnalis afflictior. Hi itaque Doctores,
qui exemplis, & traditionibus suis,
omnes Ecclesiae filios imbuerunt. Tyro-
cinium militiae Christianae sanctis jeju-
niis inchoarunt: ut contra spiritales
nequitias pugnaturi, abstinentiae arma
caperent, quibus vitiorum incentiva
irruncarent. Eadem iterat Sermone
4. ejusdem argumenti, ubi inquit.
Inter omnia, dilectissimi, Apostolica Instituta doctrine, quæ ex divinae institutionis fonte manarunt, dubium non est, influente in Ecclesie Principes Spiritu Sancto, banc primum ab eis observantiam fuisse conceptam, ut sancti observatione jejunii, omnium virtutum regulas inchoarent: quia multum ad precepta Dei exequenda prædederet, si Christiana militia contra incentiva omnium vitiorum continentiae se sanctificatione muniret. Cum enim per illecebram cibi irrepserit prima causa peccati: quo salubriore Dei munere uititur redempta libertas, quam ut noverit abstinere a concessis, quæ frænare se nescivit a vetitis? Hæc S. Leo: quibus tradit, Apostolos mox post Spiritum Sanctum in Festo Pentecostes acceptum, jejunia frequentare cœpisse. Leone laudato, idem tradit Durandus in Ration. lib. 6. c. 110. nu. 1. & Raynaud. tom. 6. tract. de prima Mils. Sect. 1. c. 17.*

54 Quod autem jejunia Quatuor temporum etiam aestiva sint de jure communi, ac per ipsam universalem Ecclesiam constituta, docent communiter Doctores infra laudandi; & ex Apostolorum institutione esse, creduntur, vel certe mox post Apostolos pro Ecclesia universalis precepta.

Et quidem eorum Apostolicam institutio-
nem insinuat Regula illa Augu-
stini de Baptismo, contra Donati-
stas, lib. 4. c. 24. quæ ita se ha-
bet: *Quod universa tenet Ecclesia, nec Conciliis institutum, sed semper reten-
tura est, nonnis auctoritate Apostolica traditum rectissime creditur. Quod ve-
rum est, etiamsi illud tale sit, ut ab Ecclesia esse potuerit institutum. Sed jejunium Quatuor temporum u-
niversa servat Ecclesia, nec Conci-
liis institutum, sed omnibus retro
temporibus retentum est, ita ut non
sciatur initium; ergo nonnis aucto-
ritate Apostolica traditum rectissime creditur. Quod autem prædicta Quatuor temporum jejunia semper in Ecclesia servata fuerint, & ignore-
tur initium, patet ex historia Ecclæ-
siastica, & Patribus de Quatuor tem-
porum jejuniis sermonem habentibus,
vel facientibus mentionem, & qui-
dem ut de re antiquissima. Concilia item de omnibus loquuntur, non tamquam illa constituendo, & pri-
mum præcipiendo, sed tamquam confirmingando, aut tempus, vel mo-
dum, quo servanda fuissent stabi-
liendo. Hæc enim Quatuor tempo-
rum jejunia olim non eodem modo in provinciis omnibus servabantur, nec eodem universaliter tem-
pore determinato; legantur Micro-
log. a c. 24. ad 28. Azor. I. sup.
cit. qu. 2. Merat. tom. I. part. 4.
tit. 2. a n. 1. Et priora capita di-
stinctionis 76. In quo sensu in Bre-
viario quoque Romano sub die 14. Octobr. in Festo S. Callisti in pri-
ma lectione secundi Nocturni, de hoc summo Pontifice dicitur: *Con-
stituit Quatuor anni tempora, quibus
jejunium ex Apostolica traditione acce-
ptum ab omnibus servaretur.**

Dein-

55 Deinde in specie de jejunii aestivis, quod ex institutione sint Apostolorum, vel statim post Apostolos constituta, insinuant SS. Patres, & Scriptores de rebus Ecclesiasticis. S. Leo I. Serm. 1. verbis supra laudatis sentit utique, jejunium aestivum Quatuor temporum ex Apostolorum institutione manasse; & Serm. 2. de Pentecost. fine, inquit. *Ad presentem autem solemnitatem (Pentecostes) etiam ista nobis est assumenda devotio, ut jejunium, quod ex Apostolica traditione subsequitur, sancta observantia celebremus.* Consonat Rupertus Abb. de Divin. Offic. lib. 10. c. 26. ubi ait, quod *Satis ecclesiastice, hoc Romana censet auctoritas, ut semper in hac sacra Pentecostes hebdomada sive tardius, sive temporiis termini occurrant, jejuniorum celebretur solemnitas;* quod ab antiquis quoque præfinitum esse Apostolicis non dubia testantur ipsorum scripta. De jejunio insuper autumnali Quatuor temporum id ipsum docet laudatus Sanctus Pontifex Leo: dicit enim Serm. 8. illud jejunium Apostolicis & legalibus institutis electum. Pro jejunii Quatuor temporum hyemalibus mense Decembri celebratis facit, quod Auditor Micrologi c. 28. versus finem expresse tradit in Pontificali Romano: *Omnes Apostolicos a Beato Petro usque ad Simplicium Papam ordinationes tantum in jejunio Decembri celebrasse:* loquitur autem de jejunio Quatuor temporum hyemali; confer dicenda in Sabb. post Dom. 3. Adventus n. 13. Profecto commune jejunium celebrare ante solemnem collationem Ordinum; est ex traditione Apostolica, ut doget supra laudatus S. Leo in epist. ad Dioscorum Alexandrinum Episcopum,

que est 81. c. 1. ubi inquit: *Nam preter autoritatem consuetudinis, quam ex Apostolica novimus venire doctrina, etiam Sacra Scriptura manifestat, quod cum Apostoli Paulum, & Barnabam ex præcepto Spiritus Sancti ad Evangelium Gentibus mitterent prædicandum, jejunantes, imposuerunt eis manus.* Idipsum notat vulgatus Alcui-nus de Eccl. Offic. lib. 2. c. 1. qui addit alterum testimonium ex iisdem Act. Apost. c. 14. v. 22. ubi dicitur: *Et cum constituisserent illis per singulas Ecclesias Presbyteros, & orantes cum jejunationibus hoc.* Idem significat perantiquus Ordo Roman. ubi de jejunio Quatuor temporum Pentecostes dicens: *Ut autem hoc jejunium (quatuor temporum) celebretur in largitione Sacrorum Ordinum, Ecclesiæ primitivæ mos obtinuit.*

Denique quoad jejunia Quatuor temporum Veris, dum ea, uti initio notavimus, semper infra Quadragesimam celebrantur, hoc ipso institutionem Apostolicam dignoscuntur habere, & obligationem juris communis, quam jejunia quadragesimalia, de quibus suo loco tr. 2. ubi de institutione observantiae quadragesimalis agemus.

Itaque jejunia Quatuor temporum 56 semper in Ecclesia servata fuere, suntque de jure canonico, & communi; quod etiam præter Azor. I. supra cit. docent Durand. in Ration. lib. 6. c. 7. num. 12. Fagund. in 4. præc. Eccl. lib. 1. c. 6. n. 1. Filliuc. to. 2. tr. 27. par. 2. c. 5. qu. 9. num. 98. Reginald. in praxi lib. 4. c. 12. Seft. 2. n. 131. Less. de Just. lib. 4. c. 2. dubit. 9. num. 67. Leander a SS. Sacr. par. 3. de præc. eccl. tr. 5. disp. 7. qu. 5. & & alii plures apud eum. Unde non recte

recte dixerant Cajet. & Sylvest. II. supra citat. Jejunium Quatuor temporum Pentecostes non jure communi, sed consuetudine servari, ex eo quia sit jejunium, ut ipsi vocant, exultationis, quod nullum adest, ut iidem dicunt, ex præcepto Ecclesiæ.

Quod si etiam Divus Thomas, ut supra diximus, docet: non esse jejunium ab Ecclesia indictum toto paschali tempore; jam notavimus, Sanctum Doctorem proculdubio per tempus paschale intelligere tempus a Dominica Resurrectionis usque ad Dominicam Pentecostes; adeoque excludere illius Octavam, & non negare, ut contendit Cajetanus, jejunium Quatuor temporum Pentecostes esse de jure communi: quod satis patet ex dictis.

Omnia denique Quatuor temporum jejunia sub gravi obligare, constat tum ex communi sensu populi Christiani, tum ex eo quod sint jejunia ecclesiastica, seu ab Ecclesia præcepta, quæ omnia obligant sub gravi: nam Alexander VII. damnavit hanc 23. propositionem: *Fringens jejunium Ecclesiæ, ad quod teneatur, non peccat mortaliter, nisi ex contemptu, vel inobedientia hoc fiat, puta, quia non vult se subjecere præcepto.* Item inter vulgaria præcepta Ecclesiæ, quæ utique obligant sub gravi, adnumeratur hoc jejunandi in Vigiliis, Quadragesima, & Quatuor temporibus. Videri etiam potest Filliuc. I. cit. num. 79. & 98. Reginald. lib. 4. c. 15. Armill. V. *Jejunium* nu. 2. & 7. Felix Potestas tom. I. par. 3. de præc. Eccl. num. 2815. La-Croix lib. 3. part. 2. qu. 236.

⁵⁷ Qu. I. Cur jejnnia Quatuor temporum. III.

porum sint duodecim, terrena singulis temporibus designata; & quare Feria quarta, sexta, & Sabbato celebrata?

R. Ideo Quatuor temporum jejuna sunt duodecim, ut duodecim anni menses specialibus hisce jejunis consecremus. Tria vero singulis temporibus designantur, quia singula quatuor anni tempora tres menses complectuntur; singulis itaque mensibus, quasi suum jejunium adscribimus. Ordo Roman. ubi de jejunio Quatuor temporum. Pentecost. Amal. de Eccl. Offic. lib. 2. c. 2. Azor. L. cit. fine. Fagund. 4. præc. Eccl. c. 6. u. i. fine. Filliuc. loc. cit. num. 99. Videri etiam potest Joannes Beleth de Div. Offic. c. 134. *Triduanis autem diebus jejunare, de exemplo sumptum est Ninivitarum*, qui damnatis pristinis vitiis, totos se tribus diebus jejunio, ac pœnitentie contulerunt, & opertissaccis, Deum ad misericordiam provocaverunt. Ita S. Isidorus Hispalen. Episcop. lib. 1. de Eccl. Offic. c. 41. Cur autem talibus determinatis anni temporibus celebrantur hæc jejunia? explicat laudatus Beleth l. cit. Amalar. I. cit. & fuse Durandus, qui videri potest in Ration. lib. 6. c. 6. & pro jejunis Pentecostes videri etiam potest in eodem lib. 6. c. 110. n. 2.

Jejunamus vero in his quatuor temporibus Feria quarta, sexta, & Sabbato, & non aliis diebus, propter similem rationem, ex qua in omni Feria sexta, & Sabbato per annum abstinere solemus a carnisbus, & olim in Feria etiam quarta in nonnullis locis eadem abstinentia servabatur, vel saltē eadem peculiari mœstitia destinabatur: quam rationem, ubi de prædictis Feriis e-

E e gimus,

gimus , explicavimus lib. 2. par. 2. videlicet in Feria sexta jejunamus , quia in ea Dominus Jesus Christus passus , & mortuus est propter nos homines , & propter nostram salutem . Jejunamus etiam in Sabbato , in memoriam humilitatis ejusdem Domini Salvatoris nostri , qui die Sabbati jacuit mortuus , & clausus in Sepulchro , & in ventre terræ , & ob mortitiam Matris Domini , & Apostolorum ejus.. Denique ex ceteris hebdomadæ diebus post Feriam sextam , & Sabbathum elesta est Feria quarta ad jejunium quatuor temporum , quia & hæc Feria ad Domini pertinere visa est Passionem , dum in ea venditus fuit Christus , & coactum est contra sum secundo Concilium Judæorum , ut cum morti traducerent ; quam rationem dat etiam Azor. l. cit. qu. 4. (alias per errorem 3.) fine , Fagundez l. cit. n. 3. Joann. Beleth de Divin. Offic. c. 91. Durand. in Ration. lib. 6. cap. 70. fine , Amalar. de Eccl. Offic. l. 2. c. 2. Gavant. in Rubr. Miss. part. 4. tit. 7. nu. 26. Favet quoque Nicolaus l. ad consulta Bulgar. cap. 5. ubi sic: *Quarta Feria , quamvis e ceteris diebus præter sextam Feriam , sit amplius mœroribus operandum , pro eo , quod Dominus ipso jam die in corde terræ , idest Judæ traditoris quodammodo sepultus erat , dum hunc ipsum morti traderc meditabatur , tamen &c.* Vide dicta , l. 2. ubi de Feria quarta , art. 2. & dicenda tr. 2. in Fer. 4. majoris hebdomadæ nu. 287. Ratione itaque memorie Passionis Domini tribus jejuniiis quatuor temporum in una hebdomada celebrandis Feriam quartam , sextam , & Sabbathum designamus .

58 Qu. II. An , & quo jure prohibi-

bita sint ova , & lacticinia in jejuniiis quatuor temporum extra Quadragesimam ?

R. Quæsiti hujusce solutionem ita temperandam esse ut neque pro omnibus ubique terrarum locis expensa prohibitiō affirmetur , neque pro omnibus negetur . S. Thomas 2. 2. qu. 147. art. 8. laudatus a Benedicō XIV. de Syn. Diæc. I. 11. cap. 5. n. 9. docet , Ecclesiæ lege in Jejunio Quadragesimæ vetita esse ova & lacticinia , quæ tamen aliis Jejunii diebus pro varia locorum ratione aliquibi permittuntur . Quam ipsam consuetudinem vescendi ovis & lacticiniis in omnibus Jejuniiis extra Quadragesimam , etiam , quatuor temporum , in aliquibus locis vigentem agnoscit & probat ipsam Summus Pontifex laudatus Benedictus XIV. l. c. nu. 13. atque adeo probat , ut contra ipsam nihil statuere debeant Episcopi in Synodibus sanctionibus . V. etiam Tomas simum l. cit. apud ipsum Bened. XIV.

Porro de hac vigente consuetudine iusquisque ex more regionis , in qua versatur , judicare debet . Quod nostrum est , de Sicilia nostra testamur , apud Siculos vigore consuetudinem vescendi ovis , & lacticiniis in omnibus Jejuniiis extra Quadragesimam , præscindendo etiam a privilegio Bullæ Cruciatæ , cuius privilegium hac in re pro sola Quadragesima exquiritur . Qui ergo in loco dedit , ubi consuetudo vigeat abstinendi ab ovis , & lacticiniis in omnibus jejuniiis etiam extra Quadragesimam , hanc sequi tenetur . Qui vero in loco dedit , ubi consuetudo sit vescendi lacticiniis , poterit tuto illi se conformare . V. Diana. tom. 4. edit. coord. tr. 6. R. 58. §. 1.

¶. 1. Azor. Instit. Mor. part. 1. l.
7. c. 10. qu. 1. Les. de Just. l. 4.
cap. 2. dub. 2. n. 8. Sanch. tom.
1. Sum. l. 4. c. 11. n. 52.

39 Ex dictis facile erui potest responso ad secundam partem Quæsti-
ti. Nimirum si de Jure quæris,
quo lacticinia prohibita sint in i. ju-
niis extra Quadragesimam; dicen-
dum est, consuetudinem pro Lege
& Jure in iis vel prohibendis vel
permittendis invalidisse. Siquidem
nullum commune Jus scriptum ea
de re certo proferri potest. Nam
quod ex S. Gregorio profertur in
celebrato C. Denique dist. 4. ita se-
habet: *Par autem est, ut quibus diebus*
a carne animalium abstinemus, ab o-
mnis quoque, quæ fermentinam car-
nis trahunt originem jejunemus, a la-
cete videlicet, & caseo, & ovis.
Namvero Comiso quod hanc epistola-
mam, quæ inscribitur ad S. Augusti-
nurn Anglorum Episcopum, inter
opera S. Gregorii haud inveniri te-
statut Lud. a Cruc. de Bul. Cruc.
disp. 1. c. 5. dub. 12. n. 8.) alii,
qui illam admittunt, dicunt; conte-
xtum illius epistolæ esse totum de
Quadragesimali jejunio, a quo ut-
pote severioris, ut semper habitum
fuit, disciplinæ, non licet inferre
ad jejunia extra Quadragesimam; si
nisi si forte velit aliquis inde etiam
nobis probare abstinentiam lacticinio-
rum in qualibet Feria VI. & Sab-
bato; quia in laudato C. dicitur;
quod *quibus diebus a carne animalium*
abstinemus, par est, ut ab omnibus
quoque, quæ fermentinam trahunt origi-
zem, jejunemus. Alii etiam, referen-
te, Benedicto XIV. in Inst. Eccl. inst.
16. n. 3. verbis S. Gregorii vim dumta-
rat consilii tribuunt, non præcepti. Sed
quod magis est, ipse Benedictus XIV.

I. c. de Origine abstinentiae lacticiniorum pro ipso Quadragesimali jeju-
nio disputans; quamvis certam le-
gem pro ea appelleret, tamen in Do-
ctorum disputatione sit esse, utrum
ea lex ad Jus positivum, an ad ve-
terem consuetudinem sit referenda:
Certa lege, inquit laudatus Simmus
Pontifex, per Quadragesima dies non
modo carnes, sed ova pariter, ac la-
cticinia interdicuntur. In eo solum o-
mnis disputationis constituitur; utrum ad
veterem consuetudinem, an ad jus po-
sitivum id referatur. Tum relatis
hinc inde opinantium Doctorum mo-
mentis, rem ipse in medio relin-
quens, unum hoc statuit pro certo
habendum; consuetudinem hanc ha-
bere vim legis obligantis: quod clara-
re infertur ex Decreto Alexandri
VII. sub die 18. Martii an. 1676.
ubi inter propositiones ab ipso da-
mnatas hæc recentetur nr. 32. Non
est evidens, quod consuetudo non come-
dendi ova & lacticinia in Quadragesi-
ma obliget. Quod si de Quadragesi-
malis lacticiniorum abstinentia lis est
apud Doctores; utrum ea ex Jure
sit positivo: non video quotam clara-
riori Jure præscripta inveniri queat
in Jejuniis extra Quadragesimam,
quæ semper mirioris severitatis sunt
habita. Atque hæc ad doctrinam
dicta sunt: nam quoad proximam illud
firmum manet, quod iam stabili-
livimus; iterumque subjiciamus, con-
suetudinem, ubicumque ea sit, ab-
stinendi ab ovis & lacticiniis in Je-
juniis extra Quadragesimam, vim
habere Legis graviter obligantis.

Hæc cum de Jejunio ex præcepto 60
Ecclesiæ certa sint; quæritur, num pa-
ri jure ad Jejunantem ex voto ex-
tendenda sint?

Cujus quæsti solutio plana est;
Eccl. 2 id

id nimirum *ex* voventis intentione pendere ; ex eo nimirum quod ille cum tali rigore , nec ne , intenderit se obligare . De quo si nihil in mente expressum habuerit, more patrio jejunium vovisse tenendum est . Proinde existimo , Jejunantem *ex* voto extra dies Jejunii ecclesiastici , non juvari consuetudine vescendi lactici niis ; si ea sit in loco , ubi hospitetur ; ipse autem more patrio voverit jejunium cum abstinentia lacticiniorum : Contra vero neque illum gravari abstinentia lacticiniorum , quæ forte sit in loco , ubi hospitetur , si voverit *ex* more patrio fine tali abstinentia . Ratio est ; quia Votum æquivalat particulari seu personali Juri , quod ipse sibi præscribit Vovens ; cui nihil èx locali lege , aut Universalí Jure accedere potest vel favoris , vel gravaminis .

61 Nota ; me data opera dixisse *extra dies Jejunii Ecclesiastici* ; quia si Votum incidat in diem , qua Jejunium urget omnibus *ex* præcepto Ecclesiæ ; tunc juxta superius dicta tenebitur servare jejunium cum abstinentia a lacticiniis , de qua sit lex vigens in loco ubi degit , etiam ille , qui vovit more suæ patriæ jejunium sine tali abstinentia .

62 Quæ dicta sunt , respective intellege de quolibet alio Jejunio extraordinario , ut esset opus injunctum ad lucrandas indulgentias Jubilæi , aut impositum ex pœnitentia Confessarii ; ut enim verba tantum valent , quantum communis hōminum sensus illis tribuit significatio nis ; ita & Actiones verbis expressæ cum iis adjunctis intelligendæ sunt , quæ secum ferunt ex communi acceptione , nisi aliter notetur a præcipiente . Secus lex deficiet in uno ex

suis constitutivis , quod nimirum clara debet esse , & sufficientur intimata .

Sed de Peregrinis quæstio hic subboriri possit , quænam , & quanta i pforum mora debeat esse in locis , ut tam jejunii , quam aliorum præceptorum localibus præceptis subjiciantur . Cujus quæstionis determinandæ locus nobis opportunior erit tr. 2. l. 2. p. 3. c. 2. n. 5. Vide ibi dicenda .

Qu. III. Si Medicus concedat Tilio licentiam comedendi carnes in diebus Quadragesimæ : seu potius declareret , propter talē corporalem ipsius indispositionem , posse comedere carnes dicto tempore ; an possit illas comedere in diebus quatuor temporum pro Vere , quæ , ut dictum est , semper accidunt in prima hebdomada ipsius Quadragesimæ post Dom. I. Idem quæritur de ovis , & lacticiniis

&. Affirmative cum Diana , qui id bene probat tom. 4. edit. coord. tr. 6. R. 78. contra Carolum de Baucio .

Qu. IV. Si jejunium quatuor temporum occurrat cum jejunio Vigiliae Nativitatis Domini , utrum possit sumi collatio major , quæ ex consuetudine in prædicta Vigilia permittitur ?

&. Affirmativa sententiam docemus 24. Decembr. art. 6. qu. 6. Vide ibi dicenda .

Qu. V. An occurrentibus alicubi jejunis quatuor temporum in diebus maximæ solemnitatis , puta in Festo Patroni principalis , in cuius honorem hisce diebus soleant fieri a Populo publicæ demonstrationes lætitiae ; possit Episcopus transferre prædicta jejunia quatuor temporum , ne

ne lātitia minuatur , & maxime ut removeatur a populo occasio peccandi per transgressionem jejuniorum ? Spectata enim experientia , populus ad intemperantiam proclivis maxime in communibus ; & publicis solemnitatibus , cum in illis difficultissime possit se continere a multiplici , ne dicam , continua comeditione : moraliter certum videtur , fore ut jejunia non servet , si in illis Festis , & lātissimis diebus occurrant , & non transferantur .

R. Cajetañus in Sum. V. *Jejunium* cap. 3. fine . Thom. Sanch. lib. 5. consil. c. 1. dub. 5. nu. 27. fine . Armilla V. *Jejunium* nu. 6. quibus adhæret Bossius tom. 3. moral. tit. 21. n. 163. fine , & videtur etiam Leander a SS. Sacr. in quinq. præc. Eccl. par. 3. tr. 5. disp. 10. qu. 41. fine , licet concedant , Episcopum non solum posse , sed etiam ex charitate , & Officio teneri , jejunium universale alicujus Vigiliæ transferre in sua Diœcesi , ex aliqua iusta causa , qualis utique est , si occurrant in die , quo alicubi habeatur magna solemnitas Festi , & magnæ ideo fiant a Populo démonstratio-nes lātitiae : Excipiunt tamen , & negant , idem posse in jejunis quatuor temporum . Illud primum con-cedunt , quia confuerit Ecclesia trans-ferre jejunia Vigiliarum . Hoc secundum negant , quia Ecclesia non confuerit : adeoque si hæc jejunia Ecclesia particularis aliqua transferret , faceret contra confuetudinem Ecclesiæ universalis , quod per se non licet . Item Durantis in Ration. Divin. Offic. l. 2. c. 1. n. 38. fa-tetur quidem , atque testatur , in quibusdam locis habentibus Festa sua-rum Ecclesiæ in Sabbatis quatuor

tuor temporum , transferri jejunium in præcedentem septimanam ob ho-norem suarum Festivitatum ; ipse ta-men dicit : hoc illis non licere ; unde melius esset , inquit , Festivitates ipsas transferri . Denique Cavalerius in Comment. Deecr. S. C. R. tom. 1. cap. 15. in d. 5. cum plura al-legasset pro sententia affirmante , quod possit anticipari jejunium inci-dens in Festum aliquod particulare solemne , puta Patroni principalis , deinde concludit sic : *Hæc dicta sun-to cum exceptione Feriarum majorum , quæ altiores , & sanctiores babent cau-sas : unde sicuti earumdem Officium , aut saltem commemoratione nunquam o-mittitur , quodcumque solemne occurrat Festum , ita circa earumdem jejunium , nihil disponi poterit , nec ullib[us] usus est disponere . Hæc Caval.*

Sententia affirmativa vero doce-tur a Basilio V. *Jejunium* 2. nu. 4. ubi dies omnes in particuli-ari emerans , ita quibus jejunare ex præcepto Ecclesiæ tenemur , ponit se-cundo loco dies jejunii quatuor tem-porum , & deinde de omnibus con-cludit : *Episcopus potest transferre his-jusmodi jejunia in aliud diem , dummodo id fiat ex rationabili causa . Sed expressius Pasqualigus in Praxi jejun. eccl. affirmativam sententiam tuetur decis. 179. n. 7. ubi proba-bile putat , posse auctoritate Episco-pi jejunia etiam quatuor temporum , quemadmodum Vigiliarum , transferri ex rationabili causa , cum militet , inquit , eadem ratio pro omnibus .*

Hæc sententia affirmativa pro fe-allegare posset omnes illos Docto-res , qui absolute docent : posse E-piscopum ex iusta , & rationabili causa transferre in sua Diœcesi je-junium universale Ecclesiæ . Cum autem

antem absolute loquantur, nec exceptiant jejunium quatuor temporum, videtur, quo ad hoc etiam illam facultatem in Episcopis admittere.

Pro hac sententia affirmativa facit adhuc exemplum Messanæ, ubi cum an. 1746. jejunia quatuor temporum Pentecostes. incidissent in dies maximæ apud Messanenses solemnitatis, videlicet Beatissimæ Virginis Mariæ a Sacris Litteris nuncupatae, auctoritate illius Archiepiscopi Fr. Thomæ de Moncada ex Principibus Calvarusi Ordinis Prædicatorum, ad instantiam Illustrissimi Senatus Messanensis, translata dicto anno fuere: auditis sententiis quamplurimum Theologorum tam Sæcularium; quam Regularium, quibus celeberrima ea Urbs referta est. Scripta tunc sicut a quodam D. Hieronymo Messanæ, ac typis mandata Disceptatio Canonica de translatione jejuniorum per Episcopum facienda, occurrente in illis aliquo Festo solemniter celebrando: in qua disceptatione docte, & erudite plurimis argumentis tuebatur hanc sententiam affirmativam, cui tunc subscripere innumeri Theologi. Viri æque docti, ac pii, Sæculares, & Regulares.

Probari autem posset sententia affirmativa sic: Jejunia Vigiliarum occurrentia in diebus magnæ solemnitatis, puta Patroni principalis loci, transferre potest Episcopus, vel ut ne minuatur solemnitas Festi; vel ut ne Populus violet jejunium, solemnitatis publicæ, & communis lætitiae occasione: quod experientia facit prudenter timere. Ergo ex causis similibus jejunia etiant quatuor temporum possunt per Episcopum transserri.

Antecedens est doctrina commu-

nis Doctorum, ut patet ex dictis 23. Februar. nr. 25. & diendis in Appendice ad calcem Diarii c. 7. n. 12. Consequentia sequitur; non enim potest assignari disparitas, quare illud primum possit Episcopus, secus autem hoc secundum?

Et vero disparitas non potest esse 67 primo illa, quam assignant supracitati Auctores contrariæ sententiae: quod nimis Ecclesia universalis confuerit quidem transferre jejunia Vigiliarum occurrentium in diebus maxime solemnitatis, puta, Dominiæ, & SS. Corporis Christi, secus autem jejunia Quatuor temporum.

Hæc disparitas nulla est; nam ideo Ecclesia universalis numquam transfert universaliter jejunia. Quatuor temporum, ut quandoque facit in jejuniis universalibus Vigiliarum; quia i. junia quatuor temporum numquam universaliter habent illam causam requisitam ad translationem, quemadmodum quandoque habent jejunia universalia Vigiliarum.

Profecto jejunia universalia Vigiliarum aliquando incident in Dominicas, & illud Vigiliæ S. Ioan. Baptistæ occurrit aliquando in Festo SS. Corporis Christi, in quo, quia est universalis Ecclesiæ solemnitas, & universalis in populo Christiano, ideo universaliter Ecclesia transfert prædictum jejunium. In Dominica autem occurrens transfert, quia est universalis, & generalis ratio, cum in ea numquam Ecclesia præcipiat jejunium propter gaudium, & memoriam Resurrectionis Domini, ut suo loco notavimus. Est itaque generalis, & universalis causa, & ideo Ecclesia universaliter transfert jejunium Vigiliæ occurrentis in Domin. Secus.

Secus autem est de jejunis Quatuor temporum: hæc numquam incident in Dominicam, ut notum est: nec item in Festo universalis Ecclesie, & simul universalis ingentis solemnitatis; nam Festum Sancti Thomæ Apostoli, aut Festum S. Mathie Apostoli, quæ quandoque incident in jejuniū Quatuor temporum non celebrantur solemniter, & cum signis communibus, & universalibus in populo magnæ lætitiae in Ecclesia universalis: nec aliud universale adeo solemnē Festum apparet in aliis Quatuor temporibus, Aestivis nimirum, & Autumnalibus. Ergo quod non consueverit Ecclesia universalis transferre jejunia Quatuor temporum, non potest valere pro norma, ne Episcopus ea transferat in sua Ecclesia particulari ex iusta, & rationabili causa: quemadmodum non negatur pro jejunis Vigiliarum: eadem enim militat ratio, quam non infirmat primo, hæc prætentis disparitas. Excipite tamen Quatuor Tempora Verna pro quibus adest peculiare Jus proferendum inf. n. 72.

68 Nec 2. disparitas esse potest, quod sciamus, Episcopos solere quidem jejunia Vigiliarum ex causa transferre, non autem idem sciamus de jejunis Quatuor temporum. Nam ideo illud primum optime novimus, quia paucum occurrit; nam fixam habent Vigiliæ diem suam, cum qua facile est concurrere Festum alicubi fixum & solemnē. Non item hoc secundum: cum habeant Quatuor Tempora mobilem sedem, cum qua neque certum, neque facile sit, concurrere hujusmodi magnas Solemnitates. Neque etiam quod ignoretur, utrum jejunia Qua-

tuor temporum alicubi transferantur; probat, nullibi occurrere casum, quo aliquando transferri possint, & de facto transferantur. Adeo, quod in hac ignorantia habemus tamen rationes persuadentes laudabiliter alicubi hujusmodi translationem fieri posse. Quis enim adeo vehementer improbet, si ea fiat, ubi Festum S. Thomæ celebretur solemniter, cum signis publicis magnæ lætitiae, & concursu Populorum, ut proculdubio fiet in aliquibus Indianorum locis, ubi Christiani populi degant, pro principali Patrono Sanctum Apostolum habentes, ea ratione, quod eorum Majores in tenebris aliquando sedentes, per ipsum, qui in illis partibus prædicavit primus, Evangelii viderunt lucem magnam? E contra nulla ratio suadet, nullibi de facto transferri Quatuor temporum jejunia. Sed quid? quod ab ipso Durando, ceteroqui contrario, de facto hoc ipso testimonium habemus supra relatum: in nonnullis scilicet locis habentibus Festa suarum Ecclesiarum in Sabbatis Quatuor temporum, transferri jejunia in præcedentem Septimanam, ob honorem, inquit, suarum Festivitatum: Cui & alterum nos adducimus de praxi Messanensis Ecclesie. sup. n. 66.

Nec 3. Disparitas esse potest spe 69
cialis ratio, quæ militet pro jejunis Quatuor temporum ducta ex generali, atque solemnī collatione Ordinum ab Episcopis facienda, quam ideo Summi Pontifices hujusmodi Quatuor temporibus affixere (ultra Sabbathum Passionis, & Sabbathum Sanctum) ut solemnibus hisce jejunis, adjuvantibus etiam fidelium precibus, impetretur a Deo
gra-

gratia uberior Ordinandis ; Apostolorum exemplo , ut n. 54. notavimus ; unde Ordo Rom. tit. de jejunio Quatuor temporum ait , quod *in quatuor temporibus solemus jejunare pro Ordinandis* . Respondeatur etenim ex prædicta speciali ratione , quæ invenitur in jejuniis quatuor temporum , nullo modo sequi , ea nequaquam licere per Episcopum iusta , & gravi interveniente causa , transferri ; sed ad summum gravorem causam congruentius requiri , ad jejunia Quatuor temporum transferenda , quam Vigiliarum : & ubi ad illa Vigiliarum transferenda Festivitas magna sufficere posse videtur ; ad hæc vero Quatuor temporum exigatur omnino maxima solemnitas ; & universalis in Populo celebritas .

Patet hoc , quia licet solemno jejunium celebrare ante communem Ordinum collationem , ex traditione sit Apostolica , ut loco eit. dictum est , nihilominus jejunia Quatuor temporum non fiunt his , & illis determinatis temporibus propter Ordinationes ; sed contra ; Ordinationes fiunt in Quatuor temporibus propter jejunia . Quapropter jejunium Quatuor temporum obligat omnino independenter a collatione Ordinum ; unde etsi nulla fieret in Quatuor temporibus Ordinatio , deberet nihilominus servari jejunium , ut monet Ordo Rom. ubi de jejun. Quatuor tempor. Pentec. & Ama-
lar. de Eccl. Offic. lib. 2. c. 2. Et vero antequam Ordines conferrentur in omnibus Quatuor temporibus , sed solum in Decembri , jam erat jejunium Quatuor temporum primis adhuc Ecclesiæ temporibus , ut vidiimus supra cit. n. 54.

Rationes autem extrinsecas , propter quas instituta fuere jejunia Quatuor temporum , superius exposuimus n. 47. Deinde quamvis in collationibus communibus Ordinum sit jejunium celebrandum , Apostolorum exemplo , qui jejunarunt , antequam conferrent Ordines ut l. cit. notavimus ; non inde tamen sequitur , hoc fieri ex præcepto ad hunc finem ; licet enim tunc Apostoli jejunaverint , non imposuerunt inde præceptum , ut populus Christianus jejunaret , quotiescumque Ordines conferendi sunt , imo nec ipsi conferentes Ordines , nec Ordinandi tenentur ad jejunium : cum nullibi hoc ipsis præcipiatur , ut docet Gobat apud La-Croix lib. 6. par. 2. de Sacr. Ord. qu. 324. §. 11. Præcipitur quidem , ut Ordinantes , & Ordinandi ante sacros Ordines sint jejunii ; sed sermo est de jejunio naturali ad communionem requisito ; communicare enim debent , ut observat La-Croix loc. cit. Valde quidem congruum foret , quod , etiamsi cum aliis dispensetur in jejuniis Quatuor temporum , seu pro aliis transferantur ; ipsis tamen Ordinantes & Ordinandi , præscripto in universa Ecclesia tempore , illa servarent , idque fieri expedit ; Ut intelligamus , quanta & dantum , & accipientium devotione curandum sit , ne tantæ benedictionis Sacramentum negligenter videatur impletum , ut ait S. Leo I. Epist. 81. ad Dioscor. Episcop. c. 1.

Sed jam , hac ipsa de causa , non incongrua videri poterit jejuniorum translatio , ut ipsa videlicet facilius a populo servata , optatum Dei auxilium Ordinandis securius impetrant . Nam sicuti potest anticipatum

tum Vigiliæ jejunium ad ejusdem Sancti honorem intendi , ita nihil est quod vetet , ad suscipiendorum Ordinum devotionem , divinumque auxilium uberioris in iis conferendis promerendum , anticipata Quatuor temporum Jejunia converti .

70 Nec disparitas 4. esse potest , quod jejunia Quatuor temporum sint ex institutione Apostolica : quia semper sunt juris humani , & Ecclesiastici ; adeoque sicut potest Episcopus hoc non obstante , dispensare integre quoad hæc jejunia cum singularibus , cum hoc , vel illo ex suis subditis , hac , vel illa vice absolvendo ex justa causa ab obligatione jejuniorum istorum : Imo sicuti potest etiam cum integra Civitate , aut universa Diœcesi sua integre dispensare ex graviori causa , puta tempore pestis , famis &c. (Videantur dicta 23. Februar. num. 22. & 23. & dicenda tr. 2. l. 4. par. 1. c. 1. n. 6. & 7.) Et rursus sicuti potest Episcopus transferre jejuniū Vigiliæ alicuius , et si ex Constitutione Pontificia sit (Vide tamen limitationem appositam 23. Febr. n. 24.) ita similiter potest jejuniū Quatuor temporum transferre , quamvis dicatur , esse ex Constitutione Apostolica . Verum quidem est , quemadmodum superius fatebamur , graviorem longe causam requiri , ad transferenda jejunia Quatuor temporum , quam Vigiliarum ; propter hoc ipsum quia creduntur esse ex institutione Apostolica , & habent graviorem causam institutionis . Sed de hoc ipso notandum : quod Jejunia Quatuor Temporum sunt quidem , quoad substantiam , ex traditione Apostolica : sed quoad temporis determinationem , sunt institutionis

TOM. III.

posterioris : in quo sensu explicavimus supra n. 54 quod de S. Callisto Papa legitur in Brev. Rom. Constituit Quatuor anni tempora , quibus Jejunium ex Apostolica traditione acceptum servaretur . Nos autem hic agimus non de relaxatione quoad substantiam , sed de sola temporis mutatione .

Nec 5. disparitas esse potest , quod hujusmodi translatio aduersetur juri Canonico , & alicui Ecclesiasticæ dispositioni . Non enim ostendi potest , nec est unde arguatur . Imo est valde conformis ipsi quoque iuri Canonico , & Constitutionibus Pontificiis extra jus commune : & ex iisdem insinuatur , posse per Episcopum transferri hujusmodi etiam Quatuor temporum jejunia .

Profecto ex jure non admittuntur jejunia diebus lætitiæ , unde illa excluduntur a Dominicis omnibus , a tempore Paschali , a diebus Natalitiis Domini , ut suis respective locis notavimus , & notabimus . Item ex Constitutione Leonis X. & Urbani VIII. occurrente Vigilia S. Joann. Baptistæ in Festo SS. Corporis Christi , jejuniū anticipatur in Feria 4. præcedenti , propter solemnitatem Festi , ut suo etiam loco notavimus . Ergo non solum non opponitur Juri , & ulti Constitutioni Pontificiæ , imo est his conformis translatio jejunii Quatuor temporum , ubi incidat in dies , quibus alicubi sit maxima , & specialis solemnitas Ecclesiastica .

Quod autem id possit etiam per Episcopum fieri , probatur ex eo , quod ideo conceditur Episcopo , posse transferre jejuniū Vigiliæ occurrentis in die , quo alicubi sit magna solemnitas , quia nimirum id

F f est

est conforme prædictæ dispositioni Juris , ubi enim eadem militat ratio , ibi eadem militat Juris dispositio , uti habet Commune Axioma Canonistarum , & Jurisperitorum . Ergo similiter , ideo etiam debet concedi Episcopo , posse transferre jejunia Quatuor temporum incidentia in dies maximæ solemnitatis , quia id est conforme eidem prædictæ dispositioni Juris , & eadem militat ratio pro translatione jejuniorum in Vigiliis servandorum , ac pro translatione jejuniorum Quatuor temporum , si in utrisque contingat Festum solemnè celebrari : nec est assignabilis disparitas ; ut patet ex datis responsionibus ad singulas .

Alia vero præter hæc tenus oppositas , non videtur assignabilis , vel certe ex datis responsionibus facile solvi potest . Ergo non est assignabilis disparitas , cur Episcopus possit iustis intervenientibus causis , transferre jejunium Vigilæ ; non item Quatuor temporum . Ergo si potest illud primum , quod quidem communiter conceditur : potest & hoc secundum .

72 Nihilominus dicendum 1. Jejunia Verna Quatuor temporum , utpote in ipsa Quadragesima celebrata , quantacumque celebri , & solemnior Festivitate interveniente , transferenda non esse , sed potius ipsa Festivitas transferatur , seu publicæ , & communes demonstrationes lætitiae , quæ exerceri soleant in populo .

Id primo colligitur ex Constitutionibus Benedicti XIV. recitandis tr. 2. ubi de observantia Quadragesimali , in quibus Pontifex expresse prohibet ; auctoritate ullâ , præterquam Romani Pontificis , dispensari cum integro populo in jejuniis

Quadragesimæ , sed toties , quoties gravissima aliqua necessitas occurrerit , præcipit fieri recursum ad Sanctam Sedem . Secundo id satis insinuat Quadragesimalis abstinentia continuata , & non interrumpenda observantia ; illius etiam jejunii reverentia singularis , & maxima reputatio , in qua apud universum Populum Christianum habetur . Exemplo sit doctissima , & piissima Civitas Catanensis , addicissima licet erga invictissimam Virginem , & Martyrem S. Agatham , Patronam principalem illius , cuius Festivitatem solemnissime celebrat die 5. Februarii ; quotiescumque tamen prædicta Festivitas in ipsam incidat Quadragesimam , transferre consuevit publicas , & communes illas demonstrationes lætitiae , quas in honorem prædictæ Patronæ præbere solet per dies etiam plures . Sic anno 1761. , cum in ea Urbe morarer , occurrente Festo S. Agathæ Feria V. post Cineres , transtulit ex Quadragesimali tempore prædictas publicas solemnitates Festi , non autem ipsum Festum in Choro , nec in foro quo ad obligationem assistendi Sacro , & abstinendi a servi.ibus .

Dicendum 2. occidente in reli- 73 quis etiam jejuniis Quatuor temporum magna solemnitate Festi , si solemnitas transferri non velit , fiat tempore opportuno recursus ad Summum Pontificem pro facultate transferendi prædicta jejunia , expositis causis , & rationibus ad hujusmodi facultatem petendam cōgentibus . Id insinuat ipsa institutio , & observantia jejunii Quatuor temporum , quæ celebris admodum in Ecclesia Catholica , & gravissima semper est habita in Populo Christiano post obser-

obſervantiam Quadragesimalem. Vi-
detur ergo , cum fieri possit recur-
fus ad P aſtorem ſupremum Eccle-
ſiæ , id est Romanum Pontificem , in
re non levis momenti ; nequaquam
eſſe , ſine urgenti neceſſitate , & in-
mora periculo , per i nferiorē , id
eſt per Ep iſcopūm , diſpenſandum cum
tota c ommunitate , & i ntegro po-
pulo , r eſpectu ejus transferendo je-
junia Quatuor temporum a tempo-
re per universam Ecclesiā d eſigna-
to . Conſer etiam dicta 23. Februar.
iu. 29. Et hæc ſatis pro q uæſtione
præſenti . Pro dubiis autem , quæ
occurrere poſſent in e aſu , quo Qua-
tuor temporum jejunia tr a nſteren-
tur ; videri poſſunt ea , quæ pro je-

juno Vigiliæ Sancti Jacobi tra-
lato Panormi , diximus 23. Julii
art. 3.

Nota hic : excludi a Quadragesi- 74
ma tota , ſicut & a Vigiliis & Qua-
tuor temporibus anni p rivelegium
illud , quod una , vel altera Provin-
cia excepta , habent Hispani. , vescen-
di , in omnibz Sabbathis , Animant-
ium extremitatibus , intestinis , ac
visceribus , aut etiam vescendi ab-
ſolute carnibus quibuslibet , ex re-
centiori p ermiffione i iisdem facta a
Benedicto XIV. ſecundum dicta lib.
2. par. 2. c. 7. de Sabb. artic. 7.
n. 54. Quapropter in Sabbathis Qua-
tuor temporum carnibus vesci non
poſſunt privilegiati p rædicti .



P A R S I I.
M E N S I S S E P T E M B R I S.

NOTANDA SINGULIS SIGILLATIM DIEBUS.

C A P U T I.

N O T A N D A I. S E P T E M B R I S.

EXPLICANTUR ARTICULIS. II.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I.

De Horis Canoniciis.

¹ IN Calend. Rom. S. Aegidii Ab. & simpl. Noctur. Fer. leet. 1. & 2. de Scrip. occur. 3. leet. prop. Or. Intercessio de comm. Abbat. Comm. S. S. M. M. duodecim Fratrum, Or. propr. reliqua de comm. Conf. non Pont. Vesperæ de sequ. Festo S. Stephani Reg. Confess. semidupl. ut in comm. Conf. non Pont. Or. propr. in hymno *Ite Confessor mactetur tertius versus.*

A R T I C U L U S II.

De Missa.

IN Festo S. Aegidii Ab. simpl. Mis. & sa Os justi, de comm. Abbat. & Commem. S. S. M. M. duodecim Fratrum, ut in proprio. Cot. param. ab.

C A.

C A P U T II.

N O T A N D A I I . S E P T E M B R I S .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I .

A r t . I . *De Horis Canoniciis.*

A r t . II . *De Missa.*

A R T I G U L U S I .

De Horis Canoniciis.

A R T I C U L U S I I .

De Missa.

I^r **T**N Calend. Roman. S: Stephani Regis Confess: semid. lect. 1. Noct de Script. occur. 2. & 3. Noct. ut in propri. reliqua de com. Confess: non Pont. Or. prop. In hymno *Iste Confessor*, mutatur tertius versus. 2. Vesp. de eodem Festo.

Y^r **N** Festo S. Stephani Reg. Confess. 2. 1 semidupl. Missa propr. col. param. alb.

C A P U T III.

N O T A N D A III . S E P T E M B R I S .

A R T I G U L U S U N I C U S .

De Horis Canoniciis.

in comm. Virgin: tantum, Orat. prop.

In Regnis Hispanie Vesp. de seq: 2. Festo S. Rosaliae Virg. semid. ut in comm. Virg. tantum, Or: prop: At in Regno Sicilie dupl. omnia ut in Offic. prop:

I^r **T**N toto Statu Ecclesiastico, & in Etturia Vesp. de sequ: Festo S. Rose Virgin. de Viterbio dupl. ut

C A.

C A P U T . I V.

N O T A N D A . I V . S E P T E M B R I S .

EXPLICANTUR ARTICULIS III

Art. I. De Horis Canoniciis.

Art. II. De Missa.

Art. III. De Indulgentiis.

A R T I C U L U S I.

De Horis Canoniciis.

1. **In Calend. Roman.** Vesp. de sequ. Festo S. Laurentii Justiniani Ep. & Confess. semidupl. de commun. Conf. Pontif. Or. *Da quæsumus*; ut in eodem communi 1. loco. In hymno *Ite Confessor*, mutatur tertius versus.
2. Officium S. Rosæ Viterbiensis Virginis cum lectionibus secundi Nocturni, & Oratione propriis, prout erant approbatæ pro Ordine Minorum, celebrandum est in toto Stato Ecclesiastico, & in Etruria sub ritu dupl. de præceptio. Benedictus XIII. 18. Januarii 1728. apud Merat. bic Lect. 1. Noct. de Script. occurrit. 2. Noctur. propr. 3. Noct. de commun. Virg. 1. loco, reliqua de eodem communi Virg. tantum, Or. propr. In 2. Vesp. Comm. sequ. Festi S. Laurentii Justiniani Ep. Confess. de commun. ut supra.
3. In Regnis Hispaniar. S. Rosaliæ Virg. semid. lect. 1. Noct. de Script. occurrit. 2. Noct. & Or. propr. reliqua de comm. Virg. tantum.

At in Sicilia dupl. cum Offic. proprie. In 2. Vesp. habeatur respectus, juxta Rubr. gen. de concursu, sequentis Festi semidupl. S. Laurentii Justiniani Episc. & Conf.

A R T I C U L U S I I.

De Missa.

In Festo S. Rosæ Viterbiæ. Virg. dupl. Missa *Dilexisti*; ut in comm. Virg. tantum 1. loc. Or. propr. Viterbiæ; & in ejus Dioecesi Missa propr. col. param. alb.

In Festo S. Rosaliæ Virg. Missa propria in Regno Siciliæ. Alibi Missa *Dilexisti*, ut in comm. Virg. tantum, Orat. propr. col. param. alb.

A R T I C U L U S I I I.

De Indulgentiis.

In Festo S. Rosæ Virg. de Viterbiæ. Indulg. plen. in Ecclesiis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia. Clem. XI. Const. 4. pag. 6. to. 10. l. 1. Piazza hodi-

C A

C A P U T V.

M O T A N D A V. S E P T E M B R I S.

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I .

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

A T I C U L U S I .

De Horis Canonicis.

¶ **N** Cal. Rom. S. Laurentii Justiniani Epis. & Conf. semid. lect. 1. Noct. de Script. occurrit. 2. Noct. propri. 3. Noctur. & reliqua ; ut in commun. Confess. Pontif. i. loc. In hymno *Iste Confessor*, mutatur tertius versus . 2. Vesp. de eodem Festo.

2 Officium S. Laurentii Justiniani , quod erat semidupl. ad libitum , nunc est semidupl. de præcept. ex Decr. Clementis XIII. 12. Septemb. 1759. (ut in opere Merati in 2. append. decr. Miss. n. 999. & Brev. n. 348.) atque adeo cessavit Rubrica hec , quæ in Breviariis nou recentioris editionis legitur sub hac die : *Si occurrat in Dominica , vel infra Octavam (Festum S. Laurentii Justiniani) , omittitur , (ejus Officium) cum non sit transferendum . Cui quidem legi subjacent Officia , ad libitum Cleri recitari concessa , secundum dicta 19. Januar. nu. 4. Officium itaque S. Laurentii Justinia-*

ni , et si adhuc pro Ecclesia univer- sali sub ritu semiduplici celebretur , cum tamen jam recitandum sit de præcepto , manet ea lege solutum , subjectum vero legibus Festorum se- miduplicium de præcepto ; quapropter si occurrat in Dominica , est transferendum : similiter si alicubi occurret infra aliquam Octavam pri- vilegiatam , respuentem occurrentia semiduplicia : similiter si ob aliquod aliud impedimentum , juxta Rubri- cas generales , in hac sua die cele- brari non possit , est transferendum . Quod si occurrat infra Octavam com- munem , & non privilegiatam , reci- tandum est de eo , cum non possit omitti , nec debeat transferri ,

A R T I C U L U S I I .

De Missa.

¶ **N** Festo S. Laurentii Justiniani E. 3 I pisc. & Conf. semid. Missa Sta- tuit , de commun. Confess. Pontif. i. loc. Alicubi Missa ut in propri. ut ad calcem Missal. Rom. pro ali- quibus locis. Col. param. alb.

C A.

C A P U T . VI.

N O T A N D A V I L . S E P T E M B R I S .

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*Art. II. *Utrum Festivitas Nativitatis B. M. V. Vigilia sit prævenienda jejunio?*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canoniciis.

IN Calendar. Rom. Vesp. de sequ.
 & Festo Nativit. B. M. V. dup. 2.
 cl. sine Commemoratione sequentis
 Sancti Simplicis. In fine hymni Com-
 plet. *Jesu tibi. Qui natus.*

A R T I C U L U S II .

Utrum Festivitas Nativit. B. M. V.
Vigilia sit prævenienda jejunio.

2 **R**EPERT *Benedictus XIV. de Fest.*
B. V. cap. 9. §. 1. fine, inter
alias ordinationes Gregorii XI. ha-
beri: eum instituisse. Quod Nativi-
tas Beatae Mariae Virginis haberet vi-
giliam cum jejunio. Putat autem cum
aliis idem Benedictus, verisimile es-
se, laudatum Pontificem vigiliam,
& jejunium non præcepisse, sed me-
rum dedisse confilium, ut servare-
tur. Item Archidiaconus apud Syl-

vestrum V. *jejunium*, qu. 4. nu. 5.
 & D. Antoninus apud Thomam San-
 chez lib. 5. Consilior. dub. 18. nu.
 4. dubitarunt: an Festum Nativitat.
 B. V. jejunio Vigiliae esset celebra-
 dum?

Dicendum tamen est: certum es-
 se, Festum Nativit. B. M. V. non
 habere Vigiliam, seu jejunium ex
 præcepto. Constat ex ipso praxi; &
 ita etiam docent Durand. in Ra-
 tion. Offic. lib. 7. c. 28. ipse Syl-
 ster, & Thom. Sanchez ll. cit. ac
 Paludanus apud eum. Item Fillie.
 to. 2. tr. 27. par. 2. c. 5. qu. 10.
 n. 102. Fagund. in 4. præcept. Eccl.
 l. 1. c. 5. nu. 8. qui recte notat:
 hoc tamen non obstat, quominus
 de consuetudine possit alicubi per-
 vigilium Nativit. B. V. jejunio esse
 consecratum; quare ubi ea consue-
 tudo fuerit, observabitur. Et sic in
 Regno Lusitaniae esse hujusmodi con-
 suetudinem, testatur Sebastianus de
 Abreu Instit. Paroch. lib. 8. c. 14.
 Sect. 3. n. 620.

C A .

C A P U T VII.

N O T A N D A VIII. S E P T E M B R I S.

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S II.

Art. I. Notanda in die Feste Nativitatis B. M. V.

Art. II. Notanda infra Octavam Nativit. B. M. V.

A R T I C U L U S I.

*Not. in die Feste Nativit. Beatæ
Mariæ Virginis.*

E X P L I C A N T U R S E C T I O N I B U S IV.

*Sect. I. De Institutione, & obser-
vantia Festi Nativ. B. M. V.*

Sect. II. De Horis Canonicas.

Sect. III. De Missa.

Sect. IV. De Indulgentiis.

S E C T I O I.

*De Institutione, & observantia Festi
Nativitatis B. M. V.*

plurimorum saltem, spectata con-
suetudine particulari locorum ; vid.
Azor. Instit. Moral. part. 2. lib. I.
c. 19. qu. 1. Suarez de Relig. to.
1. tr. 2. lib. 2. c. 8. num. 4. & 5.
Baron. in not. Martyrol. hac die.
Benedictus XIV. de Festis B. V. c.
9. §. 1. Bened. Plazza in Causa Im-
macul. Concept. B. V. in Apparatus
art. 2. §. 1. in append. a n. 128.

Celebratur autem hac die prædi-
cta solemnitas, quia ecclesiastica tra-
ditio habet, Deiparam natam esse
Sexto Idus Septembr. idest die o-
ctava mensis hujus, quemadmodum
testatur Azorius l. cit. qu. 8.

S E C T I O II.

De Horis Canonicas.

FESTUM Nativitatis B. M. V. po-
nitur C. Pronunciandum 1. dist.
3. de Consecr. & comprehendi cen-
seretur C. Conquestus, de Feriis, sub
generali distributione Festivitatum o-
mniū Virginis gloriose. Ex obliga-
tione gravi universaliter colendum
est in foro, uti habetur ex tradi-
tione, & constat ex Constitutione
Urbani VIII. incip. Universa, ann.
1642. quam allegavimus die 1. Ja-
nuar. n. 1.

Initium vero hujus præcepti in-
certum est, sed consuetudine vide-
tur introductum, & tandem in jure
ipso declaratum. Porro hujus Festi-
vitatis celebratio antiquissima est,

TOM. III.

G g mni

mni *Jesu tibi sit gloria*. Qui *natus es*. 2. Vesp. de eodem Festo, ut in primis Vesp. præter Antiphonam pròpr. ad *Magnificat*, & fit Commemoratio Sancti Gorgonii Mart. simpl. Or. propr.

3 Si hodie fuerit Sabbatum, monatur in Martyrologio ad Primam sequens Festum SS. Nominis Mariæ. In eodem casu in his 2. Vesp. de Nativit. non est facienda Commemoratio de SS. Nomine Mariæ, nec de eo sit recitandum in sequenti Dominica infra Octav. Nativitat. B. M. V. sed fiat uti dicemus n. 17.

4 Ubi Nativitas B. V. est Titulus Ecclesiæ, quoniam ibi omittenda est Commemoratio simplicis occurrentis, & consequenter non erit legenda de eo nona lectio; hinc ut habeatur nona lectio in hoc Officio Nativit. B. V. Gavantus ad diem 8. Septembr. docet, posse de septima, & de Octava Lectione fieri tres, vel pro nona lectione legi septimam diei sequentis infra Octavam, parumque referre, ait, si die sequenti eadem repetatur. Verum ego observo, jam in Breviario Romano in Octava lectione hujus Festi ad ejus dimidium, nimírum. ante illa verba: *Notandum in Genealogia*: haberi consuetam notam divisionis, quæ apponi solet, ad significandum, unde incipere debeat nona lectio, si quando non occurrat dicenda de alio. In præsenti itaque Officio, & casu prædicto, lectio nona desumenda est ex Octava, incipiendo ex illis verbis: *Notandum in Genealogia Salvatoris*.

5 Si Ecclesiæ Dedicatio accidat in Festo Nativit. B. M. V. Officium fieri debet de Dedicacione, & duæ Missæ possunt cantari. Infra Octavam vero

fiat de digniori. S. R. C. 16. Octobr. 1604. in Ariminum. apud Caval. to. 1. c. 1. d. 15. *Officium fieri debet de Dedicacione*: Decretum supponit, Festum Nativit. B. M. V. celebrari sub ritu dupl. 2. cl. quem habet in Brev. Rom. Porro in hac suppositione dignior est Dedicatio Ecclesiæ, quæ est dupl. 1. cl. non obstante dignitate Personæ B. Dei Genitricis; ubi enim inæqualitas est ritus, Personæ dignitas non attenditur. Caval. loc. cit. n. 14. Merat. in Gavant. part. 3. tit. 11. n. 4. in Decr. 2. Rursus allegatum Decretum non procedit quoad illos, qui de Dedicat. Ecclesiæ recitant sub ritu dupl. 2. cl. puta quoad Regulares, qui, etsi tenentur recitare de Dedicat. Eccles. Cathedralis Civitatis, in qua degunt, non possunt tamen celebrare nisi sub ritu dupl. 2. class. ut suo loco notabimus; similiter per Diocesim, ubi Dedicatio Ecclesiæ Cathedralis fuerit consuetum celebrare sub ritu dupl. 2. cl. In hoc igitur casu habet locum major dignitas Personæ, atque adeo a Regularibus, siue a prædictis Diocesanis debet fieri Officium de Nativit. B. M. V. & transferri Festum Dedicat. Eccl. Cathedr. Caval. l. cit. nu. 18. & 19. Idem dicendum, ubi Festum Dedicacionis, & Nativitatis celebrentur sub æquali ritu dupl. 1. clas. In casu prædicto, quo Nativitatis Festum sit transferendum, duæ Missæ possunt cantari; hoc est in Cathedralibus, & Collegiatis debet cantari Missa Conventionalis de Dedicacione, & potest, juxta Rubricam gener. de Translation. tit. 6. cantari altera Missa de Festo Nativit. B. V. quod transferri debet; vid. Caval. in hoc Decr. nu. 12. & 13. Infra Octavam vero

vero fiat de digniori; quoad hoc vi-
deantur infra dicenda n. 12.

6 Nota hic; in Officiis ecclesiasticis ea, quæ sunt peculiaria unius solemnitatis, sæpe ab Ecclesia accommodari, per paucis mutatis, alteri simili Festivitati, ut accidit hodie in lectionibus secundi Nocturni, quæ sunt ex Serm. 18. de Sanctis, qui est 2. de Annunciatione inter opera S. Augustini, licet Augustini hujusmodi sermo non sit; vide Merat. to. 2. Sect. 5. c. 18. n. 11. ubi autem eo Sermone dicitur: *Gaudeat terra nostra tanta Virginis illustrata die solemni: ita pie mutata leguntur in Breviario, & hodiernæ accommodata solemnitati Nativit. B. V.* *Gaudeat terra nostra tanta Virginis illustrata Natali.* Quemadmodum S. Laurentius Justinianus par. 2. Serm. in Festo Nativ. B. M. V. ait: *Quamobrem tota per orbem terrarum diffusa Sancta Mater exultet Ecclesia, quæ bujas Virginis est bodie illustrata natali.*

S E C T I O III.

De Missa.

7 **N** Festo Nativit. B. M. V. dupl. 2. cl. Missa ut in proprie. & in Missa privata, fit Commemoratio S. Adriani M. Credo. Rubr. gen. Miss. tit. II. Præfat. de B. M. V. Et te in Nativitate. Col. param. alb.

Si Ecclesiæ Dedicatio accidat in Festo Nativit. B. M. V. quid facendum? habes in Decret. S. C. exposto Sect. præced. n. 5.

S E C T I O IV.

De Indulgentiis, & Process.

N Festo Nat. B. V. est Ind. plen. S. in quavis Eccl. Patrum Camillit. Clem. X. Constit. 131. §. 8. pag. 200. tom. 7.

In favorem eorum, quos respicit, notamus hic sequens Decretum S. C. Concilii in una Cessione. in qua ad sequen. dub. I. An Præposito S. Leonardi invitato, & renuente, aut impedito intervenire Processioni occasione Festi Nativitatis B. M. Virginis, adhuc Confratres Mortis Oppidi Casalis Majoris illam facere possint absque licentia dicti Præpositi, in casu &c. II. An dicti Confratres facere possint eamdem Processionem cum interventu Cappellani, aut alterius Sacerdotis per ipsos, non autem per Præpositum destinandi, in casu &c. ? Sacra Congr. Conc. die 5. Junii 1723. respondit: ad primum affirmative, intra ambitum proprii Oratorii; extra vero ambitum, negative, nisi Episcopi licentia accedat. Ad secundum, affirmative. Apud Lucium Ferrar. in sua Bibliot. to. 8. edit. 3. Bononien. in prima append. pag. 184. colum. 1. fine.

A R T I C U L U S II.

Not. Infr. Oct. Nativit. B. V.

EXPLICANTUR SECTIONIBUS II.

Sect. I. Not. in genere infra Octav. Nativit. B. V.

Sect. II. Not. specialiter in quibusdam diebus infr. Octav.

S E C T I O I.

Not. in gener. infra Octavam Nativitatis Beatae Virginis.

EXPLICANTUR SUBSECTIONIBUS II.

Subsect. I. *De Horis Canoniciis.*

Subsect. II. *De Missa.*

S U B S E C T I O I.

De Horis Canoniciis.

IO. *INFRA Octavam Nativitatis B. V. secunda mid. lect. 1. Noct. de Script. occurrit. 2. & 3. Noct. propr. reliqua ut in Festo.*

II. *Quando duæ Octavæ simul occurrent, quarum una sit Patroni principalis sub ritu dupl. primæ cl. altera Beatæ M. V. sub ritu duplice secundæ classis, recitandum est Officium de Octava Patroni principalis cum Commemoratione Octavæ B. M. V. S. R. C. 19. Junii 1700. in Curien. apud Caval. to. 2. e. 18. d. 9. Item S. R. C. interrogata ab Episcopo Varmiensi: utrum. Si Officium infra Octavam Festi S. Joachimi Patris B. M. V. in Polonia ex Indulto Sacrae Rituum Congregationis die 29. Januarii 1751. dato, ad ritum duplicem primæ classis summa Octava elevati, & in Dominicam secundam post Octavam Festi Assumptionis ejusdem B. M. V. translati cum Octava Festi Nativitatis B. M. V. concurrat, ut sèpissime continget, faciendum sit Officium de uie infra Octavam Nativitatis? Ratio dubitandi est, quod etsi Festum primæ classis præcedat aliud secundæ classis, attamen Octava B. M. V. est pro univerali Ecclesia, jam autem altera*

pro Polonia damtaxat, sitque devotio fidelium ad Deiparam Virginem longe major. Resp. Recitandum esse Officium de infra Octavam S. Joachim. 29. Novembr. 1755. in Varmien. ad 3. dub. apud Caval. to. 5. in collect. Recent. Decretor.

Si Octava Nativitat. B. M. Virg. occurrat simul cum Octava Dedi- cationis Ecclesiæ, infra Octavam fiat de digniori, ex Decr. S. C. R. quod recitavimus art. 1. Sect. 2. n. 5. Dignior autem Octava est Festi majoris ritus, ubi ritus Festorum concurren- tium est inæqualis, ut in præsen- tis casu, quo Dedic. Eccl. est dupl. 1. cl. Nativitas autem B. V. est 2. cl. Hinc qui de Ecclesiæ Dedicatione recitant sub ritu dupl. 1. cl. infra Octavas Dedicationis, & Nativitatis recitare debent Officium Dedicationis, & solam Commemorationem habere de Octav. Nativit. At vero in ritu æquali attenditur hic major dignitas Personæ, atque adeo ubi Festum Nativit. B. V. celebratur sub ritu dupl. 1. cl. debet recitari infra Octavam Officium Nativitat. cum Commemoratione Octavæ Dedicationis; vid. Caval. tom. 1. c. 1. com- ment. in Decr. 15. n. 15. & 16. & to. 2. c. 18. comment. in Decr. 9. num. 6. & 7. Hinc etiam habes, quod licet in Polonia infra Oct. Na- tivitat. recitandum sit Officium de infra Octavam S. Joachimi juxta su- prædictam responsionem S. C. ubi tamen Festum Nat. B. V. habeat rit. dupl. 1. cl. recitandum est Of- ficium de Oct. Nativit. cum Com- memoratione Octavæ S. Joachimi.

Nona lectio non legitur de die infra Octavam, quando de ea fit Commemoratio in aliquo Festo, li- cet habeat Evangelium proprium, & Ho-

& Homiliam. Rubr. gen. Brev. tit.

9. num. 10.

¹⁴ Officia semel in mense , vel hebdomada recitari concessa , prohibentur in diebus infra Octavas , ex Decret. S. R. C. vid. dicta l. 2. part. 1. c. 2. nu. 3. Pro Sandis ad libitum infra Octavam ocurrentibus , vide dicta 19. Januarii art. 1. n. 4.

S U B S. II.

De Missa.

¹⁵ INFRA Octav. Nativ. B. M. V. dicitur Missa , ut in die Festi.

Quando non fit Commemoratio Festi simplicis dicitur 2. Or. de Spiritu Sancto . 3. Ecclesie , vel pro Papa . Rubr. Miss. hic . Aliter 2. Or. Festi simpl. 3. de Spirit. Sanct. Animadvertisimus hic , atque notamus , quod in Missa si secunda Oratione est de Spiritu Sancto , aut de eo fit mentio , tertia , sive ultima non debet concludi : Ejusdem Spiritus Sancti Deus &c. S. R. C. 15. Septembr. 1736. in Toletana apud Merat. ind. Decr. Miss. nu. 695. Confer eumdem Merat. tom. 1. part. 1. tit. 9. n. 14. Cur in Missis de B. V. pro Oratione prima de tempore dicatur Or. de Spir. Sancto ? explicavimus lib. 2. in Sabb. n. 31. Dicitur Creedo . Rubr. Miss. tit. 11. Praefat. de B. M. V. Et te in Nativitate , nisi aliter signetur . Col. parament. alb.

S E C T I O II.

Not. specialiter in quibusdam diebus infra Octavam Nat. B. M. V.

S U B S E C T I O I.

Not. in Sabbatho infra Oct. Nat. Beatae Virg.

De Horis Canonicis.

IN Martyrologio moneatur sequens ¹⁶ Festum SS. Nominis B. M. V. In Vesp. non fit Commemoratio de Nativit. B. M. V. Porro Vesperæ erunt de SS. Nomine Mariæ , de quo Nomine fiet cras Festum sub ritu dupl. maj. ut in Officio parvo B. V. M. & in propri. & fit Commemoratio Dominicæ sequentis , & Festi simplicis si sequatur . Quod si recitatum sit de dupli , fit Commemoratio ejus ante Dominicam .

Si autem hoc Sabbatum occurrit in ipso die Nativ. tunc 2. Vesp. erunt de Nativ. & non fit Commemoratio de sequenti SS. Nomine Mariæ ; uti notavimus art. 1. Sed. 2. num. 3. sed fiet Commemoratio Dominicæ sequentis , & S. Gorgonii M. simpl. Or. propri.

Quod si hoc Sabbatum occurrerit in Festo Exaltationis S. Crucis videlicet 14. hujus art. 2. n. 3.

S U B S. II.

Not. in Dom. infra Octav. Nativ. B. M. V.

AGITUR §. §. II.

§. I. *De Horis Canonicis.*
§. II. *De Missa.*

§. I.

§. I.

De Horis Canonicas.

18 FESTUM SS. Nominis B. M. V. celebrari Dominica infra Octavam Nativitatis ejusdem B. M. V. sub ritu dupl. majori quotannis in Ecclesia universalis ab omnibus utriusque sexus Christifidelibus tam Secularibus, quam Regularibus, qui ad horas canonicas tenentur, demandavit S. R. C. 20. Novembr. 1683. probante Innocentio XI. die 25. ejusdem mensis, eodemque anno. Deinde 5. Februar. 1684. probavit eadem S. R. C. Missam propriam, nec non Officium, apud Caval. to. 2. c. 25. d. 3.

Itaque in Dominica infra Octav. Nativit. B. V. celebratur Festum SS. Nominis Mariae dupl. maj. Omnia ut in Officio parvo B. Virg. & in propr. 9. lect. de homil. Dominicæ occurrentis, & ejusdem Commemoratio, ac Festi simplicis, si item occurrat. In Feste SS. Nominis B. M. V. non est facienda Commemoratio de ejusdem Nativitate; & in secundis Vesperis de Nativitate cadentibus in Sabbato, non est facienda Commemoratio de predicto SS. nomine. Ita S. R. C. 23. Septembris 1684. in Decreto generali, apud Caval. tom. 2. c. 32. d. 1. quia utrumque Officium est de eadem Deipara. Profecto de uno, & eodem in eadem parte Officii non potest simul fieri Officium, & Commemoratio. Caval. l. cit. n. 1. & c. 18. in d. 8. n. 1. fine, & in d. 12. num. 4. exceptionem licet quamdam dabimus in Dom. 2. post Epiph. ubi de Feste SS. Nominis Jesu.

In R. br. ad Primam: Qui natus es. In fine hymnor. Jesu tibi. In 2. Vesp. omnia ut in primis præter Antiphonam propriam ad Magnificat, Commemoratio Dominicæ, & Festi sequentis, si quod sequatur; non fit autem Commemoratio Octavæ Nativitatis, ut jam dictum est.

Si in Dominica infra Octavam Nativitatis B. M. V. in qua celebratur Festum SS. Nominis ejusdem B. M. V. sub ritu dupl. majori, occurrat aliqui dies Octava, translato festo SS. Nominis, agendum est de die Octava in ipsa Dominicâ. S. R. C. 19. Junii 1700. & 22. Januarii 1707. apud Caval. t. 2. c. 18. d. 7. & c. 25. d. 5. & c. 30. in d. 18. n. 3. Videri etiam possunt dicta 2. Julii art. 2. nu. 5. At vero Si Festum SS. Nominis B. M. V. quod sub ritu dupl. majori celebrari debet Dominicâ infra Octavam Nativitatis ejusdem, occurrit in die Octava dictæ Nativitatis, Officium erit de dicto SS. nomine, omessa in utrisque Vesperis, & Laudibus Commemoratione de predicta Octava Nativitatis. S. R. C. 15. Novembr. 1685. annuente Innocentio XI. 24. ejusdem in una Officii Nominis B. M. V. apud Caval. to. 2. c. 18. d. 8. Idem Decretum fuit 23. Junii 1736. apud eumdem Caval. to. 2. c. 32. d. 2. quod inseruit comment. in Decr. 1. citati capituli 32. nu. 3. Similiter faciendum, ubi in Dominicâ infra Octavam Nativitatis B. V. occurreret dies Octava alterius Festi ejusdem B. V. docet Caval. in cit. d. 8. num. 2.

Vult La-Croix lib. 6. par. 2. qu. 20 64. §. 10. quod si Festum SS. Nominis B. V. transferatur in diem ante Festum B. M. V. de Mercede, pri-

pridie faciendum sit Officium totum de Nominis sine Commemoratione ; & alterius diei Officium incipiat a Matutino ; idque arguit ex eo , quia Festum Nominis B. V. incipit a Matutino , si sequatur post diem Nat. ejusdem B. V. & in Officio Nativitatis ejus non fit Commemoratio Nominis ejusdem . At vero Cavalierius to. 2. c. 18. in Decret. 12. nu. 6. contra docet : concurrente Festo B. M. Virginis de Mercede die 24. Septembris cum Festo SS. Nominis ejusdem B. Virginis translato ad diem 25. ejusdem mensis , secundas Vespertas recitandas de Festo B. M. de Mercede sine Commemoratione SS. Nominis ; redditque hanc rationem , quia scilicet Festum in sede propria celebratum , evadit solemnis præ Festo translato ; unde licet per se cætera sint paria , sint nimurum prædicta Officia ejusdem ritus & dignitatis : at tamen Festum præfatum de Mercede in dicto casu habet aliquid , in quo supereret Festum SS. Nominis ejusdem B. V. confer dicta 14. Januar. art. 1. nu. 24. Sed quid ? si utrumque transferatur , & unum immediate post alterum reponatur ; de quo cæteroqui casu potest loqui La-Croix ; enimvero Festum SS. Nominis B. Virginis non potest transferri in diem immediate ante Festum B. Virginis de Mercede in sua die propria celebratum : cum enim hæc sit dies 24. consequenter dies 23. est quæ immediate præcedit Festum B. Virginis de Mercede in sua die celebratum ; at dies 23. est occupata occurriti Festo novem lectionum : atque adeo non potest in ea reponi Festum translatum SS. Nominis . Igitur La-Croix non potest loqui ,

nisi de casu , quo utrumque Festum præfatum esset translatum . Quid igitur in hoc casu ? Respondeo , quod juxta Doctrinam ejusdem Cavalerii eodem loco citato , quamque nos item tradidimus 14. Januar. l. cit. si concursus sit inter duo Festa ejusdem Sancti , ejusdem ritus , quæque undique videantur paria , sive sint occurrentia , sive ambo translatæ , Vesperæ concedendæ sunt Festo , cujus evadunt primæ : utpote quæ nobiliores censentur secundis ; Vesperæ igitur suat primæ de sequenti , sine commemoratione præcedentis . Doctrina itaque Patris La-Croix hic tradita , etiamsi procedat de casu , quo Festum utrumque prædictum sit translatum , non habet locum , juxta traditam regulam Cavalerii . Deinde ratio illa ab ipso allegata solum facit pro omissione commemorationis alterius Officii ejusdem B. Virginis : non item pro concedendis Vesperris SS. Nominis in dicto concursu ; concurrente enim Festo Nativitatis B. Virginis cum Festo Nominis ejusdem , Vesperræ sunt de Nativitate , quia est ritus altioris , nempe 2. classis ; Festum vero SS. Nominis dupl. maj. unde paritas non currit quo ad concedendas Vespertas præcedenti Festo translato SS. Nominis , ubi concurrat cum Festo etiam translato B. Virginis de Mercede ritus ejusdem .

Si Festum SS. Nominis B. M. V. occurret die 9. hujus , quid notandum ? diximus nu. 3. & 17. Si autem occurrat die 13. quid notandum , dicemus ibi art. 1. n. 2. Si vero die 14. dicemus ibi art. 2. n. 4. Si denique occurrat die 15. atque adeo in die Octava Nativitatis ejusdem B. Virginis , jam supra nu.

præ-

præcedenti diximus, quid notandum?

- 21 Quæsumus fuit a S. R. C. An Festum Nominis B. M. V. in Diœcesis Imperatori subiectis sit duplex majus pro ut in Breviario ponitur: an vero duplex secundæ classis ab Indulgentias plenarias ab Innocentio XIII. concessas anno 1722. pro ut in Diœcesis Viennensis? Et responsum fuit affirmative ad primam partem: negative ad secundam. Ita S. R. C. 13. Junii 1736. in Burgen. & idem omnino confirmavit die 16. Februar. 1737. in Mechlinen. ad 5. dub. apud Caval. to. 2. par. 2. c. 41. d. 9. Sed ritu dupl. 2. cl. decoratum apparet in sequenti Decreto pro Regnis, & Provinciis Austriacis, in quo declaratur: præferendum esse in occurso alterius Festi ritus æqualis, sed dignitatis inferioris: etiam si illud Festum honoretur Octava, minime vero Festum SS. Nominis Mariæ.

Igitur cum a S. R. C. quæsumus fuisset: An Festum SS. Nominis B. M. V. quod pro Regnis, & Provinciis Austriacis est dupl. secundæ classis, in occurrentia cedere debeat Festo S. Nicolai Tolentinatis, quod est duplex secundæ classis cum Octava; præfertim cum illud Viennæ cum solemnissima utriusque Cleri Processione, maxima exteriori pompa, Indulgentiis etiam plenariis, ac ingenti Populi concursu ob liberationem Viennensis Civitatis ab obsidione Turcarum celebratur? Responsum fuit negative; Octava enim non elevat ritum. In paritate autem ritus attendi debet tum major dignitas B. M. V. juxta Rubricam de concurrentia Officii tit. 11. n. 2. tum major solemnitas celebrationis, & populi concursus, juxta Dec-

cretum 20. Martii 1683. in quo sic: Si Officia, quæ recitari debent in aliisibus Regnis, sunt ejusdem ritus, & dignitatis: an sit præferendum Officium loci Officio in proprio Calendario descripto? Resolutum fuit: præferendum esse Officium, quod cum majori solemnitate, & populi concursu celebratur. S. R. C. 11. Januar. 1749. in una Ordinis Excalceat. S. Augustini Provinciae Austriae, apud Caval. to. 2. in append. ad cap. 28. d. 4. Qui animadvertis; eadem præferentia donandum in concurrentia, ob rationem eamdem. Decretum vero de ann. 1683. quod allegatur, explicat idem Caval. eodem to. 2. c. 26. d. 4. Videri possunt dicenda in Appendice ad calcem Diarii c. 7. art. 8. num. 44.

Nota hic 1. Festum SS. Nominis 22 Mariæ solemnii pompa celebrari cœpisse in Hispania primum in Ecclesia Conchensi sæculo XVI. facultate Apostolica, & ex eadem deinde ad totam Hispaniam extensum. Postea Clemens X. Constitut. edita ann. Dom. 1671. plenariam Indulgentiam largitus est iis omnibus, qui Missæ de Nomine B. V. M. die 17. Septembr. in Ecclesiis Provinciarum, & Regnum Regis Hispaniarum celebrandæ interessent. Vide Plaz. devot. vindic. par. 2. c. 10. n. 23. Caval. comm. in Decret. S. C. R. to. 2. c. 25. in d. 3. n. 1. Tandem Innocentius XI. ut supra dictum est, in Ecclesia universalis singulis annis Dominica infra Octav. Nativit. ejusdem B. M. V. celebrari præcepit, ob eam causam, quæ in Breviario Romano indicatur in lectione sexta, nimis ob insignem Victoriae sub ejusdem Virginis Mariæ præsidio, de immanissimo Tyranno cervi- cibus

cibus Populi Christiani insultante, Viennæ in Austria partam, & in perenne tanti beneficis monumentum.

Præterea ratione validioris intercessione Almæ Dei Genitricis præ cæteris Sanctis, decrevit, specialiter Festum institui in honorem ejusdem SS. Nominis, quod devote nominari non potest sine nominantis utilitate, ut observat, & ait S. Bonaventura to. 2. Spec. B. V. c. 8.

23 **Nota 2.** Festivitatis hujusmodi celebratione satis Ecclesiam demonstrare etiam, quanta Beatae Dei Genitricis Mariæ Nomihi veneratio debeat; cum alioqui nullum aliud Nomen, nisi Jesu, & Mariæ solemnii celebret Officio; ut animadvertisit Plazza l. cit. n. 22.

Pro reverentia autem debita Sanctissimo Nomihi Mariæ Virginis videri potest Azor. Inst. Moral. par. 1. lib. 9. c. 8. qu. 12. Suarez tom. 1. in 3. par. disp. 54. Sect. 5. Vasq. in 3. part. qu. 25. art. 3. disp. 108. c. 11. Cardinalis de Lugo de Incarn. disp. 36. Sect. 5. nu. 71. Bonac. to. 2. disp. 2. pu. 3. qu. 8. n. 9. Plazza cit. c. 10. & videri etiam possunt infra dicenda §. sequ.

Indulgentiam vero concessam invocantibus SS. Mariæ Nomen notavimus lib. 1. c. 4. n. 8.

§. II.

De Missa.

24 **TN** Festo SS. Nominis Mariæ dupl. à maj. Missa propria, commemoratio Dominicæ occurrentis, & Festi simplici, si occurrat, non item Octavæ Nativit. ejusdem B. V. Credo. Praefat. B. V. y. & te in Festivitate. Videri potest Caval. tom. 5. TOM. III.

c. 14. n. 38. In fine Missæ Evangelium Dominicæ occurrentis. Color param. albus.

Ex Rubr. Miss. de Rit. celebr. 25 tit. 5. nu. 2. habemus, ad Nomen Mariæ, quemadmodum ad nomen Jesu, inclinandum esse caput in Missa, ubicumque nominetur. Et licet in honorem aliorum Sanctorum hæc reverentia inclinandi caput in Mis- sa, illorum nomina proferendo, debeat adhiberi tantummodo, cum de iis dicitur Missa, vel fit commemo- ratio; at vero Sanctissimo Mariæ Nomihi, quemadmodum Venerando Nomihi Jesu, inclinandum semper est caput, etiamsi eorum Festum non celebretur, nec eorum Missa dica- tur, nec eorumdem specialis com- memoratio fiat; ut observat Cajetanus Merat. tom. 1. thesaur. Sacr. Rit. par. 2. tit. 5. nu. 1. Quod utique fit ab Ecclesia, ad singularem reverentiam laudatis sacratissimis Nominibus exhibendam. Unde sic recte arguit Benedictus Plazza Devot. vin- dic. par. 2. c. 10. nu. 6. *Cum ergo singularem reverentiam bis Sacratissi- mis Nominibus, JESUS, & MARIA, in ipso Missæ Sacrificio, exhibeat Ec- clesia, eamdem a nobis ubique exhi- bendam insinuat.*

Animadvertisendum autem est hic: quod ex Caval. to. 5. c. 9. nu. 9. & ex Merato tom. 1. par. 2. tit. 2. n. 2. & tit. 5. n. 11. inclinatio solius capitidis, & non medii corporis, est minima inter inclinationes, quæ fiunt in reverentia signum: cuius inclinationis tres sunt species, scilicet minimarum maxima, minimarum infima, seu minima, & minimarum media inter maximam, & minimam. Inclinatio minimarum maxi- ma consistit in profunda capitidis inclina-

H h tio-

tione, quæ trahit secum modicam, seu aliqualem etiam humiorum inclinationem. Minimarum infima, seu minima fit levè capitis inclinatio. Minimarum media exigit notabilem tantum inclinationem capitis. Tribus his diversimode inclinandi caput formulis satis instruitur. Celebrans, quomodo se gerere debeat, in exhibendis adorationibus latriæ, hyperduliæ, ac duliæ; & consequenter quomodo se debeat inclinare ad nomen Jesu, cui debetur adoratio latriæ; ad Nomen Mariæ, cui competit adoratio hyperduliæ; & ad nomina Sanctorum, quibus tribuitur adoratio duliæ. Ita Caval. apud quem tamen si in sequent. c. 10. n. 16. scriptum inventitur: ad Nomina Sanctorum, de quibus Missa celebratur, vel fiat commemoratio, inclinandum esse caput inclinatione minimarum *media*: ex errore Typographorum, vel exscriptorum utique accidit; cum dicendum sit *minima*; & ita quidem Auditor ipse laudatus habet c. 16. n. 54. Itaque ex Merato, & Cavalerio ad Nomen Jesu inclinatur caput inclinatione minimarum maxima; at ad Nomen Mariæ adhibenda inclinatio minimarum media; ad nomen vero Sanctorum inclinatio minimarum minima; & quidem ex Rubr. gen. Miss. tit. 5. n. 2. cum nominatur Jesus in Missa extra Evangelium, inclinatur ceput versus Crucem

em super Altare positam, ob rationem assignandam tr. 2. in Domin. 2. post Epiph. nu. 10. Cum tamen nominatur in Evangelio, inclinatur caput versus librum; ex Rubr. gen. Miss. tit. 6. nu. 2. Confer. Merat. par. 2. tit. 6. nu. 7. In Missa vero solemnni, cum Diaconus cantat Evangelium, Celebrans inclinat caput versus Altare, seu versus Crucem Altaris, ubi a praedicto Diacono nominetur. Rubr. cit. num. 5. tonfer Merat. cit. tit. 6. nu. 33. Ad Nomen autem Mariæ non inclinatur caput versus Crucem, sed versus librum, ex quo legitur; & similiter ad Nomina Sanctorum, de quibus legitur Missa, vel fit commemorationis. Rubr. gen. Miss. tit. 5. nu. 2. nisi Celebrans sit in medio Altaris, puta tempore Canonis, & ex memoria dicat: (quod tamen reprehendere solent Rubricistæ:) atque adeo non habeat caput conversum ad librum, sed ad medium Altaris; tunc enim non oportet convertere caput ad librum, cum inclinandum est caput ad pronunciationem nominis B. Mariæ, aut Sanctorum; cum Bauldry Meratus cit. num. 11. prope finem. Non opus esse vero profundius inclinare caput, si celebrans aliunde stet inclinatus: cum aliis docuimus 18. Januar. nu. 7. fine. Pro nomine insuper Jesu, vide dicenda in Domin. 2. post Epiphaniam 1. cit.

C A P U T VIII.

N O T A N D A IX. S E P T E M B R I S.

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S II.

A r t. I. *De Horis Canoniciis.*

A r t. II. *De Missâ.*

A R T I C U L U S I.

De Horis Canoniciis.

I F N Calendario Romano de die infra Octav. Nativit. B. M. V. se mid. (Nisi occurrat Dominica; quo casu fit de SS. Nomine Mariæ; ut explicatum est die præced. nu. 18.) lect. 1. Noct. de Script. occurr. 2. & 3. Noct. propr. ut 2. die, lect. 9. de S. Gorgonio M. & ejusdem commemoratio in Laudibus, or. propr. Reliqua ut in Festo. Vesperæ de sequenti Festo S. Nicolai de Tolentino Confes. dupl. (nisi sequatur

Dominica : de quo V. die præc. n. 16.) omnia de communi Confess. non Pontif. Or. *Adesto*, ut ibi 2. loco, & commemor. Oct. Nativit. B. V.

A R T I C U L U S II.

De Missâ.

Missa ut in Festo, Commemor. 2. S. Gorgonii M. ut in propr. 3. Orat. de Spiritu Sancto. *Credo*, & Præf. de B. V. (Si sit Dominica V. die præc. nu. 24.) Coh param. alb.

C A P U T IX.

N O T A N D A X. S E P T E M B R I S.

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S IV.

A r t. I. *De Horis Canoniciis.*

A r t. II. *De Missâ.*

A r t. III. *De Indulgentiis.*

A r t. IV. *De Pane benedicto in die S. Nicolai de Tolentino Confess.*

A R T I C U L U S I.

De Horis Canoniciis.

I F N Calendar. Rom. S. Nicolai de Tolentino Conf. dupl. (nisi oc-

currat Dominica pro qua V. die præc. nu. 18.) lect. 1. Noctur. de Script. occurr. 2. Noctur. propr. 3. Noctur. *Nolite timere* : ut in commun. Confes. non Pontif. 2. loco . H h 2 Reli-

Reliqua de eodem communi *Orat.*
Adesto: ut ibi 2. loco , & Commemor. in Laudibus Oct. Nativit. B. V. ratione cuius in fine hymn. ejusdem metri dic. *Jesu tibi*. Et ad Primam in R. br. *Qui natus es*: & similiter in sequentibus diebus infra dictam Octavam in simili casu . In 2. Vesp. (nisi sequatur Dominica) Commem. Oct. Nativit. B. M. V. & SS. MM. Proti , & Hyacinth. Or. proprie.

ARTICULUS II.

De Missa.

- 2 **N** Festo Sancti Nicolai de Tolentino Confess. dupl. Missa *Justus* , de communi Confess. non Pont. 2. loc. Commem. Oct. Nativit. B. M. V. cuius ratione dicitur *Credo* , & Præf. de B. V. y. *Et te in Nativitate* , ac similiter sequentibus diebus infr. Octav. nisi aliter notetur. C. param. alb. Si sit Dominica V. die præc. num. 24.

ARTICULUS III.

De Indulgentiis.

- 3 **N** Festo S. Nicolai de Tolentino Indulg. plen. in Ecclesiis Patrum Augustinianorum , Fratrum Discal-

ecatorum , & Monialium ejusdem Ordinis . Clem. X. Const: 88. pag. 158. to. 7. Plaz. hod.

ARTICULUS IV.

De Pane benedicto in die Sancti Nicolai de Tolentino Confessoris.

N Vita S. Nicolai de Tolentino & Confess. refertur: quod cum graviter ægrotaret , apparuit illi Beata Virgo Maria , præcepitque ei , ut sibi afferre faceret aliqua panis fragmenta , quæ statim allata , cum eadem Beata Virgo benedixisset , & de illis laudatus Sanctus comedisset; illico sanitatem perfectam recuperavit. In memoriam idcirco hujusmodi miraculi , quotannis , recurrente die Festo S. Nicolai , in Ecclesia sui Ordinis , scilicet Eremitarum Sancti Augustini , benedicuntur quedam parvæ formulæ panis , quibusdam adhibitis orationibus a Papa Eugenio IV. approbatis . *Croiset in vita S. Nicolai de Tolent.* to. 3. Aet. SS. Jamvero queritur : utrum hujusmodi panibus benedictis debeatur aliquis religiosus respectus?

R. de hujusmodi panibus Sancti Nicolai similiter discurrendum , ac de benedictis panibus S. Blasii , de quibus egimus 3. Februar. artic. 3. vide ibi dicta.

CA

C A P U T X.

N O T A N D A XI. S E P T E M B R I S.

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S II.

A r t. I. *De Horis Canoniciis.*

A r t. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I.

De Horis Canoniciis.

Si hodie sit Sabbatum V. die præc.
num. 16.

A R T I C U L U S II.

De Missa.

M I S S A ut in Festo, 2. Or. de S. & S. M. M. Proto, & Hyacintho ut in propr. 3. Or. de Spir. S. Credo, & Præf. de B. V. Col. param. alb. Si sit Dominica, fit de SS. Nomine Mariæ, ut die præc. n. 24. explicatum est.

C A P U T XI.

N O T A N D A XII. S E P T E M B R I S.

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S II.

A r t. I. *De Horis Canoniciis.*

A r t. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I.

De Horis Canoniciis.

curr. 1. & 3. Noct. propr. ut quin-
ta die. 2. Vesperæ de eadem die in-
fra Octav. Si hodie sit Sabbatum
V. dicta die præc. n. 16.

I N Calendario Rom. de die infra
Octav. Nativit. B. V. semid. (Si
occurrat Dominica V. die præc. n.
18.) lect. 1. Noct. de Script. oc-

A R-

A R T I C U L U S II.

De Missa.

2. M I S S A ut in Festo 2. Or. de Spir.
I. V. S. 3. Ecclesiae, vel pro Papa,

Credo . Præfat. de B. M. V. Col.
param. alb. Si sit Dominica , dicitur
Missa de SS. Nominis Mariæ , ut
explicavimus die præc. n. 24,

C A P U T X I I.

N O T A N D A XIII. S E P T E M B R I S.

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S II.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I.

De Horis Canoniciis.

1. M N Calend. Romano de die infra
2. Octav. Nativ. B. V. semid. lect.
1. Noct. de Script. occurr. 2. & 3.
Noctur. propri. ut sexta die , reliqua
ut in Festo Vesp. de sequ. Festo
Exaltationis S. Crucis dupl. maj. o-
mnia ut in propri. & Commem. O-
&av. Nativit. B. M. In fine hymni
Completorii. *Jesu tibi, Qui natus.*
2. Si hodie sit Dominica , atque a-
deo celebratum sit Festum SS. No-
minis B. M. V. adhuc in hoc casu

Vesperæ erunt de digniori sequenti
prædicto Festo S. Crucis , Comme-
mor. præced. Festi SS. Nominis B.
M. , & Dominicæ præcedentis tan-
tum.

A R T I C U L U S II.

De Missa.

- M I S S A ut in Festo 2. & 3. Orat. 3
I. V. ut heri . Credo , & Præf. B.
V. Col. param. alb. Si sit Domini-
ca , dicitur Missa de SS. Nominis
Mariæ , ut explicatum est die præc.
num. 24.

C A.

C A P U T . X I I I .

N O T A N D A X I V . S E P T E M B R I S .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I V .

Art. I. *De Institutione, & observantia Festi Exaltationis S. Crucis.*

Art. II. *De Horis Canonicis.*

Art. III. *De Missa.*

Art. IV. *Notanda pro Quatuor Temporibus.*

A R T I C U L U S I .

De Institutione, & Observantia Festi Exaltationis Sanctæ Crucis.

FESTUM Exaltationis Sanctæ Crucis tempore Heraclii Imperatoris incepisse , creditur a nonnullis , teste Suarez loco mox citando. Verum ex Breviario Romano in tertia lectione Nocturni hujus Festivitatis traditur , jam ante Tempora Heraclii eam celebratam fuisse ; a prædicto autem tempore celebrari tantummodo coepisse cum solemnitate majori , ob ejus rei memoriam , quod Sancta Crux de manu Paganorum erepta , ibidem fuerit reposita ab Heraclio , ubi Salvatori primum surrerat constituta ; nimis in Calvariaz Monte . Et quod multo jam ante tempora Heraclii hodierna solemnitas fuerit instituta , videri potest Baronius in not. Martyrolog. hac die , & Benedictus XIV. de Festis Domini c. 16. §. 2.

Hoc autem Festum est solum quo ad ecclesiasticum Officium , non item quoad Festivam in foro observationem ex præcepto ; ab Ecclesia enim Romana sic non præcipitur , neque id consuetudine receptum est , ut testatur Suarez de Relig. tom. I.

tr. 2. l. 2. c. 7. n. 12. fine , & colligitur ex Constit. Urbani VIII. de observat. Festor. incip. Universa , ann. 1642. in qua enumerantur omnia , & singula Festa , universaliter ex obligatione gravi in foro servanda : nulla tamen mentio fit hujus Festi . Pro congruentia Festivitatis hujus videri possunt dicta I. Januar. nu. 5. §. Ad secundum dico , & die 3. Maji n. 2.

A R T I C U L U S I I .

De Horis Canonicis.

VN Calendario Romano Exaltatio-
nis S. Crucis dupl. maj. ex Cle-
mente VIII. Brev. Rom. in duab.
tabell. excerpt. ex Rubr. gen. Om-
nia ut in proprio , Commemoratio
dies infr. Oct. Nativit. B. V. ratio-
ne cuius adhuc dicitur in B. br. ad
Primam : *Qui natus es* , & in fine
hymnor. *Jesu tibi* , *qui natus* , præ-
terquam ad Matutinum , Laudes ,
& Vespas. 2. Vesp. de eodem Fe-
sto , omnia ut in primis præter An-
tiphonam ad Magnificat Commem-
oratio sequentis diei Octavæ Na-
tiv. B. V. dupl. ut in primis Vesp.
Festi . Rubr. Brev. hic , & Commem-
oratio sequentis Festi simplicis S. Nicome-
dis M. Or. propria .

Si

3 Si cras sit Dominica, atque adeo celebrandum sit Festum SS. Nominis Mariæ dupl. maj. adhuc in hoc casu 2. Vesperæ erunt integræ de digniori Festo Domini, seu de præcedenti Festo Exalt. S. Crucis, commemor. sequentis prædicti Festi SS. Nominis Mariæ, deinde Dominicæ sequentis; tandem Festi simplicis prædicti, & non sit Commemoratio Oct. Nativ. B. V.

4 Si Festum Exaltationis S. Crucis occurrat in Dominica infra Octau. Nativ. B. M. V. in qua celebrandam est Festum SS. Nominis B. M. V. tunc Officium Nominis B. M. V. transferendum est ad primam diem Festo novem lectionum non impeditam. S. R. C. 20. Julii 1686. apud Caval. to. 2. c. 25. d. 4. Transfertur Festum SS. Nominis Mariæ, ut fiat de digniori occurrenti Festo Domini,

ARTICULUS III.

De Missa.

5 IN Festo Exaltationis S. Crucis dupl. maj. Missa propr. Commemorat. Octav. Nativ. B. V. *Credo*. Rubr. gen. Miss. tit. 11. Præfat. de Crucifix. In Epistola ad illa verba: *In nomine Jesu omne genuflectatur*, Cele-

brans genuflectit unico genu. Rubr. gen. Miss. tit. 17. n. 1. Dum autem genuflectit, innititur Altari utraque manu hinc inde extensa.

Param. col. rub. ex Rubr. gener. Miss. tit. 18. n. 3. ob rationem as-signatam 3. Maji art. 3. n. 8.

An, & quale peccatum sit, non dicere Præfactionem propr. & an, si ex oblivione omittatur, ubi error deprehendatur, suppleri debeat? examinabimus tr. 2. in Dom. Resurr. art. 3. qu. 1. & 2.

Pro Reliquia S. Crucis quæ nota-nda sint? exposuimus 3. Maji art. 4. Qua etiam die videri possunt alia notanda pro Festo, & Officio S. Crucis.

ARTICULUS IV.

Not. pro Quat. temporibus.

POST Festum Exaltationis S. Crucis celebrantur Quatuor tempora autumnalia. Igitur feria quarta, sexta, & Sabbato proxime occurrentibus post Festum prædictum fit jejunium Quatuor temporum, & Officium. Vid. dicta par. 1. hujus mensis, Sect. 5. & Subs. 5. & dicenda tr. 2. in hebdomada 17. post Octavam Pentec.

C A.

C A P U T X I V.

N O T A N D A X V. S E P T E M B R I S.

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I .

A r t . I. *De Horis Canoniciis.*

A r t . II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canoniciis.

DIIES Octava Nativit. B. V. dupl. Omnes lect. propr. 9. lect. Sancti Nicomedis M. reliqua ut in Festo; in Laudibus fit Comm. laudati S. Martyris Or. propr. Si hodie occurrat Feria quarta Quatuor temporum, nona lectio erit de Feria, & ejusdem Commemoratio in Laudibus, deinde S. Nicomedis M. In 2. Vesp. Commem. sequentis Festi S. S. M. M. Cornelii, & Cypriani semidupl. Or. de comm. plur. M. M. Pontif. & Commemoratio S. S. M. M. simplic. Euphemiz., & Socior. Antiphona & v. de communi, ut in 2. Vesper. Orat. propr. si autem sequatur Dominica, non variantur v. & Antiphona. Rubr. Brev. hic, quia non opus est, cum transferendum sit Festum S. S. M. M. Cornelii, & Cypriani semid. in dicto casu. Itaque in eo casu in his 2. Vesper. fit Commem. de sequen. Dominica & S. S. M. M. Euphemiz &c. Antiph. Istorum v. Letamini, ut in 1. Vesp. de commu. plur. M. M. vid. dicenda die sequ. n. 1.

Occurrente Festo SS. Nominis Mariæ in die Octav. Nativ. ejusdem B. M. V. Officium recitandum esse eodem SS. Nomine absque Com-

TOM. III.

memoratione Octavæ prædictæ, notavimus 8. hujus art. 2. Sect. 2. Subf. 2. §. 1. n. 19.

Dies Octavarum Assumptionis, Nativitatis, aliarumque Festivitatum B. M. V. Octavam babentium, concorrentes cum Officio dupl. minori, habere debent integras Vespertas: ut disponit Rubrica ultima posita in Officio Octavæ Conceptionis, si concurrat cum S. Lucia. S. R. C. I. Martii 1681. in una Canonice. Regul. ad 3. dub. apud Caval. to. 2. c. 18. d. 11. Et confirmatum fuit in Decreto sequenti: *Quacumque dies Octava B. Mariae debet habere integras utrasque Vespertas in concurrentia cum Officio duplice minori.* S.R.C. 11. Aug. 1691. in Romana dubior. apud Caval. loc. cit. d. 12. Id autem dispositum est ratione intrinsecæ dignitatis B. V. unde hic in Vesperris præcedentibus non habuit locum, eo quod præcesserit Festum majoris dignitatis nempe Christi Domini, vid. Caval. in cit. d. 12. n. 3. Locum deinde habet dispositio prædicta in concurrentia Festi duplicitis minoris, ut aperte dicitur in Decreto; unde hac etiam ratione in præcedentibus Vesperris non habuit nisi simplicem Commemorationem, quia nimis præcesserat Festum dupl. majus: cuiusmodi est Exaltatio S. Crucis. Similiter nec habebit 2. Vespertas integras, ubi

I i se-

sequatur Festum dupl. *majus*. Vide dicta 21. August. n. 2.

3 In die Oct. Nativ. B. M. V. si sequatur Dominica tertia Septembris, (non computando ab ea, quæ propinquior sit Calendis, sed quæ tertia occurrat in ipso mense, secundum dicta 1. par. hujus mensis Sæc. 3. n. 7.) ubi in ea Dominica fit de Festo septem Dolorum B. V. sub ritu dupl. majori; Vesperæ erunt integræ de sequenti prædicto Festo, ut in propr. cum Commemoratione Dominicæ & S. S. M. M. simplicium Euphemiaæ, & Soc. quorum Antiphona *Istorum*. ¶ *Lætmini*, quia Festum S. S. M. M. Cornelii, & Cypriani transferendum est, & non fit Commemoratio Octavæ Nativ. B. V. Ita Caval. to. 2. cap. 18. in d. 12. num. 4. ubi docet, quod, concurrentibus duobus Officiis æqualis ritus, & dignitatis, & insuper ejusdem subiecti: Vesperæ non debeant dimidiari, sed recitari integræ de uno tantum Festo sine commemoratione alterias: Ratio hujus est, (inquit) quod de uno, & eodem in eadem parte Officii fieri simul non potest Officium, & Commemoratio, unde cum præcedentis duplicitis, de quo dicerentur Vesperæ usque ad Capitulum, Officium per Commemorationem absolvi non posset, utique nec convenit inchoari. In hujusmodi itaque concurso Vesperæ sint integræ de uno absque alterius Commemoratione. Ita ille: Qui tamen c. 28. in d. 2. n. 8. fine ait: quod fallit hæc regula in Festis Domini, quorum unum, cum non expellat Commemorationem alterius, dirigenda veniunt juxta generales leges, perinde ac si non forent de eodem Domino. Vide dicenda tr. 2. in Dom. 2. post Epiph.

art. 1. n. 2. Hac itaque facta exceptione, stat in reliquis regula data ex Caval. qui cit. cap. in d. 12. n. 4. subdit, & affert exemplum Octav. Nativit. B. M. V. concurrentis cum Festo Septem Dolorum eiusdem: Si enim (inquit) inchoarentur v. g. Vesperæ de Octava Nativitatis B. Mariae, & finirentur de Officio Septem Dolorum ejusdem, quod in Dominica tertia Septembris Dominium Cesareum recolit absque Commemoratione præcedentis Octavæ, profecto nimis absimiles, & discolores essent Vesperæ, atque obruncata evaderent contra mandata Rubricarum, que numquam cum sequenti dimidiant Vesperras, quin præcedentis Commemoracionem præscribant. Hæc Caval. Quod quidem exemplum procedit quoad non faciendam divisionem Vesperrarum, & omittendam Commemorationem. Sed quare Vesperæ sint integræ de Festo Septem Dolorum, & non potius de Octava Nativ. ejusdem B. M. V.? Si quæras ex Cavaliero in prædicto casu, quo concurravit duo Officia ejusdem ritus, & dignitatis, & insuper ejusdem Subiecti, de quoniam recitandæ sint integræ Vesperræ? Respondet n. 6. quod si concursus sit inter diem Octavam, & Festum, Vesperæ dabuntur Festo: eum solemnius esse soleat, & insuper ejusdem Officium uno circumscribatur die; ubi de Octava per octo dies agitur. Si est inter Festum & Festum, de eo sint, quod est solemnius, aut particulare loci, aut de quo in occurrentia fieret Officium; quod si undique videantur paria, & unum de duobus foret translatum, Vesperæ concedantur Festo, quod in propria Sede celebratur, in qua solemnius evadit præ Festo

Festo translato, cuius solemnitas extra propriam diem transferri non solet. Si denique ambo essent translatæ, vel occurrentia: Vesperæ sint de eo, cuius evadunt primæ, utpote quæ nobiliores censentur secundis. Hæc Cavaler. Ex quibus regulis multo magis deducitur ratio, cur in concursu diei Octavæ Nativit. B. V. cum Festo Septem Dolorum ejusdem, Vesperæ sint de Septem Doloribus? si addas, quod licet concursus sit inter diem Octavam, & Festum ejusdem B. V. attamen Ritus horum Officiorum non est æqualis; Octava enim Nat. B. Virginis est dupl. min. at Festum Septem Dolorum est duplex maj. & quamvis Octavæ B. V. utrasque Vesperas habeant integras, non tamen si sequatur, aut precedat dupl. maj. ut ex Decr. S. C. & ex eodem Cavaler. modo supra notavimus. Ratio itaque altera, cur in dicto concursu Vesperæ sint de sequ. Festo Septem Dolorum, est quia est dupl. maj.

ARTICULUS II.

De Missa.

4 IN die Octava Nativ. B. V. dupl. **A** Missa ut in Festo, Commemoratio S. Nicomedis M. ut in propr. Credo, Præfat. B. V. **V.** *Ei se in Nativitate.* Col. Param. alb.

Si hodie sit Dominica, atque adeo celebretur Festum SS. Nominiis Mariæ; Missa, ut notavimus 8. hujus n. 24.

Sí hodie occurrat Feria IV. Quatuor temporum Autumnalium 2. Orde Fer. 3. S. Nicomedis, & Evangel. Feriæ in fine. Missæ Feriarum horum Quatuor temporum Autumnalium collocatae sunt in Missali Romano post Dominicam decimam-septimam Pentecost. Itaque in Feria IV. post Dom. 17. Pentec. invenies Missam Feriæ IV. Quatuor Temporum Septembris. In *Missa Feriae IV.* Quatuor Temporum occurrentis in die Octava Nativitatis B. Mariae Virginis dicenda est *Præfatio communis*, non vero de B. Maria. S. R. C. 12. Decembr. 1626. apud Caval. tom. 5. c. 14. n. 52. d. 10. Idipsum est in simili declaratum anno 1736. pro casu nimirum, quo Feria IV. Quatuor Temporum Decembris, occurrat in die Octava Concept. B. V. ut videbimus 15. Decembr. n. 6. Idque conforme est Rubricæ tum generali, tum particulari. Sermo autem est de Missa Feriæ, non item de Missa Festi, seu Octavæ Nativit. B. M. V. quod expresse habet Rubrica Missalis. Porro occurrente Feria Quatuor temporum in die Octava, in Ecclesijs Cathedralibus, & Collegiatis cantantur duæ Missæ, una de die Octava, alia de Feria. Itaque in Missa de Feria dicetur *Præfatio communis*: in Missa vero de Octava *Præfatio erit Octavæ*. Vid. Caval. loc. cit. num. 54. Merat. tom. 4. par. 1. tit. 3. n. 5. & tit. 12. num. 7. & dicta par. 1. hujus mensis Secund. 5. num. 21.

C A P U T X V.

N O T A N D A XVI. S E P T E M B R I S.

EXPLICANTUR ARTICULIS. II.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I.

De Horis Canoniciis.

LT IN Calend. Rom. SS. Martyrum S. Cornelii, & Cypriani Semidup. lect. 1. Noct. de Script. occurr. 2. Noct. propr. 3. Noct. de commun. MM. 1. loco, nona lect. SS. Martyrum Euphemiae, & Soc. Reliqua ut in communi MM. Or. de communi MM. Pontific. & in Laudibus Commemoratio SS. Martyrum Simplicium Antiph. , & V. ex 1. Vesp. de comm. MM. Orat. propr. In Festo S. S. Cornelii, & Cypriani die 16. Septembris pro Commemoratione S. S. Euphemiae, & Sociorum dicetur in primis Vesperis Antiphona: Gaudent in Cœlis &c. , & in Laudibus; Istorum &c. prædictæ tamen Antiphonæ dicenda non sunt, quando Officium S. S. Cornelii, & Cypriani transfertur, ex quo occurrat in Dominicæ; tunc enim in primis Vesperis Dominicæ dicenda erit Antiphona pro dicta Commemoratione: Istorum &c., & in Laudibus Antiph. Vestrī capilli &c. S. R. C. die 14. Decembr. 1709. in Ferrarien. apud Cavai. to. 2. c. 32. d. 7.

2 Quæsumus fuit, si uno die occurrant plures Martires, quorum Officium unum sit semiduplex, & aliud simplex, utrum in Vesperis pro Commemoratio-

ne Simplicis dicenda sit Antiphona: Gaudent in Cœlis &c. de 2. Vesperris, ut exemplum est 16. Septembr. Et utrum detur ibi regula, vel exceptio regulæ Rubricæ de Commem. nu. 8. ? Et responsum fuit: servandam esse Rubricam IX. de Commem. n. 8. nisi aliter signetur in propriis locis, ut ibi docet eadem Rubrica. S. R. C. 10. Januar. 1693. in una Galliar. apud Caval. l. cit. d. 6. Ex Rubrica IX. de Commem. nu. 8. Si Antiphona, & Versus Festi, de quo fit Commemoratio, sumenda essent ex eodem communi, unde sumpta sunt in Officio diei, in Festo Commemorations variantur, ita ut in Vesperis sumantur ex Laudibus, & in Laudibus ex 1. Vesperis; ita regula generalis, de qua egimus 14. Januar. art. 1. n. 26. At vero hic in 1. Vesperis sumitur Antiphona, & versus de 2. Vesperis; est ergo exceptio regulæ generalis; verum de illis est, pro quibus eadem Rubrica generalis allegata subdit: nisi aliter signetur. Exceptio itaque cum sit regulæ generalis, non est in aliis etiam similibus casibus usurpanda; sed servanda est allegata regula generalis: nisi aliter signetur in propriis locis, ut ibi docet eadem Rubrica. Sed & præfata exceptio pro laudatis S. S. Simplicibus facta, deficit, quoties deficit necessitas variandi Antiphonæ.

tiphonam , & Versum , in casu vi-
delicet , quo S. S. Cornelii , & Cy-
priani transferatur Officium ob oc-
currentiam Dominicæ , ut dicitur in
priori allegato Decreto , ex supposi-
tione quod celebretur sub rito fe-
miduplici . Porro semiduplex occur-
rens in Dominica transfertur , ut
notavimus ubi de Dominica . Illud
ipsum dicendum , si alicubi accidat
transferri ob similem aliam causam .

- 3 Vesperæ in Calend. Rom. de se-
qu. Festo Impressionis Sacrorum Stig-
matum Sandi Francisci dupl. ut in
comm. Confess. non Pontif. præter
V. & Or. propr. & fiat Commemo-
ratio præcedentis . In hymno : *Iste
Confessor* : ubi legitur *Meruit beatas
scandere sedes* , dicatur : *Meruit beata
vulnera Christi* . Quæ verba dicenda
etiam esse in qualibet alia die , in
quam alicubi accidat transferri præ-
dictum Festum , docebimus die se-
qu. art. 1. a n. 4.
- 4 Alicubi Vesperæ de sequenti Fe-
sto B. Petri de Arbues M. dupl. ut
in comm. unius Mart. Orat. propr.
Commem. præcedent.

- 5 Rubrica Breviarii hic præscribit ,
quod si Festum S. S. Cornelii , &
Cypriani venerit in Quatuor tem-
poribus , legantur lectiones de Epi-
stola ad Romanos : *Fratres debito-
res* . de comm. plurim. M. M. Jam-
pero Gavant. in Rubr. Brev. Seet.
7. c. II. ad diem 16. Septemb. mo-
net : Lectiones primi Nocturni ea-
tenus fuisse assignatas in hoc casu
Festo prædicto , quatenus de Libro
Tobiæ cœptum sit legi : alioquin
initium ejusdem libri legatur in hoc
Festo in dicto casu : ne scilicet li-
ber ille omittatur . Casum autem
contingere posse , ait , quando Do-
minica tertia Septembris occurreret

die decima tertia ejusdem mensis .
& illa die non possit legi initium
libri Tobiæ , assignatum in Brevia-
rio Romano dictæ Dominicæ ter-
tiæ , ob aliquod Festum solemne ;
quod illa die , & Dominica alicubi
celebretur . Ita ille . Sed hujusmodi
impedimentum jam est universale ;
in dicta enim Dominicæ si occurrat
die 13. Septemb. , atque adeo infra
Octav. Nativit. B. V. universaliter
celebratur Festum SE. Nominis Ma-
rie dupl. maj. in quo habentur le-
ctiones 1. Noct. propr. atque adeo
lectiones de initio libri Tobiæ , le-
gendæ in dicta Dominicæ tertia Se-
ptembris , jam universaliter sunt im-
peditæ in dicto casu , & consequen-
ter in eodem casu hodie in hoc Of-
ficio S. S. Cornelii , & Cypriani
universaliter (nisi alicubi simile oc-
curreret impedimentum :) legendum
est initium libri Tobiæ , non obstan-
te quod occurrat Feria Quatuor tem-
porum . Quod si etiam hodie legen-
dæ sint alicubi lectiones 1. Noct. de
communi ratione ritus solemnioris ,
quo ibi celebretur hodiernum Fe-
stum : tunc in hujusmodi Ecclesia
fiat similiter prima die infra hebdo-
madam tertiam Septembris , qua
celebretur de Festo habente lectiones
1. Noct. de Script. occurr. e-
tiam si Festum occurrat in Feria Qua-
tuor temporum ; scilicet ea die po-
natur initium libri Tobiæ . Porro
generaliter loquendo , occurrente Fe-
sto non habente lectiones primi No-
cturni proprias in die , cui nullæ le-
ctiones de Scriptura sint assignatae ,
recurre non debet ad commune San-
ctorum , si adsit initium aliquod
Scripturæ reponendum , sed hoc erit
recitandum ; cum in eo casu non
recurratur ad commune , nisi ob de-
fandum .

fectum Scripturæ de die; consequenter ad commune recurrentum non est, quoties Scriptura non deest. Vid. Caval. tom. 2. par. 2. c. 34. in d. 11. num. 4.

Itaque occurrente Festo S. S. Cornelii, & Cypriani in Feria Quatuor temporum lect. 1. Noct. erunt de Epist. ad Rom. *Fratres*. dummodo lectum fuerit diebus præcedentibus initium libri Tobiae de Domin. 3. Septemb. Si vero nondum lectum fuerit prædictum initium, ipsum est hodie reponendum, & non legendum de Epist. ad Rom. 9. lectio autem erit de homil. Feriæ, cuius fiet c. *memoratio* in Laudibus, & Festi simplicis occurrentis.

6. *Festum S. S. M. Cornelii, & Cypriani a propria die perpetuo annoatum*, die 7. infra Octavam Dedicatio[n]is non impedita ab alio Festo, celebrari deinceps in Civitate Perusina pro Conventu Cappuccinorum posse, non improbatu[r]. S. R. C. 28. Novembr. 1744. in Perusina, apud Caval. post finem Tom. 4. in append. ad cap. de perpet. Festor. immutat. d. 10. Et confirmatum fuit in sequenti Decreto, in quo generaliter declaratum fuit, quod *Festum semiduplex a sua die perpetuo annoatum celebrari deinceps potest infra Octavam non privilegiatam, in die ipsi assignanda, tamquam Sede illius fixa, juxta Decretum 28. Novembr. 1744. in Perusina. S. R. C. 19. April. 1749. in una Venetiarum; apud Caval. 1. cit. d. 11.* Id autem jam fuerat declaratum 22. Augusti 1744. in una Cracovien. in Opere Merat. in 2. Append. decr. Brev. n. 477.

ARTICULUS II.

De Missa.

TN Festo S. S. M. M. Cornelii, 7 & Cypriani semid. Missa: *Intret.* de comm. M. M. t. loco, & Commemoratio S. S. Simplic. M. M. Euphemiae, & Soc. ut in prœpr. Col. param. rub. Si hodie occurrat Feria Quatuor temporum, 2. Orat. de Feria, 3. Or. S. S. M. M. Simpl. Euphemiae, & Soc. & Evangelium Feriæ in fine.

In Missa S. S. Cornelii, & Cypriani, aut in qua fiat de iis Commemoratio, in Canone in Orat. *Communicantes* inclinetur caput ad eorumdem nomen ibi recitatum; ex Rubr. gen. Miss. de rit. celebr. tit. 5. n. 2. Vid. dicta 18. Januar. artic. 2.

Qu. Utrum nomen Luciæ, quod ponitur in Canone in Orat. *Nobis quoque peccatoribus*; appellet Sanctam Luciam, de qua hodie fit Commemoratio in Officio, & Missa: si enim hanc appellet, inclinandum est item caput ad nomen Luciæ in oratione prædicta descriptum juxta allegatam Rubricam.

R. Negative: sed nomen Luciæ prædicto loco positum appellat S. Luciam V. & M. Siculam Syracusanam, de qua celebratur integrum Officium die 13. Decembris, cuius nomen longe celebrius est in Ecclesia universali, quam S. Luciæ Romanæ M. non Virginis, de qua hodie fit Commemoratio; licet hanc aliqui errantes cum illa confundant; ut animadvertis Baronius in not. Martyrol. hac die. Nomen *Lucia* penultima Syllaba longa, seu acuta *Lucia* (etsi ea brevis sit:) pronunciari consueuisse a Latinis in Oratione soluta: notabimus 13. Decembris. art. 3. n. 4.

CA-

C A P U T X V I .

N O T A N D A X V I I . S E P T E M B R I S .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I I .

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De Indulgentiis.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canonicis.

1 *In Calend. Rom. Sacrorum Stigmatum S. Francisci dupl. ex Clem. XIV. 11. August. 1770. Omnes lectiones VIII. Responsi. & Or. prop. reliqua de comm. Conf. non Pont. In hymno: *Iste Confessor*, pro versu, *Hac die latus meruit beatas scandere sedes*, dicatur: *bac die latus meruit beata vulnera Christi*. Et in hymno ad Laudes pro versu: *misericordia inter sidera* dicatur: *Christi recepit stigmata*.*

Si hoc Festum venerit in Quatuor temporibus, nona lectio erit de homilia Fer. occurrent. cum ejusdem Commemoratione in Laudibus tantum.

In 2. Vesp. in Cal. Rom. a cap. de sequ. Festo S. Josephi a Cupertino Confess. dupl. in hymno: *Iste Confessor*, dicitur *meruit supremos Antiph. ad Magnificat*, & Or. prop. reliqua de comm. Conf. non Pont. & Commemoratio praeced. *V.* & Or. prop.

2 Alicubi hodie recitatur de B. Petro de Arbues M. lect. 1. Noct. de Script. occur. 2. Noctur. prop. 3. Noct. *Nihil est opertum*, ut in Festo S. Policarpi 26. Januar. Reli-

qua de comm. un. Martyr. Ot. autem propr. Si venerit in Quatuor temporib. lect. 1. Noct. *Fratres*, ut in communi plurim. M. M. (vide tamen dicta 16. hujus art. 1. num. 5.) nona lectio erit de homilia Fer. occurrent. cum ejusdem Commemoratione in Laudibus tantum. In 2. Vesp. a capit. de sequ. ut supra.

In lectione quarta hodierni Festi 3 Stigmatum Sancti Francisci legitur, quod laudatus Sanctus receperit sacra Stigmata circa Festum Exaltationis S. Crucis; in lectione autem sexta Officii Natalis ejusdem Sancti die 4. Octobris ponitur determinante, id accidisse in die Festo Exaltationis S. Crucis. Hos tamen textus inter se minime pugnare ostendit Gavantus in Rubr. Brev. Sedt. 7. c. 12. ad diem 4. Octobris dicens ex Wadingo in Annal. Minor. ann. 1282. tempore S. Bonaventura, qui scripsit ea, quae in lectiōnibus 2. Noctur. Officii hodierni leguntur, fuisse incertum diem, qui vero deinde fuit praeceise revelatus, & quinam fuerit; determinate signatus.

Qu. Utrum in Officio Stigmatum 4 S. Francisci in hymno: *Iste Confessor*, illa verba propria: *bac die latus meruit beata vulnera Christi*, mu-

mutanda sint , & in quænam , si Festum hoc transferatur?

R. Mutanda esse , affirmat Caval. t. 2. (edit. Venet. an. 1758.) c. 39. comment. in Decr. I. n. 6. ob rationem , inquit , eamdem , ex qua in eodem hymno mutantur illa verba: *bac die latus meruit beatas scandere sedes: quando extra diem obitus Confessorum celebratur Officium*; videlicet , (ut ipse putat , sed fallitur cum Gavanto , qui idipsum est opinatus , uti ostendemus inferius :) ne mendacium dicatur , cum re ipsa Sanctus ea die minime obierit . Vult igitur , quemadmodum ibi , hic esse dicendum in posito casu translationis in aliam diem a præsenti : *Hac die latus meruit supremos laudis honores: ne extra proprium diem mendacium dicatur , aut ad improprietatem sermonis non approbatam recurritur . Rationem prædictam vocat certam , & ubertim evincentem ; atque eodem tom. 2. in append. ad cap. 34. comment. in Decr. I. eamdem nuncupat satis validam . Sed quandoque bonus dormitat Homerus . Profecto Caval. non animadvertisit , diem hanc , in qua Festum Stigmatum celebratur , non esse propriam , seu non esse ipsam diem eamdem , in qua Sanctus Franciscus meruit beata vulnera Christi ; cum ex ipsis lectionibus Breviarii habeamus , eum sacra Stigmata recepisse in Festo Exaltationis Sanctæ Crucis , atque adeo die 14. hujus , ut supra notavimus n. præcedenti . Igitur quemadmodum certissime sine mendacio , vel improprietate reprobata sermonis , hodie nihilominus dicitur : *Hac die latus meruit beata vulnera Christi : ita similiter eadem verba sine timore mendacii , vel improprietatis**

reprobatae sermonis recitari valebunt qualibet alia die , in quam Festum idem ulterius transferatur . Ratio itaque illa Cavalerii est falsa , & infirma , utpote falso innixa ; supponit enim haec die decimaseptima Septembris Sanctum Franciscum sacra Stigmata recepisse ; ideoque dici , *Hac die latus* &c.

Deinde ipsem Cavalerius in supra cit. append. ad cap. 34. primo loco dat , explicatque Decretam Sacrae Congregationis Rit. tenoris sequentis : *In Feste translato Stigmatum S. Francisci nulla est facienda mutatio in hymno . 2. Septembr. 1741. in Aquen.* Existimat autem ibi , Decretum hujusmodi explicationem duplicum aptum esse suscipere ; & quod , nempe , in Feste translato Stigmatum nulla facienda sit mutatio in hymno : *Iste Confessor : per investitionem versuum priorum : sed legendus ille sit , prout in communi manet descriptus ; tamen cum versu : Meruit supremos : cum non sit dies obitus ; & rursus in eo sensu , quod nulla mutatio facienda sit , in quantum legi ille debeat cum suis verbis propriis , quæ in eo legi præcipiuntur ex Rubrica . Ita ille , subditque , ac meminit , quod intellectus primus sibi magis arriserit supra cit. c. 39. comment. in Decr. I. & innixus manet , inquit , satis validæ rationi : (illi videlicet , quam tamen paulo ante monstravimus nimis infirmam , & falsam :) licet simul fateatur ; videri tamen , Sacram Congregationem magis probare secundum . Nos autem dicimus : allegatum Decretum nonnisi unicam aptum esse suscipere explicationem , & unicum sensum , atque intellectum ; nempe posteriorem præfatum ; cum*

cum id plane ostendat illud , quod dicebamus ; videlicet , hodiernam diem non esse illam eamdem , in qua Sanctus Franciscus sacra recepit stigmata ; atque adeo si nihilominus hodie dicitur : *Hac die latus meruit beata vulnera Christi* : non est ratio , cur haec verba tacenda , seu mutanda sint , si in aliam diem Festi ejusdem ulterior translatio fiat . Illud etenim , quod in hoc Festo hodie celebratur , a sua die , in qua accidit , constat , etiam esse translatum . Quapropter allegati Decreti sensus nonnisi hic esse potest , quod in hymno : *Iste Confessor* , in Officio Stigmatum S. Francisci recitato , non sint tacenda , sive mutanda illa propria verba : *hac die latus meruit beata vulnera Christi* : quando Festum Stigmatum Sancti Francisci ab hac die 17. Septembr. ulterius transferetur in aliam .

6. Sed interrogabis : car dicatur Sanctus Franciscus *hac die* meruisse recipere beata vulnera Christi : cum non hac die 17. sed 14. repererit ; & quomodo sine mendacio , vel impropriate reprobanda sermonis id dici possit ?

R. Prædicta verba dicantur in hoc sensu : *hac die* recolitur insigne beneficium a Deo collatum isti Confessori , hoc est , quod meruerit recipere vulnera Christi . In quo quidem sensu nullum adest mendacium , improprietas nulla reprobanda sermonis . Habes exemplum 6. Januar. art. 1. nu. 15. & 16. ubi similiter explicanda esse docuimus illa verba Officii Epiphanie : *bodie ex aqua facto vino* &c. Item illa Paschalia : *hac die Pascha nostrum immolatus est Christus* . Et illa Pentecostes : *Spiritum Sanctum hodierna die in filios a-*

TOM. III.

doptionis effudit : Nec non Collectas Festi Sanctorum Innocentium : *Deus , cujus hodierna die præconium Innocentes martyres non loquendo , sed moriendo confessi sunt* : In Oratione item Sancti Henrici Confessoris illa verba : *Deus , qui hodierna die* &c. similiter explicavimus 15. Julii numer. 2. & quoad illa verba hymni Sancti Joseph : *hac die Josepb meruit perennis gaudia vitae* ; videbimus infra . Deinde hoc ipsum , videlicet , quod verba illa : *hac die latus* &c. faciant hic præfatum sensum : *hac die recolitur* &c. insinuantur etiam ex Martyrolog. Romano , in quo Festum hoc Stigmatum S. Francisci dicitur *Commemoratio impressionis sacerorum Stigmatum* &c.

Denique huc etiam facit , quod similia verba : *hodierna die* : *bunc diem* &c. mutari non soleant , vel omitti in Festivitatibus Sanctorum translatis ; & sic e. g. licet transferatur alicubi Festum Sanctorum Martyrum Dionysii , & Soc. a die 9. Octobris , adhuc dici consuevit in Collecta : *Deus qui hodierna die Beatum Dionysium Martyrem tuum , atque Pontificem virtute constantia in passione roborasti* &c. Similiter Festum S. Venantii si a die 18. Maii transferatur , nihilominus dicitur : *Deus , qui bunc diem Beati Venantii Martyris tui triumpho consecrasti* : Similiter in Oratione Sancti Apollinaris Episcop. & Martyris si a die 23. Julii transferatur , non mutantur similia verba : *Deus fidelium remunerator animarum , qui bunc diem Beati Appollinaris Sacerdotis tui martyrio consecrasti* . Similiter si Festum Purificationis transferatur a die 2. Februarii , non mutantur verba Collectæ : *Omnipotens* &c. *sicut unigenitus filius tuus hodierna*

K k die

die cum nostra carnis substantia in templo est presentatus. Similiter similia verba in Collecta Præsentationis Beatæ Mariæ: Deus, qui Beatam Mariam G.c. hodierna die in templo præsentari voluisti. Et in Fœsto S. Joseph Sponsi B. M. V. etiamsi transferatur, non esse mutanda illa verba hymni Laudum: Hac die Joseph meruit perennis gaudia vita; docuimus 19. Martii n. 9. quod modo infra probabimus. Porro verba in Ecclesiasticis Officiis plerumque non referuntur ad tempora, in quibus proferuntur, sed ad legitimum tempus, vel ad significandum id, quod Ecclesia intendit, quemadmodum notavimus lib. I. c. I. art. 9. Sect. II. Subf. 2. interrog. 2. n. 59.

7 Dicimus igitur hic: verba illa: *bac die latus meruit beata vulnera Christi*: sine ullo mendacio, vel improprietate reprobanda sermonis recitari valere qualibet alia die, ad quam Festum Stigmatum transferatur, quia in illa die habebunt sensum eundem, quem habent in hac die 17. Septembr. quæ nec ipsa est dies propria, in qua S. Franciscus recepit sacra Stigmata; nimis: *bac die recolitur insigne beneficium Sancto Francisco collatum a Deo*, ex quo videlicet meruit beata vulnera Christi; atque adeo verba illa: *bac die*; in qualibet die recitabuntur, referentur, quemadmodum etiam hodie referuntur, ad diem propriam decimamquartam Septembbris, in qua S. Franciscus *latus meruit beata vulnera Christi*.

8 Sed dices: si hæc ita se habent, ergo in Fœsto Confessoris extra diem sui obitus, sive per accidens, sive stabiliter celebrato, in hymno *Iste Confessor*, illa verba: *Hac die latus meruit beata vulnera Christi*.

ruit beatas scandere sedes: non opus est mutari in verba: meruit supremos laudis honores: ut Rubrica præcipit, & Sacrorum Rituum Congregatio declaravit 11. Junij 1701. sed potuisse eadem verba: meruit beatas G.c. etiam retineri, referendo ea ad diem propriam obitus. At necesse fuisse, mutare, affirmat cum Gavanto Caval. to. 2. c. 39. comment. in Decret. I. n. 3. ne mendacium dicetur; cum tuisa Sanctus ea die nequaquam obierit.

R. Plane negamus, fuisse necessitatem mutandi verba prædicta in casu præfato, atque adeo negamus, ea cum mendacio fuisse extra diem obitus recitanda, sed recte potuisse iunc etiam retineri; ea videlicet referendo ad ipsam diem obitus propriam. Secus in hymno: *Iste quem lati*; qui recitatur ad Laudes in Fœsto Sancti Joseph Sponsi Beatissimæ Virginis die 19. Martii, illa verba: *bac die Joseph meruit perennis gaudia vita*: falso dicentur, quando Festum S. Joseph transfertur a die 19. Martii, ad quod vitandum, ea etiam mutare oportet; & tamen non adest Rubrica ulla præscribens, ea verba esse in casu prædicto mutanda, cum ceteroqui casus non infrequentiter occurrat, etiam universaliter: non raro enim Festum illud incidit in aliquam Dom. Quadragesimæ, vel infra majorem hebdomadam, quæ illud excludit; ideoque in Breviario Romano describuntur Responsoria brevia Horarum, in eo Fœsto dicenda ritu paschali, in casu translationis non infrequentis ad tempus paschale; nulla tamen, quemadmodum dicebamus, similis Rubrica describitur pro mutatione facienda versus prælati in casu translationis

nis ejusdem , sive ad tempus paschale , sive ad aliam diem infra Quadragesimam ; unde certum fit , verbum illum non esse mutandum : neque in hoc dissentiet Cavalerius , ut sibi consentiat in his , quae ex eodem infra docebimus n. 10. prope finit.

Sed & ipsa dies 19. Martii celebrationi Festi Sancti Joseph stabiliter assignata , non est dies propria , in qua laudatus Sanctus meruit perennis gaudia vita ; enimvero etiam si daremus , Sanctum Josephum obiisse die 19. Martii , de quo tamē minime constat : nihilominus stante communissima Scriptorum opinione , quod Sanctus Joseph obierit ante Passionem Domini ; (vid. Petr. Ribadeneir. in vita latidati Sancti fine) atque adeo antequam Justorum Animæ quantumvis sanctissimæ mererentur statim post mortem perennis gaudia vita ; dicendum est : Animam Sancti Joseph ea die 19. Martii non in Cœlum avolasse , sed ad Inferos in finu Abrahæ descendisse , quemadmodum Anima Sancti Joannis Baptiste : atque adeo stante communissima opinione præfata , illa etiam dies 19. Martii non est dies propria , in qua Sanctus Joseph meruit perennis gaudia vita , etiam si daremus , cum illa die obiisse . Ergo etiam in die illa ipsi stabiliter assignata , verba illa : *Hac die Joseph meruit perennis gaudia vita* : referuntur ad illam diem propriam , in qua laudatus Sanctus meruit perennis gaudia vita , post passionem Domini , atque adeo sine mendacio etiam dicuntur in illa . Ergo similiter in hymno *Iste Confessor* : illa similia verba : *bac die laetus meruit beatas scandere sedes* , sine mendacio recitari et-

iam potuissent in Festo translato a die obitus : ad illam diem eadem referendo . Necessest ergo mutandi nulla fuit (conferri possunt dicta lib. 2. in Ser. 4. art. 1. n. 1.) sed mera congruentia major ; ille etenim hymnus cum saepius soleat pro Sanctis Confessoribus extra diem eorumdem obitus recitari , congruentius visum fuit , hujusmodi verba faciliter mutare in alia , priorem , uti fatemur , habentia sensum .

Instabis : Modus ille loquendi minus proprius non approbatur ex Rubrica , & Sacrorum Rituum Congregatione in hymno *Iste Confessor* , quo ad illa verba : *meruit beatas* : sed extra diem obitus dicendum est : *meruit supremos* : Ergo nec approbatur in eodem hymno in hoc Festo Stigmatum Sancti Francisci recitato , quo ad illa propria verba : *bac die meruit beatas vulnera Christi* : quoties Festum hoc transferatur ad aliam diem , sed similiter mutanda sunt in *meruit supremos laudis honores* . Ita argumentati' videtur Cavalerius in supra cit. Decr. 1. n. 6. fine .

R. 1. Argumentum esse nullum , utpote innixum falso supposito , quo hic laborat Cavalerius , ut animadvertisca supra ; supponit enim hanc diem 17. Septembris esse propriam , in qua Sanctus Franciscus repperit Sacra Stigmata ; sed iam notavimus supra : eum Sacra Stigmata receperisse die 14. Septembris in Festo Exaltationis Sanctæ Crucis . Itaque concessio antecedenti' , nego consequiam . Cum haec dies 17. Septembris non sit propria , in qua Sanctus Franciscus repperit Sacra Stigmata , ex una parte ; & ex alia parte , nihilominus etiam in ea di-

cendum sit : bac die letus meruit beata vulnera Christi : manifestum est, Rubricam, & Sacram Congregacionem approbasse hic modum loquendi minus proprium, referendo verba praedicta ad illam diem propriam 14. Septembr. in qua Sanctus Franciscus recepit Sacra Stigmata. Ergo similiter approbatus censeri debet pro qualibet alia die, ad quam ulterius Festum hoc alicubi transferatur; non enim est ratio ulla disparitatis.

¶. 2. Fingamus hanc diem 17. Septembris esse propriam, in qua Sanctus Franciscus receperit Sacra Stigmata; neque in hac suppositione Argumentum factum vim ullam habet; non enim opus est, in Oratione verbis constanter uti congruentioribus, & in sensu plano, ac simplici loqui semper; ut Rethoribus notum est, ostenduntque insuper exempla superius allegata. ex usu ipsius Ecclesiae, & rursus patebit, ex modo infra dicendis. In oratione metaphoris, & verbis minus propriis non utimur quidem continuis, sed tamen aliquibus: idque cum laude usurpatum ab Oratoribus, & ab Auditoribus cum delectatione suscipitur, & nemo umquam id arguit de mendacio: confer S. Augustinum lib. contra mendacium c. 10. post initium. Ex eo igitur quod in priori casu non fuit approbatus modus loquendi minus proprius, non inde sequitur, & reprobatus esse censendus pro casu posteriori, de quo hic disputamus. Unde ad argumentum factum respondeo iterum: concessio antecedenti, nego consequentiam.

10 Confirmatur ex eo, quod in eodem Officio Confessorum non Pontificum, si in Hymno. Iste Confessor, ad Vesperas, & Matutinum dici-

tur: bac die letus meruit beatas scandere sedes; similiter in hymno: Jesu Corona celorum: ad Laudes canitur: Anni reverso tempore, dies refusit lumine, quo Sanctus hic de corpore, migravit inter sydera: Cujus utriusque hymni sententia in praedictis exposita versibus omnino similis est; & tamen in Festo translato non fit mutatio verborum illorum: dies refusit lumine, quo Sanctus hic de corpore migravit inter sydera, in hymno ad Laudes; licet in hymno ad Vesperas, & Matutinum facta fuerit mutatio verborum illorum plane simillimum: bac die letus meruit beatas scandere sedes: Ergo Rubrica, & Sacra Congregatio licet hic non approbaverit modum illum minus proprium loquendi, nihilominus non improbavit pro hymno: Jesu corona, ad Laudes. in eodem Officio quoad illa verba: dies refusit lumine &c. quae voluit non variari in eodem casu translationis; Ergo ex eo quod pro uno casu non fuerit approbatus modus loquendi minus proprius, non inde sequitur, quod modus idem maneat reprobatus pro quolibet alio casu, & pro quibuslibet aliis verbis, atque sententiis. Atque adeo licet quoad illa verba: bac die letus meruit beatas scandere sedes: non fuerit approbatus modus loquendi minus proprius in Festo Confessorum translato; non sequitur, quod similiter maneat reprobatus modus loquendi minus proprius quoad hæc verba: bac die letus meruit beata vulnera Christi: in Festo Stigmatum translato. Et quamvis Gavantus neget illa verba: dies refusit &c. esse similia iis: bac die letus meruit beatas &c. eo quod non dicatur: His dies refusit &c. præcise, in quo sit Offi-

Officium ; attamen Guyetus , teste Cavalerio , hanc Gavanti responsionem rejicit tamquam futilem : quia per ea verba : *Anni reverso tempore , dies resulst lumine , quo Sanctus hic de corpore migravit inter sydera , sufficienter exprimitur dies obitus , quemadmodum exprimitur illis verbis : bac dies latus meruit beatas scandere sedes :* Quod & intellexit illarum Ecclesiarum Clerus , qui , ut idem Cavalerius tradit , in Feste Confessoris non Pontificis extra diem obitus , praedictum versum confuevit omittere ; (et si non rite : nulla id docente Rubrica , nulla Sacrorum Rituum Congregationis declaratione favente :) Nee Cavalerius n. 5. audit Guyeto in hoc contradicere ; fatetur autem , mutationem non esse faciendam : quoniam , inquit , si Rubrica voluisse , utique prescripsisset : sicuti eamdem assignavit ad Vesperas . At quare non prescripsit ? cur similiter non assignavit ? Procul dubio primo , quia , ut dicebamus , non opus est , in Oratione loquimur semper in sensu stricto , & proprio , & huic sensui convenientia adhibere verba constanter : cum notum sit , homines etiam sapientiores , sine ultra reprehensione mendacii , adhuc eum laude solere aliquando loqui in sensu minus proprio . Dispositionis praefatae ratio altera esse potest , ne Clerus frequentius simplicetur frequentioribus hujusmodi mutationibus partium , & verborum in Divinis Officiis faciendis : ipso id docente Cavalerio l. cit. nu. 4. fine , ubi fatetur , quod nonnulla ut apposite quadrent Officio , quod agitur , O ne pluribus variationibus Cleras uti tenentur , ad improprietatem sermonis pertrahi queant . Atque adeo non sit

in Festis translatiis usla mutatio attentanda auctoritate propria , ut habeatur sensus proprius ; sed variatio solita in facienda , quoties varianda diserte assignentur .

Denique dato , & non concesso : verba illa hymni : *Dies resulst lumine O.* non esse similia iis : bac die latus meruit beatas scandere sedes , eo quod non dicatur : *Hic dies resulst O.* hoc , inquam , etiam dato : certe haec verba : bac die latus meruit beatas scandere sedes : similia sunt his : *Deus , qui hodierna die Beatum N. ad Regnum aeternum translusti :* & tamen in Officio Sancti Henrici , quod in Brev. Rom. recitatur die 15. Julii , licet in hymno *Iste Confessor* fiat mutatio verborum illorum : *Hac die latus meruit beatas scandere sedes :* quia non est dies obitus laudati Sandi : nihilominus in oratione propria dicitur : *Deus , qui HODIERNA DIE Beatum Henricum ... ad Regnum aeternum translusti .* Nimirum posteriori loco , hoc est , in Oratione , ea verba *HODIERNA DIE* dicuntur in sensu minus proprio , quem explicavimus 15. Julii n. 2. licet in priori , hoc est , in hymno sensus idem non admittatur .

A R T I C U L U S II.

De Missa.

VN Festo Stigmatum S. Francisci dupl. Missa propr. Si occurrat Feria quatuor temporum , fiat de ea Commemoratio , & ejusdem Evangelium legatur in fine . Ad nomen S. Francisci in Orationibus , & post Graduale in ps. inclinetur caput , juxta Rubr. Miss. de Kit. ee. kbr.

lebr. tit. 5. n. 2. vide dicta 18. Januar. n. 7.

In Festo Stigmatum S. Francisci adhibetur color albus. S. R. C. 9. Decemb. 1623. in una Urbis, apud Merat. Ind. Dscr. Miss. num. 193. Gavant. in Rubr. Miss. par. 1. tit. 18. nu. 2. lit. x. & in Rubr. Brev. Sect. 7. cap. 11. ad diem 17. Septemb.

12 In Festo B. Petri de Arbues M. dupl. Missa ut in propr. Color param. rub. Si occurrat Feria quatuor temporum, fiat ut supra.

A R T I C U L U S III.

De Indulgentiis.

YNDULG. Plen. in Festo Stigmatum 13 & S. Francisci in Ecclesiis tam Fratrum, quam Monialium Ord. S. Francisci de Assisi. Clem. XII. 3. Augusti 1731. Const. incip. Celestium munerum: apud Ferrar. in sua Biblioth. tom. 8. edit. 3. Bonaien. in prim: append. pag. 214 col. 2. In edit. autem Rom. anni 1767. V. Indulgentia art. 5. n. 44.

C A P U T X V I I .

N O T A N D A X V I I I . S E P T E M B R I S .

EXPLICANTUR ARTICULIS. II.

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canonicis.

I **M**N Calendario Romano Sancti Joseph a Cupertino Confess. dupl. ex Clem. XIV. 8. Augusti 1769. Offic. ut in propr. & communii Confess. non Pontif. Si hoc Festum venerit in Quatuor temp. nona lectio de homil. Feriae occur. cum ejusdem Commemorat. ad Laudes tantum.

In 2. Vesp. in Calendario Rom. a Cap. de sequ. Festo S. S. M. M. Januarii, & Sociorum dupl. omnia de comm. plur. M. M. Orat. Deus, qui nos annua de eodem communione pro M. M. non PP. 2. loco, &

Commemoratio præced. Antiph. & Or. proprie.

In Regno Neapolitano, quia Sanctus Januarius est Patronus principalis, fit de eo, non item de Sociis ejus. Vide dicenda sequenti die art. I. Antiph. ad Magnis. & Or. prop. reliqua de communii unius M.

A R T I C U L U S II .

De Missa.

MN Festo S. Joseph a Cupertino 3 & Conf. dupl. Missa propria. Si occurrat Feria Quatuor temporum, fiat de ea Commemoratio, & ejusdem Evangelium legatur. in fine. Col. param. alb.

C A -

C A P U T X V I I I .

N O T A N D A X I X . S E P T E M B R I S .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I .

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canonicis.

1 VN Calend. Rom. S. S. M. M. Januarii , & Socior. dupl. lect. 1. Nocturn. de Script. occurit. 2. & 3. Noct. propr. reliqua de communi plurimor. M. M. Orat. ut ibi pro M. M. non PP. 2. loco. In 2. Vesper. a Cap. de sequ. Festo S. S. M. M. Eustachii , & Socior. dupl. ut in communi plur. M. M. Orat. Deus , qui nos concedis , ut ibi pro M. M. non PP. 1. loco Commem. præced.

Si hoc Festum venerit in Quat. temp. lect. 1. Noct. Fratres debito- res , de communi plur. M. M. (vide tamen dicta 16. hujus art. 1. num. 5.) Nona lectio de homilia Fer. & ejusdem Commem. in Laudib. tan- tum .

2 Cum Sanctus Januarius fuerit declaratus a Sacra Rituum Congregatio ne Patronus principalis Regni Neapolitan i: binc die Festo dicti Sancti debet in eodem Regno fieri Officium sub ritu duplici cum Octava; sed de Sancto Januario tantum , non vero de Sociis ejusdem , quoram Officium trans- ferner ad primam diem non impedi tam. S. R. C. 12. Julii 1664. apud Cavat. to. 1. c. 5. d. 3. Itaque in

Regno Neapolitano Festum S. Januarii dupl. 1. cl. cum Octav. lect. 1. Noct. A Mileto de communi un. Martyris Pontif. 2. Noct. propr. 3. Noct. homil. in Evang. Ecce ego mis- sis. vos., ut in Brev. in Festo S. Bar- nabæ Apost. 11. Junii cum R.R. de communi unius M. Antiphona ad Bened. & Orat. propr. Reliqua de com. un. M. In 2. Vesp. Antiphona ad Magnif. propr. & fit Com- memoratio sequentis Fefi S. S. M. M. Eustachii , & Soc. Deinde pri- ma die non impedita post Octavam fiet Officium de Sanctis Sociis San- chi Januarii sub ritu semiduplici de communi plurim. M. M. vid. dicen- da in Appendice ad calcem Diarii c. 7. de SS. Patronis art. 5. qu. 5. a num. 29.

A R T I C U L U S I I .

De Missa.

1 VN Festo S. S. M. M. Januarii , & Soc. dupl. Missa Salus . ut in communi plur. M. M. extra tempus paschale 3. loco .

Si occurrat Fer. Quatuor tempo- rum , fit de ea Commemoratio in Missa , & ejusdem Evangelium lega- tur in fine. Col. param. rub.

C A-

C A P U T XIX.

NOTANDA XX. SEPTEMBERIS.

EXPLICANTUR ARTICULIS III.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*Art. II. *De Missa.*Art. III. *De Jejunio.*

ARTICULUS I.

De Horis Canoniciis.

1 **N** Calendario Rom. S. S. M. M. Eustachii, & Socior. dupl. lect. 1. Noct. de Script. occurr. 2. Noct. propr. 3. Noct. homil. in Evangelium: *Descendens Jesus*, ut in communi plur. M. M. 2. loco. 9. lectio de homil. Vigil. S. Matthæi Apost. ut in Brev. hic. Orat. de communi plur. M. M. non PP. 1. loc. reliqua de eodem communi; & in Laudibus fit Commemoratio Vigiliæ prædictæ. Vesp. de sequenti Festo S. Matthæi Apost. dupl. 2. cl. de comm. Apostol. Or. propr. & commem. præced.

2 Si hoc Festum venerit in Quatuor temporibus lect. 1. Noct. *Fratres debitores* de comm. plur. M. M. (vide tamen dicta 16. hujus art. 1. n. 5.) lectio nona legitur de homil. Feriæ occurrentis Quatuor temporum cum ejus Commemoratione in laudibus; de Vigilia vero nihil fit, nisi in Missa. Rubr. Brev. hic, Vid. dicenda tr. 2. lib. 1. part. 1. c. 2. num. 8,

ARTICULUS II.

De Missa.

N Festo S. S. M. M. Eustachii, 3 & Soc. dupl. Missa: *Sapientiam* de comm. plur. M. M. non Pontif. extra tempus paschale 2. loc. & fit Commem. Vigiliæ S. Matthæi Ap. & ejusdem Evang. legitur in fine. Col. param. rub.

In Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis occurrente Festo duplici, aut semiduplici, aut Octava, in Vigiliis dicuntur duæ Missæ Conventuales; pro quibus videri debent dicenda tr. 2. lib. 4. par. 1. c. 4. de Missa qu. 1. & duab. sequentib., & videri etiam possunt dicta lib. 1. cap. 2. de celebr. Miss. quotid. qu. 6. & sequentib. interrogat. Nomine Octavæ intelligitur hic solum ipsa dies Octava, non item quælibet dies infra Octav. vid. dicta 27. Junii art. 2. de Missa n. 6.

Si Vigilia S. Matthæi Apostoli 5 venerit in Feria Quatuor temporum, in Missa de præsenti Festo 2. Orat. Quatuor temporum, 3. Orat. Vigiliæ, & Evangel. Fer. Quatuor temporum in fine Missæ.

In Cathedralibus autem, & Collegiatis una Missa Conventionalis erit de Festo, altera de Quatuor temporibus.

poribus cum Commemoratione Vigiliæ. Vid. dicta lib. 1. cit. cap. 2. num. 13.

6 In Missa Vigiliæ S. Matthæi Apostoli, aut in qua fiat de ea commemoratione, inclinetur caput in Canone in Orat. *Communicantes*, ad ejus nomen, & ubicumque invoetur: ex Rubr. Miss. de rit. celebr. tit. 5. nu. 2. vid. dicta 18. Januar. art. 2. num. 7. & dicenda 20. Decembr. n. 5.

ARTICULUS III.

De Jejunio.

TN Vigilia S. Matthæi Apost. est 7 & jejunum ex gravi præcepto obligante universaliter. Vid. dicta 23. Februar. art. 3. Sect. 1.

C A P U T XX.

NOTANDA XXI. SEPTEMBERIS.

EXPLICANTUR ARTICULIS III.

Art. I. *De observantia Festi S. Matthæi.*

Art. II. *De Horis Canonicis.*

Art. III. *De Missa.*

ARTICULUS I.

De Observantia Festi S. Matthæi.

AFESTUM Sancti Matthæi Apost. ex præcep. universali; constat ex Constit. Urbani VIII. incip. *Universa*, quam allegavimus die 1. Janua. nu. 1. in ea describuntur Festa universaliter ex præcepto in foro servanda, inter quæ describitur Festum S. Matthæi Apost. vid. etiam dicta 24. Februar. n. 1. & 2.

Hoc Festum in nonnullis locis ex permissione legitima consuevit transferri quoad solum forum, quemadmodum & Festum Sancti Michaelis Archangeli, ne eorum observatione interrumptatur jam coepta vindemia. Transferri autem & indulgentiam, si

TOM. III.

qua sit hujusmodi Festis annexa, docet Caval. comment. in Decret. S. R. C. to. 2. c. 13. in d. 18. n. 11. qui videri potest, & videri possunt dicta pro Festo Annunciationis translato a Fer. 6. vel Sabb. major. hebdomadæ in Fer. 2. post Dom. in albis. 25. Martii, art. 1. Sect. 4. a num. 17.

ARTICULUS II.

De Horis Canonicis.

TN Calond. Rom. S. Matthæi Ap. 2 & Evang. dupl. 2. cl. Rubr. gen. Brev. tit. 9. nu. 6. & in duab. tabell. excerpt. ex Rubr. gen. Brev. lect. 1. Noct. de comm. Evangel. 2. & 3. Noct. & Or. prop. reliqua de

L 1 com-

communi Apostol. Si sit Ser. Quatuor temp. 9. lectio de homil. Fer. & ejusdem Commem. in Laudibus; fiat similiter, si occurrat Dominica. In 2. Vesperis Commem. sequ. Sestii S. Thomæ de Villanova Episc. & Conf. semidupl. Antiphona ad Magnificat, & Or. prop. & Commem. S. S. M. M. simplic. Mauritii, & Soc. Or. propr.

ARTICULUS III.

De Missa.

3. IN Festo Sancti Matthæi Apost. & Evangel. dupl. 2. cl. Missa pro-

pria. *Credo.* Rubr. gen. Miss. tit. 11. Præf. Apost. In Canone in Or. *Communicantes*, ad nomen S. Matthæi inclinetur caput, similiter in Evangelio, & ubique invocetur, ex Rubr. Miss. de rit. celebr. tit. 5. n. 2. Vid. dicta 18. Januar. art. 2. n. 7. color parament. rub.

Si sit Feria Quatuor temporum 4. fiat de ea *Commemoratio*, & ejusdem legitur Evangelium in fine; similiter fiat, si occurrat Dominica.

CAPUT XXI.

NOTANDA XXII. SEPTEMBRIS.

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*
Art. II. *De Missa.*

ARTICULUS I.

De Horis Canoniciis.

1. IN Calend. Rom. S. Thomæ de Villanova Episc. & Confess. semid. lect. 1. Noctur. de Script. occur. 2. Noct. propri. 3. Noct. *Homo peregre*, de comm. Confess. Pontif. 1. loco 9. lectio S. S. M. M. Mauritii, & Soc. Antiph. ad Bened. & Or. propri. In hymno: *Iste Confessor*, mutatur tertius versus; reliqua de prædicto communi, & in laudibus fit *Commemoratio laudatorum S. S. M. M.* Or. propri. In 2. Vesperis a capit. de sequ. Festo S. Lini Pap. & Mart. semid. Or. de comm. un.

Martyris. Pont. 2. loco. *Commem. præced. Antiphona*, & *Orat. propri. & Commemoratio S. Theclæ Virg. & M. simpl. Or. propri.*

Si Festum S. Thomæ venerit in 2. Fer. *Quatuor tempor.* lect. 1. Noct. *Fidelis sermo*, de comm. Conf. Pont. 1. loc. (vid. tamen dicta 16. hujus art. 1. nu. 5.) nona lectio de homil. Fer. (prætermissa lectio Festi simplicis:) & ejusdem Feriæ *Commemoratio in Laudibus tantum*, ante *Commemorationem S. S. M. M. Mauritii*, & Soc. quorum si aliquibi habeatur insignis reliquia, quid fieri debeat? argue ex dicendis 21. Octobr. art. 1. n. 3.

Offi.

Officium S. Thomæ de Villanova hactenus extitit celebratum die 18. Septembr. postquam vero dies illa fuit assignata Festo duplici S. Josephi a Cupertino, transferendum fuit Officium S. Thomæ ad diem primam non impeditam, quæ in Calend. Romano inventa est pressens: translatio autem hujusmodi stabilis est, & dies hæc evalit fixa Officio recitando Sancti Thomæ de Villanova: ut in similibus constat suisse declaratum a S. R. C. sic: *Ab eo tempore, quo Innocentius X. ad duplum ritum erexit Officium S. Francisci Romanæ, dabitari coepit: an Festo Quadragesima Martyrum sit assignanda dies fixa, nempe dies 10. Martii, an vero idem Festum tamquam translatum prima die non impedita sit celebrandum? quo dubio in Sac. Congregatione proposito, hæc declaravit, assignari debere certam secundum Officio Quadragesima Martyrum, diem scilicet 10. Martii, idemque in novis Martyrologiis servari mandavit die 29. Novembr. 1659. in una Rubricarum, apud Caval. to. 1. c. 9. d. 1. Rursus: Cum Festum S. Gregorii VII. ex mandato Benedicti XIII. celebrandum sit die 25. Maii, quo die ante celebrabatur Festum secunduplex S. Mariae Magdalene de Pazzis; Quaritur: an hoc Festum habeat diem fixam: an vero sit transferendum in primam diem non impeditam? Et responsum fuit: ei assignandam esse primam diem non impeditam. S. R. C. 23. Junii 1736. in Brugen. Et confirmatum fuit die 16. Febr. 1737. in Machlinien. apud Merat. ind. Decr. Brev. num. 318. & Caval. I. cit. d. 2. Quapropter Festum S. Thomæ in die hac gaudet iisdem privilegiis, quibus gaudebat in die 18. hujus-*

V. Caval. comment. in supra recitata Decreta.

Postquam autem Officium S. Thomæ stabiliter translatum fuit in Br. Rom. a XIV. Calend. Octobr. hoc est, a die 18. Septembris ad hunc diem tacenda, seu expungenda esse putamus, in lectione tertia secundi Nocturni illa verba: ... *Atque ejus memoria quarto decimo Kalendas Octobris celebrari mandavit. Quemadmodum in simili novimus declaratum a S. R. C. ut In Festo S. Margarite Scotorum Reginæ ab aliquibus Breviariorum expungi debent ultima verba lectionis: Cujus Festum ab eodem Pontifice concessum, Innocentius XI. ad Octavum Idus Julii transferri jussit. S. R. C. 5. Maii 1736. in Einsidlen. apud Caval. to. 2. c. 39. d. 18. Qui comment. in hujusmodi Decretum hæc habet n. 2. Clemens X. ad Jibitum Cleri Officium S. Margarite die 10. Junii, quotannis celebrandum indulxit, die eiusdem natalitia, juxta Baron. in noctis ad Martyr. At cum vix uno, aut altero anno celebrari posset, ob frequentem occursum tunc temporis Octavarum Pentecostes, Et Corporis Christi: Innocentius XI. illud transfrerri jussit ad dieam Octavam Julii, qua de causa in fine sexta lectionis adnotatum extitit: Cujus Festum ab eodem Pontifice concessum Innocentius XI. ad Octavum Idus Julii transferri jussit. Anno 1693. die 21. Febr. idem Officium decretum extitit secunduplex de precepto; Et cum hoc ipso cessasset ratio translacionis ejusdem ad diem Octavam Julii, utpote quod si impediabatur gaudebat beneficio translationis, priori sua sedi, Et diei natalitiae fuit restitutum: Verba itaque illa: cuius Festum &c. cum non qua-*

L. 1 2 drent

drent amplius, & solum apta forent, dubia excitare circa diem ejusdem Festi celebrandi, a Breviario fuerunt expuncta; sed cum in nonnullis ejusdem impressionibus adhuc haberentur, nunc Congregatio eorumdem expunctionem demandat; memoria enim præfatae translationis, nihil habebat commodi, & solum apta erat, dubia, ut supra, excitare, unde tanti facta non fuit, ut ejusdem retentioni consulendum fo- ret per adnotacionem aliam ejusdem Festi, deinceps ad propriam sedem re-stituti. Hæc Caval. Similiter igitur in casu nostro, præfata verba: atque ejus memoriam, expungenda es-te, putamus, cum non quadrent amplius, & solum apta forent, du- bia excitare circa diem celebrandi

Officium S. Thomæ: nes tanti fa- cienda, ut eorum retentioni verbo- rum consulendum sit per adnotatio- nem aliam ejusdem Festi translati ad hanc diem.

ARTICULUS II.

De Missa.

IN Festo S. Thomæ Episc. & Conf. Sem. Missa: Statuit, de communi Conf. Pont. i. loc. Or. & Com. S. S. M. M. Mauritii, & Soc. ut hic. Si occurrat Feria Quatuor tem- porum, fit Commemoratio ejus ante Commem. Festi simplicis, & ejusdem Fer. Evangelium legatur in fine Missæ. Col. param. alb.

CAPUT XXII.

NOTANDA XXIII. SEPTEMBRISS.

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

ARTICULUS I.

De Horis Canoniciis.

IN Calend. Romano S. Lini P. & M. semidupl. lect. i. Noct. de Scriptura occurr. in 2. Noctur. lect. 1. propria, 2. & 3. lect. ut in 2. Noct. de communi un. Mart. 2. loco, lectiones 3. Noctur. de præd. communi 1. loco, cum nona lect. de S. Thecla, Or. de comm. un. M. P. 2. loco, reliqua ut in eo- dem communi un. M. & in Laud.

fit Commemoratio S. Theclæ V. & M. de communi, Or. autem propr. Vesperæ de sequ. Festo B. M. V. de Mercede dupl. maj. V. post hymnum. *Dignare me.* Antiph. ad Magnif. & Or. propr. reliqua ut in Officio parvo ejusdem B. V. & fit Commemor. præced. In fine hymni Complet. *Iesu tibi. Qui natus.*

Si hodiernum Festum venerit in 2 Quat. temp. lect. i. Noct. *A Mileto*, de comm. un. M. P. (vide tam- men dicta 16. hujus art. i. n. 5.) 9. lect. de Homil. Fer. & ejusdem Com-

Cap. XXII. Notanda XXIII. Septembris. 269

Commem. in Laud. ante Commem.
Festi simpl. de quo tamen in eo-
dem casu non recitabitur le&t. propr.

ARTICULUS II.

De Missa.

3 VN Festo S. Lini P. & M. semid.
¶ Missa: Statuit, de comm. un.
M. P. i. loco, sed Orat. prima,
& secreta, & Postcommunio ex Mis-
sa Sacerdotes Dei ut in eodem com-
communi 2. loco, & sit Commemo-

ratio S. Theclæ V. & M. (cujus
i. Or. propr. Secreta, & Postcom-
munio ex Missa Loquebar, ut in
contumicii V. & M. i. loco) 3. Or.
A cunctis. Inclinatur caput ad no-
men S. Lini positum in Canone in
Orat. Communicantes, & similiter
ubi alias nominetur, ex Rubr. Miss.
de ritu celebr. tit. 5. nu. 2. & vid.
dicta 18. Januar. art. 2. nu. 7. Si
sit Feria Quatuor temporum, fiat de
ea Commem. ante Commem. Festi
simplicis, & ejusdem Evang. legatur
in fine. Col. param. rub.

C A P U T X X I I .

N O T A N D A X X I V . S E P T E M B R I S .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I .

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

ARTICULUS I.

De Horis Canoniciis.

3 VN Calendario Romano B. M. V.
de Mercede dupl. maj. rubr. Br.
in duab. tabell. excerpt. ex rubr. gen.
ex Benedicto XIII. 22. Martii 1727.
apud Merat. hic. Lect. 2. Noctur.
& Or. propr. reliqua ut in Festo S.
Mariæ ad Nives 5. August. Si fit
Feria Quatuor tempor. 9. lectio de
ea, & Commem. in Laudib. Ad
Prim. in R. br. *Qui natus es.* In
fine hymnor. *Iesu tibi.* 2. Vesp. de
eodem Festo, ut in 1. Vesper. sed
Antiph. ad Magnif. ut in 2. Vesp.
Festi ad Nives.

Hoc Festum prius erat particula-

re pro locis pertinentibus ad Hy-
spanicam Monarchiam, & celebra-
batur in Dominica proximiori Ca-
lendis Augusti. Vid. dicenda in Ap-
pendice ad calcem Diarii cap. 1.
§. 2. num. 22.

ARTICULUS II.

De Missa.

3 VN Festo B. M. V. de Mercede dupl. 2.
maj. Miss. ut in Vot. a Pentec.
i. Or. propr. dicitur *Credo.* Rubric.
gen. Mis. tit. 11. Praefat. de B. V.
V. *Et te in Festivitate.* Videri po-
test Caval. to. 5. c. 14. nu. 38. Si
fit Feria Quat. temp. fiat de ea Com-
memorat., & ejusdem Evang. lega-
tur in fine. Col. param. alb.

C A.

C A P U T X X I V .

N O T A N D A X X V . S E P T E M B R I S .

A R T I C U L U S U N I C U S .

*De Horis Canoniciis.*M. Cypriani , & Justinæ simpl. de
commun. plur. M. M. Orat. pro-
pria .Y N Calend. Rom. Offic. de Feria a
Cap. fit de sequ. Festo S. S. M.

C A P U T X X V .

N O T A N D A X X V I . S E P T E M B R I S .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I .

A r t . I. *De Horis Canoniciis.*A r t . II. *De Missâ.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canoniciis.

Y N Calend. Rom. S.S. M. M. Cy-
& priani , & Justinæ simpl. Noctur.
Fer. 1. lect. de Script. occurrit. 2. &
3. lect. & Or. propri. reliqua ut in
Psalt. & communis plurim. M. M.
Vesp. de sequ. Festo S. S. M. M.
Cosmæ , & Damiani semid. Orat.
propri. reliqua de comm. plur. M. M.

A R T I C U L U S I I .

De Missâ.

Y N Festo S. S. M. M. Cypriani ,
& Justinæ simpl. Missa : Salus
de communis M. M. 3. loco , sed

prima Or. propri. Secr. & Postcom.
ex Missa *Sapientiam* , ut in eodem
communi 2. loco . Col. param. rub.

Cum ex Rubr. Miss. de rit. ce-
lebr. tit. 5. nu. 2. inclinandum sit
caput , ubicumque nominatur in Mis-
sa nomen Sancti , de quo dicitur
Missa , aut fit Commemoratio ; Quæ-
res : utrum ad nomen Cypriani po-
situm in Canone in Orat. *Commu-*
nicantes inclinandum hodie sit ca-
put ?

B. Negative , quia ibi nomen Cy-
priani appellat Sanctum Cyprianum
Episcopum Carthaginem , cuius
celebratum est Fecit 16. hujus ,
una cum S. Coraelio Pont. cui et-
iam in Canone loc. citat. adnecti-
tur , ut motavimus 16. hujus nu-
mer. 7.

C A .

C A P U T X X V I .

N O T A N D A X X V I I . S E P T E M B R I S .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I .

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

A T I C U L U S I .

De Horis Canonicis.

- 1 **N** Calendar. Rom. S. S. M. M.
A Cosmæ, & Damiani semid. lect.
1. Noct. de Scriptur. occurr. in 2.
Noct. lect. 1. & 2. propr. lect. 3.
de comm. M. M. 1. loco. Lect. 3.
Noct. de communi M. M. 2. loco
Orat. propr. reliqua de communi
M. M. VIII. Resp. *Hæc est vera
Fraternitas.* Vid. dicta 15. Februar.
art. 1. n. 2. In 2. Vesp. a Cap. de
sequ. Festo S. Wenceslai M. semid.
de comm. un. M. Orat. propr. &
Commem. præced.

A R T I C U L U S I I .

De Missa.

- 2 **N** Festo S. S. M. M. Cosmæ, &
A Damiani semidup. Missa, ut in
propr. Col. param. rub.
3 Qu. Utrum in Missa S. S. Cos-
mæ, & Damiani inclinandum sit
caput ad nomen Cosmæ, & Da-
miani positum *infra actionem*: hoc
est: *infra Canonem*: in Oration.

Communicantes : ex Rubr. Miss. de
rit. celeb. tit. 5. n. 2.?

Responsio negativa sequitur ex
sententia Cardinalis Bonæ lib. 2.
Rer. Liturgiar. c. 12. num. 3. cui
assentitur le Brun, quemadmodum
refert Benedictus XIV. de Sacrif.
Miss. l. 2. c. 13. n. 24. Scribit ita-
que Bona, Martyres, quorum no-
mina recitantur in Canone, Mar-
tyrium subiisse vel Romæ, vel in
locis Patriarchatui Romano proxime
subjectis; cum autem tria fue-
rint Sanctorum paria, quibus nomi-
na erant Cosmas, & Damianus,
duo nimirum Martyres in Arabia,
de quibus est hodierna solemnitas,
ut constat ex Brev. Rom. in lect. 2.
Noct. Duo Confessores in Asia: duo
itidem Martyres Romæ: docet, po-
stremos hosce duos eisdem esse,
quorum fit in Canone Commemo-
ratio. Jamvero hac admissa senten-
tia sequitur, in hodierna Missa S.
S. Cosmæ, & Damiani non habe-
re locum in Canone ad nomen Cos-
mæ, & Damiani allegatam Rubri-
cam Missalis: cum ex ea inclinan-
dum sit caput in Missa ad nomen
Sanctorum, de quibus recitetur Mis-
sa, aut saltem Comm. fiat in ea.

C A-

C A P U T X X V I I .

N O T A N D A X X V I I I . S E P T E M B R I S .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I .

Art. I. *De Horis Canoniciis.*Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canoniciis.

MN Calend. Rom. S. Wenceslai Duplex M. semid. de præc. ex Benedicto XIII. 14. Martii 1729. apud Merat. hic. Lect. 1. Noct. de Script. occur. 2. Noct. propr. 3. Noct. de comm. un. M. 2. loco. reliqua de eodem comm. Or. propr. Vespa. de sequ. Festo Dedicationis S. Michaelis Archangeli duplex 2. cl. ut in propr. sine Commemorat. præced. semiduplicis.

A R T I C U L U S I I .

De Missa.

MN Festo S. Wenceslai M. semid. 2. loco. Missa: *In virtute tua*: de communi un. Mart. non Pontif. 1. loco, sed Evang. *Si quis vult post me venire*: ex Missa: *Sacerdotes Dei*: de communi unius Mart. Pont. 2. loco. 1. Orat. autem propr. 2. *A cunctis*. 3. ad libitum. Col. param, rub.



C A-

C A P U T X X V I I I .

N O T A N D A X X I X . S E P T E M B R I S .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I I .

Art. I. *De Institutione, & observantia Festi Dedicationis Sancti Michaelis Archangeli.*

Art. II. *De Horis Canoniceis.*

Art. III. *De Missa.*

A R T I C U L U S I .

De Institutione, & observantia Festi Dedicationis Sancti Michaelis Arcangeli.

1. **D**EDICATIO S. Michaelis Arcangeli. Ponitur hoc Festum C. *Pro-
nunciandum* 1. dist. 3. de *Consecrat.*
& C. *Conquestus*, de *Feriis*: est de
præcepto universalis, uti habetur ex
traditione, & constat ex *Const. Ur-
bani VIII.* incip. *Universa* an. 1642.
quam allegavimus die 1. Januar. n.
1. in qua inter Festa universaliter
ex obligatione gravi servanda in fo-
ro adnumeratur Dedicatio S. Mi-
chaelis Arcangeli; videri tamen pos-
sunt dicenda 31. Decembr. art. 1.
n. 2. Dedicatio autem S. Michaelis
quæ hodie celebratur, est ex Marty-
rologio Rom. & aliis, Dedicatio
Templi S. Michaelis in Monte Gar-
gano; sed vide Meratum ad hanc
diem.

2. **Qu.** Quis hoc Festum instituerit?
R. Non certo constat. Suarez de
Relig. to. 1. tr. 2. lib. 2. c. 9. na.
6. putat verisimilius esse, institu-
tum suisse a Bonifacio II. a quo,
ait, fuit Templum hoc dedicatum
in honorem omnium Angelorum,
& præcipue Sancti Michaelis Ar-
TOM. III.

changeli. At vero Baronius in not.
Martyrol. ad hanc diem existimat,
prædictæ excitationem Ecclesiæ potius
tribuendam esse Bonifacio III. vel IV.

Nota hic, quod licet hoc Festum
denominetur ex Dedicatione Sancti
Michaelis Archangeli, hodie tamen
omnium Angelorum memoriam Ec-
clesia celebra; ut animadvertis Suarez
1. cit. Gavant. in Rubr. Brev.
Sect. 7. n. 11. ad hanc diem, Ca-
val. to. 2. c. 29. in d. 1. n. 1. &
c. 34. in d. 7. & patet ex Octava
Benedictione, quæ est: *Quorum Fer-
sum &c. ex collectis: item ex lectione
quarta, & sequentibus Festivitatis
hujus; & dictum quoque fuit in Bre-
viario Romano in lectione sexta Of-
ficii Apparitionis ejusdem S. Michae-
lis Archangeli 8. Maii. Videri et-
iam possunt Jo. Beleth de Divin.
Offic. c. 154. & Durand. in Ration.
Offic. lib. 7. c. 12. & dicta 8. Maii
art. 1. n. 2.*

A R T I C U L U S I I .

De Horis Canoniceis.

TN Calendario Rom. Dedicatio S. 4
Michaelis Archangeli dupl. 2. cl.
Rubr. gen. Brev. tit. 9. n. 6. & in
duab. tabell. excerpt. ex rubr. gen.
M m omnia

omnia ut in propr. Ad octavam benedictionem dicitur. *Quorum Festum* &c. quia omnium Angelorum memoriam hodie celebrat Ecclesia; ut art. præc. n. 3. notavimus. Si occurrat hoc Festum in Dominica, convenire vult Gavant. l. cit. ut Octave lectioni jungatur nona, quæ de Angelis agit. 2. Vesp. de eodem Festo, ut in propr. & fit Commemoratio sequentis Festi S. Hieronymi Presbyteri Confess. & Eccl. Doct. dupl. Antiph. *O Doctor.* Or. propr.

ARTICULUS III.

De Missa.

IN Festo Dedicationis S. Michaelis Archangeli dupl. 2. class. Missa propria. *Credo.* Rubr. gener. Miss. tit. 11. quia, ut quidam volunt, Angelos etiam respicunt illud: *Creatorum Cœli.* O. *Invisibilium,* & ad maiorem solemnitatem; ut magis placet Cavaliero no. 5. c. 12. n. 23. (alias per errorem 24.) ubi agit: sibi magis arridere, pro ratione recitandi symbolum in Angelorum Missis, assignare potius classem peculiarem, quam ipsi constituunt omnibus aliis superiori, (confer dicenda 2. Octobr. n. 3.) quæ secundum inseparabiliter peculiarem quoque celebritatem assert; unde ratio ne potius celebritatis, quæ quidem

est ex causis racitandi Symbolum in Festis Sanctorum, quam ex eo quia mentio Angelorum habetur in Symbolo, eorumdem Festis Rubricam Symbolum decernere, putat. Ad nomen sancti Michaelis inclinetur caput in illis partibus Missarum, in quibus indicavimus B. Maji art. 3. n. 5.

Color param. alb. ex rubr. gen. 6. Miss. tit. 18. n. 2. ad significandam Angelorum integritatem, innocence, puritatem, nitorem, & splendorem: de quibus dicit Dominus Job. 38. 7. *Cura me Laydarent simul astra matutina, O jubilarent omnes filii Dei:* ut sentit Durand. in Ration. Offic. lib. 3. c. 18. n. 2. Gavant. in Rubr. Miss. par. 1. tit. 18. n. 2. litt. O.

In gratiam eorum, ad quos spectat, describimus hic sequens Decretum S. C. Concilii in una Florentina, in qua ad sequens dub. An Presbyteri Missionis possint celebrare, & respectively canere Missas, ac Vesperas solemnies in Festo Dedicationis S. Michaelis in Ecclesia ejusdem Sancti nuncupata Delle Romite, contradicente Parocco. S. Quirici nuncupato Delle Marignole in casu &c. S. C. Concil. respondit affirmativè die 30. Martii 1726. apud Ferrar. in sua biblioth. tom. 8. edit. 3. Bononiæ. in prim. append. pag. 187. col. 2.

C.A.

C A P U T X X I X .

N O T A N D A X X X . S E P T E M B R I S .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I I .

Art. I. *An Festum S. Hieronymi sit ex præc. servandum in foro?*

Art. II. *De Horis Canoniciis.*

Art. III. *De Missa.*

A R T I C U L U S I .

*An Festum S. Hieronymi sit ex præc.
servandum in foro?*

1. *FESTUM S. Hieronymi Presbyteri*,
& Eccl. Doct. non esse sub obli-
gatione præcepti in foro: vidi-
mus 12. Martii art. I.

A R T I C U L U S I I .

De Horis Canoniciis..

2. *IN Calendar. Rom. S. Hieronymi
Presbyt. Conf. & Eccl. Doct. dupl.
lect. 1. Noct. cum R.R. de commu.
Doctorum non Pontificum 2. & 3.*

Noct. & Or. propr. reliqua de com.
Confel. non Pont. 2. Vesp. de co-
dem Festo. Antiphona ad Magnif.
O Doctor, & Commem. sequ. Festi
S. Remigii Epis. & Confels. Semid.
ad libit. & simpl. de præcepto. Or.
de comm. Conf. Pontif. 1. loco.

A R T I C U L U S I I I .

De Missa..

*IN Festo S. Hieronymi Conf. & 3
Eccl. Doct. dupl. Missa de comm.
Doctor. sed Orat. prima, & secre-
ta, ac Postcomm. propria. Dicitur
Credo. Rubr. gener. Miss. tit. II.
Col. param. alb.*



NOTANDA MENSE OCTOBRIS.

P A R S I.

NOTANDA MENSE OCTOBRIS IN GENERE.

EXPLICANTUR SECTIONIBUS IV.

Sect. I. De Numero Dierum.

Sect. II. De Reservatione Beneficiorum, & Alternativa.

Sect. III. De Horis Canonicas.

Sect. IV. Notanda in Solemnitate SS. Rosarii B. M. V.

S E C T I O I.

De Numero Dierum.

OCTOBER habet dies triginta sive pra unum. Vid. dicta pars I. hujus lib. 3. c. 1.

S E C T I O II.

De Reservatione Beneficiorum, & Alternativa.

N Reservatione Beneficiorum ex Regul. Cancell. October est Mensis Papalis; at in Alternativa est Mensis Episcopalis; Vid. dicta pars I. hujus libri 3. c. 6.

S E C T I O III.

De Horis Canonicas.

A Dominica proximiori Calendis Octobris (quae in computatione Rubricarum censetur prima Octobris) usque ad Adventum in Officio Dominicale ad Matutinum hymnus: *Primo die, quo Trinitas.* Deinde ad Laudes: *Æterne rerum Conditor.* Rubr. Brew. in Offic. Dominic.

Mense Octobri leguntur libri Machabæorum, ut meminerimus inter virtutum profectus, vitiorum bellationem deesse. *Raper. de Divin. Offic. lib. 12. c. 45.*

Si October habuerit quatuor tantum hebdomadas; in Fer. V. post Dominic. IV. Octobr. & duob. diebus sequentibus legantur Lectiones Dominicæ V. Octobr. & Feriæ secundæ, & tertiaræ post prædictam Dominicam quintam. *Rubr. Brew. in Fer. V. bebd. IV. Octobr.*

Quando October habet tantum quatuor Dominicæ, servetur omnino dispositio Breviarii Romani; & in Fer. V. VI. & Sabbato hebdomadæ IV. legantur lectiones de Dominicæ V. continentibus historiam Martyrii SS. Machabæorum. S. R. C. 5. Maii 1736. in Einsalen. apud Caval. tom. 2. par. 2. c. 34. d. 10.

Si autem Fer. V. VI. & Sabbathum hebdomadæ quartæ, & ultimæ Octobris fuerint impedita, eo anno omittantur illæ lectiones, quæ dictis diebus legi non poterunt. *Rubr. l. cit.*

Ordo reponendi prædictas lectiones est, ut lectiones ipsius Dominicæ quintæ legantur in Fer. V. hebdomada-

domadæ quartæ Octobr. lect. Feriæ II. legantur in Fer. VI. & lectiones Fer. III. legantur in Sabbato prædictæ hebdomadæ quartæ. Quod si aliquis ex prædictis diebus fuerit impeditus, lectiones eo die reponendæ omittantur, ita ut si Feria V. fuerit impedita, deinde in Feria VI. non erunt legendæ lectiones Dominicæ V. Octobris, sed Fer. II. post prædictam Dominicam. Si Fer. VI. fuerit impedita, deinde in Sabbato legendæ nihilominus erunt lectiones Feriæ III. Ita Caval. l. cit. nu. 3. eo quod ait, *Omnes lectiones istæ sunt æque, & totæ, & integræ dici præscriptæ, suasqne dies assignatas habent, quibus in casu debent recitari; quare quæ earumdem impediuntur, illæ omissioni erunt obnoxiae, nullo respectu habito, quod initium dicti martyrii nondum sit possum; omnes enim, & earumdem quælibet se habent tamquam initia, unde omitti non possunt lectiones diei currentis, nec ipsarum aliqua, ut ponuntur lectiones dies impeditæ, instar initiorum aliorum librorum, quæ a die occurrenti possunt amoveri, & in aliud transferri, ut in suo præcedentia initia impedita ponantur; numquam vero causa his locum faciendi, debent omitti. In eo autem discrimen habent ab initiis, quod cum horum una dumtaxat lectio in præcepto sit constituta, tria initia eadem die nihil vetat baberi; in nostro casu nec una lectio præcedentis dies poni potest, quia hoc ipso cessare faceret alteram ex lectionibus, quæ non minus est legi demandata, & insuper in propria fede constituta, a qua cum totali sua deperditione, æquum non est detrudatur, ut in eam lectio altera intrudatur.* Hæc Caval. Quod si opponas: *Quoties Dominicæ quinta non*

vacat, si tamen est impedita ob lectiones proprias Festi alicujus occurrentis, præscribere laudatam Rubricam, ut modo dicemus, quod historia Machabæorum ponatur in sequentibus Feriis juxta ordinem historiæ, itaut lectiones Dominicæ legendæ sint in Feria secunda non impedita, & lectiones Feriæ secundæ in Feria tertia &c. Ergo id ipsum erit, quoties in præcedenti hebdomada anticipantur. Respondet ipse Caval. nu. 5. Quod dispar est ratio: nam ideo primum, quia Rubrica supponit, quod intra hebdomadam integra historia, locum habere queat, quare ut historiæ ordo servetur, opposite prius vult legi ejusdem initium; quod sine ullo evenit damno aliarum lectionum, quæ in sequentibus Feriis æque resumuntur. At in nostro casu lectiones, quæ ex die omitterentur causa illas ponendi, aut ordinis servandi, non amplius resumerentur in altera, sed prorsus omitti deberent, & ideo ad Rubricæ præscriptum, illæ, quæ impeditæ manent, otiam debent omitti, praxis instar, quam in initiis servandam, dicebamus. Hic Cavale.

Eisi aliter in dicto casu disponat Meratus lectiones præfatas in suis tabulis pro ordine recit. Offic. ubi nimirum illæ assignat eodem modo, ac ordine, quo assignantur in propria hebdomada; itaut si impedita fuerit Feria V. & VI. post Dominicam quartam Octobris; in Sabbato assignet lectiones Dominicæ V. Octobr., sic in Tabula sexta. Immo lectiones impediendas in die sequenti assignat in præcedenti; itaut impedito Sabbato post Dominicam IV., & ultimam Octobris, in præcedenti Feria VI. assignet lectiones de Feria 2. & 3. post Dominicam

cam V. Octobris; sic in Tabula prima. Sed doctrina tradita a Caval. est plane Rubricæ conformior, cui nos adhæremus.

Si vero October habuerit quidem hebdomadas quinque, sed in Dominica quinta, & duobus sequentibus diebus legi non potuerint lectiones horum dierum, ponantur in sequentibus Feriis ejusdem hebdomadæ quinque juxta ordinem historiæ, & martyrii Machabæorum. *Rubr. l. supra cit.* ita ut saltem inchoentur, si non possent omnes legi lectiones de eorum martyrio. Idque sit in gratiam Martyrii eorumdem Machabæorum, quod vere est admiratione dignum, ut quidam ex hisce Sanctis Martyribus ait: quorum etiam exemplo vehementer confortari debemus ad patientiam, & esse fortes in fide. Videri potest Jo. Beleth de diviu. Offic. c. 142. & Gavant. in Rubr. Brev. Sect. 6. c. 21. n. 11. & confer dicta 1. Aug. n. 2.

S E C T I O IV.

Notanda in Solemnitate SS. Rosarii B. M. V.

EXPLICANTUR SUBSECTIONIBUS II.

Subsect. I. *De Horis Canoniciis.*

Subsect. II. *De Missa.*

S U B S E C T I O II.

De Horis Canoniciis.

5 FESTUM, & Officium SS. Rosarii B. M. V. quod olim Gregorius XIII. celebrandum indixerat prima quaque Dominica Octobris, in illis Ecclesiis, in quibus Rosarii suisset

Altare: deinde Clemens XI. extendit ad Ecclesiam universalem sub ritu dupli majori (ex Breviar. in duabus tabell. excerpt. ex Rubr. gen.) de precepto, quolibet anno recitandum in Dominica prima Octobris: ut videre est in ejusdem Pontificis Bulla, quæ incipit: *Cum alias. Die 3. Octobr. 1716.*, & refert Merat. ind. decr. Brev. n. 258., & ex eo Caval. to. 2. c. 25. d. 6.

In 1. Vesper. omnia ut in Festo ad Nives s. Augusti, sed in Antiphona ad Magnificat, ubi ibi dicitur: *Sanctam Festivitatem*: hic dicitur: *Sanctam Solemnitatem*; Orat. propr. In fine hymni Completorii: *Jesu tibi. Qui natus es* &c.

Deinde ad Matutinum, & alias horas lect. 2. noct. propt. Reliqua ut in praedicto Festo ad Nives, sed ubi in Septimo Responorio dicitur: *Sanctam Festivitatem*, hic dicitur: *Sanctam Solemnitatem*. Legitur nona lectio de homilia Dominicæ occurrentis post Pentec. & ejusdem fit Commemoratio in laudibus; & Festi simplicis, si ocurrat; in fine hymnorum. *Jesu tibi qui natus*: & in R. br. ad Primam. *Qui natus es*. 2. Vesperæ ut in primis. Antiph. ad Magnif. *Beatam*: ut in 2. Vesp. Festi ad Nives, & Commemoratio Dominicæ.

Hoc Festum utpote Beatæ Virginis sub ritu dupl. maj. habet utrasque Vesperas integras in concursu Festi duplicitis minoris, aut etiam majoris, sed inferioris dignitatis; unde si Festum Rosarii concurrat v. g. cum Festo SS. Angelorum, sub ritu dupl. min. vel maj. secundæ Vesperæ sunt de Rosario cum Commemoratione SS. Angelorum, & si Festum Angelorum concurrat cum

cum Festo Rosarii, primæ Vesperæ debentur integræ Rosario cum Commemoratione Angelorum. Confer dicenda die 2. hujus Mens. nu. 2. In occurso autem transfertur Festum Angelorum. Si vero in Dominica prima Octobris occurrat alii cubi dies Octava, vel Festum altioris ritus 1. vel 2. class. Officium Rosarii non omittitur, sed transferatur ad aliam diem, quæ non sit Dominica fixa; quia hoc Officium est de præcepto universalis, vid. Merat. hic. & Caval. to. 2. c. 25. in d. 6. n. 5. & in d. 7. n. 3. & adest etiam expressa declaratio pro die Octava Sancti Michaelis, ubi ejus Festum cum Octava celebretur: Occurrente die Octava Sancti Michaelis cum Festo B. M. V. de Rosario faciendum est Officium de Octava Sancti Michaelis, transferendo Officium, & Missam Rosarii ad primam diem non impediram. S. R. C. 20. Junii 1744. in Albiganen. apud Caval. to. 2. par. 2. d. 1. in append. ad cap. de Octav. Festorum, post cap. 46.

7 Solemnitas SS. Rosarii est, ut supra indicavimus, affixa Dominicæ primæ Octobris: hæc autem Dominica prima non computatur juxta regulam illam Rubricæ Breviarii, quæ vocat Dominicam primam ejusdem mensis illam, quæ est vicinior Calendis; sed hic venit Dominica, quæ prima occurrat in ipso mense Octobris, ut constat ex praxi, & videri potest Caval. to. 2. c. 25. com-

ment. in d. 6. n. 4. & c. 29. comment. in Decr. 2. n. 2. Confer dicenda in Appendice ad calcem Dia-
rii c. 4. art. 2. qu. 3. n. 24. Quapropter si aliquando celebretur hæc solemnitas in Dominica, quæ in Breviario, & Directoriis ad recitandum Divinum Officium, dicatur se-
cunda Octobris; nihilominus adhuc celebratur in Dominica prima Octo-
bris. Porro in Breviario, & Direc-
toriis prædictis dicitur tunc secun-
da: quia in eis numeratur juxta re-
gulam supradictam Rubricæ Brevia-
rii, eo initium quod præcesserit
Dominica propinquior Calendis O-
ctobris, puta die 30. aut etiam 29.
& 28. Septembris, squæ juxta regu-
lam indicatam fuit Dominica pri-
ma Octobris.

Indulgentiam pro Supplicatione,
seu Processione SS. Rosarii notavi-
mus par. 1. hujus lib. 3. cap. 5.
Sect. 6. n. 40.

S U B. II.

De Missa SS. Rosarii.

¶ In solemnitate SS. Rosarii dupl. 8. maj. Missa ut in propr. & fit Commemorat. Dominicæ occurrentis post Pentec. & ejusdem legitur E-
vangelium in fine, & Commemor.
Festi simpl. si occurrat. Prefat. B.
M. V. Et se in Solemnitate B.
M. videri potest Caval. to. 5. cap.
14. n. 38. Col. param. alb.

P A R S

P A R S I I .
M E N S I S O C T O B R I S .
NOTANDA SINGULIS SIGILLATIM DIEBUS.

C A P U T I .

N O T A N D A I . O C T O B R I S .

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S L

De Horis Canonicis.

1 *In Calend. Rom. S. Remigii Ep. & Conf. semid. ad libitum & simplex de præc. si recitetur ritu sem. lect. 1. Noct. de Script. occurrit. in 2. Noct. 1. lect. propr. Reliqua de communi Confes. Pont. 1. loco. In hymno: *Iste Confessor*, dicitur: *meruit supremos*. Vesp. de sequi. Festo SS. Angelorum Custodum dupl. min. omnia ut in propr. & fit Commemoratio S. Remigii, si fiat de eo sub ritu semid.*

2 *Si autem Festum S. Remigii celebretur sub ritu simplici, in hoc casu, in Officio novem. lectionum nona lectio legatur propria de Sancto Remigio, & ejusdem fiat Commemoratio in 1. Vesp. & Laudibus tantum.*

Si Festum S. Remigii semid. ad libit. incidat in Dominicam; non est transferendum, sed celebrandum in ipsa Dominica sub ritu simplici, quem habet de præcepto; vide dicta 19.

Januar. art. I. nu. 6. quo quidem articulo plura notavimus spectantia ad Officia Sanctorum ad libit., quæ videnda sunt; hic autem pro iis, quos specialiter respicit, notamus Decretum sequens: *Festum SS. Cosmae, & Damiani*, jam alias a propria die perpetuo amotum, & pro die 1. Octobris appositum, celebrari deinceps poterit tam in Cathedrali, quam in Diœcesi Cracoviensi die tertia Octobris, ut die prima agatur in Diœcesi de S. Remigio ad libitum postmodum concessa, de quo in Cathedrali haberet poterit Commemoratio, tamquam de simplici, in Officio de infra Octavam S. Venceslai inibi tantum occurrente. S. R. C. 22. Augusti 1744. in Cracoviensi, apud Caval. in append. ad cap. de perpet. immut. Festor. post finem Tomi 4. d. 15.

Si hodie alicubi fiat de Festo dupl. min. nihilominus Vesperæ erunt integræ de sequenti Festo SS. Angelorum cum Commemoratione præcedentis duplicitis min. ex pluribus decretis S. C. R. die sequi. alleg. inter quæ: *In Regno Galliæ* (ubi Festum S. Re-

S. Remigii est dupl. min.) in secundis Vesperis S. Remigii debere fieri totum de Sanctis Angelis, & solam Commemorationem S. Remigii declaravit S. R. C. 20. Augusti 1712. in una Galliarum, apud Caval. to. 2. c. 29. comment. in Decr. 5. n. 2.

ARTICULUS II.

De Missa.

VN Festo S. Remigii Ep. & Conf. 4 & semid. ad libit. & simpl. de præcept. Missa Statuit, de communi Conf. Pont. 1. loco, 2. Or. A cunctis 3. ad libitum. Col. param. alb.

C A P U T III.

NOTANDA II. OCTOBRIS.

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. De Horis Canoniciis.
Art. II. De Missa.

ARTICULUS I.

De Horis Canoniciis.

3 VN Calend. Rom. SS. Angelorum & Custodum dup. min. S. R. C. 2. Octobris 1627. in una Urbe, apud Caval. t. 2. c. 29. d. 1. de præcepto in Choro ex Clemente X. die 13. Septembris 1670. apud Caval. loc. cit. omnia ut in propr. Ad O^r & avam benedictionem dicitur: Quorum Festum colimus: quia in omnium SS. Angelorum Custodum honorem hodierna Festivitas est instituta; vid. Caval. tom. 2. cap. 29. comment. ind. 1. secundæ Veiperas de eodem Festo ut in propr.

2 Festum SS. Angelorum habet 1. & 2. Vesp. integras, si præcedat, aut sequatur Festum dupl. min. ex Decr. S. R. C. 1. Martii 1681. & 14. Maii 1707. & 20. Augusti 1712.

TOM. III.

& 16. Septembr. 1730. apud Caval. to. 2. c. 29. decr. 3. & 5. & comment. in Decr. 5. n. 1. & 2. qui comment. in Decr. 3. animadvertisit, id limitandum esse, si concursus foret in paritate ritus cum Festo alterius Angeli, quo in casu dimidiarentur Veiperas aut cum Festis Domini, vel Deiparas; in quo his concederentur integræ. Porro ex Rubr. de concur. numer. 2. Festa Domini sunt præferenda omnibus aliis; Festa B. Mariæ Festis Sanctorum; & Festa Angelorum, & Apostolorum cæteris aliis. Diebus item Octavarum SS. Angelorum competore 1. & 2. Vespertas integras in concursu cum Festo dupl. min. ob eorum excellentiam, docet Caval. quemadmodum fit in diebus Octavarum solemnitatum B. V. O^r & avam habentium; vide illum tom. 2. c. 18. in d. 11. nu. 14. 25. &

N n 26.

26. Si autem concursus foret in paritate ritus cum Feste alterius Angelii, esse Vesperas dividendas: dicebamus modo ex eodem Caval.

3 Qu. hic: Cur in ecclesiastici Officij regulis decernatur, quod Officia Angelorum praferantur Officiis quorumcumque aliorum Sanctorum infra Deiparam; cum videatur aliquis Sanctus posse aliquem saltem Angelorum superare sanctitatem, & gratia apud Deum?

Resp. Raynaudus 10. 15. par. I. Sect. 3. pu. 3. de elect. Sandor. n. 19. fine hanc dat rationem, & haec habet: *Aliquisi (Sanctorum) spectato toto genere, dicuntur digniores, qui in individuo, & singulariter spectati possunt esse minus digni: v. g. decernitur, ut Festa SS. Angelorum praferantur omnibus aliis infra B. Virginem. Neque tamen negandum videatur, quoniam aliquis Sanctus inferioris (ut ita dicam,) generis, puta Confessor, aut Martyr possit aliquem, vel etiam priores Angelos interna sanctitate, & apud Deum gratia superare; quia quamvis verum videatur, genus Angelicum, quoad supremos infra illud contentos, vix ab ullo, aut certe a perpaucis infra Deiparam hominibus aquari, nemum excedi sanctitate; tamen inter aliquos homines, & Angelos potest esse aequalitas quoad gratiam, imo etiam excessus ex parte aliquorum hominum cum aliquibus Angelis comparatorum: & tamen habita ratione totius generis Angelici, intra quod aliqui excedunt omnia individualia humana infra Deiparam, decernitur in Ecclesiastici Officij regulis, ut Officia Angelorum praferantur Officiis quorumcumque aliorum Sanctorum infra Deiparam.* Hæc Raynaudus. Ex quo etiam assignari potest altera ratio ad quæ

tionem propositam, quam rationem dedimus pro Feste S. Laurentii: Videlicet: Ecclesia in deferendo cultu Sandis, sape spectat utilitatem, quam ab ipsis ipsa percepit, aut percipit; gratitudinis enim gratia ipsi exhibit cultum. Vid. dicta 10. Augusti art. 1. Sect. 2. n. 3. Jamvero maxima est utilitas, quam Ecclesia a SS. Angelis semper percepit, percipit, atque percipiet. Jure ergo, & merito prædictum cultum SS. Angelis ipsa decrevit.

Quod liceat Angelos in figura Juvenis alati depingere, & cur ita exprimantur? Vid. Azor. Inst. moral. par. I. lib. 9. c. 7. qu. 2.

Ubi Festum SS. Angelorum babet Octavam, non possunt in Feste, & per Octavam terminari hymni ejusdem metri, sicut terminatur eorum hymnus in Laudibus, per Strobam: Deo Patri sit gloria, qui quas redemit filius, & Sanctus unxit Spiritus, per Angelos custodiat. S. R. C. 19. Junii 1700. in Curien apud Caval. 10. 2. c. 35. d. 3.

Cum in omnibus Dominis Imperio subjectis recitetur ex Indulso Apostolico Officium proprium SS. Angelorum. Custodium enim Octava mense Septembri, non est de eis recitandum etiam Secunda die Octobris. S. R. C. 30. Septembr. 1679. in una Cappuccinor. apud Caval. tom. 2. cap. 29. d. 2. Vid. dicta in Septembr. par. I. Sect. 3. num. 5.

A R.

ARTICULUS II.

De Missa.

SYN. F. st. SS. Angelorum Custodum
dupl. min. Missa prop. *Credo*.

*Rubr. gen. Miss. tit. 11. ob ratiō-
nē significātum 29. Septembris art.
3. Param. col. alb. Rubr. gen. Miss.
tit. 18. nu. 2. ob rationem explica-
tam loc. cit.*

C A P U T III.

NOTANDA III. OCTOBRI.

ARTICULUS UNICUS.

De Horis Canoniciis.

SYN. Calendario Romano Offic. de
Feria. Vesp. de sequ. Feto S.
Francisci Confess. dupl. de commu-
Confess. non Pont. Or. prop.

*Si Festum Stigmatum S. Franci-
sci alicubi transferrētur ad hanc diem,
Vesperæ forent de sequenti sine Com-
mem. præced. confer dicta 14. Ja-
nuarii art. II. n. 24.*

C A P U T IV.

NOTANDA IV. OCTOBRI.

EXPLICANTUR ARTICULIS IV.

Art. I. Utram Festum S. Francisci de Assisi sit servandum ex præcepto in foro?

Art. II. De Horis Canoniciis.

Art. III. De Missa.

Art. IV. De Indulgentiis.

ARTICULUS I.

• Utrum Festum Sancti Francisci de Assisi
sit servandum ex præcepto
in foro?

I. CAVANTUS in Rubr. Brev. Sect. 7.
c. 12. ad diem 4. Octobri tra-

dit, Festum S. Francisci de Assisi
esse de præcepto ubique locorum ex
Décreto Sixti IV. (ann. 1472.) &
declaratione Sacrorum Rituum Con-
gregationis, annuente Pontifice (Gre-
gorio XV.) ann. 1622. die 3. Ja-
nuarii; cuius originale Decretum se-
vidisse testatur, illudque fuisse Ro-
N. n. 2. mæ-

mæ publicatum , atque descriptum in Tabella , de consensu Majorum edita ann. 1631. Festorum ubique obseruandorum ex præcepto S. Romanæ Ecclesiæ . Unde concludit , ass- quum esse , ut deinceps hoc Festum ubique Gentium observetur . Item Suarez de Relig. tom. 1. lib. 2. c. 9. nu. 22. adhuc testatur , aliquos dixisse : de Feste S. Francisci in foro observando latum esse præceptum a Sixto IV. Rursus Tancredi de Relig. lib. 3. disp. 2. qu. 2. nu. 37. mentionem facit de Bulla Urbani VIII. edita ann. 1642. incipiente : *Universa* , pro obseruatione Festorum , quæ sunt ex gravi obligatione universaliter in foro coienda ; ex qua describens singula Festa , inter ita commemorat Festum Sancti Francisci .

Sed his non obstantibus , dicendum est : hoc Festum non esse ex obligatione ulla servandum in foro per universalem Ecclesiam . Constat , quia de facto non observatur sub obligatione prædicta , nec Pa- flores Ecclesiæ urgent , neque reclamant .

- z Ad rationes autem pro illius ob- servantia adductas respondetur : & quidem quoad præceptum latum a Sixto IV. qui sicut Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci : dicit ipse Suarez l. cit. de hujusmodi præcep- to sibi non constare , seque judica- re , consuetudini standum esse . I- tem Sylvester V. Dominica n. 3. §. & et si dubitet prius , an revera la- ta fuerit a laudato Pontifice ulla Constitutio de hoc Feste servando ? deinde tamen concludit , etiam da- ro , quod lata fuerit , adhuc non esse obligationem servandi hoc Fe- stum , quia , ingreditur , non sicut mori-

bus utentium approbata illa Consti- tutio . Decretum vero Sacrae Congregationis a Gavanto relatum , te- titatur Guyetus lib. 2. cap. 18. qu. 5. nullibi , suis saltim partibus , usu fuisse receptum .

Verum quidquid sit de hujusmo- di receptione præcepti : illud revo- catum fuit ab Urbano VIII. Con- incip. *Universa per Orbem* , pro ob- servat. Festor. dat. Idib. Septembr. ann. Incarn. Domin. 1642. ac pu- blicat. die 22. Decembr. ejusdem anni . Porro Pontifex in laudata Con- stitutione §. 2. decernit , atque de- clarat eos *Dumtaxat dies pro Festis ex præcepto solendos esse* , quos des- scribit ibidem ; inter quos tamen diem S. Francisci nequaquam enu- merat . Deinde §. 3. subdit : *Ad reli- juorum vero dierum obseruantiam* , quos *bacchanus* , *sive in universa Ec- clesia* , *sive in quavis Natione* , *aut Regno* , *Provincia* , *Dioecesi* , *aut lo- co* , *quomodocumque sive ex præcepto* , *sive ex consuetudine* , *sive ex devotio- ne* , *Christifideles tamquam Festivos ce- lebrarunt* , *nequaquam ex præcepto i- psos teneri* , *dicta auctoritate* , *tenore præsentium perpetuo etiam decernimus* , & *declaramus* . Quod animadvertisit etiam Meratus in prædictum locum Gavanti , & iterum in indice Decre- tor. Breviar. n. 46. & Cavali. com- ment. in Decret. S. C. R. tom. 2. c. 13. comment. in Decr. 6. n. 2. ubi affirmat : jam de hoc dubitari non posse . Id ipsum fateatur ex Scri- ptoribus etiam Ordinis S. Francisci Lucius Ferraris in sua Bibliotheca . edit. 3. Bononiensi. to. 3. V. Festa nu. 74. ubi haec scribit . *Festum S. P. Francisci sicut indicatum de præcep- to obseruandum ubique a Sixto IV.* in Bulla , que habetur in Bullario Re- diti-

driguez fol. 317. & 318. & a Sacr. Congr. Rit. 3. Januar. 1622. & 21. Aprilis 1640. At postea 13. Septembr. 1642. ab Urbano VIII. Constit. incip. Universa Hoc Festum non fuit amplius connumeratum inter Festa de præcepto, sed tantum de devotione. Hæc Ferraris Franciscanus. Hinc patet etiam responsio ad auditoriatem P. Tancredi, qui dicendus est, errasse adnumerando hoc Festum inter Festa de præcepto ab Urbano VIII. confirmata in supra allegata Constitutione Universa; cum contra fuerit.

Docet etiam cum aliis Cavalierius loc. cit. nu. 4. neque obligari hoc Festum servare eos, qui præceptum de eo latum aliquando receperint, etiamsi prædictam non acceptaverint Constitutionem Urbani. Intellige dummodo non sit Patronus Principalis in loco.

ARTICULUS II.

De Horis Canonicis.

¶ **N**on Calend. Rom. S. Francisci Confess. dupl. lect. i. Noct. de communi Confess. non Pont. i. loco . 2. & 3. Noct. & Or. propri. reliqua de prædicto communi. In 2. Vesp. & Commemoratio sequi. Festi S. S. M. M. Placidi, & Soc. simpl. Or. de comm. plur. M. M. non Pont. i. loc. alicubi vero habet rit. dupl. ibi a cap. de sequi. Or. propri. & Commem. præced.

In Officio S. Francisci, quare in lectione sexta legamus, Sanctum Franciscum recipisse sacra Stigmata in die Festo Exaltationis S. Crucis: & in lectione quarta Festi Stigmatum dicatur, id accidisse circa Festum Exaltationis? diximus 17. Septembr. art. 1. n. 3.

ARTICULUS III.

De Missa.

Non Festo S. Francisci Confessoris dupl. Missa propr. Ad nomen S. Francisci in Orationibus, & post Graduale in v. inclinetur caput, juxta Rubr. Miss. de Rit. celebr. tit. 5. n. 2. vide dicta 18. Januar. n. 7. Col. param. alb.

ARTICULUS IV.

De Indulgentiis.

Non Festo S. Francisci Indul. plen. in Ecclesiis Fratrum Minorum de Observantia, Conventualium, & Cappuccinorum. Innoc. XI. Const. 90. pag. 146. Tom. 8. apud Plaz. hod.

Multo ante concesserat Sextus IV. Constit. 3. in Bull. Cherub. annos quinquaginta, & totidem quadragenas dierum Indulgentiæ devote celebrantibus prædicti Sancti Festivitatem. apud Plaz. hod.

C A.

C A P U T V.

N O T A N D A V. O C T O B R I S.

EXPLICANTUR ARTICULIS III.

Art. I. De Horis Canoniciis.

Art. II. De Missa.

Art. III. De Indulgentiis.

ARTICULUS I.

De Horis Canoniciis..

¶ **gn.** Calend. Rom: S. S. M. M. Placidi, & Soci. simpl. No&t. Fer. occur. 1. & 2: lect. de Script. occur. 3: l. propri. reliq. de comm. plur. M. M. Orat. ut in eodem comm. plur. M. M. non Ponti 1: loco .. Vesp. de sequ: Festo S. Brunonis Confess. dupl. de comm. Conf. non Pontif. Ors. proprie.

Festum S. S. M. M. Placidi, &
¶ **Soc.** alicubi habet rit. dupl. ibi lect. 2: & 3: No&t. & Or. propri. reliqua de com: M. M., ibidem in 2: Vesperis a Cap: de sequ: Festo S. Brunonis, & Commem. præced..

ARTICULUS II.

De Missa..

vn. Festo S. S. M. M. Placidi, & 3: Sociorum simpl. Missa *Salus* de communi M. M. 3. loco, sed Or. prima, & secreta, & Postcommunio ex Missa *Sapientiam* de eodem communi 2: loco. Ubi vero est dupl. dicitur Missa, ut in propri. Col. param. rub.

ARTICULUS III.

De Indulgentiis..

vn. Festo S. S. Placidi, & Socior. 4: M. M. Indulg. plenaria in Ecclesiis Monachorum, & Monialium Ordinis S. Benedicti. Clemens X. Const. 89. pag. 158. To. 7. apud Plaz. 5. Octobr..

C A.

C A P U T V I .

N O T A N D A VI. O C T O B R I S.

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canoniciis.

M. M. Sergii, & Socior. simpl. de
communi plur. M. M. Or. propr.

A R T I C U L U S II .

De Missa.

¶ T N Calend. Rom. S. Brunonis Confess. dupl. lect. 1. Noct. de Script. occur. 2. Noct. prop. 3. Noct. de comm. Confess. non Pont. 1. loco, reliqua de eodem communi, Orat. prop. In 2. Vesperis Commemorat. sequ. Festi S. Marci P. & Confess. simpl. de comm. Confess. Pont. Or. prop. & fit item Commem. S. S.

¶ T N Festo S. Brunonis Conf. dupl. & Missa *Os justi*, de comm. Conf. non Pontif. 1. loco, sed Postcommunio ex Missa *Justus*, de eodem comm. 2. loco, & prim. Or. prop. Col. param. abb.

C A P U T VII .

N O T A N D A V I L O C T O B R I S.

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canoniciis.

M. M. Sergii, & Soc. de commu. plur. M. M. Orat. prop. Vesp. de sequ. Festo S. Birgittæ Viduæ dup. de communi nec Virginum, nec Martyrum Or. prop.

¶ T N Calend. Romano S. Marci P. & Confess. simpl. Noct. de Fer. occurr. 1. & 2. lect. de Script. occurr. 3. lect. & Or. prop. reliqua de communi Confess. Pontif. & in Laudib. fit Commemoratio S. S.

A R-

A R T I C U L U S II.

De Missa.

2 **IN** Festo S. Marci P. & Confess.
A simpl. Missa : *Sacerdotes tui*, de

comm. Confess. Pont. 2. loco, sed
prima Orat. propr. & secreta, &
postcommunio, ut in propr. & fit
Commemor. S. S. M. M. Sergii,
& Soc. ut in propr. 3. Or. A cun-
ctis. Col. param. alb.

C A P U T V I I I.

N O T A N D A V I I I . O C T O B R I S.

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I I .

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De Indulgentiis.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canonicis.

1 **IN** Calendar. Romano S. Birgittæ
A Viduæ dupl. S. R. C. 26. Augu-
sti 1724. annuente Benedicte XIII. 2.
Septembr. ejusdem anni, apud Merat-
bic. Legt. 1. Noct. de Scrip. occur.
2. Noct. propr. 3. Noct. & reliqua
de communi nec Virg. nec Martyr.
Or. propr. In 2. Vespa. Commem.
sequ. Festi S. S. Martyrum Diony-
sii, & Socior. semid. de communi
plur. M. M. Or. propr.

A R T I C U L U S I I .

De Missa.

1 **IN** Festo S. Birgittæ Vid. dupl. 2
A Missa Cognovi, de communi nec
Virg. nec Martyr. Epist. ut ibi pro
Viduis. Or. prop. Col. param. alb.

A R T I C U L U S I I I .

De Indulgentiis.

1 **IN** Festo S. Birgittæ Indulg. plen. 3
A in Ecclesia Ordinis ejusdem San-
ctæ. Innocentius XIII. Constit. 39.
pag. 268. T. 11. P. 1. apud Plaz.
hod.

C A-

C A P U T I X.

N O T A N D A I X . O C T O B R I S .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I .

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canonicis.

- 1 VN Cal. Rom. S. S. M. M. Dionysii , & Socior. semid. lect. 1. Noct. de Script. occur. 2. & 3. Noct. & Or. propr. (in qua tamen munanda non sunt illa verba : qui ho- dierna die : etiam si hoc Festum transfe- ratur alicubi . Vide dicta 2. Septem- br. nu. 6. reliqua de communi plu- rim. M. M. In 2. Vesp. a Cap. de sequ. Festo S. Francisci Borgiae Con- fess. semid. de coimun. Conf. non Pont. Or. propr. In hymno *Iste Con- fessor mutatur tertius regulus* , & fit Commemor. præced.

- 2 In Regnis Hyspanis Festum San- thi Francisci Borgiae est dupl. 2. cl. unde Vesperæ erunt de sequenti abs- que Commemoratione præcedentiis semiduplicis.

- 3 Nota hic : S. Dionysium a Fe- scennio securi occisum , ex Breviario Rom. At vero ex Martyrolog. occi- sum gladio a Fescennino . Nihilomi- nus nec in Tyranni nomine discre- pant , neque in instrumento marty- rii . Idem enim est Fescennius , ac Fescenninus . Idem item genus mor- tis ; hoc est decollatio utroque modo , securi scilicet , & gladio expli- cari solet a Scriptoribus . Vide dicta 6. Februar. art. 1. n. 2. & 14. April. art. 1. n. 3.

TOM. III.

Describimus etiam hic , quæ habet Franciscus Antonius Zacharias de locis moralis Theologie lib. prodr. in theol. moral. Busemb. & La-Croix tr. 2. cap. 4. ubi hæc scribit : Dionysius Areopagita , alius a Parisenium Apo- stolo Dionysio , ut a Sirmondo , & Lau- najo plane demonstratum est , primo æræ Christianæ seculo floruit . Ejus opera citat La-Croix ; sed paulo Eruditiores , nulla ejus opera extare sentiunt ; al- terique , non Monophysitæ quidem , ut Le- Quienus Dominicanus eruditus Joannis Damasceni editor censuit , sed Ordo- doxo , & antiquo Scriptori adjudicant ; quæ sub Dionysi nomine circumferun- tur . Hæc Zachar. Corser Meratum tom. 1. par. 1. tit. 8. nu. 2. Quæ tamen minus consona sunt iis , quæ hodie in Brev. Roman. leguntur in lectionibus 2. Noct. de Sancto hoc Dionysio Areopagit. & videatur ip- se Merat. 10. 1. par. 1. in Rubric. gen. in præliminar. n. 27. ubi bre- viter examinat : Utrum opera , quæ sub Dionysii Areopagitæ nomine circumferuntur , sint ipsius vere ge- genuina , an alterius ab eo longe re- centioris , & quinti Sæculi Au- òris ? Item , an hic Dionysius Areo- pagita fuerit vere Parisorum Anti- stites ? Vidéri etiam potest Petrus Ri- badeneira in Vit. Sandor. 9. Octo- br. in vita S. Dionysii Areopag. §. Scripsit S. Dioniso alcuni libri mi- O o rabi-

rabilis. Cœterum quoad disrépan-
tiam Breviarii circa Veritates mere
historicas, quid responderi possit?
Vide dicta in Smilli 12. Martii hu-
mer. 3.

ARTICULUS II.

De Missa.

- ¶ N Festo S. S. M. M. Dionysii, 4.
1. & Soc. semid. Missa ut in propri.
2. Or. *A Cunctis.* 3. ad libitum.
In Epistola ad nomen Dionysii, &
ubi alias idem, & Socii nominan-
tur, inclinetur caput: ex Rubr. Miss.
de rit. célébr. tit. 5. n. 2. Vide di-
cta 18. Jan. art. 2. n. 7. Col. par. rub.

C A P U T X.

N O T A N D A X. O C T O B R I S.

EXPLICANTUR ARTICULIS III.

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De Indulgentiis.*

ARTICULUS I.

De Horis Canonicis.

- ¶ N Calendario Romano S. Franci-
isci Borgiae sem. lection. 1. noct.
de Scrip. occurrit. 2. Noct. propr. 3.
Noct. de comm. Abb. Orat. propr.
reliqua de communis Conf. non Pont.
In hymno: *Iste Confessor:* dicitur *me-
ruit supremos.* 2. Vesp. de eodem
Festo.
2. Festum S. Francisci Borgiae in Re-
gnis Hyspanis est dupl. 2. cl. lect.
1. Noct. de comm. Confess. Pont.
2. loco, reliqua ut supra.

ARTICULUS II.

De Missa.

- ¶ N Festo S. Francisci Borgiae Conf. 3.
A semidup. Missa ut in communi
Abb. prima Or. propr. In Secreta,
& Postcomm. tacetur nomen *Abba-
tis.* Nota quod expungi, seu sup-
primi debet cognomen *Borgia* in Se-
cretis, & Postcomm. sicuti invenia-
tur in Missalibus habentibus in cor-
pore sub hac die Missam descriptam
laudati S. Francisci. Vide 2. April.
n. 2. Col. param. alb.

In Regnis Hyspan. dupl. 2. cl.
Missa ut supra.

A R.

A R T I C U L U S III.

De Indulgencie.

4. **D** PRO Festo S. Francisci Borgiae. Societatis Jesu celebrando die 3. Octobr. indulgent. plenar. perpetuam concesserat Clemens X. Bulla 69. *Redemptoris.* To. VII. Bullar. Rom. Idemque annos septem & totidem quadragesas visitantibus ea die ejus sepulcrum. Infra Octavam vero dies quadraginta indulserat; ut refertur in Bulla Canonizationis expedita per Benedictum XIII. *Rationi con-*

gruit. 4. Tom. XII. Bullar. Rom. At Festum & Indulgenciam perpetuo ad hanc diem 10. Octobris transfluit Innocentius XI. per Brevem *Dadum felic.* Record. 28. Augusti 168. Extat Institut. Soc. to. 1. pag. 168. edit. Pragen. an. 1757. Meminit Compend. privileg. V. *Indulg.* §. 5. eiusdem edit.

Item pro Festo S. Ludovici Bertrandi Ordinis Predicatorum. Indulg. plen. in Ecclesiis Patrum, & Monialium ejusdem Ordinis. Clemens X. Constit. 65. pagin. 126. T. 7. apud Plaz, hod.

C A P U T XI.

N O T A N D A XII. O C T O B R I S.

A R T I C U L U S U N I C U S.

De Horis Canoniceis.

de commun. Confess. non Pontif. Orat. proprie. In hymno: *Iste Confessor:* mutatur tertius versus.

5. **N** Calend. Rom. Vesp. de sequ. Festo S. Eduardi Conf. semid.



C A P U T X I I .

N O T A N D A XIII. O C T O B R I S.

EXPLICANTUR ARTICULIS. I L.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*Art. II. *De Missâ.*

A R T I C U L U S. I.

De Horis Canoniciis.

IN Calend. Rom. S. Eduardi Conf..
I semid. lect. 1. Noct. de Script. occur. 2. Noct. propr. 3. Noct. de comm. Confess. non Pont. 1. loco. Or. propr. Reliqua de prædicto commun. In hymno: *Iste Confessor:* mutatur tertius versus. In 2. Vesp. peris a cap. de sequ. Festa S. Cal-

listi Pont. & Mart. semid. de com- muni un. M. Or. propr. & Com- mem. præced.

A R T I C U L U S. II.

De Missâ.

I Festa S. Eduardi Confess. se- mid. Missa *Os justi:* de communi Confess. non Pontif. 1. loco 1. Or. propr. 2. Or. *A Cunctis:* 3. ad- libit. Col. param. albi.

C A P U T X I I I .

N O T A N D A XIV. O C T O B R I S.

EXPLICANTUR ARTICULIS. I L.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*Art. II. *De Missâ.*

A R T I C U L U S. I.

De Horis Canoniciis.

IN Calend. Rom. S. Callisti Pap. & M. semid. lect. 1. noctur. de Script. occur. prim. 1. 2. Noct. propr. 2. & 3. 1. de commun. un. Martyris 1. loc. 3. Noct. ut in Festa S. Polycarpi 26. Januar. Orat. propr. reliqua de comm. un. Mart.

Vesperæ de sequ. Festa S. Teresiae Virgin. dupl. min. hymn. & Orat. propr. reliqua de comm. Virgin. & fit Commemorat. præced.

Quomodo sit intelligendum illud, quod in Breviario Romano hodie dicitur de S. Callisto I. eum vide- licet constituisse jejunia Quatuor temporum? Exposuimus in Septem- br. 1. par. Sect. 5. Subs. 5. numer. 54. Cur autem in oratione S. Cal- listi

Quis non exprimatur nomen ejusdem? intelliges ex dictis 14. Januarii num. 1.

A R T I C U L U S II.

De Missa.

IN FESTO S. Callisti Pap. & Mart. tyr. semidup. Missa propria. 2.
Orat. A cunctis, 3. ad libitum.
Col. param. rub.

C A P U T X I V.

N O T A N D A X V. O C T O B R I S.

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S III.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De Indulgentiis.*

A R T I C U L U S I.

De Horis Canoniciis.

1 IN Calend. Rom. S. Teresiæ Virg. & dupl. min. lect. 1. Nocturn. de Script. occurrit non vero de cognit. ita S. R. C. 2. Septembr. 1741. apud Merat. to. 2. par. 2. in append. ad c. 34. d. 2. lect. 2. Noctur. ac hymn. ad Matut. & Laud. atque Or. propr. reliqua de comm. Virg. non M. 2. Vesperæ de eodem Festo hymn. & Orat. prop. ut in 1. Vesperis Festi, reliqua ut in 2. Vesper. de comm. Virg.

Impeditis 1. Vesperis S. Teresiæ, hymnus: *Regis superni*: legetur ad Matutinum, substituto hymno Matutini ad laudes. Caval. to. 2. par. 2. c. 39. in d. 4. n. 4. Vide dicta 13. April- art. 1. n. 1.

2 Pro iis, quibus concessum est Officium Transverberationis Sanctæ Te-

resiae, notamus hic, quod S. R. C. interrogata fuit: *An in Officio Transverberationis S. Teresiæ debeat ad Matutinum recitari hymnus?* Hæc est dies, qua candidæ: vel potius de communione Virginum? Et responsum fuit, debere recitari hymnos proprios, qui recitantur in Festo S. Teresiæ, sed loco: Hæc est dies, qua candidæ: dicitur in Festo Transverberationis: Felix dies, qua candidæ. S. R. C. 29. Novemb. 1738. in una Carthagenen. Hispan. in Opere Merati in 2. Append. ind. Decr. Brev. n. 392. Quemadmodum extra diem obitus Sancti Confessoris, quia migravit in Cœlum, in hymno: *Iste Confessor*: non dicitur: *Hac die lætus meruit beatas scandere sedes*, sed: *Meruit supremos laudis honores*: uti notabimus 3. Decembris nu. 5. ita in Officio Transverberationis S. Teresiæ, quod supponitur recitari extra diem, qua candidæ instar Columbae, Cœlitum ad Sacra.

Sætra templo Spiritus se translatit Teresia: taceri disponuntur ea verba: Hæc est dies: eorumque loco dici: Felix dies &c. Cœterum videri possunt dicta 17. Septembris a. m. 4. ubi de hymno Festi Stigmatum S. Francisci.

ARTICULUS II.

De Missa.

3 *¶ N Festo S. Teresiae Virginis dupl. & Missa Dilexisti. de communi Virgin. tantum 1. loco 3. Orat. prop. Col. param. alb.*

4 *Tradit Meratus to. 1. par. 1. tit. 14. nu. 1. Missam propriam Sanctæ Teresiae concessam Ordini Carmelitarum Excalceatorum, legi posse in Ecclesiis quibuscumque laudati Ordinis a quibuslibet Sacerdotibus exterris tam Secularibus, quam Regularibus in iisdem Ecclesiis celebrantibus; ex Decr. S. R. C. 27. Julii 1720. Idemque privilegium concessisse Benedictum XIII. 10. Januarii 1726. in Decret. incip. *Sinellissimus**

*&c. Sacerdotibus confluentibus ad Ecclesias Ordinis Carmelitarum antiquæ observantiæ. Porro sine speciali hujuscemodi privilegio, *Missa certis Regularibus concessa, non possunt ab aliis dici, etiam in iporum Regularium Ecclesiis.* Quemadmodum S. Rit. Congregationem declarasse, notavimus lib. I. c. 2. nu. 53. An autem præsumtum Indultum siveat pro tota Octava, cum qua Festum hoc supponitur in laudatis Ecclesiis celebrari? habes ex dictis in simili 21. Martii n. 5.*

ARTICULUS III.

De Indulgentiis.

¶ N Festo Sanctæ Virginis Teresiae & Matris Carmelitarum Discalceatorum Reformatorum utriusque Sexus, Indulg. plen. in Ecclesiis prædictorum Fratrum, & Sororum totius Ordinis Carmelitani. Gregor. XV. Brevi dato 19. Septemb. 1622. & Clem. X. Concl. 13.1. pag. 219. To. 7. apud Plaz. hodi.

CAPUT XV.

NOTANDA XVI. OCTOBRI.

ARTICULUS UNICUS.

De His Canonicis.

¶ N Calendar. Rom. Offic. de Fer. & Vesp. de sequ. Festo S. Hedwi-

gis Vid. semidup. de communi nec Virgin. nec Martyr. Or. prop.

C A.

C A P U T X V I .

N O T A N D A XVII. O C T O B R I S.

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I.

De Horis Canoniciis.

Vesp. de sequ. tantum Festo Sancti Lucæ Evangel. dupl. 2. cl. de communi Apost. Orat. propr.

A R T I C U L U S II.

De Missa.

¶ N Festo S. Hedwigis Viduae secundum Reg. Poloniæ semid. ds. præcep. S. R. C. 20. Martii 1706. annuenie Clemente XI. apud Merat. hic Lett. 1. Noct. ds. Script. occurr. 2. Nocturn. & Orat. propr. reliqua de communi nec Virg. nec Martyr. Orat. propr. Col. param. alb.

C A P U T X V I I .

N O T A N D A XVIII. O C T O B R I S.

EXPLICANTUR ARTICULIS III.

Art. I. *Utrum Festum S. Lucæ Evangel. servandum sit ex præcepto in foro?*

Art. II. *De Horis Canoniciis.*

Art. III. *De Missa.*

A R T I C U L U S I.

Utrum Festum S. Lucæ Evangel. servandum sit ex præcepto in foro?

dores, quos refert Suar. de Relig. tom. 1. tr. 2. lib. 2. c. 9. nu. 10. Probatur iisdem rationibus, quibus usi sumus, loquentes de Festo Sancti Marci Evang. Vid. dicta 25. April. art. I.

I FESTUM S. Lucæ Evangel. non est ex obligatione gravi universaliter servandum in foro, licet de eo Ecclesia ritu Apostolorum celebretur. etiam si aliud senserint nonnulli Do-

A R-

ARTICULUS II.

De Horis Canonicijs.

2 IN Calend. Rom. S. Lucæ Evang.
 A dupl. 2. cl. Rubr. gen. Brew. Rom.
 tit. 9. n. 6. & in duabus tabell. ex-
 cept. ex Rub. gen. Brew. lect. 1. &
 3. Nocturn. de comm. Evangel. 2.
 Nocturn. & Orat. prœpr. reliqua de
 communi Apostol. In 2. Vesper. fit
Commem. Festi sequ. S. Petri de
Alcantara Confessor. dupl. min. de
 comm. Confess. non Pontif. Orat.
 prœpr.

ARTICULUS III.

De Missa.

3 IN Festo S. Lucæ Evang. dupl. 2.
 A cl. Missa prœpr. Credo. Rubric.
 gen. Miss. tit. 11. Præfat. Apost.

Color param. rub. quia martyrio 4
 coronatus occubuit, ut scribunt S.
 Gregorius Nazianzenus, S. Paulinus,
 & S. Gaudentius, apud Baron.
 in not. Martyrolog. hac die.
 Et quidem Olivæ arbori affixus,
 teste Nicephoro, & Michaele Glica
 apud laudatum Baronium ad Ann.
 Christi 61. n. 7. Licet contrarium
 significet S. Epiphanius, & Sanctus
 Hieronymus apud eumdem Baro-
 nium, & videre est in lectionibus
 Breviarii 2. Noct. hujus Festi, quæ
 sunt ex D. Hieronymo, ubi nihil
 in eis habetur de Martyrio hujus
 Sancti Evangelistæ, imo potius si-
 gnificatur, naturali morte fuisse in
 Senectute bona defunctus; quod e-
 tiam expresse affirmat Joannes Be-
 leth de divin. Officiis c. 156., &
 Durandus in Ration. lib. 7. c. 32.
 Quoad hasce Veritatis meri facti;
 Confer dicta sup. die 9. hujus Mens.
 num. 3. & 12. Mart. n. 3.

CAPUT XVIII.

NOTANDA XIX. OCTOBRI.

EXPLICANTUR ARTICULIS III.

Art. I. *De Horis Canonicijs.*Art. II. *De Missa.*Art. III. *De Indulgentiis.*

ARTICULUS I.

De Horis Canonicijs.

1 IN Calend. Rom. S. Petri de Al-
 cantara Confess. dupl. Sac. Rit.
 Congr. 16. April. 1701. annuente Cle-
 mente XI. apud Merat. hic. Lect. 1.

Noct. de Script. occurr. 2. Noctur.
 prœpr. 3. Noctur. Nolite timere. de
 commun. Conf. non Pont. 2. loc.
 Orat. prœpr. reliq. de prædicto com-
 muni. Cum S. Petrus in Cœlum
 migraverit die præcedenti 18. Di-
 rectoria solent ad Mat. in hymno
 Iste Confessor signare mutationem ter-
 tii

iii versus dicendo: *meruit supremos:*
 & hujusmodi mutationem assignat
 etiam Merat. to. 2. ubi de ord. re-
 cit. Offic. not. 13. Sed in Breviar.
 Rom. quo ego utor, non signatur
 mutatio hujusmodi; & fortasse quod
 pro mutatione non facienda, mili-
 tent dicenda 3. Decembr. num. 4.
 Ubi autem de laudato Sancto ho-
 die recitatur sub rit. dupl. i. class.
 certe ibi non erit facienda præfata
 mutatio, quia ibi in primis Vesper.
 dictum fuit in eodem hymno *me-*
ravit beatus; videantur dicenda cit.
 die 3. Decembr. n. 3.

In Calend. Rom. in 2. Vesp. Commemoratio sequentis Festi S. Joannis Cantii Conf. semid. de com-
 muni Conf. non Pont. Orat. propr. Ubi autem saltem a Cap. fiat de Festo prædicto, dicatur hymnus pro-
 prius.

ARTICULUS II.

De Missa.

¶N Festo Sancti Petri de Alcantara 2
 & Conf. dupl. Missa *Justus.* decom-
 muni Conf. non Pont. 2. loc. sed
 prim. Orat. & Epist. propr. Color
 param. alb.

ARTICULUS III.

De Indulgencie.

¶N Festo Sancti Petri de Alcantara 3
 & Ord. S. Francisci Indulg. plen.
 in Ecclesiis Fratrum Min. etiam Con-
 ventualium, & Monialium ejusdem
 Ordinis. Clemens X. Constit. i. §.
 27. par. 5. To. 7. & Clemens XI.
 Constit. 229. pag. 77. To: 10. P. 2.
 apud Plaz. hod.

C A P U T X I X.

N O T A N D A - XX. O C T O B R I S.

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

ARTICULUS I.

De Horis Canonicis.

¶N Calendario Romano S. Joha-
 nis Cantii Confess. semidup. ex
 Clem. XIV. 8. Septembr. 1770.
 Ad Matutit. hymn. propr. (quid
 notandum in Festis habentibus hy-
 mnos propr.?) Vide 30. Januarii n.
 TOM. III.

i. & die 13. April. n. 1.) lect. 1.
 Noct. de Scrip. occur. 2. Noctur.
 propr. 3. Noct. de comm. Confess.
 non Pont. 1. loco. Ad Laudes hy-
 mn. & Or. propr. reliqua de com-
 muni prædicto. In 2. Vesp. hymn.
 propr. Commemorat. sequentis Festi
 S. Hilarionis Abb. simpl. de com-
 mun. Confess. non Pont. Orat. In-
 tercessio. de comm. Abb. & fit Com-

P p memo-

memoratio alterius Festi simplicis,
hoc est S. S. M. M. & V. V. Ursulae, & Soc. Antiphona Prudentes
Virgines. V. Addacentur. ut in com.
muni. plur. V. V. & M. M. Orat.
De nobis. ut in eodem communi
addito: & Sociarum ejus.

ARTICULUS II.

De Missa.

¶ In Festo S. Johannis Cantii Con-
fess. semid. Missa propr. ex Cle-
ment. XIV. 8. Septembr. 1770. Col.
param. alb.

C A P U T X X.

N O T A N D A X X I . O C T O B R I S.

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

ARTICULUS I.

De Horis Canonicis.

¶ 1. In Calendar. Rom. S. Hilarionis.
Abb. simpl. Noctur. Fer. occurrit.
1. lectio de Script. occurrit. 2. & 3.
lectio propr. reliqua de communi
Confess. non Pontif. Or. Intercessio
de commu. Abbat. & in Laudibus
fit Commemoratio Sanct. V. V. &
M. M. Ursulae, & Sociar. ut in
Vesperis heri.

2. Gavantus in Rubr. Brev. Sect. 7.
c. 12. sub die 21. Octobr. de S. S.
Virg. Ursula, & Sociis hæc habet:
*Si adhuc alicujus ex his Virginibus ca-
pat, aut insignis Reliquia, & nomen
ignoretur, fiat de ea Officium dupli-
ci ritu, sumpta Oratione de Communi
in singulari, tacito illius nomine:*
(quod fit in S. Callisto, & aliis:)
*& fiat Commemoratio S. Hilarionis.
Ab. & S. S. Ursulae, & Sociarum:
nisi alind a Majoribus concedatur*

*aut legitime prescribatur. Hæc Ga-
vantus. Similiter Quintanadvenas
in singularib. tom. I. tr. 7. de ce-
lebr. Miss. singulari 30. n. 2. testa-
tur: in Codice Martini pro recitan-
di Ordine edito, hæc haberi in fi-
ne: Si aderit in aliqua Ecclesia ali-
cujus ex Sociis Virginum S. Ursulae
caput, aut insignis Reliquia, & no-
men ignoretur; fiat de ea Officium du-
plici ritu cum Credo, supposita Ora-
tione de communi in singulari, tacito
illius nomine: (quod fit in S. Calli-
sto, & aliis:) & fit Commemoratio
S. Hilarionis, & S. Ursulae, & Sociar-
um.*

Verum Sacrorum Rituum Con-
gregationi fuit aliquando propositum
sequens dubium: *An ubi habentur
insignes Reliquie plurium Sanctorum
Virginum, & Martyrum, e Societate
S. Ursulae, debeat de illis fieri Offi-
cium duplex 21. Ottobr. cum Comme-
moratione S. Hilarionis, & S. S. Ur-
sulae, & Sociarum, vel possit aliis
distrin-*

distinctis ex i*r*z illum diebus de singulis illarum in particulari, prout habentus alicubi die 17. & die 19. Decembr. observatum fuit, recitari Officium duplex? Quod si primum fieri oporteat; queritur adhuc: an idem faciendum; ubi Festum S. S. Ursulae, & Sociarum est dupl. vel semidupl. aut hoc potius in aliam diem non impeditam transferendum sit? Responsum fuit: fieri debere Officium duplex de S. S. Ursula, & Sociis cum sola Commemoratione S. Hilarionis, scuti sit Romae in Patriarchali Ecclesia S. Marie Majoris, ubi asservatur caput unius ex Sociis S. Ursulae. Et ita pariter fieri debet, absque utla translatione, in illis Ecclesiis, in quibus Festum S. S. Ursulae, & Sociarum aliunde esset duplex, vel semiduplex. S. R. C. 11. Januar. 1749. in una Ord. S. Augustini Excalceat. Provincie Austriae; apud Caval. post finem tom. 4. in append. ad cap. de Reliq. Deo. 1. Post Decretum hujusmodi (& vide etiam aliud Decretum mox memorandum de ann. 1712.) rejicienda est supradicta opposita sententia Gavanti, & Quintanadvenas, nec non dispositio praefata Codicis Martiniani a Quintanadvenas allegati loco cit. & rursus singulari 29. ubi etiam contrarium docet, vel ex ejus doctrina sequitur.

Nec adhaeremus Cavalerio L. cit. inclinanti ad opinandum, in Decreto descripto fieri specialem dispositionem tantummodo pro S. S. Ursula, & Sociis, atque adeo Decretum non esse extendendum ad Sanctos quolibet alios, qui simplex habeant Officium; sed quoad reliquos, si non sint per se uniti, & ex natura rei, ait, quod proponderet potius in antiquiore dispositio-

nem Decretorum ejusdem Sacrae Congregationis Rit. puta 16. Januar. 1677. apud eundem Caval. 1a. c. 5. d. 7. in quo Decreto disponitur, quod, si Sanctus, cuius habetur insignis Reliquia, habeat Socios in Calendario sive Romano, sive proprio sub ritu simplici: si (ut ibi explicat, & intelligit Cavalerius) non sint per se uniti, & insuper veltiti ex natura rei, sed per accidens, aut solum per se sint uniti; debeat recitari solum de Sancto, cuius habetur Reliquia sub ritu duplici minori, de Sociis autem eodem die sub ritu simplici. Nos, ut dicebamus, huic Cavalerii opinioni non adhaeremus, non enim videmus rationem, ex qua judicare possimus, supra descriptum Decretum facere specialem dispositionem pro S. S. Ursula, & Sociis. Judicamus igitur in Decreto dari regulam in similibus sequendam: quemadmodum accipi communiter solent hujusmodi Sacrae Congregationis Decreta: quæ videlicet in regulam deserviunt generali, ubi eadem, vel similis ratio procedat: ipsomet Cavalerio passim id docente, & ita explicante; videri potest tom. 2. suorum comment. in Deo. S. C. R. cap. 26. comment. in Deo. 8. n. 1. snc., & to. 3. c. 1. in d. 5. n. 1. Interim hunc de Sacris Ritibus Scriptorem cæteroqui præstantem sic adhuc urgemus ex illo eodem memorato Decreto emanato 16. Januar. 1677. in quo fuit, ut innuimus, declaratum: quod si Sanctus, cuius habetur insignis Reliquia, sit cum Sociis in corpore Breviarii, & uterque habeat Festi simplicis ritum: debeat recitari Officium duplex solum de Sancto, cuius habetur Reliquia: de

P. p. 2 So.

Socio autem die eadem sub ritu simplici. Decretum hujusmodi Cavalerius commentatur to. 1. l. cit. ibique n. 1. vult, ut innuimus, illud respetive intelligendum esse de Sanctis tantum, qui non sint per se uniti, & insuper veluti ex natura rei. Quod si quem moveat, in eo Decreto fieri mentionem, & exemplum adduci Festi Sanctorum Gervasii, & Protasii, sic enim describitur: *Habetur in aliquibus Ecclesiis reliquia insignia alicujus Sancti, qui cum Socio est in corpore Breviariorum, & uterque habet Festi simplicis ritum, veluti contingit in Festo S. S. Gervasii, & Protasii &c.* Qui sunt de Sanctis per se, & veluti ex natura rei copulatis, cum fuerint fratres carnales; atque adeo si Decretum quis velit, intelligendum esse de his quoque Sanctis per se unitis & veluti ex natura rei copulatis, Respondet Cavalerius nu. 2. quod Exemplum S. S. Gervasii, & Protasii hic adducitur, dumtaxat ad indicandum Sanctum, qui cum Socio est in corpore Breviariorum, & uterque habeat Festi simplicis ritum, ac duas lectio-nes eorum vitam, & gloriosam mor-tem enarrantes; non autem quasi quod, si alicubi alterutrius habeatur Reliquia, de illo dumtaxat, & non de utroque simul debeat fieri Officium; sunt enim ex Sanctis per se, & veluti ex natura rei copulatis, cum fuerint fratres carnales, & ideo disjungi non valent. Ita ille.

Cæterum si cui videatnr, hujuscemodi Sanctionem procedere etiam de Sanctis per se, & veluti ex natura rei unitis; Reponit Cavalerius ibidem, quod quoad hoc per preceden-tem (sanctionem) utpote posteriorem, censenda foret correcta, limitata, &

quatenus opus esset, etiam derogata. Sanctio autem posterior, seu declara-tio S. C. R. explicata preceden-ter ab eo, ita se habet: *In Ecclesia S. Marie in Porticu, ubi afferuntur brachium S. Marcelliani tantum (oc-currentis die 18. Junii:) faciendum est Officium etiam de Sancto Marco sub ritu dupliciti minori de communi plurimorum Martyrum. S. R. C. 7. Augusti 1717. in una Urbis.*

Sed quid? si quis contendat, in hujusmodi Decreto specialem fieri dispositionem tantummodo pro Sancto Marcelliano, atque adeo De-cretum non esse extendendum ad Sanctos quoslibet alios, qui sint per se uniti, & insuper veluti ex natura rei; sed quoad reliquos sic unitos attendendum esse Decretum illud de ann. 1677. in quo exem-plum adducitur S. S. Gervasii, & Protasii? Non consentit Cavalerius, qui commentario in allegatum de-cretum pro Reliquia S. Marcelliani in Ecclesia S. Mariæ in Porticu, haec scribit: *Ex hac, & praecedenti-bus hujus capitinis Sanctionibus uberen Lector habet regulam, qua se gerat in celebratione Sanctorum in Calenda-rio sub una Festivitate junctorum, si illorum aliquis alicubi majorem ri-tum, quam in Breviario habet justa-Rubricas, vel Decreta, sortisatur. Ita du: 2. & deinde num. 4. Si denique Sancti sint per se, & veluti ex natu-ra rei in Calendario conjunctim de-scripti, tunc numquam separantur, sed semper celebrantur unitim sub ea-dem Festivitate; unde licet unus eo-rum esset Titularis, vel Patronus, aut ejusdem solummodo haberetur Reliquia, adhuc & de ceteris Sociis sub eodem ritu una simul Officium cele-braretur, etiam in Calendario Offi-cium*

etiam dumtaxat simplex haberent, ut
aperte deducitar ex praesenti Decreto,
dum in Ecclesia, in qua tantum asser-
tur reliquia insignis S. Marcelliani,
Officium faciendum esse prescribitur,
etiam de ejus carnali fratre
S. Marco sub ritu duplice minori, qui
tamen solo simplici in Kalendario gau-
det ritu; quapropter de omnibus agen-
dum venit, perinde ac si omnes simul
Patroni, aut Titulares essent, vel de
omnibus insignis teneretur Reliquia.
Talis quoque est sententia Morati Gc.
Hæc Cavalerius. Quibus autem pos-
fatis querimus: cur in Decreto pro
Reliquia S. Marcelliani asservata in
Ecclesia S. Mariæ in Porticu habe-
mus regulam in similibus sequen-
dam, atque adeo ex illo deroga-
tum sit Decreto de ann. 1677. quatenus
videatur, illud procedere etiam
de Sanctis per se, & insuper
velati ex natura rei unitis; non
autem habeamus similem regulam in
hoc Decreto pro Reliquia alicujus
ex Sociis Sanctæ Ursule; sed in eo
specialis dispositio fiat tantum pro
Reliquiis harum Sanctorum Martini-
cum: atque adeo per istud Decre-
tum non sit similiter derogatum il-
li eidem Decreto de ann. 1677.,
quatenus declarat, quod si Sanctus,
eius habetur insignis Reliquia, sit
cum Socio in Breviario, & interque
habeat ritum simplicem, debeat fieri
Officium duplex de Sancto, eu-
jus habetur insignis Reliquia, at de
Socio celebrandum eadem die sub
ritu suo simplici; etiamsi fuerint
per se uniti, si non sint insuper ex
natura rei conjuncti? Quærimus,
inquam, disparitatem, quam tan-
men, credimus, assignari non pos-
se. Quapropter dicimus, quod sicut
Cavalerio fatente, per Decretum;

quoad Reliquiam S. Marcelliani de-
rogatum est Decreto de anno 1677.
in uno sensu jam explicato; ita et
iam quoad alterum ejusdem sensum
etiam explicatum, eidem fuerit de-
rogatum per praesens de Reliquiis
Sanctorum Ursulæ, & Sociarum;
atque adeo judicamus, in eo dari
regulam in similibus sequendam.

Afferimus igitur, quod si San-
ctus, cuius habetur insignis Reli-
quia, habeat Socios in Calendario,
quomodocumque sint uniti, si ha-
beant ritum simplicem, vel semidi-
plicem, vel duplicem minorem, ce-
lebrandum est Officium de omnibus
simil sub ritu duplice minori, er-
iam si non de omnibus, nec de plu-
ribus Reliquia habeatur insignis sed
de uno tantum: ut manifeste signi-
ficat allegatum Decretum in exem-
pli, quod in eodem adducitur ver-
bis illis: *Sicut fit Romæ in Patriar-
chali Ecclesia S. Mariae Majoris, ubi
asservatur caput unius ex Sociis S.
Ursulae.*

Concedit autem Cavalerius in cit.
d. 7. n. 16. quod quoties plures in
signes habeantur reliquiae de San-
ctis, qui simul in Breviario habeant
Officium, de omnibus simul sit
instituendum Officium sub ritu du-
plice minori, si ritum altiorem jam
non habeant in Breviario, nec ob-
distinctas Reliquias quæ habeantur,
distinctum sit faciendum Officium;
sed uno tantum Officio omnibus re-
liquiis satisfiat. Hoc quidem recte
procedit. Sed iterum deserendus vi-
detur in eo, quod subdit, hoc est:
fecitus vero dicendum esse, si prædi-
cti Sancti in Breviario non habeant
Officium, tametsi die occurrant ea-
dem; tunc enim contendit, fieri de-
bere Officium de singulis in diebus
diver-

diversis : nimirum de digniori , vel
solemniore in propria die , translatis
cæteris ; eo quod quæque Reliquia
titulus sit sufficiens ad inducendum
Officium : nisi eorumdem aliqui fo-
rent ex Sanctis per se , & ex natu-
ra rei juncit : quos tantum vult u-
nico esse simul celebrandos Officio ,
translatis autem aliis eadem die oc-
currentibus , de quibus item Reli-
quia habeatur insignis . Accedit Quin-
tanadvenas loco supra cit. num. 6.
docens : quod , si aliqua Ecclesia
habeat insignem Reliquiam de una ,
vel pluribus ex Sanctis Virginibus
Ursula , & Sociis , & simul de San-
cto Hilariope : celebrare possit de
his reliquiis diebus duabus diversis .

At neque videmus , cur Sanctis
non habentibus Officium in Brevia-
rio , debeat id iis favere , quoad
effectum præstatum in casu prædi-
cto , Officia sibi singulis usurpan-
di distincta? sed videtur conformius
ad allegatum Decretum , & ad in-
fra dicenda de Reliquiis Sanctorum
non habentium Officium in Brevia-
rio , celebrandis in eorumdem die Na-
tali , seu qua in Romano Martyro-
logio recensentur : videtur , inquam ,
conformius , si dicatur : de omnibus
simul unicum recitandum Officium
in eorum die natali , seu qua in
Martyrologio Romano recensentur .
Et hoc verum videtur , quantumvis
Reliquiae sint de Sanctis diversæ Hie-
rarchiæ , seu Ordinis , vel sexus ,
puta una Sancti Martyris , altera
Sancti Confessoris ; una viri , altera
mulieris .

Recitandum autem foret Officium ,
prout exigeret superior Hierarchia
(de cuius ordine seu respectiva præ-
cedentia vide Merat. tom. 2. Sect.
5. c. 18. nu. 7. & a nobis dicenda

in Appendice ad calcem Diarii cap.
7. nu. 43.) & in pari Hierarchia
sexus nobilior : quemadmodum in
Romano Breviario demonstrant e-
xempla , sic e. g. die 12. Maij re-
citatur Officium de S. S. Martyri-
bus Nereo , Achilleo , & Domitilla
Virgine , atque Pancratio ; recitatur
autem Officium de communi Mar-
tyrum virorum . Item die 10. Julii
recitatur Officium Sanctorum Mar-
tyrum septem Fratrum , ac Rufinae ,
& Secundæ Virginum , & Marty-
rum ; recitatur autem Officium de
communi plurimorum Martyrum Vi-
rorum .

Rursus die 28. Julii fit Officium
Sanctorum Nazarii , Celsi , & Vi-
ctoris Martyrum , nec non Sancti
Innocentii Papæ & Confessoris ; ne-
citatur autem Officium de communi
plurimorum Martyrum , quia no-
bilior est Hierarchia Martyrum , quam
Confessorum . Videri potest Merat.
1. p. 1. tit. 4. num. 16. versu
Convertendo vero sermonem , & num.
20. ubi tamen cum Guyeto animad-
vertit qualitatem *Martyrum* in hu-
jusmodi ultimo casu esse in Oratio-
ne tacendam , ut quidem tacetur in
Oratione laudatorum Sanctorum Na-
zarii , Celsi , & Victoris Martyrum ,
& Innocentii Confessoris ; et si ver-
bum illud *Confessio* quod legitur in
Orat. Martyrium significare videa-
tur ; vel sumendam esse Orationem
de Festo S. Callisti Pap. & Mart.
14. Octobris ; similiter faciendum
quoad Secret. & Postcom. in Mis-
sa . Quod si Officium de communi ,
videretur , non posse ulla ex parte
utriusque Reliquæ convenire , nisi for-
tasse plurib[us] commutatis , præter id ,
quod consuetudo permittere solet :
ut accidere posset in Oratione , quæ
si ec

Si de communi sumeretur, Reliquiae aptari non rite posset utriusque: tunc instituendum foret Officium proprium, seu fere proprium, vel Oratio propria, prout necessitas requisiuerit, cum approbatione Apostolicæ Sedis, videlicet dicenda in Appendice ad calcem Diarii c. 7. de S. S. Patronis n. 21. & dicta 14. Januar. n. 32.

5 Quoniam vero hic de Officio ratione Reliquiae insignis incidit sermo, datur occasio notandi quedam scitu digna, & occurrentia passim, quoad hujusmodi Ritum. Itaque notandum est, quod de Sancto, cuius Reliquia habetur insignis, debeat ex precepto fieri Officium duplex minus in Ecclesia, ubi asservatur, dummodo sit de Sanctis approbatis, seu Canonizatis, & insuper sit descriptus in Martyrologio Romano, ac Reliquia sit approbata, & constet de identitate Reliquiae ejusdem Sancti. Hæc habentur ex pluribus Decretis statim allegandis. *Duplex Officium est recitandum de Sancto, cuius habetur insignis Reliquia, ubi asservatur, vel sit corpus integrum, aut magna pars ejusdem, aut caput, & sit ex Sanctis approbatis, & positus in Martyrologio Romano.* S. R. C. 3. Junii 1617. in una Urbis Theatinorum; apud Caval. 10. 1. c. 4. d. 2. & confirmatum fuit ann. 1630. ut videre est apud Merat. ind. Decret. Miss. n. 626. Itaque Reliquia debet esse de Sancto, seu Canonizato, vel secundum morem antiquorem Ecclesie, per universalem scilicet Ecclesie traditionem sanctitatis illius, & universalem cultum ejusdem, communemque consensum; vel juxta disciplinam ejusdem Ecclesie subsecutam, per declarationem videlicet solemnem sanctitatis illius

factam a Summo Pontifice, Caval. 1. cit. in d. 2. n. 3.

Deinde requiritur, quod si reliquia sit alicujus Sancti, hic sit ex descriptis in Martyrologio Romano; constat ex allegato Decreto, & ex aliis ejusdem S. C. 3. Junii 1662, & 5. Julii 1698. apud Caval. loc. cit. d. d. 9. & 11. Quod etiam expressius habetur in Decreto anni 1691. hujus tenoris: *Officia Sanctorum ratione Corporis, seu insignis Reliquiae recitanda, intelligi debent de Sanctis dumtaxat in Martyrologio Romano descriptis, & dummodo constet de identitate Corporis, seu Reliquiae insignis illiusmet Sancti, qui reperitur in Martyrologio Romano descriptus.* De ceteris autem Sanctis in praedicto Martyrologio non descriptis, aut quibus a Sancta Sede non fuerit specialiter concessum; Officia recitari, & Missæ celebrari non debent, non obstante, quod ipsorum corpora, vel insignis Reliquiae in Ecclesiis asserventur; quibus tamen ab Ordinariis Locorum approbatis debita fidelium veneratio (prout baetenus servatum est) exhibetur, sed absque Officio, & Missa: sub paenitentiis de non satisfaciendo precepto recitandi Officium; alisque in Constitutione Beati Pii V. contentis. S. R. C. 11. Augusti 1691. in Decreto generali, approbante Innocentio XII. sub die 19. Octobr. ejusdem anni, apud Merat. ind. Decr. Miss. n. 498. & 626. & in Decr. Brev. num. 165. & apud Caval. 1. cit. d. 10. & iterum declaratum 15. Septembris 1714. approbante Clemente XI. 29. ejusdem apud Merat. ind. Decr. Brev. cit. n. 626.

Cum autem Benedictus XIV. novam Martyrologii Romani editionem molitus fuerit novissimis hisce tem-

temporibus, in eo inserta esse debent nomina Sanctorum, ut ob eorum Reliquias insignes, quæ habeantur, valeat Officium recitari. Caval. in d. 2. nu. 13. fine. Non est tamen opus, ut Sanctus nomine describatur expresso, sed sufficit etiam si suppresso: Unde si insignis reliquia haberetur alicujus, puta, ex Sociis S. Ursulæ, quæ non proprio nomine, sed *Sociarum* in praedicto Martyrologio Romano describuntur: pro hujusmodi Reliquia recitari possit Officium; Decreta enim S. C. solummodo requirunt, quod Sancti sint positi in Martyrologio Romano, & nihil addunt super nominis expressionem; ut observat Caval. I. cit. n. 26. Qua etiam de causa idem existimat, sufficere ad effectum, adhuc generaliorem, quæ in eodem Martyrologio habeatur, ut 25. Decembris; *Nicomedie passio multorum millium Martyrum.*

7 De Sancto autem, cuius habeatur Reliquia insignis, & nomen ignoretur, fiat Officium ut in respetivo communi absque illius in Oratione, aut alibi nominis expressione. Caval. I. cit. Gavant, & Quintapadvennas I. cit. superius.

§ Est insuper notandum: sufficere, quod Sanctus habeat jus integrum, ut describatur in Martyrologio Romano, et si de facto non inveniatur descriptus: ut Sancti illi, quos in Martyrologio Romano posse describi indulserit Summus Pontifex, vel Sacra Congregatio: et si postea in dicto Martyrologio descripti minime fuerint, vel quia post tale Indulatum facta non fuerit hactenus ejusdem Martyrologii nova impressio aliqua; aut si haec habita fuerit, minime fuerint inserti ex Typogra-

phorum incuria, vel ex oblivione, aut ignorantia Decreti, seu Indulti concessi ab Apostolica Sede; Isti enim jure, si non in re, habentur in Martyrologio Romano, perindeque sunt censendi, ac si de facto in eodem recenserentur; quo circa statim ac constat emanatio Decreti, seu Indulti, ut Sanctus aliquis in Romano Martyrologio describatur: si ejusdem Sancti habeatur Reliquia insignis, ceteraque concurrent conditiones exactæ, nihil obest, quominus Officium duplex de eo fieri possit. Quo quidem Decreto, seu Indulto praefato speciali, nec opus est pro Sanctis Canonizatis post Decreta Sacrae Congregationis an. 1616. 30. Julii; & 1680. 31. Augusti, & 1734. 13. Februar. in quibus declaratum fuit: *In Martyrologio Romano nannisi Sanctos tantum Canonizatos describi posse, & apponi debere.*: Quæ Decreta respective confirmarunt, & approbarunt Summi Pontifices Paulus V. & Innocentius XI. ac tandem Clemens XII. qui in posterum inviolabiliter servari jussit 6. Martij 1734. apud Caval. I. cit. n. 21. Itaque post praedicta Decreta Sancti quilibet Canonizati jus habent ad sui nominis descriptionem in Martyrologio Romano, nec novi alicujus ob id necessaria est emanatio Decreti, sed solum pro componendo, vel approbando Elogio, cum quo debent describi. Hinc titulo Reliquiæ insignis poterit institui Officium, statim ac aliquis in Sanctorum Catalogo adscriptus fuerit. Supradictum igitur Iudicium speciale ad hoc ut Sanctus canonizatus describatur in Martyrologio Romano solum requiritur pro Sanctis aliquo ex modis supra significatis, ab Ecclesia

Clesia approbatis, canonizatis præcedenter ad supradicta Decreta, atque statuta: quod nimurum in posterum Sancti canonizati describi solum in Martyrologio Romano possint, ac debeant; unde si in editionibus novissimis Martyrologii Romani Sancti hujusmodi non inveniuntur descripti; nisi obtineretur speciale Indultum, non posset de eorum Reliquiis Officium recitari, quia nec haberent jus predictum, ut in dicto Martyrologio describerentur. Vid. Caval. l. cit. nn. 27. & duob. sequ.

9 Deinde requiritur, quod Reliquia, quæ habetur, sit insignis; hic autem: *Insignes Reliquiae sunt Caput, Brachium, Crus, aut illa pars corporis, in qua passus est Martyr, modo sit integra, & non parva, & legitime ab Ordinariis approbata.* S.R.C. 8. April. 1628, approbante Urbano VIII. apud Caval. d. 5. At vero *Tibia non est Reliquia insignis.* S.R.C. 3. Junii 1662, apud Caval. 10. i. c. 4. d. 6. & t. 5. c. 12. n. 40. alias per error 41. Est autem tibia pars cruris; porro crus ex duabus effibus constat, quorum unum multo majus est, & crassius, tibiaque vocatur; minus alterum, & situm ex parte carnosa, diciturque sura. Licet igitur Crus sit Reliquia insignis, ut declaratur in præcedenti Decreto, non tamen prædictæ partes ejusdem sumptæ divisim: hoc est, nec sola tibia, nec sola sura est reliquia insignis, sed tibia simul & sura, ex quibus componitur Crus. Hinc similiter dicendum est: quod licet Caput, & Brachium, nec non pars illa corporis, in qua passus est Martyr sint reliquæ insignes, si tamen ex ipsis deficit pars aliqua, quæ

TOM. III.

ad eorumdem integratem moraliter sit necessaria, desinat esse reliquæ insignes; atque adeo non poterit de iis Officium recitari. Caval. 10. i. c. 4. in Decr. 5. nu. 17. & in d. 6. num. 2. Similiter si prædictæ Reliquæ insignes casu aliquo frangantur, & in plures partes separantur: et si omnia hujusmodi fragmenta, seu frusta haberentur, nihilo minus, quia sic non verificaretur, haberi, e. g. caput, aut brachium integrum: cum haec non ex disjunctis, sed unitis componantur: ideo cessaret Officium recitandi potestas; ita Cavalier. in d. 5. num. 13. qui tamen ibidem, & sequentibus numeris consentit Lohnero, Quarto, & Merato, 10. i. part. I. tit. 11. n. 10. & iterum 10. 2. Sect. 1. c. 5. tit. 2. n. 4. docentibus, quod si ea frusta ita per artificiam unionem apte conjungantur, & simul agglutinentur, ut appareat integrum caput, aut brachium: non desinat esse Reliquæ insignes; atque adeo possit illarum ratione Officium recitari: quia moraliter tunc haberetur Reliquia integra.

Si autem caput, aut brachium est reliquia insignis, multo magis totum corpus, immo etiam pars ejus, dummodo sit magna. Et quidem debere Officium recitari, si habeatur alicujus Sancti Corpus, aut magna pars ejus, declaratur expresse in Decreto anni 1617. sic habente: *Duplex Officium est instituendum de Sancto, cuius habetur insignis Reliquia, ubi assertur, vel sit corpus integrum, aut magna pars ejusdem &c.* Et ad effectum recitandi Officium ob magnam partem Corporis Sancti alicujus, sufficere quilibet partes illius, quamvis inter eas non

Q q adsit

ad sit caput , aut brachium , vel crus , seu aliqua pars , quæ per se solam constitutæ Reliquiam insignem ; dummodo non desint plures aliæ partes , quæ corpus integrant , vel conflant : docet Caval. in d. 5. n. 6.

10 Pars illa , in qua passus est Martyr , est reliquia insignis , ut habeatur ex superiori Decreto . Hoc habent Martyres præ cæteris Sanctis Confessoribus privilegium : quod de his Officium duplex cum Missa correspondenti ut instituantur , determinate haberi debet aliqua Reliquia , quæ sit vel capit , vel brachium , aut Crus ; sed in Martyribus sufficit sola pars , in qua passi sunt , & per quam tam privilegiata fuit ab ipsis de Tyranno Victoria reportata . Opus tamen esse , ut in ea speciali modo præ cæteris partibus passus sit Martyr ; seu gravia , crudelitia , & fæva tormenta persenserit in ea : docet Caval. in d. 5. num. 25. 38. & 39. Qui etiam n. 41. & 42. sustinet : eorum Martyrum , qui per totum corpus gravia , ac fæva tormenta pertulerint , omnes corporis partes esse Reliquias insignes , ad hunc effectum recitandi Officium . Nec mirum , aut vanum cuiquam videri debet , quod ita Pars una Corporis præ alia ejusdem Martyris peculiari cultu distinguitur : cum doceat D. Thomas in Suppl. qu. 79. art. 3. citans pro se S. Augustinum : quod peculiari gloriæ fulgore vestienda fuit in Cœlis illa Corporum membra , in quibus Martyres peculiare pro Christo tormentum sustinuerent .

Pars autem prædicta specialiter privilegiata debet esse integra : uti habetur ex eodem superiori allegato Decreto . Integritatem intellige saltem moralem , non omnino phy-

sicam ; recte modo dicta superius .

Eadem præcipua pars , in qua passus est Martyr , requiritur a S. C. ad effectum celebrandi Officium , quod non sit parva : hujusmodi nimicum sunt dens , dğitus , os , unguis , auricula &c. quantumvis integra sint ; unde non poterit Officium recitari , eo quod habeatur dens v. g. S. Apolloniae , quæ in dentibus particulariter passa est . Caval. in d. 5. n. 18. Contra vero non reputatur hic parva pars , manus , aut pes pueri ; qui fuerit in odium fidei specialiter tortus in illis : quia præfatae partes per accidens parvae sunt in pueri ; unde si alterutra pars haberetur , posset Officium recitari . Caval. in d. 1. n. 19. Dicit etiam Caval. n. 18. quod si haberetur v. g. maxilla S. Apolloniae , posset de ea recitari Officium : quia non est pars parva , sed notabilis ; similiter si tibia , in qua specialiter Martyr passus fuerit l. cit. & in d. 6. n. 3. Porro , ut idem Caval. in cit. d. 5. n. 10. animadvertisit , non est necesse , quod partes , in quibus specialiter passus est Martyr , sint tantæ quantitatis , quantæ sunt aliæ partes insignes a Decreto adductæ , & allegatae ; excessus etenim qualitatis , seu circumstantia Martyrii , quo individualiter manent insigniæ , supplet in illis defectum quantitatis .

Existimat etiam Caval. in cit. d. 6. n. 5. Sanctorum quoque non Martyrum partes corporis , quas Deus ipse peculiari charactere signaverit , & in quibus resplendeat peculiari modo Passio Christi , & Sancti ipsi a Christo quodammodo Martyres effecti sint , quatenus in iisdem de Pas-

Passione ejusdem Christi experti fuerint, reputandas esse Reliquias insignes.

Insuper idem Caval. in d. 7. docet: Reliquias adhuc insignes esse Crucem, Spinas (de quibus quidem adeo expressa declaratio hujus tenoris: *Spine de Corona Domini Jesu Christi inter reliquias insignes c. importantur; & speciali nota, & cultu dignae sunt. S. R. C. 21. Junii 1631. in Coerchen apud Caval. l. cit. d. 7. & 1632. apud Merat. to. 1. in ind. Decr. Miss. n. 264. & iterum to. 2. Sect. i. c. 5. tit. 2. nu. 4.*) Columnam, Lanceam, Spongiam, Clavos, Sindonem, necnon reliqua Dominicæ Passionis insignia; Pignora quoque ejus sacratissimæ infantiae: Præsepe, vestes, fascias &c. Præputium item (quod an existat? Vide apud Auctores citatoꝝ pro hac re 1. Januar. artic. 1. nu. 5. prope fin.) Sanguinem in terris relatum, Sepulchrum, & alia similia.

Similiter sustinet, reliquias esse reputandas ea, quæ fuerunt Corporis Beatissimæ Virginis pars aliqua, ut lac, & capilli; sive quæ ex sacro ipius contactu cultum, & reverentiam promerentur: cujusmodi sunt Vestes, Vela, Indusia, Zona, Vittæ, Annuli &c. ob specialem videlicet supra cæteros Santos excellentiam laudatae Dei Genitricis: cuius utique ratione speciali cultu hyperdulia ab illis eam distinguit Ecclesia.

Simile judicium profert de Sanguine, qui ex Imaginibus B. M. V. per perditos homines percussis aliquando defluxit; nec non de lacrymis ex Imaginibus ejusdem B. M. V. vel Divini filii ejus non semel abunde profusis: si alicubi collectæ fuerint,

de earumdeni identitate constet, & custodiantur, atque venerentur. Id ipsum affirmat de Sanguine miraculoso ex imagine Christi fuso, (quæle miraculum anniversaria Commemoratione recolitur in Martyrologio sub die 9. Novembr.) vel Hostia sacra, pro Ecclesiis illis, in quibus reperitur, & adoratur. Idem denique afferit sentiendum de carne quæ mirabiliter in Hostia consecrata apparuerit, si alicubi assertetur; imo & de Hostiis miraculosis, quæ certis in locis affervantur. An autem, & quomodo, & quando de prædiis Reliquiis recitari possit Officium? Videatur idem Caval. l. l. cit.

Præter hactenus supradictas Corporis Sancti partes, Reliquias reputatas insignes, in Decreto superius allegato anni 1628. recensitas, cæteræ partes non reputantur insignes Reliquiæ, saltem quoad habendum jas recitandi Officium ratione illarum. Vid. Caval. in d. 5. n. 4.

Reliquiæ insignes debent, ex superioribus Decretis, approbari ab Ordinariis locorum, ut possit earum ratione Officium recitari. Nomen Ordinationum locorum veniunt Episcopi, Patriarchæ, & Archiepiscopi, imo & quicumque Prælati Episcopo inferiores, qui jurisdictionem ordinariam, & quasi Episcopalem assequantur in loca; non tamen Prælati Regulares, nequidem pro Ecclesiis sibi subiectis. Caval. in d. 10. n. 14. Porro ex Tridentino Sess. 25. de invocat. venerat. & Reliqu. Sanctor. ad cultum Reliquiarum, & earum publicam veneracionem requiritur approbatio Episcopi; requiritur autem pro Reliquiis dumtaxat novis, & recenter inventis, ubi agitur de cultu iisdem primitus

exhibendo: *Nec novas Reliquias (ait Tridentinum) recipiendas, nisi eodem recognoscente, & approbante Episcopo.*

An autem eadem approbatio requiratur pro Reliquiis Sanctorum in Martyrologio Romano descriptorum? negative respondendum existimat Cavalier. in d. 9. nu. 31. & in d. 10. num. 13. si sermo sit de Reliquiis antiquis, & quae sint in antiqua pacifica cultus possessione; & puta per cursum temporis sexaginta annorum; vide eundem Caval. in cit. decret. 9. n. 26.) Non putat itaque, pro hujusmodi Reliquiis necessariam esse approbationem Episcopi, ut publico cultui exponantur ut prius; sunt enim, inquit, in possessione legitima, & canonica publici cultus, qua privari non possunt: nisi gravi aliqua de causa ab Episcopo a cultu suspensæ venirent, aut expressè reprobatae. His autem positis, dum ex superioribus Decretis, ad hoc ut recitari possit Officium de Reliquiis insignibus Sanctorum in Martyrologio Romano descriptorum, requiritur, quod sint ab Ordinariis locorum, seu ab Episcopis approbatæ: existimat Caval. cit. n. 13. ea Decreta intelligenda esse de approbatione, vel positiva, vel tacita, quatenus scilicet illas non reprobent, sed easdem in sua possessione relinquent.

An vero, ut recitari possit Officium ratione Reliquiarum, quæ non sit insignis, nisi solum eo quia sit pars, in qua passus fuerit Martyr, requiratur, quod specialiter approbata veniat ab Episcopo? videri potest Caval. in dect. 5. nu. 20., & 21. & in dect. 9. n. 34.

Communior sententia, teste Ca-

val. in cit. d. 5. num. 22. fert, ad cultum Reliquiarum requiri approbationem, non cuiusque Episcopi; sed Diœcesis propriæ, in qua cultui sunt exponendæ. Notat autem ipse Caval. num. 24. ex aliis, opus non esse, quod Episcopus Diœcesis approbet Reliquias jam approbatas, cujusmodi sunt, quæ Roma afferuntur cum Bulla Apostolica; aut aliunde cum testimonio Episcopi loci, a quo in aliam transferuntur, aut earumdem veritatem examinet, cum jam legitime sint completæ; sed sat esse, quod examinet, an Instrumentum, & Bulla sint in forma probante? an sigillum capsulae, in qua collocatae fuerunt, sit conforme vero sigillo? & an eæ sint illæ, quæ testimonio Summi Pontificis, vel Episcopi legitime approbatæ fuerunt? Ad quam recognitio nem faciendam, tunc non tenetur, formam traditam a Tridentino Sess. 25. & quam explicat Caval. n. 23. servare, sed potest simpliciter eos titulos recognoscere, & examinare.

Denique de Reliquiis insignibus Sanctorum in Martyrologio Romano descriptorum recitari potest Officium, dummodo constet de identitate Corporis, seu Reliquie insignis illius Sancti, qui reperitur in Martyrologio Romano descriptus: quemadmodum legimus in Decreto generali anni 1691. superius recensito, & declaratum etiam fuerat in alio Decreto 3. Junii 1662. apud Caval. d. 9. Ad prædictum effectum sufficit, quod de præfata identitate constet per approbationem Episcopalem. Caval. in d. 9. nu. 6. Constat autem debet per probationes concludentes morali saltem certitudine; ut est communis Doctorum; vid. Caval. loc. cit. a n. 3.

a. n. 3. ad 6. Argumenta , quibus Autores docent , posse probari identitatem Reliquiarum , videri possunt apud eundem Caval. in cit. d. 9. a num. 7.

Postquam vero Episcopus declaraverit , constare de identitate praedita , non opus est ejusdem Episcopi facultate , ad recitandum Officium ratione insignis reliquiae ; vid. Caval. in cit. d. 9. a num. 29. Et quidem recitari posse videtur , ait Caval. nu. 26. quamvis non plane constet de identitate Reliquiarum : dummodo ita constet , ut permitti possit , quod publice exponantur venerationi . Rursus si de Reliquiarum identitate constet , etsi postea ita mixtae sint incertis , ut nequeant discerni ; nihilominus Officium posse recitari , sustinet Gobat cum Brunon. aliisque , quibus non contradicit Caval. n. 27. Qui nu. 28 , eum eodem Gobat , idem dicendum esse , docet , de Reliquia , quam aliqui dicant , esse e. g. caput Sancti Bartholomaei , aliis afferentibus , caput ejusdem alibi conservari : dummodo Episcopus approbaverit .

73 Deinde *De Sancto* , cuius insignis Reliquia habetur , fieri potest Officium duplex minus in ejus Feste . S. R. C. 23. Novembr. 1602. in Vicentina , apud Caval. d. 1. Nisi in Breviario habeat ritum elevatorem , vel eo , ex speciali Indulto , aut consuetudine legitima , celebretur , ex qua etiam sub inferiori ritu alicubi de Reliquiis recitetur . Vid. Caval. n. 22. & 23. & dicta 19. Junii nu. 2. Fieri potest Officium : & debet , est enim de pracepto . Caval. in d. 1. n. 14. recole dicta nu. 5. , unde si occurrat impedimentum in ejus Easte , est transferendum , seu alia die

celebrandum : ita ut , si impedimentum sit accidentale , & uno dumtaxat , vel altero accidat anno , prima die secundum Rubricas non impedita , sit resumendum ; si vero impedimentum sit perpetuum , in alteram fixam , & statam diem sit immutandum . Caval. in d. 8. n. 8.

In ejus Feste est Officium recitandum , ut in nuper allegato Decreto dicitur , hoc est , in ipsa die sui Martyrii : ut exprimitur in alio Decreto 3. Junii anni 1662. apud Cavaler. d. 9. Si nimurum sit Martyr Sanctus , de quo recitandum est Officium ob insignem Reliquiam . Similiter autem si sit Confessor , aut Sancta non Martyr , recitandum est Officium in die natali ipsius , seu transitus ejusdem ad Gloriam . Caval. in d. 1. nu. 16. Si tamen de eo , seu de ea recitetur in Breviario ; eadem die , qua ibi reponitur , de eodem , seu de eadem est Officium recitandum . Caval. num. 18. Nec licebit dupli die , de eodem Sancto recitare : una videlicet die , eo quod de eo recitetur in Breviario ; altera vero , eo quod insignis ejusdem Reliquia conservetur ; sed unica recitatio de eodem Sancto pro omnibus ejusdem titulis sufficiet . Caval. num. 22. Quemadmodum & plures ejusdem Sancti insignes Reliquiae unico sunt Officio celebrandæ . Caval. n. 26.

Si autem Sanctus in Breviario non apponatur , nec ejusdem diei Natalis scientia particularis habeatur : de eo recitetur die , qua in Martyrologio Romano describitur . Caval. n. 20. Quod si nec in Martyrologio Romano regenfeatur : ut ex speciali Indulto , aut legitima consuetudine fieri posse , infra notabi-

tabimus ; vel etsi traditione habeatur , quod sit unius ex recensitatis in praedicto Martirologio , sed cum plures diversis diebus ejusdem nominis Sandi , & ejusdem qualitatis recenseantur in eo , sciri non possit , quibusnam eorum spectet talis insignis Reliquia : tunc de ea recitandum est die ab Episcopo designanda , qui tamen non potest designare Dominicam : ut declaravit S. C. in Decreto hujus tenoris : *Episcopus non potest statuere diem Dominicam ad celebrandum Festum aliquius Sancti Martyris , de quo assertatur Reliquia insignis in aliqua Ecclesia .* S. R. C. 23. Junii 1662. in un. dubior. apud Caval. d. 8. Quænam vero dies statui congrue posset ? explicat Caval. ibi , qui videri potest n. 15. Idipsum posset Praelatus Regularis respectu suæ Ecclesiae Regularis . Caval. n. 6. videri possunt dicenda in Appendice ad calcem Diarii c. 1. §. 2. n. 19.

34 Denique ob insignem Reliquiam Officium est recitandum tantummodo in ea Ecclesia , ubi eadem assertetur ; ut monent sequentia Decreta : *De reliqua insigni Officium est solum recitandum in Ecclesia , ubi assertatur , nec aliae Ecclesiae debent se uniformare cum Cathedrali , seu Matrice .* S. R. C. 12. Maii 1618. in Concl. & rursus : *Celebrari non potest per totam Civitatem , vel Diaconem , etiam de cuiuscumque Ordinarii auctoritate , Festum cum Officio , eo quod in loco adsit aliqua Reliquia , sed tantum , ubi assertetur Corpus , aut insignis Reliquia , & non alibi .* S. R. C. 8. April. 1628. apud Caval. d. 3. & 4. Hoc secundum confirmatum fuit 10. Januar. an. 1693. in una Galliar. apud Merat. ind.

decr. Miss. n. 502. Concilium Moguntinum Provinciale sub Carol. c. 36. sic statuerat : *Et illas Festivitates Martyrum , vel Confessorum observare decrevimus , quorum in unaquaque Parochia sancta corpora requiecent .* In Decreto allegato Sacrae Congregationis Rituum non declaratur , celebrari minime posse. Festum , sed Festum cum Officio per totam Civitatem &c. hoc est ; declaratur , non posse recitari Officium ita ; ut satisfiat præcepto per totam Civitatem &c. , eo quod in loco adsit reliquia insignis , sed tantum ubi assertatur reliquia hujusmodi , etiam si solemnitas , & Festum per totam Civitatem &c. Caval. in cit. d. 4. n. 3. Recitandum est itaque de Reliquia in Ecclesia solum ubi assertatur ; hoc est , solis illis licet recitare de ea , qui sunt de Clero , seu de Gremio illius Ecclesiae , vid. Caval. in cit. d. 3. nu. 7. unde si Ecclesia Clerum non habet additum sibi , non est qui de Reliquiis in eadem assertatis valeat recitare . Caval. n. 9.

De Reliquiis , quæ per notabile tempus in aliqua Ecclesia , ut quoddam depositum , commodatum , vel pignus assertentur , etsi ad eam nequam attineant , Officium duplex apte institui posse ; secus vero si per admodum breve tempus : docet Caval. n. 13. eo quod Decretum solam assertationem , & custodiā in Ecclesia exigat Reliquiarum , ad hoc ut de illis Officium liceat recitare . Censetur vero Reliquia assertari in Ecclesia , etsi in Sacristia , vel aliquo Monasterii proprii loco , si Reliquia apud Regulares sit , custodiatur . Caval. n. 10.

Quoad Ecclesiæ unitas , an Cle-

TUS ,

rus, & Rector unius possit de alterius Reliquiis recitare? Dicendum est: posse, si ex duabus Ecclesiis evaserit unica, vel una alteri accessorie subjiciatur; secus vero si unio consistat solum in eo, quod unus sit utriusque Ecclesiae Episcopus, Rector &c. cæterum utraque in suo statu maneat, suis videlicet unaquaque respective regatur legibus, subjaceat oneribus, fruatur honoribus, gaudeat privilegiis: ut dues Cathedrales sub uno Episcopo; vid. Caval. n. 16. & 17.

15 Hactenus autem dicta veniunt limitanda, ubi in contrarium speciale aliquod foret indulatum, vel consuetudo legitima; videatur Caval. in d. I. n. 13. & in d. 4. a n. 5. & in d. 10. n. 2. Attamen *Consuetudo triginta annorum non babet vim ad hoc, ut continuari possit recitatio Officii de aliquo Sancto in Ecclesia, in qua afferatur ejus corpus, nisi docetur, an sit descriptus in Martyrologio, & de ejus identitate constet.* S. C. R. 5. Julii 1698. in Collen. apud Cavaler. d. 11. Etsi autem non sit valida consuetudo triginta annorum ad sustinendum Officium ratione Reliquiæ de Sancto, qui descriptus non sit in Martyrologio Romano, nec describi possit in eo secundum dicta, & explicita superius n. 8. bene vero esse posse, docet Caval. in d. 12. ex quodam decreto S. C. R. consuetudinem immemorabilem, quæ sicilicet fuerit ad minus introducta ante Bullam S. Piï V. editam anno 1568. inhibentem additionem, vel mutationem in iis, quæ ad divinum pertinent Officium; vide ipsum Caval. in d. 4. n. 9. & in d. 11. n. 5. Verum apud eundem Caval. to. 2. par. 2. in append. ad c. 44. de-

scribitur tertio loco Decretum huiusmodi: *Consuetudo antiqua, & immemorabilis dicendi Officium de aliqua Sancto, sufficit ad rite continuandum, ut illud recitetur, dummodo immemorabile respiciat Festum in Martyrologio Romano descriptum; sed minus negative.* S. R. C. 7. Maji 1746. in *Versavien.* Quod autem Decretum fortasse non procedit de Sanctis, qui ab immemorabili colantur Officio ratione Reliquiæ. Decreto præfato conforme Decretum pro S. Onuphrio dedimus 12. Junii artic. 1. num. 2.

ARTICULUS II.

De Missa.

16 IN Festo S. Hilarionis Abb. simpl. à Missa: *Os justi.* de communi Abbat. & fit Commemoratio S. S. V. V. & M. M. Ursulae, & Soc. ut in communi Virg. & Martyrum, addito: *& Sociarum ejus.* Col. param. alb.

Ubi autem dicenda est Missa de S. S. Ursula, & Soc. Col. param. rub. Missa *Loquebar:* ut in comm. Virg. & Martyr. 1. loco. Epistola sumatur ex Missa: *Vultum tuum.* ut in comm. Virg. tantum 2. loco. Orationes omnes, ut in communi plur. V. V. & M. M. addito *& Sociarum ejus.* Et ubi habeatur insignis Reliquia de S. Ursula, vel Soc. dicatur *Credo,* juxta Rubric. gen. Mfs. tit. 11. Quoad Symbolum item ratione Reliquiæ insignis dicendum in Missa de ea, notantur sequentia.

Si in honorem Sancti, cuius habetur insignis Reliquia, præter Festum primarium, sit institutum Festum

stum aliud secundarium, non nisi in primario dicetur symbolum ratione Reliquiae. Vid. Caval. tom. 5. cap. 12. nu. 54. (alias per error. num. 55.) Quod si Festum primarium celebretur cum Octava, cui tamen non competit Credo, hoc recitato in ipsa die Festi ratione Reliquiae, recitandum esse etiam per Octavam ratione ejusdem Reliquiae, docet Caval. n. 55. (alias per error. nu. 56.)

Qui recitat Officium de Sancto, de quo habet insignem Reliquiam in propria Ecclesia, si celebret eo die in aliqua Ecclesia, debet omittere Credo. S. R. C. 2. Decembr. 1684. in una Canonicor. Regular. Lateranen. apud Caval. to. 5. c. 12. nu. 39. (alias per error. 40.) & confirmatum fuit 10. Januar. 1693. in Decreto mox allegando. Symbolum in Festo Reliquiae insignis dicitur ratione Solemnitatis, quam habet in propria Ecclesia, qua vero cum careat extra, rite ibi prescribitur omittendum; nisi aliunde debeatur Missa talis Sancti.

Clerus, qui habet Indultum recitandi Officia Sanctorum, quorum insignes Reliquiae asservantur in aliqua Ecclesia, que habet Clerum separatum, in Missis non debet dicere Credo. S. R. C. in eadem Canonicor. Regul. apud eundem Caval. 1. cit. Si tamen idem sit Clerus utriusque Ecclesiae, seu Ecclesia, in qua asservatur Reliquia insignis, sit accessorie unita, & subiecta, vel adnexa Ecclesiae, in qua celebratur, aut e contra: tunc in utraque Ecclesia potest celebrari cum Symbolo, quemadmodum in utraque sine speciali Indulto Officium Reliquiae recitatur: secundum dicta art. praecedens, nu. 14. fine: eo quod in

aliis casibus considerantur tamquam una, & eadem Ecclesia. Caval. 1. cit.

Si Officium concessum sit universo Clero Civitatis de aliquo Sancto, cuius insignis Reliquia asservatur in Cathedrali, vel Matrice, seu Parochiali, tunc Missa cum symbolo celebranda est in ipsa Ecclesia tantum; in aliis vero Ecclesiis sine symbolo, ex Rubrica Missalis Romani 11. de symbolo, juxta Decretum 2. Decembr. 1684. in una Canonicor. Regular. Lateranen. S. R. C. 10. Januar. 1693. in una Galliar. apud Caval. 1. cit. nu. 38. (alias per error. 39.) & apud Merat. ind. Decr. Miss. nu. 502. confer ipsum Merat. to. 1. par. 1. tit. 11. num. 10.

In Festo generali Reliquiarum omnium, quae respetive asservantur in Ecclesiis alicuius Ordinis Regularis, aut Dioecesis, quod plures Religiones, aut insignes Ecclesiae constituta die solent excollere: dicitur Symbolum in Missa, & color parament. alb. vid. Caval. to. 1. c. 4. in d. 16. n. 25. & 31. Qui etiam videri poterit, si qua occurrant dubia circa hujusmodi Festum, quod in plerisque Sacris Familias est concessio celebrandi; vide etiam dicenda subbie 30. hujus nu. 3. Si autem alicubi induktum foret Officium de omnibus Reliquiis, quae asservantur in aliqua particulari Ecclesia; puta Regularium; Videatur item Caval. loc. cit. n. 32.

Si de Beato celebrare permisum sit, & habeatur Reliquia insignis ejusdem, debere in Missa symbolum recitari: docet Halden. & ex eo Meratus to. 1. part. 1. tit. 11. nu. 10. fine, quibus adhaeret Caval. n. 63. fine. Animadvergit insuper Meratus

tratus 1. cit. ad hoc , ut possit dici
Credo in illa Ecclesia , ubi Reliquia
 insignis asservatur , opus non esse ,
 quod eadem Reliquia sit exposita ,
 sed sufficere , talem Reliquiam in
 eadem Ecclesia conservari . De Re-
 liquia *non insigni* , cum non licet
 Officium recitari , nec Missa poterit
 legi ; nisi ex concessione speciali ;
 & tunc Missæ ritus erit ad arbitrium
 S. C. R. Refert autem Meratus to.
 2. Sect. 3. c. 3. n. 4. Sacram Congre-
 gationem concessisse Parocho Al-
 begni Bergomensis Dicēsis , ut pos-
 set celebrari Missa sub ritu duplici
 sine *Credo* in sua Ecclesia pro San-
 to in Martyrologio Romano de-
 scripto , cuius Reliquia *non insignis*
 asservatur in eadem Ecclesia .

39 Denique quoad Sanctorum Reli-
 quiās juvat notare sequentia : *Quan-*
do exponuntur sacrae Reliquiae , ul-
tra lampadem debent continuo super
altare ardere duo saltē lumina ; ali-
as non exponantur . S. R. C. 22.
Januar. 1701. in una Camaldulen-
sium Montis Coronæ apud Caval.
to. 1. c. 4. d. 15. Qui ibi nu. 19.
existimat : tempore , quo fôres Ec-
clesiæ manent præclusæ , necesse non
esse , quod omnia præfata lumina
ardeant : quia tunc rigorose loquen-
do , Reliquiae dici minime possunt
expositæ , publicæ nimirum venera-
tioni , sed quasi in custodia asser-
vatae ; cæterum cum extra proprium
locum revera sint collocatae , & ita
quidem , ut honorificantur , monet ,
eo adhuc tempore absque uno sal-
tem lumen deferendas minime esse ;
addi posset , ad majorem decentiam
tunc temporis esse velandas , seu
pretioso aliquo linteamine operien-
das . Dicit etiam idem Cavaler. n.
10. lampadem ex prædicto Decreto

TOM. III.

non videri exigi rigorose , sed so-
 lum ut quid laudabilius , & ad ma-
 jorem ornatum , atque adeo satis
 esse duo lumina , quæ n. 12. docet ,
 esse ex qualibet materia posse , iux-
 ta ex cera , quod decentius esset , sive
 ex oleo , ut passim consuevit , sive
 ex sevo , quod ultimum tamen ex-
 tra casum necessitatis vel impoten-
 tiæ , fieri minus decens esse videtur .

Si Sacerdos Missam celebraturus , 28
 vel a celebratione rediens , transeat
 ante Reliquiam insignem , aut sole-
 mniter expositam , aut si fiat de
 ea in illa die Officium , vel Fe-
 stum , aut apud populum in magno
 habeatur honore , faciat Reliquiæ re-
 verentiam profundam , hoc est , in-
 clinatione capitis & medii corporis ;
 ita cum Bauldry , & aliis Cavaler.
 to. 5. c. 7. nu. 29. Qui tamen te-
 statur , Doctores non convenire , an
 in tali inclinatione sit discooperien-
 dum caput ? Ipse cum Bauldry , &
 aliis sequitur sententiam negativam ,
 eo quia Crucis , seu imagini Cruci-
 fixi expositæ tum in Sacraria , tum
 in Altari , atque Eucharistiæ ipsi
 servatæ in Tabernaculo exhibeatur
 quidem proportionata reverentia , sed
 tecto capite : unde a fortiori &c.
 Nisi fuerit in loco consuetudo di-
 scooperiendi caput ad majorem po-
 puli ædificationem .

Si Sanctorum Reliquiæ venerationis
 gratia solemniter expositæ sint in Al-
 tari , in cujus Tabernaculo inclusum
 est SS. Sacramentum ; sufficit , quod
 Sacerdos ad illud accedens , aut ex illo
 recedens , vel ante illud transiens
 cum calice in manibus , unicum ge-
 nu flecat , absque eo quod aliam
 exhibeat reverentiam Reliquiis expo-
 sitis ; nisi capitum discooperitio esset
 de legitima consuetudine illo in lo-

R r co

co, quo casus erit. Ita cum aliis Caval. l. cit. & to. 4. c. 7. in d. 4. n. 5. fine. Meratus to. I. part. 2. tit. 2. n. 8. qui etiam cum Gavantonio, & aliis docent: ab eodem Sacerdote nullam habendam esse rationem Reliquiarum, quæ inter candelabra ornamenti causa distribuantur, sed solius Altaris; ita illi. Pro Missa vero solemni adest Rubr. Miss. de rit. cel. tit. 4. n. 5. præscribens incensari reliquias, quæ in Altari fuerint a dextris, idest a parte Evangelii, & quæ a sinistris, hoc est a parte Epistolæ; vide Merat. cit. par. 2. tit. 4. n. 27. Porro etsi in veteribus Ordinibus Romanis, & a Scriptoribus Ecclesiasticis usque ad saeculum XV. pars sinistra Altaris nuncupetur dextera, relate ad manum dexteram Sacerdotis ad Altare conversi, & eorum, qui ad Ecclesiam veniebant ingredientes; & e converso pars dextera Altaris nuncupetur sinistra: (Confer Meratum cit. tit. 4. num. 4.) nunc autem dextera, & sinistra Altaris pars defumitur relate ad dexteram, & sinistram Crucifixi expositi in medio ejusdem Altaris. Hinc sequitur, quod sinistra Altaris pars sit in qua Epistola; dextera vero in qua Evangelium recitatur: ut in Pontificali Romæ edito ann. 1485. Ita cum Le Brun Cavaler. tom. 5. c. 7. fine. Reliquæ in Altari expositæ incensantur a Sacerdote stante, non autem genuflexo. Vid. Caval. to. 4. c. 17. in d. 6. n. 1.

An Reliquæ possint in Processione deferri sub baldachino? vid. Caval. l. cit. in d. 9. n. 1. & 2. An item manibus opertis velo a Sacerdotis humeris pendente? vid. eundem loc. cit. in d. 13.

Reliquæ exponuntur in paramentis coloris albi, vel rubei, prout Sancti, quorum sunt reliquiae, exposcent juxta Rit. Rom. nimirum Martyrum in param. col. rub. Confessorum col. albi: si autem expositio, seu Processio fiat immediate post Missam poterit retineri col. Paramentorum Missæ ex Caval. comment. in d. 14. nu. 1. Secus vero fiet congruentius, si Missa sequatur. Idem n. 2. vid. dicta 3. Maij art. 4. num. 9.

Jus deferendi SS. Sacramentum, &c.
Reliquias in Processionibus spectat ad hebdomadarium Missarum solemnium peragendarum post processionem, vel ad illum, qui immediate ante Processionem eadem peregerit, private quoad reliquos, etiam Dignitates, & Seniores Canonicos; tam absente, quam nocte Episcopo predicta missa obire. S. R. C. 26. Januar. 1658. in Cajetan. apud Caval. d. 14.

Potest Episcopus concedere, etiam contradicente Parocho, licentiam Regularibus in die festivitatis alicujus Sancti, præcipue Fundatoris, faciendi Processionem cum Reliquia ejusdem Sancti, & cum Confraternitatibus ecclesiasticis intus Conventum, & extra Claustra dicti Conventus, & intra limites Parochie dictorum Regularium. S. R. C. 13. Junii 1676. in Nuscana, apud Merat. ind. Decr. Mis. n. 726.

In Processionibus, in quibus deferuntur Reliquiae Sanctorum, Ecclesiastici, qui eas deferunt, & Seculares, qui comitantur, incedere debent capite detecto; alii vero Clerici, qui Processionem integrant, possunt incedere capite cooperito, ex Decret. S. C. R. 2. Septembr. 1690. in Cajetana, apud Caval. d. 1. Capite cooperito Birreto nimirum Sacer-

Sacerdotali ; videantur dicenda in Appendix ad calcem Diarii c. 8. art. 2. n. 12. *Episcopus in publicis Processionibus cum Cappa, & birreto, non inter Dignitates, sed solus incedere debet. Quod si deferatur aliqua Imago, seu Reliquia, ipse cum Cappa, & birreto debet incedere post Imaginem, seu Reliquiam, nisi ad sit consuetudo in contrarium.* S. R. C. 28. Octobr. 1628. in una Ord. Min. de Observant. apud Caval. d. 3.

24 Quando solemniter transferuntur Reliquiae Sanctorum, inserenda sunt in Litaniis, dum in Processione cantantur, Nomina Sanctorum, quorum Reliquiae transferuntur, secus vero in aliis processionibus, etiam si deferantur Sanctorum Reliquiae; vide dicta 25. April. n. 19.

25 Potest permitti, quod *Hebdomadariorius, aut alius Canonicus post Proces- sionem in Feste alicuius Sancti, stans ad Altare majus benedicat populum, habens tantum superpelliceum, & sto-*

lam, scut in aliis Processionibus, in quibus circumferuntur aliquæ Reliquiae cum alba, stola, & pluviali. S. R. C. 5. Julii 1698. in Collen. apud Caval. d. 8. vide 5. Febr. art. 2. n. 6. Permittitur, quod post Proces- sionem, in qua non deferuntur Re- liquiae, Sacerdos stans ad Altare majus manu populum benedicat, habens tamen tantum superpelliceum, & stolam. Quod si in Progressio- ne circumferatur Reliquiae, tunc non manu, sed cum Reliquia be- nedicere permittitur in alba, stola, & pluviali, in quibus eamdem Re- liquiam per Procesionem detulit. Porro quod liecat benedicere popu- lum cum Reliquiis Sanctorum, vi- deri potest apud Benedictum XIV. to. 3. Notif. 6. §. 4. quem etiam laudat, ejusque verba describit Ca- val. comment. in d. 7.

Peculiaria, quæ notanda sunt pro reliquia S. Crucis, videantur 3. Maii art. 4.

C A P U T . X X I .

N O T A N D A X X I I I . O C T O B R I S .

ARTICULUS UNICUS.

De Horis Canoniciis.

IN Regnis Hispaniæ & alibi cras si fiet Officium de S. Raphaele Ar- changelo sub ritu dupl. min. In his

ad i. Vesp. orania ut in propr. Si recitatum fuerit in iisdem locis Offi- cium dupl. min. inferioris dignitatis; Vesper. erunt de sequenti prædicto Feste S. Raphaele, & Commemor. præced. vid. dicta 2. hujus art. x. num. 2.

C A P U T X X I I .

N O T A N D A XXIV. OCTOBRIS.

EXPLICANTUR ARTICULIS. II.

Art. I. De Horis Canoniceis.

Art. II. De Missis.

A R T I C U L U S I.

De Horis Canoniceis.

IM Calend. Rom. Offic. Fer. occurr. in Vesp. a cap. de sequ. Festo S. S. M. M. Chrysanthi, & Dariæ simpl. de com. plur. M. M. Or. prop.

zIn Regnis Hispaniæ, & alibi hodie fit Officium de S. Raphaële Archangelo dupl. min. omnia ut in propr. *Ubi celebratur Festum S. S. Gabrielis, vel Raphaelis Archangeli; ad Octavam benedictionem dicatur: Cujus Festum colimus; non vero: Quorum Festum colimus.* S. R. C. 13. *Septembr. 1692. in Hispalen: apud Caval. to. 2. c. 34. d. 7.* Porro in Officio S. Raphaelis, tantummodo ejus, & non simul aliorum Angelorum imploratur auxilium; similiter & in Officio S. Gabrielis, ut ex Collectis aperte eruitur; secus est in Festis S. Michaelis Archangeli; ut suo loco notavimus.

Si forte alicubi in Laudibus occurrat fieri Commemoratio de die infra Oct. S. S. Angelorum Castorum, pro hujusmodi Commemoratione sumatur *V.* & *R.* primi No-

turni Officij eorumdem S. S. Angelorum: hoc est *V. Stetit Angelus. R. Habens thuribulum.*

Secundæ Vesp. de eodem Festo, & fit Commemoratio sequentis Festi simplicis, hoc est S. S. M. M. Chrysanthi, & Dariæ, de communione M. M. Orat. propr. Si sequatur Festum dupli min. inferioris dignitatis, in iisdem locis de sequenti prædicto dupl. fiet sola Commemoratio. vid. dicta 2. hujus art. 1. n. 2. Ubique autem sequenti die contingat fieri de die Octava S. S. Angelorum Custodum, ibi in 2. Vesp. S. Raphaelis fiet a capitulo de sequenti; vide iterum dicta 2. hujus 1. cit.

A R T I C U L U S I I.

De Missis.

In Regnis Hispaniæ, & alibi in Fe-
sto S. Raphaelis Archangeli dupl.
min. Missa propria. *Credo. Rubri-
gen. Miss. tit. 11. Ad nomen Ra-
phaelis inclinetur caput in Epistola,
Graduali, & ubi alias recitetur, ex
rubr. Miss. de rit. celebr. tit. 5. n.
2. vid. dicta 18. Januar. art. 2. n.
7. Color Parament. alb. vid. dicta.
29. Septembr. art. 3. n. 6.*

C A

C A P U T X X I I .

N O T A N D A X X V . O C T O B R I S .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I .

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canoniciis.

¶ T N Calend. Roman. S. S. M. M.
A Chrysanthi, & Dariæ simpl. No-
tetur. Fer. lect 1. de Script. 2. &
3. lect. & Orat. propr. reliqua de
comm. M. M. In Vesp. de Fer. a
cap. de sequ. Festo simpl. S. Eva-
risti P. & M. de commun. un. M.

Or. *Infirmitatem*, ut ibi pro Mart.
Pontifice 1. loc.

A R T I C U L U S I I .

De Missa.

¶ T N Festo S. S. M. M. Chrysanthi,
& Dariæ simpl. Missa propria 2.
Or. *A cunctis.* 3. ad libit. Col. pa-
ram. rub.

C A P U T X X I V .

N O T A N D A X X V I . O C T O B R I S .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I .

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canoniciis.

¶ T N Calend. Rom. S. Evaristi P. &
A Mart. simpl. Noct. Fer. 1. & 2.
lect. de Script. occur. 3. lect. prop.
Reliqua de comm. un. M. Or. *In-*
firmatatem; ut ibi pro Mart. Pont.
1. loco. Vesp. de Fer.

Si lectiones Dominicæ quintæ O-
ctobris, & Fer. secundæ, & tertie

ejusdem hebdomadæ in dictis suis
Feriis legi non possint, ponantur in
frequentibus feriis ejusdem hebdoma-
dæ juxta ordinem historiæ, & Mar-
tyrii Machabœorum. Rubr. Brevi in
Fer. V. hebdomad. IV. Octobr. Vide
dicta I. part. hujus mens. Sect. 3.
nu. 4. Responsoria tamen erunt de
Fer. occur. si Officium fiat de Fer.

Si autem October quatuor tan-
tum Dominicæ habuerit, tunc in
Feria quinta post Dominicam quar-
tam,

tam, & in Feria sexta sequenti, & Sabbato legantur lectiones Dominiæ quintæ Octobris, & Feriæ secundæ, & tertiaæ ejusdem hebdomadæ; qui dies si fuerint impediti, eo anno omittantur illæ lectiones, quæ his diebus legi non possunt. *Rubr. l. cit.* Vide rursus dicta 1. par. hujus mens. l. cit.

ARTICULUS II.

De Missa.

TN Festo S. Evaristi P. & Mart. **3**
A & Simpl. Missa: *Statuit*; ut in com.
unius Mart. Pontif. 1. loc. 2. Or. *A*
Cunctis. 3. ad libit. col. param. rub.

C A P U T X X V.

N O T A N D A XXVII. OCTOBRIS.

EXPLICANTUR ARTICULIS III.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De Jejunio.*

ARTICULUS I.

De Horis Canoniciis.

TN Calend. Roman. de Vigil. SS. Apostol. Simonis, & Judæ simpl. tres lectiones leguntur de Homilia S. Augustini in Evangel. *Ego sum vitis vera*, ut in commun. M. M. temp. paschal. 1. loc. Responsoria vero ut in Fer. occurri. Or. propr. dicuntur preces feriales flexis genibus. Vesp. de sequ. Festo prædicto. Apostolor. dupl. 2. cl. de commun. Apost. Or. propr.

2 Officia semel in mense, vel hebdomadæ recitari concessa, prohibentur in Vigil. sive cum jejunio, sive sine jejunio, ex Decr. S. R. C. vid. dicta lib. 2. par. 1. c. 2. n. 3.

ARTICULUS II.

De Missa.

TN Vigil. S. S. Apostol. Simonis, **3**
A & Judæ simpl. Missa ut in propr. col. parament. violac.

In Miss. de Vigilia S. S. Apost. Simonis, & Judæ, vel si fiat de ea Commemoratio, inclinetur caput in Canone, in Oratione Communi-cantes, ad nomina *Simonis*, *& Tad-dæi*, scilicet *Judæ Taddæi*, & ubi al-lias nominentur, ex rubr. Miss. de rit. celebr. tit. 5. nu. 2. vid. dicta 18. Januar. art. 2. n. 7. & dicen-da 20. Decembr. n. 5.

In Ecclesiis Cathedralibus, & Col-legiatis occurrente Festo duplici, aut semiduplici, aut Octava in Vi-giliis, dicuntur duæ Missæ Conven-tuakes, pro quibus videri debent di-tenda tr. 2. lib. 4. par. 1. c. 4. de Miss.

Miss. qu. 1. & duab. sequentib. &
videti etiam possunt dicta lib. 1. c.
2. de celebr. Miss. quotid. qu. 6. &
sequentib. interrogat. Nomine Octa-
væ intelligitur hic solum ipsa dies
Octava, non item qualibet dies in-
fra Octav. Vid. dicta 27. Junii art.
2. num. 6.

ARTICULUS III.

De Jejunio.

TN Vigil. S. S. Apostol. Simonis, &
Iudæ est jejunium ex gravi
præcepto obligante universaliter. Vi-
de dicta 23. Febr. art. 3. Sect. 1.

C A P U T X X V I .

N O T A N D A X X V I I . O C T O B R I S .

EXPLICANTUR ARTICULIS III.

Art. I. *De Observantia Festi S. S. Apost. Simonis, & Iudæ.*

Art. II. *De Horis Canonicas.*

Art. III. *De Missa.*

ARTICULUS I.

*De Observantia Festi S. S. Apostolorum,
Simonis, & Iudæ.*

1 **FESTUM S. S. Apostolorum Simo-**
nis, & Iudæ Taddæi ex præ-
cepto universali. Constat ex Const.
Urbani VIII. incip. Universa, quam
allegavimus die 1. Januar. n. 1. in
ea describuntur singula Festa uni-
versaliter in foro servanda ex obli-
gatione gravi, inter quæ ponitur
Festum S. S. Apost. Simonis, &
Iudæ; vid. etiam dicta 24. Febr.
num. 1. & 2.

ARTICULUS II.

De Horis Canonicas.

2 **TN Calend. Rom. S. S. Apost. Si-**
monis, & Iudæ dupl. 2. cl. Rub.

gen. Brev. tit. 9. nu. 6. & in duab.
tabell. excerpt. ex rubr. gener. Brev;
Lectiones 1. & 3. Noct. & prima
lect. 2. Nocturni & Or. propr. 2. &
3. lect. secundi Noct. de commun.
Apostol.

Si contingat S. Simonem Apost. 3
dividi a S. Juda Taddæo, puta,
quia alter tantum sit Titularis Ec-
clesiæ: notentur sequentia ex Ga-
vanto in Rubr. Brev. Sect. 7. c. 12.
ad hanc diem: Si contingat eos (S.
Simonem, & Judam) dividi, quia
alter tantum Titularis est Ecclesiæ...
tunc pro Sancto Simone legatur in 1.
Noct. de comm. Apost. reservata le-
ctione Epistolæ Judæ eidem, qui est e-
iusdem Auctor . . . At quia lectio
quarta non potest dividi, ea legatur
in Feste Titularis, & iterum in Offi-
cio alterius translati, sicuti etiam E-
vangelium cum Homilia. Lectiones
quinta, & sexta variari possunt ut in
com.

communi Apostolorum. Pro varianda Oratione sumi potest Oratio Vigilie in numero singulari, & mutatis verbis prævenimus in celebramus; & præveniat in imploret. Sed in his casibus consule Sacram Congregationem, ut aliquid proprium concedat. Hæc Gavantus.

In casu etiam dictæ separationis amnino videnda sunt, ac notanda, quæ dicemus in Appendice ad calcem Diarii c. 7. de S. S. Patronis art. 5. qu. 5. a. n. 29. & dicta die 1. Maii art. 2. qu. 4. & sequentibus.

ARTICULUS III.

De Missa..

TN Festo S. S. Apostol. Simonis, & Judæ dñpl. 2. cl. Missa prop. Credo. Rubr. gen. Miss. tit. 11. Præf. Apost. In Canone in Oratione Communicantes inclinetur caput ad nomina Simonis, & Taddæi, scilicet Judæ Taddæi, & ubi alias nominentur ex rubr. Miss. de ritu celebr. tit. 5. n. 2. vidè dicta 18. Januar. art. 2. nu. 7. Color. param. rubr. Rubr. gen. Miss. tit. 18. n. 3.

C A P U T X X V I I .

N Q T A N D A XXIX. O C T O B R I S.

ARTICULUS UNICUS.

De Horis Canoniciis.

Si hodie sit Feria V. post Domin. IV. & simul ultimam Octobris in hac Fer. 5. & in sequ. Fer. VI. legantur lectiones de Scriptura Dominicæ V. Octobris, & Feriæ secundæ ejusdem hebdomadæ V. Nimirum in hac Fer. V. lectiones Dominicæ V. Octobr. deinde in Fer. VI. lectiones Fer. II. post Dom. V. Octobr. Vid. dicta 1. part. hujus mens. Sect. 3. nu. 4. Responsoria tamen erunt de Fer. currenti, si Oficium fit de Feria.

2 Si vero hæc Feria V. fuerit impedita Festo habente lect. 1. Noct. propr. tum lectiones Dominicæ V. Octobr. omittantur eo anno, & in

Fer. 6. sequ. ponantur lect. Fer. 2. post Dom. V. Octobr. Vid. rursus dicta 1. par. hujus mensis 1. cit.

Quod si prædictæ duæ Feriæ quinta, & sexta ambæ essent impeditæ, eo quod haberent in 1. noctur. lectiones proprias; in hoc casu omittantur prædictæ lectiones de Dom. V. Octobr. & Feria II. post prædictam Dominicam. Rubr. Brev. in Fer. V. post Dom. IV. Octobr. quemadmodum omittuntur illæ de Fer. III. & non dicuntur in Sabbato sequenti in dicta occurrentia, quia est impeditum lectionibus de Vigilia omnium Sanctorum; supposito quod fiat de Vigilia; secus autem si fiat de Festo 9. lectionum, habente lect. 1. noctur. de Script. occurrit.

Si hodie sit Feria VI. post Domin. IV. & simul ultimam Octobris,

bris, legantur lectiones Feriæ II. post Dominicam V. Octobris.; vid. dicta 1. par. hujus mensis Sect. 3. n. 4. Responsoria vero erunt de Feria currenti, si Officium fiat de Feria.

4 Si hodie sit Sabbatum post Dominicam IV. & simul ultimam Octobris, legantur lectiones feriæ III. post Dom. V. Octob. Vide dicta 1. parte hujus mensis Sect. 3. nu. 4. Itaque si fiat de S. Maria in Sabbatho, 1. & 2. lect. de Script. Feriæ III. prædictæ: si autem fiat de Festo novem lect. non habente lectiones 1. Noct. proprias, legantur omnes tres lectiones Feriæ prædictæ.

5 Si heri fuit Dominica V. Octob. quoniam non potuerunt legi lectiones de Script. assignatæ prædictæ Dominicæ V. illæ legendæ sunt hodie. Licet initia tantum librorum missa in Dominicis (in quibus feriæ libri Scripturæ inchoantur:) debeant legi in sequenti die similiter non impedita, juxta Rubr. gener. Brev. tit. 26. num. 6. & Dom. V. Octob. non habeat initium, sed sequatur in ea legi de lib. 2. Machab. nihilominus ob specialem rationem legantur hodie lectiones Dominicæ V. Octob. si ipsa occurrit heri. Et si alicubi etiam hodie habeantur in 1. Noctur. lectiones propriæ, in hoc casu lectiones prædictæ Dominicæ V. Octob. legantur in alia Feria hujus hebd. V. Octob. quæ prima occurret non similiter impedita. Vide dicta 1. parte hujus mensis Sect. 3. nu. 4. Responsoria vero erunt de Feria occurrente, si Officium fiat de Feria.

6 Rursus licet lectiones de Script. quæ non sint initium alicujus libri, missæ in aliqua Feria, puta, in TOM. III.

Feria II. non elegantur in alia Feria, puta, in Feria III. sed omittantur, juxta Rubr. gen. Brev. tit. 26. n. 6. nihilominus Lectiones assignatae Feriæ II. & III. post Dom. V. Octob. si non potuerint legi in prædictis Feriis, legantur sequentibus diebus, qui primam occurrent in eadem hebdomada non similiter impediti, secundum ordinem historiæ, & Martirii Machabæorum, quod in ipsis describitur. Rubr. Br. ante lect. Fer. V. post Dom. IV. Octobr. Ita ut prima die non impedita legantur lectiones Dominicæ V. Octobr. secunda die non impedita illæ de Feria II. post Dom. V. Octobr. tertia die non impedita illæ de Feria III. post Dom. prædictam: quando October habuerit hebdomadas V. Quando autem October IV. tantum hebdomadas habuerit: quomodo lectiones prædictæ sint reponendæ significavimus supra ex dictis 1. parte hujus mensis Sect. 3. n. 4. Responsoria vero erunt de Feria occur. si Officium fiat de Fer.

Itaque si hodie fuerit Fer. III. post Dom. V. Octobr. legantur lectiones de Scriptura Fer. II. post Dom. V. Octobr. vel ipsius Dominicæ V. Octobris, si in illa Dominicæ non potuerint legi lectiones assignatae eidem Dominicæ V. Responsoria vero erunt de Fer. occur. si Officium fiat de Fer.

Si hodie fuerit Feria IV. post Dom. V. Octobr. legantur lectiones de Script. Fer. II. post prædictam Dom. V. Octobris, quæ non potuerunt legi 27. hujus, eo quod impedita fuerit illa Feria lectionibus de Vigilia; nec 28. quia etiam impedita fuit dies illa Festo S. S. Apostolorum Simonis, & Judæ. Respon-

S f pon-

- ponsoria vero erunt de Fer. occur. si Officium fiat de Feria .
- 9 Si autem detur casus , quod aliquæ hujusmodi lectiones e. g. illæ de Feria III. aut omnes omnino legi non potuerint , eo anno omittantur , ut dicitur in Rubr. Brev. supradicta . Rationem vero , unde fere non omittantur prædictæ lectiones , & eis aliæ cedant de Scriptur. occur. assignavimus i. part. hujus mensis l. cit.
- 10 Pro iis , quos respiciunt , afferimus hic quasdam declarationes S. C. R. & primo *Ad removenda aliqua dubia , quæstum fuit : sub quo Ritu in Hispania Regnis (excepta Civitate Gerundæ) sit celebrandum Officium Sancti Narcissi ; & sub quo Ritu censeri debeat Indultum Officium per extensionem in ceteris castib' , quando a Sac. Congr. non exprimatur ?* Examinatis Decrotis , responsum fuit Officium S. Narcissi recitandum esse in Civitate , & Diocesis Gerundæ die 29.
- Octobris sub ritu dupl. prime cl. cum Octava ; die vero 18. Martii de eo fiat Commemoratio tantum , sicut quadragesimali tempore sit de simplicibus . In ceteris Regnis autem Hispaniarum recitandam esse sub ritu dupli minori dicta die 29. Octobris . S. R. C. 3. Augusti 1697. in Hispalen. apud Caval. tom. 2. par. 2. c. 43. d. 14. quod inseruit Decret. 13. num. 2.
- In 2. Vesp. S. Emiliani Abbatis ^{II} (quod est dupl. majus apud Benedictinos) quæ coincidens cum primis Vesperris de Feflo ornatum Sanctorum Monachorum ejusdem Ordinis , est facienda Commemoratio de S. Emiliano , si ritus id permittat : nulla habita ratione , quod sit etiam ipse unus ex iisdem Sanctis Monachis , quorum Festum celebrari incipit in dictis Vesperris . S. R. C. 23. Junii 1736. in Emissione apud Caval. to. 2. c. 32. d. 3. vide dicenda die sequenti num. 3. & die 31. hujus art. i. n. 5.

C A P U T X X V I I I .

N O T A N D A XXX. O C T O B R I S .

ARTICULUS UNICUS.

De Horis Canonis , & Missæ .

I Si hodie fuerit Feria III. post Dom. V. Octobr. legantur lectiones de Scriptur. Feriæ II. post Domin. V. Octobr. vel ipsius Dominicæ V. si illæ heri non potuerint legi . Responsoria vero de Feria currenti , si Officium fiat de Feria .

Si hodie fuerit Feria IV. post ² Dom. V. Octobr. legantur lectiones de Scriptur. Fer. III. post Dominicam V. Octobris , vel Fer. II. post prædictam Domin. vel lectiones ipsius Dominicæ V. prædictæ , si lectiones non fuerint : juxta ea quæ notavimus præcedenti die , & i. par. hujus mensis Sept. 3. n. 4. Similiter si hodie fuerit Feria V. post Dom. V. Octobris , si nondum lectæ fuerint lectiones Dominicæ V. Octobris ,

bris , vel Feria II. vel III. post Dom. prædictam , ex respondantur in hac Feria juxta ordinem historiæ , si fiat de Feria , vel de Festo habente lect. I. Noct. de Script. occurr. non de communis , seu proprias ; vid. dicta die præced. n. 6. Responsoria vero , si fiat de Feria , erunt de Fer. currenti .

Si autem hodie fuerit Sabbatum post Dominicam IV. & ultimam Octobr. ubi non fiat de Vigilia anticipata omnium Sanctorum , sed de Festo novem lectionum , habente lect. I. Noct. de Script. occurr. legantur lectiones de Script. Feria III. post Dom. V. Octobr. vid. dicta I. par. hujus mensis loc. cit. Quod si hodie fuerit Feria VI. post Domin. IV. & ultimam Octobris , vid. dicta die præced. n. 1. & 2.

3. Festum sacrarum Reliquiarum , quæ asservantur in Ecclesiis Ordinis Benedictini , celebrandum est ab ipsiis Monachis ex præcepto , & quidem die 30. Octobris . S. R. C. 23. Junii 1736. in Einsiedlen , apud Caval. to. I. c. d. 16. Quando Vigilia omnium San-

ctorum erit in Dominica , & consequenter anticipanda est in Sabbatho , quod tunc erit dies 30. Octobris , in qua a Patribus Benedictinis celebratur Festum Sacrarum Reliquiarum totius Ordinis ; tunc a predictis Monachis facienda est Commemoratio tantum de Vigilia omnium Sanctorum . S. R. C. 5. Maji 1736. in Einsiedlen , apud Caval. to. I. c. 4. d. 17. & Merat. ind. Decret. Brev. num. 303. Hoc est ; legi non debet nona lectione de Homilia Vigiliæ , nec in Missa legendum in fine Evangelium Vigiliæ sed consuetum initium S. Joannis ; ne scilicet repetatur idem Evangelium , eademque homilia . Porro homilia in Evangelium : *Descendens Jesus* , quæ legitur in Vigilia omnium Sanctorum , eadem est designata legenda in tertio nocturno Festi prædicti Reliquiarum . Similiter faciendum in quovis simili casu . Caval. I. cit. n. 6. vide dicenda 18. Decembr. num. 4. & 6. Quoad hujusmodi generale Festum Reliquiarum nonnihil notavimus 21. hujus art. 2. n. 18. versus : *In Festa generali .*



C A P U T X X I X .

N O T A N D A X X I . O C T O B R I S .

EXPLICANTUR ARTICULIS III.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*Art. II. *De Missa.*Art. III. *De Jejunio.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canoniciis.

1. IN Calendar. Rom. de Vigilia omnium Sanctorum Rit. simpl. tres Lectiones leguntur de homilia Sancti Ambrosii in Evangel. Descendens Jesus de monte: ut in comm. plur. M. M. 2. loco. Responsoria de Fer. curr.
2. Si alicubi recitetur de Festo novem lect. habente lect. 1. Noct. de Script. occurrit quænam lectiones legendæ sint? vide 1. par. hujus mensis Sect. 3. nu. 4. & die 26. hujus n. 2. & die 29. hujus n. 2.
3. Si occurrat Festum habens Evangelium idem, quod hæc Vigilia, non legitur nona lectio de Vigilia, sed sola fit de ea Commemoratio. Vide dicta die præced. n. 3.
4. In Officio de Vigilia dicuntur preces Feriales flexis genibus. Rubr. Brev. bic. Or. Vigil. Domine Deus: ut in Brev. hod. & sunt suffrag. Si contingat fieri Officium de Festo semiduplici in Vigilia omnium Sanctorum, non obstante Commemoratione Vigiliae, debent in Laudibus fieri Suffragia communia. S. R. C. 21. Junii 1710. in una Cappuccin. Provinc. Lugdunen. apud Caval. tom. 2. cap. 3. d. 7. Profecto Suffragia communia sunt specialia, sive particularia de illis Sanctis, de quibus

fiunt; nec obstat, quod vocantur communia: sic enim dicuntur, non quia sunt communia de Sanctis, sed quatenus locum habent in quolibet Officio, quod duplex non sit, extra Octavam, & nonnulla tempora. Communes igitur Commemorationes prædictæ, cum quoad subiectum particulares sint, & agant de Sanctis particularibus, omittendæ non sunt in Vigilia omnium Sanctorum ratione Commemorationis generalis, seu universalis de omnibus Sanctis; vid. Cavaler. in citat decretu nu. 2. In Ecclesia vero Omnibus Sanctis dedicata non est hodie faciendum particolare eorumdem suffragium; ne Officium, & Commemoratio, aut duplex Commemoratio fiat de omnibus Sanctis. Vide Caval. to. 2. c. 33. in d. 7. n. 4. & dicenda in Appendice ad caleem Diarii c. 7. art. 5. n. 35.

Vesperæ de sequenti Festo omnium Sanctorum dupl. 1. cl. ut in propr.

Si hodie recitatum fuerit Officium alicuius Sancti sub rit. dupl. 2. cl. in Vesper. de sequ. Festo omnium Sanctorum faciendam nihilominus esse Commemorationem præcedentis prædicti Sancti, colligi potest ex decretu S. R. C. 23. Junii 1736. edito pro Benedictinis, quod descripsimus die 29. hujus fine, in quo

quod nimirum declaratum fuit : in
1. Vesp. Festi omnium Sanctorum
Ordinis Benedictini faciendam esse
a Benedictinis Commemorationem
præcedentis Festi S. Æmiliani ejus-
dem Ordinis dupl. maji , siquidem
ritus Festi prædictorum Sanctorum
id permitteret . Festum ergo univer-
sale omnium Sanctorum non respuit
Commemorationem specialem parti-
cularis alicujus ex iisdem Sanctis ,
ubi ritus permittat . Ritus autem 1.
cl. cuiusmodi est Festum omnium
Sanctorum , admittit in 1. Vesper.
Commemorationem præcedentis Fe-
sti dupl. 2. cl. ergo &c. Porro non
sunt omittenda specialia , seu par-
ticularia pro generalibus , & univer-
salibus , ut cum Gavanto observat
Caval. comment. in illud descr. quod
est 3. c. 32. to. 2. & videri potest
idem Caval. eodem to. 2. cap. 33.
Comment. in Decr. 7. Qui rursus
animadvertisit Octavam omnium San-
ctorum in Brev. Rom. non respue-
re Commemorationem specialem parti-
cularium Sanctorum . Et nos etiam
supra declaratum notavimus , non
esse in hac Vigilia omittenda suffragia
Sanctorum communia in Lau-
dibus , quia nimirum sunt Comme-
morationes speciales particularium
Sanctorum .

6. Officia semel in mense , vel heb-
domada recitari concessa , prohiben-
tur in Vigiliis sive cum jejunio , si-
ve absque jejunio ; ex descr. S. C.
vid. dicta l. 2. par. 1. c. 2. num. 3.

A R T I C U L U S II.

De Missa.

7. [¶] In Vigilia Omnium Sanctorum sim-
plex . Coll. param. violac. Missa
propr. 2. Or. de Spiritu S. 3. Ec-

clesiae , vel pro Papa . Rubr. gen.
Miss. tit. 9. num. 9. Cur 2. Orat.
non sit de B. V. ut in Vigiliis San-
ctorum solet ? indicabimus sequenti
die 1. Novembr. num. 13. Interim
animadvertis hic , atque nota-
mus , quod in Missa Si secunda O-
ratio est de Spiritu Sancto , aut de
eo fit mentio , tertia , sive ultima non
debet concludi: Ejusdem Spiritus San-
cti Deus &c. S. R. C. 15. Septembr.
1736. in Toletana , apud Merat. in-
dic. descr. Miss. n. 695. Confer eum-
dem Merat. t. 1. par. 1. tit. 9. n. 14.

In Vigilia omnium Sanctorum , si
occurrat dici Missa de Festo semidupli-
ci , post orationem Vigiliae , tertia ora-
tio erit A cunctis : non vero de Spi-
ritu Sancto . S. R. C. 21. Junii 1710.
in una Cappuccin. Provinc. Lugdun.
apud Caval. to. 2. c. 33. in d. 7.
n. 6. Cum Missa non sit de Vigilie ,
habet locum Oratio de Tem-
pore . Porro Orationes Missæ de
Festo debent esse , quas Festum ex-
poscit , non quas Missa Vigiliae ,
quæ vacat , & in Missa Festi solum
habet Commemorationem ; ut ani-
madvertis Caval. l. cit. Oratio A
cunctis correspondet Suffragiis com-
munibus Sanctorum , & in Missa
de Festo semiduplici a Rubricis præ-
scribitur recitari , quoties illa in Of-
ficio locum habent , tempore ab O-
ctava Epiphaniae ad Purificationem
dum iraxat excepto . Confer dicta 23.
Februar. n. 14.

Si occurrat Festum babens Evan-
gel. idem , quod hæc Vigilia , non
legitur in fine Missæ Evangel. Vi-
giliae , sed consuetum S. Joannis ;
vide dicta die præced. n. 3.

Duæ autem Missæ cantandæ sunt
in hujusmodi casu , una videlicet
de Feria , seu de Vigilia , altera de
Festo .

Festo . Vid. Caval. to. 2. c. 15. in d. 4. n. 13. Zachar. ind. Decr. n. 1027. & dicenda 18. Decembris art. 2. nu. 6. Porro in Ecclesiis Cathedralibus , & Collegiatis occurrente Festo duplici , aut semiduplici , aut Octava in Vigiliis , dicuntur duæ Missæ Conventuales , pro quibus videri debent dicenda tr. 2. l. 4. part. 1. c. de Missa qu. 1. & duab. sequ. & videri etiam possunt dicta lib. 1. c. 2. de celebr. Miss. quot. qu. 6. & sequentib. interrogat. Nomine Octavæ hic intelligitur solum ipsa dies Octava , non item quælibet dies infra Octav. Vid. dicta 27. Jun. art. 2. n. 6.

ARTICULUS III.

De Jejunio .

Non Vigilia Festivitatis communis omnium Sanctorum est jejunium sub gravi obligans universaliter ; de eo enim etsi nihil jure communi expresse fuerit constitutum , generali tamen consuetudine Ecclesie latinaræ , quæ vim legis habet , servandum est ; & ideo Innocentius , Johannes Andreas , & Abbas in Rubrica de observantia jejuniū hunc diem cum reliquis commemorant . Item in hac Vigilia esse gravem obligationem jejunandi docent Angel. V. *Jejunium* n. 7. Sylvester eodem verbo qu. 1. n. 5. Joan. Belethi de Divin. Offic. c. 158. Durand. in Ration. Divin. Offic. lib. 6. c. 7. n. 12. & lib. 7. c. 34. nu. 5. Azor. Institut. moral. par. 1. l. 7. cap. 13. qu. 1. Less. de Just. lib. 4. c. 2. dubit. 9. num. 66. fine. Fagund. in 4. præc. Eccl. l. 1. c. 5. n. 10. Diana edit. coed.

t. 4. tr. 6. R. 38. §. 2. Thom. San- ch. lib. 5. consil. c. 5. dub. 18. n. 1.

Refert Tambur. de præcep. Eccl. 12 tr. 4. de 4. præc. Eccl. c. 11. nu. 23. & Caval. comment. in Decret. S. C. R. to. 2. c. 15. in Decr. 5. n. 18. Ratisbonenses Vigiliam omnium Sanctorum non celebrare hoc ultimo die Octobris , utpote qui sa- cer est S. Wolfgang Patrono Dioce- fano , sed celebrare die antecedenti .

Raynaudus item tom. 15. Heter. spirit. par. 1. Sec. 3. p. 3. nu- mer. 33. postquam docuisset cum aliis , posse Episcopum transferre jejunium , juris etiam communis , inci- dens in Festum peculiare Dioecesis , aut Urbis , vel Parochiæ ob solem- nitatem Festi ; id confirmat exem- plis , inter quæ primum est , quod ea ratione , festa die , quæ incidit in pervigilium omnium Sanctorum , ea Picardiæ ora , in qua S. Quintini memoria celebris est , Episcopi auctoritate jejunium Vigilæ Omnium Sanctorum transfert in præcedentem diem ; quod recte fieri , inquit cum Sylvest. V. *Jejunium* nu. 19. qu. 7. Quam anticipationem videtur appro- bare Durandus in Ration. lib. 6. c. 7. nu. 13. Verum deinde lib. 7. c. 34. nu. 5. expresse dicit : hoc jejunium non debere mutari , ut qui- dem , ait , faciunt propter Sanctum Quintinum . Idem dicit Jo: Beleth. de Div. Offic. c. 158. Nihilominus adhuc dicendum est : stari posse le- gitimas , ac receptas consuetudini hu- jusmodi locorum . Vide dicenda in Appendix ad calcem Diarii ca. 7. de SS. Patronis. art. 3. & dicta 23. Julii , art. 3.

FINIS TOME TERTII.

ELEM.

E L E N C H U S

Librorum, Partium, Capitum, Articulorum, Sectionum, Subsectionum,
Paragraphorum, Quæstionum.

T O M I T E R T I I

DIARII LITURGICO-THEOLOGICO-MORALIS.

NOTANDA MENSE MAJO.

PARS I. Not. Mense Maji in gene-
re. Pag. 3

g. I. De numero Dierum. ibid.

g. II. Not. pro Reservatione Benefi-
ciorum, & Alternativa. ibid.

g. III. De Horis Canonicis. ibid.

PARS II. Mensis Maji Not. singulis
sigillatim diebus.

CAP. I. Not. I. Maji. pag. 4

Art. I. De observantia Festi S. S. Ap.
Philippi, & Jacobi minoris. ibid.

Art. II. De Horis Canonicis. ibid.

Quæst. I. Si hoc Festum S. S. Ap. Phi-
lippi, & Jacobi occurrat in Dom. III.
Paschæ, an sit transferendum in locis,
ubi in dicta Dominica celebratur Festum
Patroni S. Joseph? pag. 5

Quæst. II. Si Festum S. S. Ap. Philippi,
& Jacobi occurrat in Dominica in Albis,
& consequenter sit eorum Officium trans-
ferendum: utrum postea de ipsis, an ve-
ro de S. Marco Evangelista item translato
haberi prius beatum Officium? ibid.

Quæst. III. Si Officium horum San-
ctorum transferatur post tempus Paschale,
quomodo sit Officium recitandum?
ut in proprio: an ut in communi Apo-
stolorum extra tempus Paschale? ibid.

Quæst. IV. Si Sanctus Jacobus sit Pa-
tronus principalis, aut Titulus Ecclesæ,
quomodo de eo celebrandum sit Offi-
cium? pag. 6

Quæst. V. Si Sanctus Philippus sit Patro-
nus principalis, aut Titulus Ecclesæ, quo-
modo de eo sit recitandum Officium? pag. 7

Quæst. VI. Si Officium solius Sancti
Jacobi minoris transferatur, quanam die,
& quomodo habendum erit de eo Offi-
cium? ibid.

Quæst. VII. Si Officium solius Sancti
Philippi transferatur, quanam die, &
quomodo habendum erit de eo Officium?
ibidem.

Art. III. De Missa. ibid.

Quæst. I. Si Festum S. S. Ap. Philip-
pi, & Jacobi accideret celebrari extra
tempus Paschale, quænam Missa dicen-
da foret? pag. 8

Quæst. II. Si Festum S. Jacobi cele-
bretur intra tempus Paschale divisum a
S. Philippo, quænam pro S. Jacobo Mi-
ssa dicenda erit? ibid.

Quæst. III. Si Festum S. Philippi ce-
lebretur intra tempus Paschale divisum
a S. Jacobo, quænam pro S. Philippo
Missa dieienda erit? ibid.

CAP. II. Not. II. Maji.

Art. I. De Horis Canonicis. pag. 9

Art. II. De Missa. ibid.

CAP. III. Not. III. Maji.

Art. I. De Institutione, & observan-
tia Festi Inventionis Sanctæ Crucis? pa-
gina 10

Art. II. De Horis Canonicis. pag. 11.

Art. III. De Missa. pag. 13

Art. IV. Not. pro Reliquia S. Crucis.
ibidem.

CAP. IV. Not. IV. Maji.

Art. I. De Horis Canonicis. pag. 16

Art. II. De Missa. ibid.

Art. III. De Indulgentiis. ibid.

Totidem sere articulis similia notantur
sequentibus diebus. 5. 6. & 7

CAP. VII. Not. VIII. Maji.

Art. I. An Festam Apparitionis S. Mi-
chaelis Archangeli sit ex præcepto fer-
vandum in foro? pag. 21

Art. II. De Horis Canonis. pag. 22

Art. III. De Missa.. ibid.

Art. IV. De Indulgentiis. pag. 23

328 Elenchus Librorum, Partium, Capitum, &c.

CAP. IX. Not. IX. Maji.

Art. I. De Horis Canonicis. pag. 23
Art. II. De Missa. ibid.

*Totidem fere articulis similia notantur
reliquis sequentibus diebus.*

NOT. Mense Junio.

PARS I. Not. Mense Junio in gene-
re. pag. 41

g. I. De numero Dierum. ibid.

g. II. Not. pro Reservatione Benefi-
ciorum, & Alternativa. ibid.

PARS II. Mensis Junii . Not. singulis
sigillatim diebus.

CAP. I. Not. I. Junii. pag. 42

Art. Un. De Horis Canonicis. ibid.

CAP. II. Not. II. Junii.

Art. I. De Horis Canonicis. ibid.

Art. II. De Missa. ibid.

CAP. III. Not. III. Junii.

Art. Un. Not. pro Jejun. Quatuor
temporum. pag. 43

CAP. IV. Not. V. Junii.

Art. Un. De Horis Canonicis. ibid.

CAP. V. Not. VI. Junii.

Art. I. De Horis Canonicis. pag. 44

Art. II. De Missa. ibid.

*Totidem fere articulis similia notantur
sequentibus diebus. 8, 9, & 10*

CAP. IX. Not. XI. Junii.

Art. I. An Festum S. Barnabæ Apo-
stoli sit ex præcepto colendum in foro?
pagina 46

Art. II. De Horis Canonicis. pag. 47

Art. III. De Missa. pag. 48

CAP. X. Not. XII. Junii.

Art. I. De Horis Canonicis. pag. 49

Art. II. De Missa. pag. 49

*Totidem fere articulis similia notantur
usque ad diem 21. inclusive.*

CAP. XIX. Not. XXII. Junii.

Art. I. De Horis Canonicis. pag. 57

Art. II. De Missa. pag. 58

Art. III. De Jejunio. ibid.

CAP. XX. Not. XXIII. Junii.

Art. I. De Horis Canonicis. pag. 59

Art. II. De Missa. ibid.

Art. III. De Jejunio. pag. 60

*Explicata obligatione jejunandi in Vi-
gilie S. Joannis Baptiste; & nota il-
lius anticipatione quando occurrat in so-
lemnitate S. S. Corporis Christi: Deinde*

Quæst. I. An sit liberum anticipare
hanc Vigiliam in dicto casu? pag. 61

Quæst. II. An anticipato jejunio, pos-
sit iterum ex devotione jejunari, &
a carnis abstineri in ipso Festo Corporis
Christi? ibid.

Quæst. III. An qui vovit jejunare in
Vigilia S. Jo. Bapt. teneatur jejunare in
dicta incidentia, & in Feria quarta ex
præcepto Ecclesie, & in Feria quinta
propter votum? ibid.

Quæst. IV. An si alicubi occurrat je-
junium in Festo Corporis Christi, possit
similiter anticipari? ibid.

Quæst. V. Num, si in Feria quarta,
in qua anticipatur Vigilia S. Joannis Ba-
ptistæ, alicubi occurrat Festum principale
loci, jejunium adhuc anticipari queat
in precedenti Feria tertia? ibid.

CAP. XXI. Not. XXIV. Junii.

Art. I. Not. in die Festo Nativitatis
S. Joannis Baptiste. pag. 62

Sect. I. De Institutione, & observan-
tia Festi. ibid.

Quæst. I. Cur Ecclesia celebret diem Na-
tivitatis S. Joannis Baptiste quod, ex-
cepto Domino nostro Jesu Christo, &
Beata ipsius Genitrici Maria, de nullo al-
lio Sancto facit. ibid.

Quæst. II. Quare Ecclesia celebret ut
Festivum de præcepto, adeoque solemnius,
diem Natalis S. Joannis Baptiste potius,
quam mortis ejusdem: ut de cæteris San-
ctis fere consuevit? pag. 63

Interrog. Quare non utrumque diem,
Natalis scilicet, & mortis illius, ut Fe-
stivum de præcepto Ecclesia celebret &
Id enim facit respectu B. Virginis. ibid.

Quæst. III. A quo, vel quando Festu
hoc fuerit institutum? ibid.

Sect. II. De Horis Canonicis. pag. 66

Sect. III. De Missa. pag. 67

Sect. IV. De quibusdam Superstitioni-
bus. pag. 70

Quæst. I. An sit superstitione illud, quod
nonnullæ Mulierculæ faciunt in nocte S.
Joannis Baptiste? Aliiquid scilicet pre-
cantur, & applicant auditum, quo no-
men alicujus hominis audiant, quem
suum, putant, fore maritum. Vel in no-
cte ejusdem S. Joannis orant, ut in so-
luno appareat is, cui nubere debeant,
ibidem.

Quæst. II. An sit superstitione, colligere
herbas in die S. Joannis ad aliquem ef-
fe-

festum & puta, ad aliquem morbum contandum? ibid.

Art. II. Not. infra Octavam Nativitatis S. Joannis Baptiste. pag. 71

Sect. I. De Horis Canoniciis. ibid.

Sect. II. De Missa. ibid.

CAP. XXII. Not. XXV. Junii.

Art. Un. De Horis Canoniciis, & Missa. pag. 72

CAP. XXIII. Not. XXVI. Junii.

Art. I. De Horis Canoniciis. pag. 72

Art. II. De Missa. ibid.

Totidem articulis familia notantur die sequ. 27.

CAP. XXV. Not. XXVIII. Junii.

Art. I. De Horis Canoniciis. pag. 75

Art. II. De Missa. ibid.

Art. III. De jejunio Vigilie S. Ap. Petri, & Pauli. pag. 76

CAP. XXVI. Not. XXIX. Junii.

Art. I. Not. in Feste S. S. Ap. Petri, & Pauli. pag. 77

Sect. I. De obseruantia Festi. ibid.

Sect. II. De Horis Canoniciis. pag. 78

Sect. III. De Missa. pag. 79

Sect. IV. De Funct. Pontific. ibid.

Art. II. Not. infra Octavam S. S. Ap. Petri, & Pauli. ibid.

Sect. I. De Horis Canoniciis. ibid.

Sect. II. De Missa. pag. 80

Sect. III. De Functionibus Pontificibus, & Indulgentiis. ibid.

CAP. XXVII. Not. XXX. Junii.

Art. I. De Horis Canoniciis. pag. 81

Art. II. De Missa. pag. 84

Art. III. De Indulgentiis. ibid.

NOT. Mensis Julio.

PARS I. Not. Mense Julio in generali. pag. 85

s. I. De numero Dierum. ibid.

s. II. De Reservatione Beneficiorum, & Alternativa. ibid.

s. III. De Horis Canoniciis. ibid.

s. IV. De Missa. pag. 86

PARS II. Mensis Julii. Not. singulis sigillatim diebus.

CAP. I. Not. I. Julii. pag. 87

Art. I. De Horis Canoniciis. ibid.

Art. II. De Missa. pag. 88

CAP. II. Not. II. Julii. ibid.

Art. I. De Institutione, & obseruantia Feste Visitacionis B. M. V. ibid.

Art. II. De Horis Canoniciis. pag. 89

Tom. III.

Art. III. De Missa. pag. 90

Art. IV. De Indulgentiis. ibid.

CAP. III. Not. III. Julii. pag. 90

Art. I. De Horis Canoniciis. ibid.

Art. II. De Missa. ibid.

Totidem sors articulis familia notantur usque ad diem 21. inclusus.

CAP. XXII. Notanda XXII. Julii. pagina 105

Art. I. Utrum Festum S. Mariae Magdalene sit in foro colendum ex precedente? ibid.

Art. II. De Horis Canoniciis. ibid.

Art. III. De Missa. pag. 106

CAP. XXIII. Notanda XXIII. Julii. pagina 107

Art. I. De Horis Canoniciis. ibid.

Art. II. De Missa. pag. 108

Art. III. De jejunio Vigilie S. Jacobi majoris Ap. alicubi anticipato: uti Panormi ob occurrentiam Festi S. Christinae Patronae Civit. pag. 109

Quest. I. Si quis Panormitanus nolit anticipare jejunium ob dictam causam Panormi anticipatum, utrum possit non anticipare, sed servare illud ipsa die Vigilie S. Jacobi, quando scilicet universalis servat Ecclesia? ibid.

Quest. II. Si quis Panormitanus die 23. Julii discedat Panormo, petatque Montem regalem cum intentione redeundi Panormum sequenti die mane 24. an possit jejunare Monte regali die 23. Julii, ibique uti privilegio anticipandi jejunium, quod habet sua Civitas Panormitana? pag. 110

Interrog. Quid? si predictus Panormitanus, qui mane discessit Panormo, Panormum sit redditurus sero, seu nocte ejejunio diei 23. Julii: poteritne jejunare ita, quod satisfaciat pro Vigilia, quemadmodum ceteri Panormi degentes? ibidem.

Quest. III. An predictus Panormitanus, qui die 23. Julii discessit Panormo, petatque Montem regalem, rediens Panormum die 24. Julii, teneatur jejunare Panormi: eo quod non possit Monte regali die hac praecedenti ob dictam causam in responsione ad praecedentem questionem, jejunare ita, ut satisfaceret precepto? pag. 111

Quest. IV. An peregrinus, aut vagus, Tt qui

330: Elechus Librorum, Partium, Capitum, &c.

qui moderator Panormi dicitur 23. Julii, & propositum habet ibi maxendi etiam die 24 teneatur jejunare die hae 23. si determininet, non jejunare die 24 pag. 113

Quæst. V. Utrum, qui vooverit jejunari in Vigilia S. Jacobi, possit Panormi satisfacere voto, jejunando die 23. quando ibi in hanc diem anticipatur jejunium prædictæ Vigilie? pag. 114

CAP. XXIV. Notanda XXIV. Julii. pagina 115

Art. I. De Horis Canonicis. ibid.

Art. II. De Missa. ibid.

Art. III. De Jejunio Vigiliae S. Jacobi majoris Apostoli. pag. 116

CAP. XXV. Notanda XXV. Julii. pagina 117

Art. I. De observantia Festi S. Jacobi majoris Ap. ibid.

Art. II. De Horis Canonicis. ibid.

Art. III. De Missa. ibid.

Art. IV. Jubilæo Compostellano. pagina 118

CAP. XXVI. Notanda XXVI. Julii. pagina 118

Art. I. De observantia Festi S. Annae. ibid.

Art. II. De Horis Canonicis. pag. 119

Art. III. De Missa. ibid.

CAP. XXVII. Notanda XXVII. Julii. pagina 120

Art. I. De Horis Canonicis. ibid.

Art. II. De Missa. ibid.

Totidem articulis similis notantur sequentibus diebus. 28. & 29

CAP. XXX. Notanda XXX. Julii. pagina 123

Art. I. De Horis Canonicis. ibid.

Art. II. De Missa. ibid.

Art. III. Not. pro Jejunio. ibid.

CAP. XXXI. Notanda XXXI. Julii. pagina 124

Art. I. De Horis Canonicis. ibid.

Art. II. De Missa. ibid.

NOT. Mense Augusto.

PARS II. Not. Mense Augusto in genere. pag. 125

g. I. De numero dierum. ibid.

g. II. De Reservatione Beneficiorum;

& Alternativa. ibid.

g. III. De Horis Canonicis. ibid.

PARS II. Mensis Augusti, Not. singulis dieribus. pag. 126

CAP. I. Not. I. Augusti. pag. 128

Art. I. De Horis Canonicis. ibid.

Art. II. De Missa. pag. 129

CAP. II. Not. II. Augusti. pag. 129

Art. I. De Horis Canonicis. ibid.

Art. II. De Missa. pag. 130

Art. III. De Indulgentia Portuunculae.

ibidem.

Quæst. I. Quænam sint opera injuncta ad hanc Indulgentiam lucrandam & pagina 131

Interrog. I. Utrum confessari debeat etiam ii, qui mortalis outper sibi conscientia minime sint, sed solius venialis peccati? pag. 132

Interrog. II. An Confessio fieri omnino debeat ipso eodem die, cui affixa est Indulgentia? ibid.

Interrog. III. Quoniam ad hanc Indulgentiam consequendam, orandam est pro Christianorum Principum concordia, heresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiae exaltatione: An etiam simplices, pueri, & idiosas personæ ad id tenentur? Hujusmodi enim non videntur ad hæc expresse intendere in oratione valere, & pro his orare: cum certe difficulter valeant hæc in mente retinere. pagina 134

Quæst. II. An hæc Indulgentia sit applicabilis Defunctis? ibid.

Quæst. III. An hæc Indulgentia plenaria possit lueri fieri totis, quoties eodem die repetatur oratio præcepta, & injuncta Ecclesiae visitatio? pag. 135

Quæst. IV. Utrum inter unam, & alteram visitationem intercedere debeat aliqua mera? pag. 137

Quæst. V. Utrum Indulgentia Portuunculae suspendatur in Jubilæo Annæ Sanctæ? ibid.

CAP. III. Not. III. Augusti. pag. 138

Art. I. De Horis Canonicis. ibid.

Art. II. De Missa. pag. 139

CAP. IV. Not. IV. Augusti. ibid.

Art. I. De Horis Canonicis. ibid.

Art. II. De Missa. ibid.

Art. III. De Indulgentiis. pag. 140

CAP. V. Not. V. Augusti. pag. 140

Art. I. Utrum Festum S. Mariæ ad Nives sit ex præcepto colendum in foro?

ibidem.

Art. II. De Horis Canonicis. ibid.

Art.

- Art. III. De Missa. pag. 141
 Art. IV. De Indulgentiis. ibid.
 CAP. VI. Not. VI. Augusti. pag. 141
 Art. I. An Festum Transfigurationis
 sit ex precepto colendum in foro? ibid.
 Art. II. De Horis Canoniciis. ibid.
 Art. III. De Missa. pag. 142
 Art. IV. De Indulgentiis. pag. 143
 CAP. VII. Not. VII. Augusti. ibid.
 Art. I. De Horis Canoniciis. ibid.
 Art. II. De Missa. ibid.
 Art. III. De Indulgentiis. pag. 144
 CAP. VIII. Not. VIII. Augusti. pa-
 gina 144
 Art. I. De Horis Canoniciis. ibid.
 Art. II. De Missa. ibid.
 CAP. IX. Not. IX. Augusti. pag. 145
 Art. I. De Horis Canoniciis. ibid.
 Art. II. De Missa. ibid.
 Art. III. De Jejunio. pag. 146
 CAP. X. Not. X. Augusti. pag. 147
 Art. I. Not. in die Feste S. Laurentii
 Martyris. ibid.
 Sect. I. De observantia Festi S. Lau-
 rentii M. ibid.
 Sect. II. De Horis Canoniciis. ibid.
 Sect. III. De Missa. pag. 148
 Art. II. Not. infra Octavam S. Lau-
 rentii. pag. 149
 Sect. I. De Horis Canoniciis. ibid.
 Sect. II. De Missa. ibid.
 CAP. XI. Not. XI. Augusti. pag. 150
 Art. I. De Horis Canoniciis. ibid.
 Art. II. De Missa. ibid.
 CAP. XII. Not. XII. Augusti. ibid.
 Art. I. De Horis Canoniciis. ibid.
 Art. II. De Missa. pag. 151
 Art. III. De Indulgentiis. ibid.
 CAP. XIII. Not. XIII. Augusti. ibid.
 Art. I. De Horis Canoniciis. ibid.
 Art. II. De Missa. ibid.
 CAP. XIV. Notanda XIV. Augusti. pa-
 gina 152
 Art. I. De Horis Canoniciis. ibid.
 Art. II. De Missa. ibid.
 Art. III. De Jejunio. pag. 155
 CAP. XV. Not. XV. Augusti. pag. 155
 Art. I. Not. in Feste Assumptionis B.
 M. V. ibid.
 Sect. I. De Institutione, & obser-
 vantia Festi. ibid.
 Sect. II. De Horis Canoniciis. pag. 158
 Sect. III. De Missa. ibid.
- Sect. IV. De Functionibus Pontificali-
 bus. ibid.
 Sect. V. De Exequiis Defunctorum.
 ibidem.
 Sect. VI. De Indulgentiis. pag. 159
 Sect. VII. Not. tempore Interdicti lo-
 calis generalis. ibid.
 Art. II. Not. infra Octavam Assump-
 tionis. ibid.
 Sect. I. Not. infra Oct. Assumptionis
 in genere. ibid.
 Subsect. I. De Horis Canoniciis. ibid.
 Subsect. II. De Missa. pag. 161
 Sect. II. Not. peculiariter in nonnullis
 diebus infra Octav. Assumpe. ibid.
 Subsect. I. Not. in Sabbaro infra Octa-
 vam Assumpt. ibid.
 §. Un. De Horis Canoniciis. ibid.
 Subsect. II. Not. in Dominica infra
 Octav. Assumpt. pag. 162
 §. Un. Not. in Feste S. Joachim pro
 Horis Canon. & Missa. ibid.
 CAP. XVI. Notanda XVI. Augusti.
 pagina 165
 Art. I. De Horis Canoniciis. ibid.
 Art. II. De Missa. pag. 166
 Art. III. De Indulgentiis. pag. 167
 Totidem fere articulis similia notantur
 sequentibus diebus usque ad diem 22. in-
 clusive.
 CAP. XXIII. Not. XXIII. Augusti.
 pagina 173
 Art. I. De Horis Canoniciis. ibid.
 Art. II. De Missa. ibid.
 Art. III. De Jejunio. pag. 174
 Art. IV. De Indulgentiis. pag. 175
 Art. V. Not. pro Decretis, & Confi-
 tationibus Pontificiis legendis. ibid.
 CAP. XXIV. Not. XXIV. Augusti.
 pagina 176
 Art. I. De observantia Festi S. Bar-
 tholomaei Ap. ibid.
 Art. II. De Horis Canoniciis. pag. 177
 Art. III. De Missa. ibid.
 CAP. XXV. Not. XXV. Augusti.
 Art. I. De Horis Canoniciis. pag. 178
 Art. II. De Missa. ibid.
 Art. III. De Indulgentiis. ibid.
 CAP. XXVI. Not. XXV. Augusti.
 Art. I. De Horis Canoniciis. pag. 179
 Art. II. De Missa. ibid.
 CAP. XXVII. Not. XXVII. Augusti.
 Art. I. De Horis Canoniciis. pag. 179

T t 3 Art.

332 Elenchus Librorum, Partium, Capitum, &c.

- Art. II. De Missa. ibid.
 CAP. XXVIII. Not. XXVIII. Augusti.
- Art. I. An Festum S. Augustini Ep. sit ex præcepto servandum in foro? pagina 181.
- Art. II. De Horis Canoniciis. ibid.
- Art. III. De Missa. ibid.
- Art. IV. De Indulgentiis. ibid.
 CAP. XX X. Not. XXIX. Augusti.
- Art. I. An Festum Decollationis S. Jo. Baptiste sit in foro servandum ex præcepto? pag. 182.
- Art. II. De Horis Canoniciis. ibid.
- Art. III. De Missa. pag. 183.
- Art. IV. Not. pro Voto. ibid.
 CAP. XXX. Not. XXX. Augusti.
- Art. I. De Horis Canoniciis. pag. 184.
- Art. II. De Missa. ibid.
- Art. III. De Indulgentiis. ibid.
 CAP. XXXI. Not. XXXI. Augusti.
- Art. I. De Horis Canoniciis. pag. 185.
- Art. II. De Missa. ibid.
- Art. III. De Indulgentiis. ibid.
- Art. IV. De jejunio, & Festis ex voto. ibid.
10. NOT. Mense Septembri.
- PARS I. Not. Mense Septembri in genere. pag. 186.
- Sect. I. De numero dierum. ibid.
- Sect. II. De Reservatione Beneficiorum, & Alternativa. ibid.
- Sect. III. De Horis Canoniciis. ibid.
- Sect. IV. De Missa. pag. 188.
- Sect. V. Not. in Quatuor temporibus. ibidem.
- Subsect. I. De Horis Canoniciis. pagina 189.
- Subsect. II. De Missa. pag. 190.
- g. I. De Missa privata. ibid.
- g. II. De Missa solemni. pag. 192.
- g. III. De Missa Feriae IV. Quatuor temporum. pag. 193.
- g. IV. De Missa Feriae VI. Quatuor temporum. ibid.
- g. V. De Missa Sabbati Quatuor temporum. pag. 194.
- g. VI. Solvuntur variae questiones ad Missam Sabbati quatuor temporum pertinentes. ibid.
- Quæst. I. Utrum in Sabbato Quatuor temporum si fiat Officium de Feria, possit dici Missa votiva, pro Missa Feriae? ibidem.
- Interrog. I. An possit dici Missa de Requiem? pag. 195.
- Interrog. II. An etiam in Sabbato Quat. temp. Pentecost. ibid.
- Quæst. II. An, & quomodo peccaret Sacerdos, qui in Sab. quat. temp. unam tantum lectionem legeret in Missa de Feria, & omittenter illas plures, quæ in illa Missa ponuntur in Missali? ibid.
- Quæst. III. An celebrans Missam solemnem, possit omittere, legere per seipsum omnes lectiones, quæ habentur in Missa Sabbati quatuor temporum: eo quod illas legat ejus Minister? pag. 196.
- Quæst. IV. Si quis ex voto, vel injuncta pœnitentia obligatus audire sacram in Sabbato quatuor temporum, quando plures Epistolæ dicuntur; inciperet Missam de Feria audire ab Evangelio: an peccaret mortaliter? ibid.
- Quæst. V. Utrum etiam ab omni culpa excusari possit is, qui obligatus audire Missam, assisteret Missæ Sabbati quatuor temporum, & non audiret omnes Epistolæ, seu lectiones, sed unicas? pagina 197.
- Subsect. III. De Collatione Ordinum. pagina 201.
- f. I. De Collatione Ordinum in Feria IV. Quat. temp. ibid.
- f. II. De Collatione Ordinum in Feria VI. Quat. temp. pag. 202.
- f. III. De Collatione Ordinum in Sabbato Quat. temp. ibid.
- Quæst. I. Utrum si Ordinatio prolixior sit, possit Episcopus Missam celebrare longe post meridiens: etiam post Vesperas, aut Nonas, si actus Ordinationis ante meridiem coepitus sit? pag. 203.
- Quæst. II. Si quis in loco, ubi est novum Calendarium, suscepereit Subdiaconatum in quatuor temporibus Septembri, & cum Dimissoriis proficeretur ad locum, ubi est vetus Calendarium: an poterit in quatuor temporibus ejusdem Septembri hujus anni, in hoc loco suscipere Diaconatum? ibid.
- Subsect. IV. De Indulgentiis. pag. 204.
- Subsect. V. De Jejunio Quatuor temporum. ibid.
- Quæst. I. Cur jejunia Quatuor temporum sint duodecim, terna singulis temporibus designata; & quare Feria quartæ,

ta, sexta, & Sabbato celebrata? pagina 207

Quæst. II. An & quo jure sint prohibita Ova, & Lacticinia in jejuniis Quat. temporum extra Quadragesimam? pag. 218

Quæst. III. Si Medicus concedat Titio licentiam comedendi carnes in diebus Quadragesimæ: seu potius declareret, propter talèm corporalem ipsius indispositiōnem posse comedere carnes dicto tempore: an possit illas comedere in diebus quatuor temporum pro Vere, quæ semper accidunt in prima hebdomada ipsius Quadragesimæ post Dominicam primam. Item quæritur de Ovis, & Lacticiis? pagina 220

Quæst. IV. Si jejunium Quat. temporum concurrat cum jejunio Vigiliæ Nativitatis Domini, utrum possit sumi collatio major, quæ consuetudine in prædicta Vigilia permittitur? ibid.

Quæst. V. An occurrentibus alicubi jejuniis Quatuor temporum in diebus maximæ solemnitatis, puta in Festo Patrōni Principalis, in cuius honorem hisce diebus soleant fieri a Populo publicæ demonstrationes lætitiae possit Episcopus transferre prædicta jejunia Quatuor temporum: ne lætitia minatur; & etiam ut removeatur a Populo occasio peccandi per transgressionem jejuniorum? ibid.

PARS II. Mensis Septembri. Not. singularis sigillatim diebus. pag. 228

CAP. I. Not. I. Septembri. ibid.

Art. I. De Horis Canoniciis. ibid.

Art. II. De Missa. ibid.

Totidem fere articulis similia notantur sequentibus diebus usque ad 5. inclusive.

CAP. VI. Not. VI. Septembri. pagina 232

Art. I. De Horis Canoniciis. ibid.

Art. II. Utrum Festivitas Nativit. B. M. V. Vigiliæ sit prævenienda jejunio. ibidem.

CAP. VII. Not. VIII. Septembri. Art. I. Not. in die Festo Nat. B. M. V. pag. 233

Sect. I. De Institutione, & observantia Festi Nat. B. M. V. ibid.

Sect. II. De Horis Canoniciis. ibid.

Sect. III. De Missa. pag. 235

Sect. IV. De Indulgentiis. ibid.

Art. II. Not. intra Octavam Nat. B. V. ib.

Sect. I. Not. in genere. pag. 236

• TOM. III.

Subsect. I. De Horis Canoniciis. ibid.

Subsect. II. De Missa. pag. 237

Sect. II. Not. specialiter in quibusdam diebus infra Ost. Nat. B. M. V. ibid.

Subsect. I. Not. in Sabbato infra Ost. Nat. B. V. ibid.

De Horis Canoniciis. ibid.

Subsect. II. Not. in Dominica infra Ost. Nat. B. V. ibid.

§. I. De Horis Canoniciis. pag. 238

§. II. De Missa. pag. 241

CAP. VIII. Not. IX. Septembri.

Art. I. De Horis Canoniciis pag. 243

Art. II. De Missa. ibid.

CAP. IX. Not. X. Septembri. ibid.

Art. I. De Horis Canoniciis. ibid.

Art. II. De Missa. pag. 244

Art. III. De Indulgentiis. ibid.

Art. IV. De pane benedicto in die S. Nicolai de Tolentino Confess. ibid.

CAP. XI. Not. XI. Septembri.

Art. I. De Horis Canoniciis. pag. 245

Art. II. De Missa. ibid.

Totidem articulis similia notantur sequentibus diebus. 12. & 13.

CAP. XIII. Not. XIV. Septembri. pagina 247

Art. I. De Institutione, & observantia Festi Exaltationis S. Crucis. ibid.

Art. II. De Horis Canoniciis. ibid.

Art. III. De Missa. pag. 248

Art. IV. Not. pro Quatuor temporibus. ibid.

CAP. XIV. Notanda XV. Septembri. pagina 249

Art. I. De Horis Canoniciis. ibid.

Art. II. De Missa. pag. 251

Totidem fere articulis similia notantur usque ad diem 19. inclusive.

CAP. XIX. Not. XX. Septembri.

Art. I. De Horis Canoniciis. pag. 264

Art. II. De Missa. ibid.

Art. III. De Jejunio. pag. 265

CAP. XX. Not. XXI. Septembri.

Art. I. De observantia Festi S. Matthei Ap. pag. 265

Art. II. De Horis Canonis. ibid.

Art. III. De Missa. pag. 266

CAP. XXI. Not. XXII. Septembri.

Art. I. De Horis Canoniciis. ibid.

Art. II. De Missa. pag. 268

Totidem fere articulis similia notantur usque ad diem 28. inclusive.

T. 3 CAP.

334 Elenchus Librorum, Partium, Capitum, &c.

- CAP. XXVIII. Not. XXIX. Septembris.
 Art. I. De institutione, & observantia Festi S. Michaelis Archangeli. pagina 273
 Art. II. De Horis Canoniciis. ibid.
 Art. III. De Missa. pag. 274
 CAP. XXIX. Not. XXX. Septembris.
 Art. I. An Festum S. Hieronymi sit ex præcepto servandum in foro? pag. 275
 Art. II. De Horis Canoniciis. ibid.
 Art. III. De Missa. ibid.
 NOT. Mense Octobri.
 PARS I. Not. Mense Octobri in generali. pag. 276
 Sect. I. De numero dierum. ibid.
 Sect. II. De Reservatione Beneficiorum, & Alternativa. ibid.
 Sect. III. De Horis Canoniciis. ibid.
 Sect. IV. Not. in solemnitate S. S. Rosarii B. M. V. pag. 278
 Subsect. I. De Horis Canoniciis. ibid.
 Subsect. II. De Missa. pag. 279
 PARS II. Mensis Octobris: Not. singulis sigillatim diebus.
 CAP. I. Not. I. Octobris. pag. 280
 Art. I. De Horis Canoniciis. ibid.
 Art. II. De Missa. pag. 281
 CAP. II. Not. II. Octobris:
 Art. I. De Horis Canoniciis. ibid.
 Art. II. De Missa. pag. 283
 CAP. III. Not. III. Octobris.
 Art. Un. De Horis Canoniciis, ibid.
 CAP. IV. Not. IV. Octobris.
 Art. I. Utrum Festum S. Francisci de Assisi sit servandum ex præcepto in foro? ibid.
 Art. II. De Horis Canoniciis. pag. 285
 Art. III. De Missa, ibid.
- Art. IV. De Indulgentiis. ibid.
 CAP. V. Not. V. Octobris.
 Art. I. De Horis Canoniciis. pag. 286
 Art. II. De Missa. ibid.
 Art. III. De Indulgentiis. ibid.
 Tertidem fere articulis similis notatur usque ad diem 17. inclusus.
 CAP. XVII. Not. XVIII. Octobris.
 Art. I. Utrum Festum S. Lucæ Evangelista servandum sit ex præcepto in foro? pag. 295
 Art. II. De Horis Canoniciis. ibid.
 Art. III. De Missa. ibid.
 CAP. XVIII. Not. XIX. Octobris.
 Art. I. De Horis Canoniciis. pag. 296
 Art. II. De Missa. pag. 297
 Art. III. De Indulgentiis. ibid.
 Tertidem fere articulis similis notatur usque ad diem 26. inclusus.
 CAP. XXV. Not. XXVI. Octobris.
 Art. I. De Horis Canoniciis. pag. 318
 Art. II. De Missa. ibid.
 Art. III. De Jejunio. pag. 319
 CAP. XXVI. Not. XXVII. Octobris.
 Art. I. De observantia Festi S. S. Ap. Simonis, & Judæ. ibid.
 Art. II. De Horis Canoniciis. ibid.
 Art. III. De Missa. pag. 320
 CAP. XXVII. Notanda XXIX. Octobris.
 Art. Un. De Horis Canoniciis. ibid.
 CAP. XXVIII. Not. XXX. Octobris.
 Art. Un. De Horis Canon. & Missa. pagina 322
 CAP. XXIX. Not. XXXI. Octobris.
 Art. I. De Horis Canoniciis. pag. 324
 Art. II. De Missa. pag. 325
 Art. III. De Jejunio. pag. 326

Finis Elenchi Tomi III. Diarii L. T. M.

INDEX

I N D E X

Rerum Notabilium quæ continentur in hoc Tomo III.

A

Angeli

Qua ratione dicantur antecellere Santos omnes infra Deiparam? 2. Octobr. n. 3. Cur in Ecclesia Fessivo cultu telebrentur. *ibi fin.*

S. Antonii Patavini

Festum solemnizare possunt eadem die Conventuales, & Reformati; sed Reformati abstineant a processionibus in eodem loco. 13. Jun. n. 2. §. Tam Minores. De ejus Vigilia concurrente cum Fatio SS. Corporis Christi. V. *Vigilia*.

Aqua

Vino miscenda pro consecratione Caecilie an sit ex instituto S. Alexandri Papæ? 3. Maij n. 6.

Aqua Benedictæ

Usus an ex S. Alexandro Papa? 3. Maij n. 6.

*Areopagita. V. Dionysius.**Assumptio B. M. V.*

Habet jejuniū in Vigilia, ex antiquissima lege. 14. Aug. n. 9. Ejus Festum est antiquissimum ex Traditione. 15. Aug. n. 1. & 2. Continet triplicem Festivitatem. *ibi n. 3.* Assumptio B. M. V. in Cœlum in anima & Corpore licet non sit de fide, in dubium tamen verti non potest sine temeritate. *ibi num. 5.* Inexplicabilis Gloria Mariæ V. *ibi n. 6.* Deus majora beneficia contulit Mariæ in ejus Assumpt. quam toti Ecclesiæ Militanti. 15. Aug. n. 18.

B

S. Barnabas

Cur decoratus ritu Apostolorum? 9. Junij n. 4.

S. Bartholomæi

Festum cur non eodem die celebratum Romæ & alibi. 24. Aug. n. 2. de Jejunio in ejus Vigilia dubitatum apud nonnullos, sed jam certum ex præcepto. 23. Aug. n. 6.

Beda

Ex nomenclatura Venerabilis, est item vete Sanctus. 27. Maij n. 3. Fidelis de ejus sepulchrali epigrapha Narratio. *ibid.*

C

Commentio

Requisita ad luctandam Indulgenciam Portiunculae. 2. Aug. n. 6.

Confessio

In Actis Sanctorum donat utram Martyrium. 21. Octobr. n. 4. vtr. f.

Confessio Sacramentalis

Quando præmitenda ad lucrandas Indulgencias? 2. Aug. n. 8. An etiam facienda de Venialibus? *ibi n. 7.*

Conseruatio

Triginta annorum non probat authenticitatem Reliquiarum. 21. Octobr. n. 15. Immemorabilis sufficit ad continuandum Oficium de Sanctis in Martyrologio descriptis. *ibid f.*

S. Cosmas & Damianus

Ex pluribus hoc nomine insignitis, quinam sint in Canone Missæ descripti? 27. Sept. n. 3.

S. Crucis

Inventio cur Festive celebretur: 3. Maij a num. 2. Beneficia hujus Inventionis. *ibi.*

Expositiones & Processiones Reliquiarum S. Crucis quibus paramentis faciendæ. 3. Maij n. 9. Reliquia S. Crucis non est incensanda a Celebrante genuflexo. *ibi num. 10.*

An sit genuflexendum a transeuntibus ante ipsam processionaliter. *ibi.* Quando & quomodo ante ipsam sit genuflexendum. *ibi f. ad distinctionem.*

An deferenda processionaliter sub baldachino & manibus velo ciboriarum, & cum incensatione. *ibi n. 3.*

Incedentes processionaliter cum Reliquiis S. Crucis procedant detecto capite. *ibi f. in processibus.* Sed licet Episcopo

po

po incedere cum Mitra. *ibi*. Post expositionem, aut processionem cum Reliquia S. Crucis benedicendus est populus cum ipsa. *ibi s. post expositionem.*

D

Decollatio:

SS. Martyrum æque intelligitur, sive per securim, sive per gladium aliquando dicantur occisi. 9. Off. n. 3.

Dedicatio:

Ecclesiae dimidiat Vesperas cum S. Patre trono principalis. 24. Jun. n. 10. In Concurso Dedicacionum duarum Ecclesiarum, quomodo mutandæ Orationes. 23. Jul. n. 2. *sub f.*

Dedicationis Octava cedit Octavæ Assumptionis B. M. Virg. 19. Aug. n. 18.

Dedicatio Ecclesiae in paritate ritus cedit Festis. B. M. V. 8. Septem. n. 5.

Dionysius:

Areopagita alias est a Dionysio Parisiensi Episcopo. 9. Off. n. 3. Ejus Opera secundum aliquos apocrypha. *ibi*.

E

S. Eleutherius:

An sit Martyr? 26. Maii n. 3.

Episcopus:

Ex dispensatione Pontificia ordinari potest ab uno Episcopo, assistantibus duobus Sacerdotibus. 13. Jul. num. 2. Nullo presbytero assistente, esset ordinatio probabilius invalida, & repetenda. *ibi*. Non potest ferre legem Jejanii stabiliter servandi renuente populo. 30. Jul. num. 3. Episcopus in processiobus si sit cum Cappa & birrete; solus, & non inter dignitates incedere debet. 21. Off. n. 23.

F

Festa:

Instituta in memoriam beneficiorum a Deo collatorum. 3. Maii n. 2. Festum particolare præfertur Universali. 21. Jun. n. 11. *f. Ab autem.*

Festivitas:

Addita celebritati alicujus Sancti non elevat ritum ejusdem Officii. 26. Maii n. 2. Sed in concurrentia æqualis ritus

præstat præferentiam quoad integras Vesperas. *ibi*.

Festum de precepto:

Sola Festivatio de præcepto non evitat ritum Officii. 23. Aug. n. 2.

S. Franciscus:

An unquam habuerit Festum ex præcepto Universali. 4. Octobris n. 1. *Op. 2.*

G

Gladius:

In actis Martyrum promiscue usurpatur cum Securi ad significandam Martyris decollationem. 9. Octobr. n. 3.

I

Jejunium:

Etiam locale, incidens in Festum Corporis Christi, est anticipandum in Fer. 4. præcedentem. 23. Junii n. 13. Anticipatum auctoritate Episcopi ob incidentem Solemnitatem Ecclesiae, obligat pro die anticipato. 23. Jul. n. 7.

Jejunium Vigiliæ Omnim SS. alicubi anticipatur ob incidentem Solemnitatem. 31. Octobr. n. 12. *f. Raynandus.*

Uno Jejuatio an satisfieri possit pluriibus obligationibus. Septembris. par. I. a n. 48.

Jejunium quo sensu excludatur tempore Paschali. *ibi n. 51. f. Respondetur.* 2. Op. n. 53.

Jejunii cur plerumque destinantur Feria 4. & 6. & Sabbathum. *ibi n. 57. f. Jejunamus vero.*

Jejunium ex voto an obliget cum abstinentia a Lacticiis. *ibi n. 60.*

In Quadragesima omnino transferri vestuntur Jejunia sine speciali licentia Sedis Apostolicæ. *ibi n. 72.*

Privilegium locale comedendi in diebus vetricis alias partes animalium, & similia, cessat in jejunis Vigiliarum & quatuor temporum. *ibi f. V. Vigilia.*

Inclinatio Capitis:

In Missa fit tripliciter. 8. Septem. n. 25. *f. Animadvertiscum.* Quomodo & qualis facienda in invocatione Sanctorum. *ibi.*

Indulgencia:

Portiunculæ an applicabilis Dilectiss. 2. Aug. n. 6. *Op. 11.* An oculis Ecclesias Franciscanis sit concessa.

omnia, ad instar Assisi. ibi n. 13. An obtineti possit toties, quoties iterantur Visitations Ecclesie. ibi & n. 14. In Templo S. Mariz de Angelis Assisi non suspenditur tempore Jubilaei Anni Sancti. ibi n. 15. Ad eam lucrandam requiritur Communio. ibi n. 6.

S. Joannis Baptiste

Nativitas cur celebretur? 24. Jun. n. 2. & 3. In ea plures Missae olim celebrabantur a qualibet Sacerdote. ibi n. 6. Festum Nativitatis S. Jo. Bapt. preferatur Dedicationi Ecclesie. 24. Jun. n. 10.

In Ecclesiis, quarum Titulus est Decollatio S. Joannis Bapt. non est dicendum Credo in Festo Nativitatis. ibi n. 11. f. An autem.

An Joannes, qui nominatur in posteriori Canone, appellat Baptistam, an vero alium. ibi n. 13.

Regulares degentes in loco, ubi S. Joannes Baptista est Patronus principalis, dicere debent Credo in ejus Feste, non tamen in die Octava, nec infra Octavam. ibi n. 20. f. An autem.

Jejunium ejus Vigiliae aliquando anticipatur. V. Vigilia.

S. Joannes Evangelista

Est Martyr. 6. Maii n. 3.

M*Maria.*

SS. Nomen ubicumque pronunciator in Missa, inclinandum est caput. 8. Septem. num. 25.

S. Maria Magdalena.

Utrum plures fuerint sub hoc nomine. 22. Jul. n. 2.

S. Martha.

Festum alicubi translatum. 21. Sept. n. 1.

S. Michaelis.

Festa, tum illud Dedicationis, tum alterum Apparitionis diriguntur in honorem omnium SS. Angelorum. 8. Maii n. 2. S. Michael est Patronus totius Ecclesie ibid. S. Michaelis Festum alicubi translatum. 24. Sept. n. 1.

Missa.

An aliquando plures Missae dictae facient ab uno Sacerdote in die Nativitatis S. Joannis Bapt. aliisque solemnieribus. 24. Jun. n. 6.

Missae Conventuales quando duas dicendas sint? 9. Aug. n. 4.

Missae nomen aliquando apud Veteres usurpatum pro Lectionibus Nocturnorum in Officio. 24. Jun. num. 9. f. Anima-lvertendi.

Missae in Feria IV. & Sabbato Quatuor Temp. cur habeat plures lectiones, par. 1. Septembr. n. 24. & 26. Quale peccatum esset, omittere plures lectiones in his Missis? ibi n. 30. & 35. An celebrans possit omittere legere per se ipsum lectiones in Missa Sabbat. Quatuor temp. quando leguntur per ministrum? ibi num. 31.

An sit obligatio audiendi omnes & singulas partes Missas? ibi n. 35. & 36. f. illud primum.

O*Octava.*

Dies Octava cuiuslibet Festi excludit quoilibet Festum cum illa occurrans, nisi sit ex solemnibus 1. vel 2. clas. 2. Jul. n. 5. & Octob. par. 1. n. 6. f. Peculiaris privilegium concessum alicubi pro Festo Visitacionis. ibi f. At vero.

Octava qualibet Festorum B. M. Virg. habet 2. Vesperas integras in concursu dupl. min. 21. Aug. n. 2.

Officium.

De Sanctis in Calendario unitis quomodo sit ordinandum, quando aliquis ex ipsis sit Patronus loci, aut Titulus Ecclesie. 1. Maii n. 7. & 19. Sepe. n. 2. Quomodo ordinandum, si alicuius ex ipsis habeatur Reliquia insignis 21. Octob. n. 2. & 3. fin. f. Afferimus, & n. 4. & 18. Jun. n. 2.

Officia particulariter concessa, si deinde extendantur, recitari debent in die post factam extensionem assignata. 21. Maii num. 2.

Officium-quomodo ordinandum in cursu Festorum ejusdem B. M. V. 15. Septembr. n. 3.

S. Onuphrii.

Officium & Missa permittitur, ubi celebrabatur ante Bullam S. Pii V. 12. Jun. num. 2.

Oratio.

Si post Orationem in qua fiat mentio Spi.

Spiritus Sancti, sequatur alia, in qua non
sit talis mentio, in Clausula non debet
dici *Eiusdem Spiritus &c.* 31. Oct. n. 7.
Ordines

Quando conservi possint. Sept. par. 1.
n. 37. & sequ. In Ordinationibus Qua-
tuor Temp. Missa ab Episcopo Ordinan-
te dicenda est de Feria non de Festo.
Septembr. par. 1. n. 39. 5. In Sabbatis.
In Ordinationibus prolixioribus Missa an-
possit prolongari ultra tempus consuetum
adhuc post Vesperas. ibi n. 40. Antiqui-
tus in solis Quatuor Temp. Decembribus
conferebantur Ordines. Septembr. par. 1.
num. 55.

Ordines cur in Jejuniis conferendi. ibi
& n. 69. 5. **Rationes autem.**

Ordinibus conferendis praemittitur Je-
junium ex convenientia, non ex præce-
pto. Septembr. par. 1. num. 69. 5. Pa-
ret hoc.

P

Panis

Cur benedicatur in Festo S. Nicolai de
Tolentino. 10. Septembr. n. 4.

Parochus

Parochi licentia ad requisita in proces-
sionibus Confraternitatum. Septemb. par.
1. n. 11. 5. In favorem, & n. 8. Septemb.
num. 9.

Pascuale Tempus

Aliquando terminatum in die Pente-
costes. Septembr. par. 1. n. 51. 5. Re-
spondetur 2. fin.

SS. Patroni.

In concurrentia duorum Patronorum ri-
tus æqualis, Vespere sunt dimidiandæ a
capit. non curata majori antiquitate. 13.
Jun. num. 2.

De S. Patrono Principali concurrente
cum Dedicatione Ecclesie propt. sic a
capit. in 1. Vesp. 24. Jun. n. 10.

Si Octava Patroni principalis de quo
taetum sit ritu dupl. 1. clas. concurreat
cum Octava B. V. sub ritu istes faciem
dum est de Octava Patroni, cum Com-
mem. Ost. B. V. 8. Sept. n. 11.

S. Pauli Ap.

Commemoratio Festiva instituta ante
a S. Gregorio Papa 30. Jun. num. 9. 5.
Professio.

Peccatum

Quando est multiplex in uno actu.
Septembr. par. 1. n. 49. 5. Praefatio in
num. 50.

Peregrinus

An possit satisfacere Jejunio Iuris com-
munis, anticipando ex privilegio loci.
23. Jul. a n. 19.

Praferentia

Quoad Festa & Officia Sanctorum quo-
modo dirigenda. 2. Oct. num. 2. Prae-
ferentia Angelorum supra Sanctos ceteros
quomodo intelligenda. ibi n. 3.

Procesiones

An fieri possint sine consensu Parochi
V. Parochus.

Q

Quatuor Temporum

Observantia cur iuncta. Septembr.
par. 1. n. 47. & 57. Est ab Apostolis.
n. 53. & iuxta Forum Observantia in
hebdomada Pentecostes quamnam habeat
congruentiam. ibi n. 51. & 53.

An jejunia Quatuor Temporum trans-
ferti possint? ibi. a n. 66. Exempla hu-
jas translationis ibi. & n. 68.

Privilegium locale comedendi carnes
in Sabbatis expirat in Jejuniis Vigilia-
rum & Quatuor Temp. ibi. n. 74.

R

Reliquia SS.

Ob Reliquias insignes fit Officium du-
pl. de Sancto 19. Jua. a. 2. Sed semidu-
plex ex consuetudine Ecclesie Senanen-
ibid.

Quænam censenda Reliquia insignis
21. Octobr. n. 5. & 9. Et quænam
Sanctorum esse debeat? ibi & sequ.
Quando sit necessaria approbatio Ordina-
rii ibi. n. 18. Ubi Constat de requisitis
Reliquiarum: non opus est nova facultate
ut fiat Officium. 21. Oct. n. 12. 5. Pos-
quam. Si dies in qua est faciendum Offi-
cium pro Reliquia, sit impedita, non po-
test designari Dominica. ibi. n. 14.

Officium pro Reliquia fit tandem in
Ecclesia, ubi illa afferatur, etiam si sit
Cathedralis, aut Matrix. ibi. Censetur
affervari in Ecclesia, etiam si sit in sa-

cili.

officia; sicut doméstico Sacello apud Regulares. ibi. §. de Reliquiis & Quod pro Ecclesiis Unitis; ibi. §. Quod ad Ecclesiast.

Confuetudo tristitia amorum non vallet ad probandam authenticitatem Reliquiarum; ibi. n. 15.

Extra Ecclesiam in qua affervantur Reliquiae, et si celebratur de Sancto; non dicitur Symbolum in Missa. ibi. n. 18. §. Qui recitat. Neque dicitur extra Cathédralem; etiam si Officium sic concessum toti Civitati aut Diocesi. ibi. §. Si Officium. Recitari debet Symbolum ratione Reliquiarum insignis; etiam si de Beato; auct modo alias de ipso permissione sit Officium. ibi. §. Si de Beato. Dicendum etiam Credo, si celebratur pro Reliquiis in generali affervatis in Ecclesia. ibi. §. In Feste generali.

Color parament. sit conformis qualitati Sancti de quo sit Officium: at in Missa pro Reliquiis in generali affervatis sit atbus. ibi. §. n. 21.

Si Sanctus, de quo habetur Reliquia, habet plura festa per annum, ratione Reliquiarum non dicitur Symbolum in Missa nisi tantum in Feste primario. ibi. n. 18.

Si Reliquia non sit insignis, fieri non potest Officium sine speciali concessione S. C. cuius habetur Exemplum: ibi. §. Si de Beato.

Ante Reliquiam expositam débent ardere ad minus duo lumina super Altare. ibi. n. 19.

Sacerdos in paramentis transiens ante expositam Reliquiam faciat illi reverentiam profundam. ibi. n. 20.

Si Reliquia sit exposita in altari ubi affervatur Sacrarium, fiat de more genuflexio. ibi. An discooperendum caput? ibi.

Jus deferendi Reliquias in Processionibus spectat ad Hebdomadarium. ibi. n. 22.

Episcopus potest concedere facultatem Regulatibus faciendi processiones cum Reliquiis extra Clastra, etiam rehente Parocho. ibi.

Potest habendae populi cum Reliquiis SS. ibi. n. 25.

De Sanctis Unitis quomodo ordinandum Officium, si adsit Reliquia aliquibus ex ipsis 21. Oct. n. 3, 18. Jun. n. 2.

Reliquia S. Crucis. V. Crucis SS.

S. Rochus.

Quibus in locis celebrari possit cum Officio de Missa. 16. Aug. n. 3. Etiam in Ecclesia propria non habet i. Vesperas integras sed solam Commemorationem. ibi. f.

S

Sadomeo

Utrum Scriptor obane libros Sapientiales. Aug. p. 1. n. 6.

Sapientiales

Libri quinam dicti. Aug. p. 1. n. 4. si quoniam conscripti. ibi m. 6. quoniam ordine legendi in Offic. ibi n. 4. in Missali Rom. appellantur partes nominad Sapientiae. ibi n. 6. f.

Securis

In actis Martyrum promiscue usurpatur cum Gladio, ad significandam decollationem. 9. Oct. n. 3.

Spina

Cordas D. N. J. C. an in processione deferenda sub baldachino & cum incensatione. 3. Maii n. 11. §. Quæsumus fuit.

S. Stephani

Inventio quæ accidit die 19. Decembris, cur celebretur die 3. Aug. ibi n. 2. Secundum aliquos S. Stephanus patulus est die. 3. Aug. ibi.

T

Tempora

Quatuor in anno observantur. V. Quartuor Tempora.

Tibia

Non confundat Reliquia Insignis 21. Oct. sum. 9.

V

Vesperæ

Non sunt facienda de Feste vel Octave, de qua freri non possit die sequenti. Septembr. p. 1. n. 13. §. Quando est ad Septembra n. 3. 1

Vigilia

De Vigilia incidente in Festis solemnioribus 1. cl. nihil sit in Officio & Missa. 22. Jun. n. 2. Nec anticipato Iunio (excepta incidentia Dominicæ) anti-

anticipatur Vigilia; quoad Officium. ibi.
In Vigiliis Ecclesiae sive omni jejunio,
sive sine jejunio, non dicuntur Officia
Votiva. 23. Jun. n. 3.

In Vigiliis communibus infra Octavas
non privilegiatas; si Officium sit de O-
ctava, Missa erit de Vigilia. 23. Jun. n. 5.

Vigilia S. Jo. Baptiste incidens in Fe-
riam V. Corporis Christi, anticipatur
quoad Jejunium in Fer. IV, sed plane
pertinet quoad Officium & Missam.
23. Jun. n. 2. & 23. Jun. n. 9. & 23. Jun. n. 11.

Vigilia S. Antonii, quam Fratres Mi-
nores celebrant cum jejunio, si incidat
in Festum Corporis Christi, anticipari de-
bet ab ipsis quoad jejunium in Feriam
V. praeced. 23. Jun. n. 13.

In Vigiliis quando dicendae sunt Missae

Conventuales. 25. Jun. n. 4. & 27. Jul.
n. 6. & 24. Jul. n. 6.

Vigiliorum B. M. V.

Festum antiquius est apud Grecos 2.
Jul. n. 1. Cur de eo non sit statim post
Annunciationem. ibi n. 3. Alicubi occur-
rente in die Octava S. Prosperi ex specia-
li concessione sit cum Commemor pres-
dictæ Octavæ. 2. Jul. 4. 5. At vero

Votum

Jejunandi pro aliquo die, anticipari
potest cum Ecclesia anticipante pro ea-
dem. 23. Jul. n. 21.

Votum emissum a Communitate susti-
netur quoad emittentes. 31. Aug. n. 4.

Votum jejunandi an expleri potest in
jejunio aliunde precepto. Septembr. par.
1. num. 48.

F I N I S.

E R R A T A C O R R I G E

T O M I . I L

Pag. Col. fin.

53 2 6 omnino genuflectunt. omnino non genuflectunt

T O M I . I I I .

7 2 ARTIC. II.

61 2 25 est adaptanda. Vi con-
stitutionis Urba-
næ.

62 EXPLICANTUR ARTI-
CUL. III.

189 2 21 Lectionem.

ARTIC. III.

est adaptanda, vi Constitutionis
Urbanæ.

EXPLICANT. ARTICULIS II.

Lectionum.

D I A R I U M
LITURGICO-THEOLOGICO-MORALE

S I V E

S A C R I R I T U S,
INSTITUTIONES ECCLESIASTICÆ MORUMQUE
DISCIPLINA.

NOTANDA SINGULIS TEMPORIBUS

ATQUE DIBBUS ANNI

CIVILIS ET ECCLESIASTICI.

A U C T O R E

FERDINANDO TETAMO

PANORMITANO.

TOMUS QUARTUS.

NOVEMBER ET DECEMBER.



VENETIIS, MDCCCLXXIX.

Ex TYPOGRAPHIA Petri SAVIONI.

In Via Mercatoria sub Signo NAVIS.

CUM PUBLICA APPROBATIONE AC PRIVILEGIO.

NOTANDA MENSE NOVEMBRI.

P A R S I.

NOTANDA MENSE NOVEMBRI IN GENERE.

EXPLICANTUR SANCTIONIBUS. IV.

- Sect. I. *De Numero Dierum.*
- Sect. II. *De Reservatione Beneficiorum, & alternativa.*
- Sect. III. *De Horis Canoniciis.*
- Sect. IV. *Nos. in Feste Patrocinii B. M. V.*

S E C T I O I.

De numero dierum.

1. NOVEMBER habet dies trintatæ.
2. Vid. dicta parte 1. hujus libri
3. c. 1.

S E C T I O II.

De Reservatione Beneficiorum, & Alternativa.

2. IN Reservatione Beneficiorum ex Reg. Cancell. November est mensis Papalis: & similiter in Alternativa. Vid. dicta parte 1. hujus libri 3. c. 6.

S E C T I O III.

De Horis Canoniciis.

3. MENSE Novembri leguntur Ezechielis, Danielis, & duodecim Prophetarum libri: quia saepè loquuntur de Adventu Messiae, quem celebramus in proximo Decembri. Amalar. de Ord. Antiph. c. 76. Item Rupertus de divin. Offic. lib. 12. c. 25. fine dicit, Prophetarum libros exci-

tare nos ad spem, & metum, usquequo redeat Christus in Adventu secundo. Rursus ideo usque ad Adventum Domini perlegi, ut inter tenebras, & conflictus hujus saeculi, usque ad redditum Christi, Scripturas nos illuminent, & consolentur.

Legitur autem primo Ezechiel per duas hebdomadas, nisi Adventus præpropere occupet Novembrem. Scilicet si November habeat quinque Dominicas, tunc in secunda Dominica continuantur Letiones de Ezechiele: si vero habuerit tantum quatuor Dominicas, tunc Dominica secunda legitur Liber Danielis positus in tercia Dominica: & in Sabbato præcedente prædictam Dominicam secundam, dicetur ad *Magnificat* Antiphona *Muro tuo*, quæ est ante Dominicam tertiam Novembri; & duabus sequentibus Dominicis, seu hedomadibus legentur Prophetæ Minores.

Rubr. *Brev. ante Dom. 2. Novembr.*

Prophetæ Majores dicti sunt Isaías, Jeremias, Ezechiel, & Daniel: Alii vero duodecim dicti sunt minores, tum (ex Augustino 18. de Civit. Dei c. 29.) quia illi prolixiora columnina scriperunt; Isti vero breviora: tum quia Minorum Prophetarum libri omnes

A 3 nes

4 Tr. I. Lib. III. Pars II. Not. Mens. Novembri.

nes unico libro comprehenduntur apud Hebræos; secus autem Prophetarum majorum. Vide S. Hieronymum *præfat.* in 12. prophet. & Joannem Lorinum *to. 1. præfat.* in *Psal. cap. 3.* post initium.

6 Initia saltem Lectionum Prophetarum duo decim minorum legi debent; quamvis dixerimus, apud Hebreos constituere unicum librum: quia apud nos diversi censentur libri. Cum autem initium alicujus Prophetæ minoris mense Novembri infra hebdomadam impeditur aliquo festo novem lectionem, habente proprias lectiones de Scriptura; reponatur quoad commode fieri poterit, in sequenti feria infra eamdem hebdomadam, alio simili initio scripturæ, vel Festo non impedita; alioquin in præcedenti feria similiter non impedita infra eamdem hebdomadam; ita ut aliquo modo ponatur: etiam si plura initia eodem die poni oporteat. *Rubr. gen. Brew. tit. 26. n. 7.* Ex Decr. S. C. R. 5. Julii 1698. in Collen. *Quando in mense Novembri sunt eadem die ponenda plura initia prophetarum; dicenda est tantum unica Lectio.* Non possunt posse plura tribus initiis prophetarum unica die. Ubi sunt plura officia babentia primas lectiones proprias, possunt omitti aliqua ex dictis initiis Prophetarum occurrente legitima causa apud Caval. *to. 2. par. 2. c. 34. d. d. 13. 14. 15.* Sed vide dicenda tr. 2. lib. 3. par. 1. in ejus 1. par. ubi de Not. tempore post Epiphan. ad Septuages. c. 1. n. 2.

S E C T I O IV.

Not. in *Festo Patrocinii B. M. V.*

EXPLICANTUR SUBSECTIONIBUS II.

Subsect. I. *De Horis Canonicas.*
Subsect. II. *De Missa.*

S U B S E C T I O I.

De Horis Canonicas.

OFFICIUM Patrocinii B. M. V. dupl. 7 maj. de præcepto. Pro toto Statu Ecclesiastico, ex Benedicto XIII. in Dominica 2. Novembris recitandum. Vide dicta 23. Januar. art. 1. Idem Officium multis etiam aliis locis concessum est celebrari in aliqua Dominica hujus mensis a locorum Ordinariis eligenda. Non desunt tamen aliqui usus, qui ejusdem celebrationi in Dominica mensis alterius incumbunt, vel in Novembri quidem, sed in alia stabili, seu fixa mensis die. Dominica autem designata ad hoc festum celebrandum prima, vel secunda &c. erit, quæ prima, vel secunda &c. occurrit intra ipsum mensem. Vid. Caval. *to. 2. c. 29. in decr. 2. n. 2. & c. 30. in decr. 1. n. 2.* ac dicta in simili in Octobr. par. 1. n. 7. Sed cum dicitur dies assignanda ab Ordinario loci nota; quod Regularium Superiores non veniunt sub nomine Ordinariorum: & consequenter non possunt assignare aliquam ex Dominicis Novembris pro recitatione Officiis de Patrocinio B. M. V. quod multis in locis permittitur celebrandum in aliquo die Dominico præfati mensis, a locorum Ordinariis eligendo. S. R. C. 22. Januar. 1701. apud Caval. *to. 2. c. 30.* d. 3.

d. 3. ubi n. 1. & to. i. c. 1. in decr. 5.
 n. 20. docet: hic Superiores Regulares non venire sub nomine Ordiniorum; quia hic sermo est de *Ordinariis locorum*; nomine autem *Ordinariorum locorum* concedit utique non venire Prælatos Regulares; secus autem nomine simpliciter *Ordinariorum*; hi enim sunt etiam Regulares Prælati respectu suorum subditorum. Videri potest La-Croix lib. 6. par. 2. qu. 210. §. 2. ex quo etiam ibi, & par. 3. qu. 118. §. 2. habes, nomine *Ordinarii loci* venire item Vicarium Generalem Episcopi: Confer dicenda tr. 2. l. 5. par. 2. in ejus 1. par. c. 3. n. 124. prope fin. Aliquando autem vidimus adhiberi modum hunc loquendi: *Locorum Ordinarii tam Seculares, quam Regulares*, ut in D. S. C. R. die 5. Aug. 1662. allegando 2. Novemb. n. 103.

§ Designata Dominica per Ordinarium loci, ad recitandum Officium Patrocinii B. V.; si ea accidat impediri, non potest transferri, sed debet omitti, si sit concessum locis, & Ecclesiis particularibus, ad eorum instantiam in terminis facultativis; etenim *Officia concessa pro aliquibus locis, quibus assignata est dies aliqua Dominicana, si sit impedita alio Festo altioris ritus, vel dignitatis, non sunt transferenda, sed omittenda.* S. R. C. 20. Martii 1683. in una Ordin. Minor. Observ. apud Caval. to. 2. c. 25. d. 7. n. 1. & confirmatum fuit an. 1752. Vide dicenda in Dom. 2. post Pascha: Et iterum: *Non possunt transferri Officia illa affixa certis diebus, quæ sunt concessa pro locis, & Ecclesiis particularibus ad eorum instantiam.* S. R. C. 5. Maii 1736. in Einsdlen. apud Caval. l. cit. decr. 10.

Contra vero, si sit ex præcepto:

in eodem etenim Decreto subditur: *At quando Officia prædicta sunt de præcepto pro aliquo Statu, sicuti sunt Officia plura a S. M. Benedicto XIII. pro Statu Ecclesiastico affixa certis diebus, transferantur.* Transferendum similiter est hoc Festum, ubi sit concessum ad instantiam Regum, vel Principum, etiamsi in terminis facultativis inveniatur concessum. Vid. Caval. to. 2. c. 25. in decr. 10. n. 4. & dicta 19. Januar. art. 1. n. 2. Et pro Regnis Hispaniarum profertur item Decretum hujus tenoris: *Officium Patrocinii B. M. V. in Dominica Novembris ab Ordinario Loci assignandum, si per totum mensem a dupliceibus prime classis cum Octavis Dominice sint impeditæ, prædictum Officium in hoc casu non est recitandum in die alicujus Octavæ, sed transferendum, (pro gratia: additur in opere Merati in append. Decr. Brev. n. 407.) servatis Rubricis Breviarii Romani de Translat. Fest. S. R. C. 1. Octobr. 1740. in Nolana apud Caval. to. 2. in append. ad cap. 25. d. 1. qui in Decretum hujusmodi scribit hæc: Cum Officium Patrocinii B. M. V. dumtaxat gaudeat ritu duplice majori; Lex Rubricarum est, quod debeat cedere Festis altioris ritus, immo & diebus octaviss, licet hæc sub ritu duplice minori celebrentur; & hæc est causa, ob quam in casu transferendum indicitur, servatis Rubricis, in primam nempe diem non impeditam, & non in diem aliquam Dominicam alterius mensis. Hic autem sermo est de Patrocinio concesso Hispaniarum regnis, ut liquet ex Decreti data, quæ est in Nolana, quæ est urbs Regni Neapolitanii, quod, licet modo proprio Regi pareat, adhuc in usum habet, Officium incumbere concessi Statulus Regis Carbolici*

6 Tr. I. Lib. III. Pars II. Not. Mens. Novembris.

lici, cui olim subiectum erat. Secus autem foret de Officio Patrocinii, quod aliquibus locis, vel Civitatibus concessum foret; quia tunc, utpote affixum diei Dominicæ, omittendum esset, non transferendum. Hæc Cavalerius, qui rursus eodem to. 2. c. 30. comment. in decr. 3. n. 2. sub terminis attamen generalibus scribit hæc: Anno 1740. i. Octob. prodiit Decretum, & est 4. cap. in ord. 250. nempe. Si in Dominica Novembris ab Ordinario loci assignata pro recitatione Officii de Patrocinio B. M. V. occurrat Festum altioris ritus, transferatur Officium Patrocinii juxta Rubricas in primam dienon impeditam. Hoc autem volumus intelligas pro locis, ubi Festum Patrocinii per terminos præceptivos concessum fuit; aut pro Regnis, vel Religionibus, non vero pro aliquo particulari loco, sicuti late traditur in cap. de Festis affixis diebus mobilibus. Hæc Cavalerius.

¶ *Ordo hujus Officii erit hic: In 1. Vesp. omnia ut in Feste ad Nives die 5. Aug. additis Commemoracionibus Dominicæ sequentis, Festi præcedentis, &c. juxta Rubr. gener. de concursu. In Antiphona ad Magnific. ubi dicitur: Tuum Sanctam Festivitatem dicatur hodie: Tuum Sanctum Patrocinium, & in fine hymni complet. dic. Iesu tibi: Qui natus. Deinde ad Matutinum & Horas, omnia ut in dicto Feste ad Nives præter*

Lectiones secundi nocturni, quæ erunt ut in quinta die infra. Oœ. Nativ. B. M. V. 12. Septembr. Dei filius. cum nona lect. de Homil. Domin. occur. & ejusdem Commemor. in Laudib. aliisq. Commemorationibus, si occurrant juxta rubricas generales. In VH. &c. ubi dicitur in Feste ad Nives: Tuam Sanctam Festivitatem, dicatur hic: Tuum Sanctum Patrocinium. In &c. br. ad Primam: Qui natus es. & in fine Hymnor. Iesu tibi. Qui natus. Secundæ Vesp. ut in primis. Antiphona ad Magnific. ut in secundis Vesp. Festi ad Nives & fit Commemoratio Dominicæ præcedentis, Festi sequentis &c. juxta Rubr. gen. de concursu.

S U B S. IL.

De Missa.

N Festo Patrocinii B. M. V. du-
pl. maj. Missa ut in Feste ad
Nives die 5. Aug. seu ut in Votivi-
bus de S. M. a Pentec. ad Adventum
cum Commemoracione Domini-
cæ occurrentis, aliisq. Commemo-
rationibus, si occurrant juxta Rubr.
gen. Credo. Præfat. de B. V. Et te
in festivitate. Videri potest Cavaler.
to. 5. c. 14. n. 38. & in fine Mis-
sa Evangelij Dominicæ. Col. pa-
ram, alb.

PARS

P A R S I I.
M E N S I S N O V E M B R I S.
NOTANDA SINGULIS SIGILLATIM DIEBUS.

C A P U T I.

N O T A N D A I. N O V E M B R I S.

EXPLICANTUR ARTICULAS II.

Art. I. Not. in Feste omnium Sanctorum.

Art. II. Not. infra Octavam.

A R T I C U L U S I.

Not. in Feste omnium Sanctorum.

EXPLICANTUR SECTIONIBUS V.

Sect. I. *De Institutione, & observantia Festi.*

Sect. II. *De Horis Canonicas.*

Sect. III. *De Missa.*

Sect. IV. *De Functionibus Pontificali.*

Sect. V. *Not. tempore Interdicti.*

S E C T I O I.

De Institutione & Observantia Festi.

INSTITUTUM est ab Ecclesia generali de Festum de omnibus Sandis, & de ejus observatione latum est præceptum universale: & ita in C. Pronunciandum. 1. dist. 3. de consecr. & C. Conquestus de Ferriis; hoc Festum inter solemnia enumeratur. Item Urbanus VIII. Constit. incip. Universa. pro observ. Festot. quam allegavimus 1. Januar. n. 1. in qua reconsent omnia, & singula Festa in fo-

to ex obligatione gravi, & universaliter servanda; adscribit hunc diem Solemnitatis omnium Sanctorum. Et jam hujus Festi sub gravi obligatio- ne universalis est, & indubitate ob- servantia.

Hoc Festum instituit Romæ Bonifacius IV. præfixa celebritati ejus die decima tertia Maji. Deinde Gregorius III. per universam Ecclesiam ob- servari præcepit. Denique Gregorius IV. vel ut nonnulli contendunt, ipse laudatus Greg. III. illud transstu- lit a die 13. Maji in hanc diem 1. Novemb. quæ omnia mox explicabi- mus. Vid. Bened. XIV. tract. de Actis Sanctor. Bononiens. c. 21. Azor. Instit. moral. par. 2. l. 1. c. 25. Suar. de Relig. 10. 1. tract. 2. lib. 2. c. 9. n. 24. Jo: Beleth de Div. Offic. c. 127. Du- rand. in Ration. lib. 7. c. 34. Baron. in not. martyrol. bac die. Cavaler. Com- ment. in Decr. S. C. R. 10. 1. r. 1. in d. 22. Merat. ad hanc diem. Ce- lebratur itaque hodie Festum Om- nium Sanctorum; quo nomine in ho- dierna Festivitate venit omnis omni- no multitudo Coelestium Civium cum

Do-

8 Tr. I. Lib. III. Pars II. Not. Mens. Novembri.

Domino, & Rege eorum; ut patet ex hymnis, versibus, Responsoriis, aliquique ejusdem Officii partibus. Nimirum hodierna Solemnitas tendit in honorem SS. Trinitatis, B. Dei Genitricis, & omnium Angelorum, Item Apostolorum, Martyrum, & Confessorum, generaliter omnium Sanctorum, & Sanctarum, cæterorumque electorum Dei, quibus merito aptantur verba illa: *Turba magna quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis & linguis Apoc. 7. 9.*

Inde est, quod hodiernum Officium sumit Antiphonas & Responsoria secundum varias Hierarchias Sanctorum, qua varietate circumdatur, seu ornatur Ecclesia, sicut scriptum est: *Astitit Regina a dextris tuis in vestitu deaurato: circumdata varietate.* Ps. 44. 10. Prima enim Antiphona, & prima lectio, & Responsorium primum de Trinitate cantatur: quia nimirum primario Festum est Trinitatis, ut docent Beleth cit. c. 127. & c. 158. ac Durand. l. cit. quidquid negat Gavantus in Rubr. Miss. par. I. tit. 18. n. 2. lit. t. Secundo loco cantatur de Beata Dei Genitrice Maria, Regina Sanctorum omnium; Tertio de Angelis; quarto de Prophetis; quinto de Apostolis; sexto de Martyribus; septimo de Confessoribus; octavo de Virginibus; nono, seu in Laudibus, &c. cantatur de Sanctis omnibus simul.

2 Institutum fuisse hoc Festum, dicit Durandus l. cit. quatuor de causis: Primo propter Dedicationem Ecclesiarum Sanctarum Mariarum ad Martyres, quæ vulgo vocatur Sanctarum Mariarum Rotundæ, ob figuram illius Ecclesiarum. Pro dicta autem Dedicatione sciendum est, Veteres Gentiles Ro-

manos aliquot annis ante Nativitatem Domini, scilicet, ut dicitur, anno vigesimo quinto (Vid. Baron. in not. Martyr. ad hanc diem) ædificasse templum Jovi Ultori, sive, ut alii tradunt, in honorem Cybelæ, quam dicebant Matrem Deorum, & in honorem filiorum suorum, nimirum Deorum omnium. Vid. Baron. l. cit. Romana enim Civitas, ut S. Leo Serm. I. in Nat. Apostolorum Petri, & Pauli ait: *Ignorans sua præceptionis auctorem, cum pene omnibus dominaretur Gentibus, omnium Gentium serviebat erroribus; & magnam sibi videbatur assumptionem Religionem, quia nullam respuebat falsitatem.* Templum autem illud appellatum est græce Pantheon, id est omnium Deorum. Postquam vero per Beatissimos Apostolos Petrum, & Paulum Evangelium Christi Romæ resplenduit; quæ erat magistra erroris, facta est discipula veritatis, & quantum erat per diabolum tenacius illigata, tantum per Christum est mirabilius absoluta: ut idem laudatus Leo prosequitur Sermone cit. Processu ergo temporis, videlicet anno Domini 607. Bonifacius Papa IV. petiit a Phoca Imperatore Constantinopolitano, qui præmerat Romanis, templum illud sibi dari. Quod cum obtinuisset, abjectis inde Idolis, dedicavit illud die decima tertia Maij ad honorem B. Mariæ Virginis, & omnium Martyrum, ideoque, ut diximus, vocatum est Templum S. Mariæ ad Martyres. Bene observat Baronius in Not. Martyr. ad diem 13. Maij, Divina fuisse dispensatione peractum, ut inter tot Idolorum Fana prostrata, & in anathema oblivionis everfa, Pantheon, velut insigne quodam,

dam, ac perenne trophyum de ex-pugnatis hostibus permaneret, cederetque triumpho omnium Martyrum, qui omnes Gentilium Deos Christi Crucis subegerant. Statuit autem laudatus Pontifex Bonifacius, ut singulis annis celebraretur Romæ prædicta Dedicatio Templi in honorem B. Virginis, & omnium tantummodo Martyrum: licet enim & Sanctis Confessoribus fuerit iam tum cultus exhibitus; nondum tamen eorum memoria adeo celebris erat. Vid. Microlog. de Eccles. observat. c. 48. Caval. to. 1. comment. in Decr. S. C. R. c. 2. in d. 7. a. p. 5. Deinde vero crescente paulatim devotione, & religione Fidélium, & Sanctorum Confessorum Festivitatibus æquali ac Martyrum Solemnitate celebrari coepitis, Gregorius III. per Universam Ecclesiām Festum hoc celebrari præcepit; & quod erat in honorem B. Virginis, Apostolorum, & reliquorum tantummodo Martyrum, voluit etiam celebrari in honorem, & laudem totius plane Curiæ Cœlestis, ut supra significavimus. Denique a die 13. Maji in hodiernam transtulit Gregorius IV. vel juxta quorundam opinionem, ipse Gregorius III. vel, ut nonnulli existimant, cum factam a Gregorio III. translationem non omnes recepissent Ecclesiæ; Gregorius IV. effecit ut laudati Prædecessoris sui Sanctio, seu Translatio prædicta servaretur ubique. A præfata autem die 13. Maji ad præsentem hæc Solemnitas fuit translata ob causam infra explicandam.

Quia itaque hodiernum Festum manavit a prima dieti Templi Dedicatione a Bonifacio facta, ideo eadem dicitur esse prima Causa institutionis hodiernæ Festivitatis. AL-

TOM. IV.

tera causa est, propter omissorum Festorum suppletionem: Sanctorum enim laudabilis numerus adeo excretvit, & multiplicatur in dies, ut minime valeamus singula Festa de singulis celebrare. Tertia ratio est propter negligentiam compensandam, quam in illis specialibus Festis, quæ per annum celebramus, ob humanam fragilitatem adhibere solemus. Quæ ratio assignatur in Ordine Rom. Ut quidquid humana fragilitas per ignorantiam in Solemnitatibus, aut Vigiliis Sanctorum, minus plene peregerit; in hac observatione sancta solvatur. Quarta denique ratio est, ut desideratam nobis Deus suæ propitiationis abundantiam multiplicatis intercessoribus largiatur: ut significat Ecclesia in Collecta, seu Oratione hodiernæ Festivitatis.

Quod autem attinet ad causam superdictæ translationis Festivitatis hujus: dicunt Belethi, Durandus l. cit. & alii, ideo hoc Festum a Majo ad Novembrem fuisse translatum, quia in illo mense non est tanta copia viualium (solet enim tunc annona deficeret,) & populus, qui confluerebat ad illa solemnia, propter inopiam ciborum, quandoque non poterat bene celebrationi vacare: Cui itaque in commodo occurtere, visum est, celebrando hoc Festum in his Calendis Novembribus, ut nunc collectis terræ frugibus convenienter ad illud possint viualia copiosius inveniri.

S E C T I O II.

De Horis Canoniciis.

FESTUM omnium Sanctorum du-
pl. i. cl. cum Octava, ex Decr.
Sixti IV. anno 1480, ut refert Tho-
mas.

B

massinus apud Caval. to. 1. c. 1. in d. 22. n. 9. Quodcumque Festum occurrat, transfertur. Rubr. gen. Broc. tit. 9. n. 3. & tit. 10. n. 1. Et in notis Brev. post Tabell. occursit. Omnia ut in propr.

- 4 Post 2. Vesp. omnium Sanctorum dicuntur Vesperæ Defunctorum ut in Breviario: ex præcepto sub gravi, ut docebimus die seq.

In 2. Vesp. itaque omnium Sanctorum dicto *Benedicamus Domino*; *Deo Gratias*: dicuntur Vesperæ Defunctorum ritu duplice; Rubr. gen. Brev. tit. 1. n. 1. adeoque duplicantur Antiphonæ, seu dicuntur integræ. Psalmi *Dilexi*, & reliqua ut in Breviario in Vesp. Defund. excepto Psalmo *Lauda anima mea Dominum*, qui post *Pater noster* non dicitur, in precibus ad has Vespertas. Rubr. & Decreta quæ dabimus in Appendice ad Calcem Diarii c. 8. n. 17. & dicitur tantum Oratio *Fidelium Deus*, quæ terminatur cum conclusione longiori *Qui vivis & regnas cum Deo Patre*. Post Orationem dicuntur *V. & R.* posita post ultimam orationem, nimirum, *Requiem eternam &c.* & sic terminantur Vesperæ Defunctorum, nihil aliud addendo.

An Matutinum Defunctorum pro generali eorum Commemoratione possit pridie recitari, examinabimus die sequi.

- 5 Si eras sit Dominica; transferendam esse Commemorationem Defunctorum: notabimus die seq. Similiter si alicubi occurrat Festum de præcepto, diei Dominico æquale, seu de præcepto in foro, transferatur ibi in Choro Commemoratio omnium Defunctorum. Similiter transferendam esse, docet Caval. allegandus die seq. n. 5. ubi occurrat in Choro Festum

dupl. 1. vel 2. Clas. aut etiam dupla majus.

S E C T I O III.

De Missa.

IN Festo omnium SS. dupl. 1. clas. 6. **Missa** propr. *Credo*. Rubr. gener. Miss. tit. 11. Paramentorum color albus ex Rubr. gen. Miss. tit. 18. n. 2. Sed quare non potius rubens color adhibetur, cum Festum hoc primo in honorem Martyrum fuerit institutum?

R. Hoc Festum primo institutum quidem fuisse in honorem Martyrum, sed etiam, & principalius in honorem B. Virginis Dei Genitricis, ut constat ex dictis supra. Unde quia Santa Dei Genitrix super omnes Santos excellit, ideo præ cæteris omnibus honoris illius habetur respectus. Quam rationem eruimus ex Durando in Rat. Offic. lib. 3. c. 18. n. 5. eamque assignat Gavantus in Rubr. Miss. part. I. tit. 18. n. 2. lit. t. Ubi dicit, ideo in hoc Festo adhiberi colorem album, quia in eo fulget præcipue nomen B. Virginis. Porro Festivitatibus B. Virginis competit color albus, ut dictum est 2. Februar. n. 56. ob rationem assignatam ibidem.

Præterea, ut supra notavimus, hodierna Festivitas tendit in honorem SS. Trinitatis inhabitantis lucem inaccessibilem. Item hodie Beati leguntur *Amicti stolis albis*, ut ex Inn. III. notat etiam Gavantus l. cit. Rite igitur in hac solemnitate sacrorum paramentorum color est albus.

Nota hic veterem consuetudinem, haec tenus alicubi toleratam, celebrandi duas Missas per singulos Sacerdotes in hac die. Benedictus XIV. de Sacr. Mif. I. 3. c. 4. n. 10. fine hæc scri-

Scribit: *Episcopus Oriobuelle in Regno Valentiae Sacra Congregationi Concilii Ecclesie sua referens statum, exposuit: Presbyteros Seculares in sua Diocesi in die Commemorationis omnium Sanctorum duas Missas: in die vero Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum Seculares itidem duas, Regulares vero ternas celebrare solitos. In folio, quod Secretarius solet compانere, interrogata fuit Congregatio, quid esset respondendum? Et die 30. Augusti 1722. captum est consilium respondendi: Non proposita. Quod est indicium, veterem hanc tolerari quidem consuetudinem, sed ejus extencionem, aut novam introductionem imprebari. Hec Benedictus. De pluribus autem Missis in die Commemorationis omnium Fid. Def. aliqui celebratis quid jam dicendum sit? notabimus suo loco sequenti die.*

S E C T I O . IV.

De Functionibus Pontificalibus.

FESTUM omnium Sanctorum est ex illis diebus, in quibus Functiones Pontificales, absente vel impedito Episcopo, spectant ad primam Dignitatem. Vid. dicta 6. Januar. art. 4. sect. 4.

S E C T I O . V.

Not. tempore Interdicti.

LEANDER a SS. Sacram. 4. parte tr. 5. de Interdicto disp. 4. qu. 33. affert Doctores docentes: tempore Interdicti generalis localis permitti Fidelibus in Festo omnium Sanctorum, & Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum Officia Divina publica. Sed opponit: nullum ad id pro-

bandum afferri, nec dari jus; adeoque standum esse, docet, consuetudini Provinciarum rite introduxit. Idem dicit Chiavetta tom. 2. Consult. 143. n. 10. Pro tempore suspensionis Interdicti nonnulla notabimus tr. 2. in Dom. Resurr. art. 7.

A R T I C U L U S . II.

Natanda infra Octavam omnium Sanctorum.

EXPLICANTUR SECTIONIBUS . II.

Sect. I. *De Horis Canonicas.*

Sect. II. *De Missa.*

S E C T I O . I.

De Horis Canonicas.

TINFRA Octavam omnium Sanctorum 10 semid. lect. 1. Noct. de Script. occurr. 2. & 3. Noct. propr. reliqua ut in Festo.

Octava omnium Sanctorum tamquam 11 dignior praefenda est Octava Dedicacionis Ecclesie. S. R. C. 5. Martii 1693. in Sabinen. apud Caval. comment. in Decr. S. C. R. to. 1. c. 1. d. 22. Ideoque totum Officium erit de die infra Octavam omnium Sanctorum, & Commemoratio dies infra Octavam. Dedic. Eccl. Consequenter cum infra Octavam omnium Sanctorum de ea fiet sola Commemoratio, haec fiet ante Commemorationem Dedicacionis Ecclesie. Porro Festum hoc omnium Sanctorum est universalis solemnitas totius Ecclesie triumphantis in Coelio: ut observat Guyetus, quem laudant Meratus to. 2. sect. 3. c. 8. n. 13. & Caval. l. cit. n. 12. Vult etiam Guyetus, quem item laudat Meratus l.

B 2 cit.

cit. nullam similiter aliam Octavam huic esse præferendam Octavæ omnium Sanctorum. Sed animadvertisit Caval. l. cit. esse præferendam Octavam Festi dupl. i. cl. Christi Domini, vel B. Virginis, si occurreret: itemque Octavas Festi dupl. i. cl. Angelorum, vel Apostolorum: quorum festa in Rubr. xi. n. 2. versu: *Inter Festa*, super cætera præferentiam habent. Rationem assignat, quæ videri potest. Nos interim notamus, in hac sententia, ubi Festum SS. Apostolorum Simonis, & Judæ, vel alterutrius est duplex i. cl. cum Octava, occurrente hac Octava omnium Sanctorum, recitandum est de Octava laudatorum SS. Apostolorum cum Commemoratione Octavæ omnium Sanctorum.

- 12 Officia, quæ semel in mense, aut hebdomada recitari concessa sunt, prohibentur in diebus infra Octavas ex Decr. S.C.R. & idem est de Festis ad libitum. Vid. dict. l. 2. par. i. c. 2. n. 3. & die 19. Januar. n. 4.

S E C T I O II.

De Missa.

- 13 **I**NTRA Octavam omnium Sanctorum, quando dicenda est Missa de die infra Octavam, dicitur sicut

in die Festi. 2. or. de Spiritu S. 3. Ecclesie. vel pro Papa. Rubr. Miss. hic, & in Rubr. gen. tit. 9. n. 9. Quo ad conclusionem ultime orationis recole animadversionem factam die precedenti: hoc est 31. Octobr. n. 7. Licet in Vigiliis, quæ jejunantur (excepta Vigilia Nat. & Pentec.) & infra Octavas Sanctorum, secunda oratio sit de B. Virgine ob rationes ex Gavanto assignandas 8. Decembr. art. i. n. 5. in Vigilia vero, & infra Octavam hanc omnium Sanctorum seclusa fit: hoc autem ex eo quod in harum prima oratione implorentur implicite etiam merita ejusdem Reginæ Sanctorum omnium, inquit Gavantus in Rubr. Miss. part. i. tit. 9. n. 9. tit. e. Verum cum non repugnet, post implicitam, fieri etiam explicitam Invocationem ejusdem Reginæ SS. omnium; (ita enim fit si in Vigilia hujus Festi occurrat dici de Feste Semiduplici. V. 31. Oct. n. 8.) putarem, id ideo factum, quia congruentius visum est, ubi datur locus, in Missa Vigilia, & infra Octavam SS. omnium, post invocatam implicite eorumdem Reginam, invocare Spiritum S. Dominum, & Vivificantem Ecclesiam Sanctam. Dicitur *Credo*. Rubr. gener. Missal. tit. ii. & particul. hic. Col. parament. alb.

CA-

C A P U T I I.

N O T A N D A I I . N O V E M B R I S .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I .

Art. I. *Not. in die Commem. omn. Fidel. Defunct.*

Art. II. *Not. post diem Commem. omn. Fidel. Defunct.*

A R T I C U L U S I .

Not. in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum.

E X P L I C A N T U R S E C T I O N I B U S VII .

Sect. I. *De Institutione & obser vantia Commemoratio nis Omnium Fid. Def.*

Sect. II. *De Officio Divino diei, & Defunctorum.*

Sect. III. *De Missa Defunctorum.*

Sect. IV. *De Absolutione in Exequiis Defunctorum.*

Sect. V. *De Functionibus Pontificalibus.*

Sect. VI. *De Indulgentiis.*

Sect. VII. *Not. temp. Interd.*

S E C T I O I .

De Institutione, & observantia Commemorationis omnium Fid. Def.

DIIES Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum non est in foro observari præceptus, nec ad Festivitatem pertinet, ut scite observat Suarez de Relig. 10. 1. tr. 2. lib. 2. c. 9. n. 24. Vide inf. n. 4.

Hæc autem generalis Commemoratio omnium Fidelium Defunctorum, quorum Animæ detineantur carcere Purgatorii, instituta est ab Ecclesia, ut prædicti Fideles generalibus

beneficiis seu suffragiis adjuventur, quia omnes specialia habere non valent, inquit Durandus in *Ration. Offic.* l. 7. c. 35. n. 2. Huc etiam facit, quod Augustinus in Libro ad Paulinum de cura gerenda pro mortuis, ait cap. 4. Non sunt prætermittendæ supplicationes pro spiritibus mortuorum, quas facientes pro omnibus in Christiana, & Catholicæ societate Defunctis, etiam tacitis nominibus quorumcumque, sub generali Commemoratione suscepit Ecclesia, ut quibus ad ista defunt Parentes, aut filii aut quicumque cognati, vel amici, ab una eis exhibeantur pia Matre communis. Quæ Augustini sententia laudatur C. *Visum.* 72. dist. 1. de conscr. Affixa fuit hæc Commemoratio hodiernæ diei, eo quod ipsa cum duabus præcedentibus ad Mysterium deputetur: nam ut bene observat Durandus l. cit. n. 1. Vigilia omnium Sanctorum dies est afflictionis; at sequens eorumdem Festiva solemnitas dies est exultationis: hodie vero dies Orationis. In prima nos jejunando affligimus, præsentis vita miseriam recolentes: In secunda Beatitudini Sanctorum congaudemus, gratiarum actiones Domino referentes: In hac tertia pro his qui in Purgatorio detinentur, oramus, ut ipsis Deus remissionem cunctorum tribuat peccatorum & indulgentiam, quam semper optaverunt, totius simul militantis Ecclesiæ piis supplicationibus consequantur.

De

14 Tr. I. Lib. III. Pars II. Not. Mens. Novembri.

De initio institutionis Commemorationis hujusce videri potest Benedictus XIV. tract. de Actis Sanctor. Bononiens. c. 22. Caval. comment. in decr. S. C. R. to. 3. c. 1. a n. 4.

S E C T I O II.

De Officio Divino diei, & Def.

AGITUR SUBSECTIONIBUS II.

Subf. I. *De Officio diei.*

Subf. II. *De Officio Defunctorum.*

S U B S E C T I O I.

De Officio diei.

2 IN Calend. Rom. de die infra Octavam omnium Sanctorum, semid. Nec ideo ad Matutinum duplicandas sunt Antiphonæ, quod Missa dicenda sit pro Defunctis ritu duplo. Vid. Caval. to. 3. c. 12. n. 1. Lect. 1. noct. de Scrip. occur. 2. & 3. noct. prop. ut 2. die; reliqua ut in Festo. Post Landes diei dicitur Matutinum Defunctorum, de quo subf. sequenti. 2. Vesp. de eadem die infra ost.

Si hodie fuerit Feria VI. post Dom. V. Octobr. legantur in 1. noct. Lectiones Feriarum III. post Dominicam praedictam, aut aliæ præcedentes, Feriae scilicet II. vel Dominicæ prædictæ, si nondum lectæ fuerint: secundum dicta 29. Octobr. n. 6.

S U B S. II.

De Officio Defunctorum.

3 POST Landes Canonicas diei dicitur Matutinum Defunctorum cum suis Laudibus. Dicō itaque post

Laudes diei: *Benedicamus Domino. Deo Gratias;* absolute incipit Matutinum def. ritu duplo. Rubr. gen. Brev. tit. 1. n. 1. dicitur Invitorium. Rubr. gen. Brev. tit. 19. n. 2. Nonum Responsorium erit: *Libera me Domine de morte eterna.* In fine Laudum Def. repetita de more Antiphona post Benedictus; dicitur: *Pater noster,* coque recitato, dicuntur preces flexis genibus, in quibus omittitur Ps. *De profundis;* Rubr. & Decreta, quæ notabimus in Appendice ad calcem Diaconi cap. 8. n. 17. Post preces dicitur *Oratio Fidelium*, ut in vesperis heri cum VV. & RR. positis post ultimam orationem; & sic terminatur Matutinum Def. nihil aliud addendo. Vide dicenda n. 30. Rubrica Brev. 36. de Antiph. final. B. V. n. 3. hæc habet: *Nunquam vero dicuntur post aliquam horam, quando subsequitur cum officio diei officium Defunctorum, vel septem Psalmi Penitentiales, aut Litania;* præterquam post Completorium, in quo semper dicuntur etiam prædicta subsequuntur. Animadvertisit autem Gavantus, & cum eo Caval. to. 2. par. 2. c. 40. in d. 3. n. 6. & to. 3. c. 2. in d. 7. n. 4. ex prædicta Rubrica inferri Antiphonarum finalium omnimodam omissionem tam ante, quam post ea, quæ subsequuntur. Itaque si Laudibus diei uniatur Matutinum Defunctorum, non est dicenda Antiphona finalis B. V. in fine Laudum Canonistarum, nec in fine Laudum officii Defunctorum: vide tamen dicenda cit. n. 30.

Commemoratio omnium Fidelium Defunctorum non est celebranda, nec facienda in die Dominicæ, sed transsepti debet in feriam secundam sequentem. S. R. C. 24 Septemb. 1695. in Augustin. & 17. Septemb. 1696. in una

S. Ger-

*S. Giovanni Montis Cassini. apud Caval. nro. 3. c. 1. d. 1. & 4. & ex Decr. Urbani VI. teste Gavanto in Rubr. Brev. fest. 7. c. 13. ad diem 2. No-
tembr. Eadem translatio Commemo-
rationis hujusmodi adhibenda est, si
ea incidat alicubi in Festum de præ-
cepto in foro: ut dicunt Auctores
apud Caval. in cit. d. 1. n. 2. Qui
animadversit, ad rem facere apprimae
Decreta, que incidentia Anniversa-
ria non minus depellunt e diebus
Festis, quam a Dominicis, ut vide-
re est in Appendice ad calcem Diatrii
c. 9. Occurrente itaque Commemo-
ratione omnium fid. Def. in die Festi-
va de præcepto, transferatur in diem
proxime sequentem; Quemadmodum
occurrens in Dominica transfertur pro
universali Ecclesia in Feriam secun-
dam. Qued si in hoc ipso casu oc-
currat in dicta Feria secunda alicubi
Festum de præcepto, Commemoratio
hæc transferenda ibi est in Feriam
tertiam. Non defint tamen, Guyeto-
teste apud Caval. cit. n. 2. Ecclesiarum
particularium usus plurimi, ut
Parisiensis, Meldensis, & Andega-
vensis, hodiernam Commemoratio-
nem Defunditorum in diebus etiam
Dominicis, & Festis, retinentes;
quos fortasse, ait Caval. Breviarii pro-
prii jus, & certe præseripta consue-
tudo facit legitimos; Romani vero
usus non celebrandi Commemoratio-
nem hanc in Dominica, similibus
que de præcepto diebus Festis, con-
gruentia patet: gaudium videlicet
Dominicæ Resurrectionis, cui si non
competit jejunium, aut genuum fle-
xio, nec quidem congruit mortis me-
moria, & mortuorum luctus. Simi-
liter Festi solemnis minueretur læti-
tia per Commemorationis hujus tri-
stitiam.*

Post Vespertas autem Dominicæ ed-
mittuntur Vespere Defunditorum, quia
in Vesperis definit precedens dies Ec-
clæasticus. Vide dicta hujus l. 3.
par. 1. c. 2. n. 4.

Officium duplex minus sive occur-
rens, sive translatum, non excludit
Commemorationem hanc, seu Offi-
cium, & Missam Defunditorum in ge-
nerali Commemoratione eorum: Ne-
que hæc Commemoratio excludit Of-
ficium duplex minus, sive occurrens,
sive translatum, ut constabit ex De-
cretis allegandis fest. 3. subf. 1. n.
34. Si autem Festum duplex minus ce-
lebrari soleat speciali solemnitate,
transferendum est, Commemoratio-
ne retenta. Vide dicenda sequenti
die art. 1. n. 4.

Contra vero, transferendam esse
Commemorationem Def. si occursat
Officium duplex 1. vel 2. clas. aut
etiam duplex majus, docet cum Vicko-
rio Novellariensi Cavalerius nro. 3. c. 7.
in d. 2. n. 4. quod arguit ex decre-
tis, que dum conjungunt Comme-
morationem omnium fidelium def.
vel mortuorum alicujus Ordinis Re-
gularis cum Feste duplice, semper se
exprimunt de duplice minori. Nec
aliter, inquit, suadet Ritus altior.
Idcirco autem Commemoratio præ-
valet duplice minori, & cedit dupli-
ci altioris ritus, quia & ipsa dupli-
cis ritus minoris est, sed majoris so-
lemnitatis; at cum major solemnitas
non prævaleat, quando in altero est
ritus altior, idcirco cedit duplice al-
tioris ritus; cuiusmodi sunt duplia
1. & 2. classis; vel etiam duplia
majora per annum. Porro & hæc a
duplicibus minoribus essentiali discri-
mine (confer eundem Caval. to. 2.
c. 43. comment. in Decr. 11.) secer-
nuntur. Ita Caval. qui n. 6. secus
sen-

sentit de translatis altioris ritus, quo-
rum repositionem differendam esse pu-
tat, & insinuat argumentis.

An liceant hodie Officia Divina
publica tempore Interdicti generalis
localis? Vide die praecedenti art. 1.
sest. 5. De Officio autem Defunctorum
tempore Interdicti nonnulla di-
cemos sest. 7.

6 Qu. hic 1. An hodie pro his, qui
tenantur ad Horas Canonicas, sit
obligatio gravis recitandi Officium
Defunctorum.

R. Affirmative quo ad eos, qui
utuntur Breviario Romano Pii V.
Est Communis sententia. Viva in
proposit. 34. Alex. VII. n. 19. Tolet.
in Sum. lib. 2. c. 13. initio. Leander
a SS. Sacramento *par. 2. tr. 6. de Sa-*
cram. Ordin. disp. 13. quest. 33. Tam-
bur. *to. 1. in Decal. lib. 2. c. 5. §. 2.*
n. 14. q. 208. Caval. *to. 2. par. 2. c. 46.*
comment. in Decr. 4. fine.

An autem similis adsit obligatio
gravis pro iis etiam, qui Breviario
Romano nequaquam utuntur? Dicit
La-Croix 1. cit. n. 1293. probabilius
videri, quod adsit: Cæterum spe-
ctandam esse loci consuetudinem.

7 Utrum vero sit obligatio recitan-
di Officium Def. aliis diebus per Ru-
bricas præscriptis: puta prima die
mensis non impedita Festo novem-
Lectionum, & omnibus secundis Fe-
riis Adventus & Quadrag. Vide tr. 2.
lib. 1. par. 1. c. 2. q. 3. n. 18. Hic tam-
quam in loco proprio animadvertis-
mus: hodierna Officii recitatione non
satisfieri Rubricæ disponenti in Cho-
ro Officium Defunctorum prima die
mensis non impedita; Sed huic Ru-
bricæ satisfaciendum esse per aliam
recitationem prima die mensis non
impedita, ut præscribit. Vide Ca-
val. *to. 3. c. 2. in d. 5. n. 2.*

Docet item Caval. n. 5. quod, si 8
in die Commemorationis omnium
fidelium Def. cum Officio tumulan-
dum sit cadaver aliquod; aut fixum
recarrat Anniversarium alicujus De-
functi; vel ex Fundatione dicendum
sit Officium Defunctorum pro parti-
cularibus Defunctis; hoc recitandum
sit ultra illud, quod est in præcepto
ratione occurrentis Commemoratio-
nis; per idem enim, inquit, Offi-
cium utrique obligationi satisfieri non
potest: Quare declaravit S. R. C.
(ut sest. 3. videbimus:) quod, si in
Commemoratione omnium fidelium
Def. incidat dies obitus; ultra Mis-
sa Conventualem de omnibus De-
functis, dicenda sit altera Missa de
die obitus.

Concedit autem idem Caval. quod
si in die Commemorationis omnium
fidelium Def. sit obligatio ex fum-
datione recitandi Officium Def. pro
Animabns Purgatorii in communis;
satisfiat unica Officii recitatione ex
præcepto Ecclesiaz; quia, inquit,
tunc jure præsumitur, non esse nisi
alio titulo præscriptum illud idem,
quod hodie demandat Ecclesia.

Interrog. 1. An Beneficiarius dis- 9
pensatus a recitatione Officii Divini,
teneatur nihilominus hodie recitare
Officium Defunctorum?

R. Videtur quod sic: Sunt enim
præcepta distincta, & quemadmodum
per adimptionem unius non satisfit
alteri; ita nec per solutionem ab
uno, fit solutio ab altero. Et certe
pro simplici excusatione ratio hæc
omnino probat: nam nisi eadem,
seu similis excusans causa militet pro
omissione etiam Officii Defunctorum,
poterit quis teneri ad hoc recitandum,
licet per accidens excusetur, a reci-
tatione Officii Canonici seu de Fe-
sto.

No. Ita si daretur casus, quo quis excusaretur a recitatione Officii Canonici, eo quod careret Breviario, nec posset ullo modo sibi comparare; si tamen haberet Officium Defunctorum, hoc teneretur nihilominus recitare. Dixi: *nisi eadem, seu similis excusatio militet pro omissione Officii Def.* quia si infirmus e. g. ratione gravis incommodi excusatetur a recitatione Officii diei, & idem experiatur incommodum, timeatque periculum ex recitatione Officii Defunctorum, ab hoc etiam erit similiter excusandus. Cæterum respondendo ad quæsumum pro dispensato; si quis contenderet, prudenter posse præsumi; mentem dispensantis esse, absolute, & simpliciter liberare ab onere recitationis Officii, quod Clericis in Sacris, & Beneficiariis incumbit; non adeo refragarer; neque alienum ab hoc casu putarem principium Juris, quod *Accessorium sequitur naturam principalis*. Fundamentum enim obligationis hodiernæ, quoad recitationem Officii Defunctorum, est obligatio ad Horas Canonicas: ergo cessante per positivam dispensationem principali illa obligatione, quidni cesseret Accessorium? Maxime si dispensatio fuerit singularis pro hac particulari die; ut si quis a Superiore hodie petat dispensationem a recitatione simpliciter Officii, & Superior legitima causa, quæ videatur æque militare pro omissione Officii Canonici diei, simul & Defunctorum, eam subdito concedat; videtur utique mens Superioris esse, subditum absolute liberare ab onere recitationis Officii pro hac die: atque adeo cum eo pro hac die dispensare tum quo ad Officium diei, tum quo ad Officium Def.

10 Interrog. II. Utrum Beneficiarius
TOM. IV.

teneatur restituere fructus Beneficii, si hodie omittat Officium Defunctorum?

R. Affirmat Gavantus in *Rubr. Brev. sect. 7. cap. 13. ad diem 2. Novemb.*; quia, inquit, est pars Officii Divini hodie præscripti: & cum sit pars notabilis, ad restitutionem tenetur fructum Beneficiarius, ad ratam Vesp. vel Matutini, vel utriusque, prout in Bulla Pii V. Negat vero Diana edit. coord. to. 3. tr. 6. R. 95. §. 2. Quia cum sumus (inquit) in odio ss., & penalibus, Bulla Pii V. non est extenda ad casum nostrum: nam loquitur de Officio Ordinario, quod singulis diebus recitatur; & in illa efficitur mentio de Horis, ut patet ex ipsis Bullæ contextu, quam Bullam assert Perficus de Hor. Canon. c. 5. dub. 17. n. 2. Sed in Officio Defunctorum non adjunt Harræ, sed tantum Matutinum, Laudes, & Vesperæ. Ergo Bulla Pii V. ut dicimus, non loquitur, neque est extenda ad Officium Defunctorum utpote diversum ab ordinariis Officiis. Hæc Diana. Quoad illud autem, quod Gavantus allegata Suarezii auctoritate dicit; Officium Def. hodie esse partem Officii Divini: videantur dicenda inferius n. 22..

Qu. II. An committat unicum, 11 vel duo peccata mortalia, qui hodie omittit utrumque Officium, de Feste, & Defunctorum?

R. Unicum committere peccatum, non improbat videtur Pellizaro de Monial. c. 6. n. 17. §. Addo bic. Hoc ipsum confirmat in Manual. Regul. tr. 5. c. 8. Sect. 1. qu. 21. n. 48. fine. Movetur ex eo, quia prædicta die hæc duo Officia videantur præcipi per modum unius; & pro se adducit Partem Sanctum; quem tamen, fateatur, addidisse, de rigore contrarium

C susti-

sustinendum esse. Pellizarii sententiam hanc laudat Tancredi, eamque ob rationem sequitur eamdem de Relig. tr. 3. lib. 4. disp. 12. fine; hanc quoque sententiam judicant probabiliorem Salmanticenses to. 4. tr. 16. c. 1. pu. 3. n. 22. ac pro ea præter Tancredi, laudant Antonium a Spiritu Sancto: illius etiam meminit Leander a SS. Sacramento par. 2. tr. 6. de Sacr. Ordin. disp. 13. qu. 33. & non improbat. At vero Diana de probabilitate illius valde dubitat edit. coord. to. 3. tr. 6. R. 95. §. 2. ubi ait: hanc Pellizarii opinionem non carere apud se difficultate maxima; quia, inquit, sunt præcepta diversa, utpote de Officiis diversis; & ideo omissio unius non officit alteri; Nam recitans Officium Defunctorum, adimpleret obligationem illius, licet non recitet Officium Octavæ, & e contra. Confirmat ex eo, quia quando dies secunda Novembribus est impedita, tunc Officium Defunctorum in alium diem transferatur. Ergo sunt diversa præcepta.

12 Quidquid sit de ulteriori hac confirmatione, probabiliorem ego puto sententiam, quæ docet: esse duo præcepta distincta, atque adeo duo peccata numero diversa, omissionem Officii Canonici, & omissionem Matutini Def. proinde utrumque seorsim & explicite in confessione aperendum. Moveor; quia, cum duo sint adjuncta, quæ præceptorum distinctionem efformant, atque indicant; scilicet materia ipsa objecti per se distincta, itemque formalis ratio, sub qua præcipiatur, diversa; utrumque in re nostra datur. Nam dicere, quod Officium Defunctorum non sit quid per se distinctum, & diversum ab Officio consueto Canonico; est mere ar-

bitrarium; ut melius patebit ex dictis infra n. 22. Motivum autem, sub quo præcipitur Officium Defunctorum, est Charitatis, ex qua omnino vult hodie Ecclesia filiis suis in Purgatorio detentis suffragari; at motivum præcepti Officii Canonici præcisæ Religionis est.

Nota hic interim; referente Diana tr. 6. R. 93. §. 11. Patres Dominicanos ex privilegio ad solam recitationem Officii Defunct. teneri hac die, non vero ad aliud Officium Canonicum.

Qu. III. An in Commemoratione 13 omnium Fidelium Def. omittens horam Canonica ex minoribus integrum E. G. Tertiam; possit a mortali excusari? Dubium oriri posset ex suppositione, quod hodie Officium diei & Officium Defunctorum ad modum unius præcipiantur: gravitas autem, & parvitas materiae in partibus integrantibus sumi debet cum proportione ad totum integrale; quod cum hodie sit longius, idcirco videri potest, quod materia in consueta recitatione gravis, hodie censeri possit levius.

Hæc omnia ex iisdem rationibus corruunt, quibus sententiam nostram, Pellizaro aliquique oppositam, firmavimus præced. n. 12.

Qu. IV. An committeret mortale 14 qui hodie omittetur parvam quantitatem ex Officio Canonico diei, & aliam parvam quantitatem ex Officio Def. si haec duæ parvæ quantitates tantæ sint, ut inter se unitæ, facerent unam quantitatem magnam, & notabilem?

R. Cum ex veriori mihi sententia (præced. n. 12.) Officia duo distincta præcipiantur per duo præcepta omnino inter se distincta, & Of-

fi-

ficium Defunctorum non coalescat in unum morale cum Officio Canonicum diei; ideo nec materiae leves ad alterutrum seorsim pertinentes, in unum coalescent in existimatione morali.

15 Qu. V. Utrum Matutinum Defunctorum praescriptum persolvi possit in Vesperis diei precedentibus?

R. Et dico. 1. Id minime licere in Choro, nisi aliter ferat consuetudo legitima, ut constat ex sequentibus declarationibus S. R. C. Matutinum Defunctorum pro generali eorum Commemoratione non debet cantari prius Vesperi in Festo omnium Sanctorum; sed recitandum est mane die 2. Novembris post Laudes diei. S. R. C. 23. Maij 1603. in Egitanien. Recitandum est mane die 2. Nov. intellige nisi haec Commemoratio Def. transferatur in diem tertiam Nov. ut in casibus supradictis. Matutinum Defunctorum pro generali eorum Commemoratione prohibitum est cantari prius Vesperi in Festo omnium Sanctorum: Sed recitandum est mane die 2. Novembris post Laudes diei. S. R. C. 1. Septembr. 1607. Matutinum diei Commemorationis omnium fidelium Defunctorum. non potest recitari in Choro in die Festivitatis omnium Sanctorum post Completorium, sed servandae sunt Rubrica. S. R. C. 22. Januarii 1701. in una Camald. Mont. Corona Observandum est Decretum 22. Januarii 1701. in quo prescribitur, non posse recitari in Choro Matutinum Defunctorum in die omnium Sanctorum, sed servandae sunt Rubrica. S. R. C. 19. Januar. 1743. in una Camaldul. Montis Coronae. Officii Defunctorum recitatio pro generali illorum Commemoratione in Choro iuxta Rubricas adimplenda est mane die secunda Novembris; nisi ut populi commodius, & frequentius illi in-

teresse possint, contraria jam faceret consuetudo. S. R. C. 4. Septembr. 1745. in Ratisponen. apud Caval. to. 3. c. 2. d. d. 1. 2. 4. & in append. ad cit. c. 2. d. d. 1. & 2. Hoc Decretum in eo quod approbat consuetudinem in contrarium, ob maiorem populi commoditatem, atque frequentiam, consonat Cæremoniali Episcoporum lib. 2. c. 10. ubi dicitur: *De Vespere & Matutinis, quæ celebrantur quotannis pro Commemoratione, & suffragiis omnium fidelium Defunctorum immediate post secundas Vesperas Festivitatis omnium Sanctorum, quæ simul & juntur in multis Ecclesiis recitari solent; hoc est statim post Vesperas omnium Sanctorum Vespere, & Matutinae Defunctorum, ad hoc ut populus commodi, & frequentius illis interesse possit.* Haec ibi. Confer dicenda infraius n. 20.

Dico 2. Ecclesiis Cathedralibus pro 16 anticipata recitatione favet sequens Decretum: *Officium Defunctorum pro secunda die Novembris potest, etiam praesente Episcopo, ante Completorium diei Festi omnium Sanctorum recitari.* S. R. C. 5. Julii 1698. in Collen. apud Caval. to. 3. c. 2. d. 3. Favet Cæremoniale laudatum, ut notat Gavantus in Rubr. Brev. sect. 9. c. 2. n. 16. Et tunc, si Episcopus (subdit Cæremoniale post supra citata verba:) ipsem erit in crastinum celebratus Missam solemnem pro defunctis, debet etiam in his Vespere, & Matutinis Officium facere, nullis tamen tunc ei Canonicis e lateribus affixentibus. Inde autem Gavantus colligit, facultatem praedictam factam fuisse Cathedralibus, ut Episcopi cum Clero sequenti mane liberiores sint ad Missam solemniter cantandam pro Defunctis; & præsertim

C 2 quia

quia altera quoque, Officio diei correspondens, dicenda est Missa solemnis. At haec ratio, ut animadvertis Caval. to. 3. c. 2. in d. 1. n. 3. non minus militat pro Ecclesiis Collegiatis, aliisque, in quibus viget Conventualium Missarum usus.

17 Dico 3. Matutinum Defunctorum hodie præscriptum, extra Chorum, seu privatim pridie recitare licere affirmant Tambur. in decal. to. 1. lib. 2. c. 5. §. 5. n. 7. Caval. to. 2. par. 2. c. 46. in d. 5. n. 4. & to. 3. in d. 1. n. 2. Leander a SS. Sacramento 6. par. in decal. par. 1. tr. 8. disp. 4. quæst. 94. alii que apud La-Croix lib. 4. qu. 208. §. 4. ubi hanc sententiam sequitur; qui etiam lib. 9. par. 2. qu. 310. §. 11. innuit esse communem. Hujusmodi affirmativam sententiam judicat esse probabilem P. Viva allegatus a Ligorio, qui etiam dicit, esse valde probabilem lib. 4. c. 2. de bor. Canon. dub. 2. art. 4. n. 174. qu. 2. At vero laudatus La-Croix, et si cit. lib. 4. sequitus fuerit illam, deinde vero cit. lib. 6. recessit ab ea propter Decretum Sacrae Congr. Rit. an. 1607. emanatum, a nobis superius allegatum pro illicita anticipatione Matutini Def. in Choro; quod Decretum ipse putavit procedere etiam quo ad privatam recitationem extra Chorum. Propter idem Decretum negativam sententiam insinuat Gavantus loco supra cit. & altero inferius proferendo: nec non propter Rubricam Romanii Breviarii: nisi quis velit Gavantium interpretari de recitatione publica in Choro; quemadmodum, ad eum intelligendum, inclinat Ligorius l. cit.

Antequam nostrum super hac quæstione judicium proferamus, animadvertis volumus hic: male factum es-

se in quibusdam editionibus Theologiae Moralis Patris La-Croix, quibus insertæ fuerunt nonnullæ notæ Patris Francisci Antonii Zachariæ; male, inquam, factum esse, corrigendo locum citati Libri 4. n. 1292. sic: *Matutinum officii Defunctorum in die Animarum recitari debet mane &c.* Cum oppositum hic scripsit La-Croix, addu&tis auditoribus pro sua sententia; licet, ut diximus, sententiam deinde mutaverit supra cit. lib. 6. n. 2066. Quod si omnino reditum visum fuit, corrigerem textum numeri 1292. libri 4. delendum erat, quod scriptum est n. 2066. libri 6. Rursus, non erat apponenda post citatum numerum 1262. nota Zachariæ in hunc locum dicens: *Oppositorum docet Auctor lib. 6. par. 2. 2066.* Hoc animadvertere, duximus necessarium, ne quis imperiti Correctoris culpam in La-Croixii vertiginem, aut Eruditii Adnotatoris oscitantiam verteret.

Sed ut de quæstione proposita nostrum judicium proferamus, dicimus: Matutinum Defunctorum in eorum generali Commemoratione licere pridie recitare privatim; cui quidem assertioni nec ullum Sacrae Congr. Decretum ex superius recitatis, nec ullam Romani Breviarii Rubricam obstat, facili negotio demonstrabimus, quin etiam sententiam nostram ipsius Sacrae Congregationis Rituum suffragio confirmabimus.

Igitur 1. Affirmativa sententia nulli repugnat ex prædictis Sacrae Congregationis Decretis. Nam ex regula passim nota (V. Viva in propos. I. Alexand. VII. n. 6. & in propos. 32. n. 11.) universim in lege præceptiva, aut prohibitiva attendenda sunt verba legis, & ea stricte inter-

pre-

pretanda , scilicet non debent extendi ad alia , de quibus non loquuntur , ex reg. 15. Juris in 6. *odia restringi & favores convenit ampliari* . Atqui si attendantur verba prædictorum Decreto- rum , clara fit conjectura , loqui ea tantummodo de recitatione publica in Choro , non item de privata extra Chorum . Ergo ea non debent exten- di ad recitationem privatam , & ex- tra Chorum , de qua non loquuntur .

Probatur minor , quæ sola indi- gere probatione videtur . Primum ex allegatis Decretis ita se habet : *Matutinum Defunctorum pro generali eo- rum Commemoratione non debet Can- tari pridie &c.* Alterum similiter : *Matutinum Defunctorum pro generali eo- rum Commemoratione prohibitum est Cantari pridie &c.* Tertium ita lo- quitur : *Matutinum dies Commemora- tionis Omnim Fidelium Defunctorum non potest recitari in Choro in die Fe- stivitatis omnium Sanctorum &c.* Si- militer se exprimunt ultima duo Decreta ex allegatis n. 15. Atqui Matutinum quod *Cantatur* , & quod recitatur in *Choro* , non est Matuti- num privatum , & extra Chorum : ut bene observat Cavaler. 10. 3. c. 2. *comment.* in decr. I. n. 2. ac Tam- burin. l. cit. atque per se patet . Er- go &c. Et quamvis decens sit , ut qui extra Chorum recitant Matuti- num , Choro se accommodent : non tamen obligantur . Rursus , in legi- bus positivis non tenet argumentum a pari , aut a minori ad majus : juxta regulam apud Viva *inprop.* 38. Alex. VII. n. 9. & 12. Unde ex eo quod in Choro Matutini Defunctorum anticipatio interdicatur , non recte posset quis inferre , atque con- tendere , similiter interdici extra Cho- rum in recitatione privata .

Sed neque istud prohibent Brevia- 19
ri Romani Rubricæ . Decrevit qui-
dem Sacra Congregatio Rituum I.
Septembr. 1607. Ne pridie Vesperi re-
citetur *Matutinum Defunctorum* ; Sed
bac die mane : quod est notandum , &
observandum ex Rubrica propria Bre-
viarii . Sed si idcirco contendit Ga-
vantus , Rubricam prædictam exten-
dendam esse ad recitationem priva-
tam ; Falsam dicimus eius conjectu-
ram . Nam , cum objectum Decre-
tum S. C. manifeste loquatur de *Can-*
tu Matutini , ut observavimus n. 18.
patet in eo sermonem esse de publi-
ca recitatione in Choro : unde etiam
consequenti argumento insinuatur ,
Breviarii Rubricam qua suam , re-
sponsionem S. C. tuetur , de publica
& Chorali Recitatione intelligendam
esse . Et vero quid tandem ea de re
disponit Rubrica ? En illud : ut
dicto : *Benedicamus Domino* : poit Lau-
des diei secundæ Novembris incipiat
absolute Matutinum Defunctorum ;
hoc autem non est , præscribere , ut
Matutinum hujusmodi recitetur *bo-*
die : ipsa videlicet die secunda No-
vembris : uti notat Tamburinus loco
cit. Verum etiamsi in Rubrica habe-
retur adverbium *bodie* , neque inde om-
nino evinceretur , hoc Officium Def.
recitandum esse ipsa Civilis die 2.
Nov. seu ipsa civilis die Commemo-
rationis omnium fid. Def. posset enim
hujusmodi adverbium habere sensum
Ecclesiasticum , juxta quem hodierna
dies computatur a primis Vesperis
ut notum est .

Unde & hinc validius instauratur
argumentum in sensu Rubricæ . Ete-
nim Rubrica Breviarii mandat sim-
pliciter : ut dicto *Benedicamus Domi-*
no post Laudes Canonicas Officii diei
2. Novemb. recitetur Matutinum De-
fun-

funditorum: ergo cum ex Rubrica recitatio Officii Defunctorum sit statim adnecessaria Officio Canonico Diurno; cum etiam liceat recitare privatim pridie Matutinum, & Laudes Canonicas Officii diei 2. Nov. eodem jure licebit recitare privatim pridie Matutinum, & Laudes Defunctorum ejusdem diei 2. Nov.

Equidem memini, simile ratiocinium me rejecisse lib. 2. die 25. Apr. n. 14. ubi negavi, posse pridie Vespere recitari Litanias Majores, quas Rubrica prescribit recitandas dicto *Benedicamus Domino* post Laudes ipsius diei 25. quin etiam Decretum attuli S. C. R. negantis, talem anticipationem ex sensu Rubricæ praeditæ inferri. Sed hic versamur in casu omnino diverso. Nam in Litanis duplicem observavimus congruentiam, quam servatam voluit Rubrica: primam; quod illa supplicatio, Ecclesiæ nomine jam facienda, alteri rursus Ecclesiasticæ precatio adjungeretur: secundam, quod pro ipsa civili die, pro qua instituta fuit, servaretur: esto autem, ex his duobus primum fieret in anticipata Litaniarum recitatione simul cum Matutino diei; non tamen secundum: hinc est, quod in favorem hujus anticipationis ex Rubrica absolute inferri non potest. Nunc autem sumus in casu, in quo Rubrica Officium Defunctorum sequiparat in omnibus Officio Canonico Diurno, ita ut quasi in unum coalescere utrumque faciat; prescribendo Vespertas Defunctorum post Vespertas Officii diurni, Matutinum & Laudes Defunctorum post Laudes item Officii ejusdem Diurni; ergo non est, cur, anticipata legitime recitatione Matutini Canonici,

non liceat anticipare Matutinum Defunctorum.

Deinde libens dabo Adversariis meis, licet anticipationem, de qua agimus, non inferri ex Rubrica. Atqui ipsis Rubricæ Contradiccio probanda incumbebat: jamvero aliud est, non inferri; aliud est, prohiberi. Nunc autem tantum abest, ullam de hac re obstatre positive Rubricam; ut ipsa S. R. C. adhuc in Choro & publice probaverit anticipatam recitationem Matutini Defunctorum, si ita ferat consuetudo, ut patet ex Decr. 4 Sept. 1745. in *Ratificatione*. supra a nobis allegato n. 5. cui cohæret Cæremoniale Episc. allegatum ibid. f. Id vero miror, Gavantum, qui in *Rubr. Brew. sect. 6. c. 18. n. 6.* docuit Litanias Majores diei S. Marci posse privatim recitari pridie, eo argumento, quod Rubrica prescribat recitari post Laudes dicto *Benedicamus Domino*: Laudes autem simul cum Matutino diei 25. optimo jure recitari possunt privatim pridie: hic, ubi eadem est dispositio Rubricæ (ne dicam favorabilius, tum ex modo diuisi, tum quia non apponit Rubrica in praesenti casu verbum *Hodie*, quod apponit pro recitatione Litaniarum die 25. Aprilis) ullam tamen agnovisse Rubricæ contradictionem, ne Matutinum privatum pro Commem. Generali fidelium Defunct. etiam pridie anticipetur. Quod si ad interpretandum ita rigorose Rubricam, motus est Decreto S. C. illam adducente; facile est animadvertere, ibi sermonem esse de Matutino cum *Cantu* & in Choro recitato. Addo etiam, quod ipse Gavantus tantum fecit unionem Matutini Defunctorum cum Laudibus Officii Diurni Canonici,

nici, ut propterea dixerit, adimi hodie Versiculum Et fidelium Anime &c. post Laudes Officii diurni; quia statim post Laudes Canonicas jam abundantius pro Defunctis oratur. *Sect. 5. c. 22. n. 4.*

20 Sed accedit potissimum in hac re argumentum consuetudo, quæ sicut adest pro anticipatione privata Matutini, & Laudum Canonicarum, ita similiter adest pro anticipatione privata Matutini cum Laudibus Defunctorum. Quod autem & hæc legitima sit, quémadmodum illa, nos certos reddit Sacra Congregatio Rituum; nam die 4. Septembr. 1745. in Ratisponen. declaravit quod privata Officis Defunctorum recitatio pro generali illorum commemoratione absolvilicite potest post Vespertinas horas festi omnium Sanctorum. apud Caval. ad calcem to. 3. in append. ad c. 2. decr. 2. Quinimmo notandum, Sacram ipsam Congr. tantum attribuisse in hac re consuetudini legitimæ, ut illam, etiam pro publica recitatione in Choro, ubi jam adsit, probaverit: ut supra retulimus nu. 15. in Decr. Sac. R. C. 4. Sept. 1745. in Ratisponen. Docet præterea Cavalierius cit. tom. 3. c. 2. in decr. 1. n. 5. in Ecclesiis, ubi non est obligatio Chori, posse Matutinum hoc Def. pro libito anticipari: hoc ipso enim recitatio illa publica est arbitaria, & ex devotione: & de hujusmodi recitationibus nec Rubricæ, nec decreta procedere solent. Rursus num. 7. docet: etiam ubi est obligatio Chori, si tamen licitum censetur, Matutinum diei pridie Vesperi in publica item Psalmodia anticipari (uti, inquit, consuetudo probare videtur) licitam quoque esse anticipationem hanc; reputatur enim

accessorium quoddam, & quid adnexum Matutino diei; concessò auctem principali, concessum censemur & accessorium; & de adnexis idem judicium est habendum: & quidem decreta, quæ inhibit Matutinum Defunctorum cantari in festo omnium Sanctorum, addunt post Vesperas, aut post Completorium; & quæ dicunt; esse persolvendum mane diei 2. Novembris: procedunt in suppositione, quod Laudes diei minime anticipentur, ut evidens fit ex iis eorumdem verbis: post laudes diei. Ita Caval. & favet etiam Tambur. qu. sequ. allegandus. Denique idem Caval. in idem citatum d. 1. n. 4. docet: Matutinum Def. recitari posse pridie etiam in Choro, licet Matutinum diei non anticipetur: ubi ita ferat consuetudo loci: neque id esse Breviarii Rubricæ contrarium, vel præfixæ Defunctorum Officio, vel descriptæ sub die secunda Novembris; Nam prior, ita diei Laudibus jungit Matutinum Def. ut conditio nem apponat; nisi sit alia consuetudo Ecclesiarum. Posterior autem, nec non allegata in contrarium Decreta pro Choro cum dicta, inquit, veniunt clausula limitanda. Atque id ipsum indulgere videtur Decretum S.C.R. in Ratisponen. de an. 1745. supra descriptum n. 15. & Ceræmon. Episcop. verbis laudatis ibidem; ubi approbatur consuetudo anticipandi in Choro pridie Matutinum Defunctorum, in gratiam commoditatis & devotionis populi concurrentis. Manifestum est autem hanc consuetudinem posse dari sine alia consuetudine anticipandi consuetum Matutinum Canonicum.

Nec id novum quod hujusmodi limitativæ Clauses sint aptandæ Rubri-

bricis ; nam cum tali limitatione , subdit citatus Cavalerius , accipitur Rubrica , quæ in Feriis secundis Adventus , & Quadragesimæ idem prescribit post diei Laudes Officium Defunctorum . Quod notavit etiam Gavantus in Rubr. Brev. sect. 9. c. 2. n. 17. vide dicenda tr. 2. l. 4. par. 1. c. 3. n. 11. In hujusmodi autem Ecclesiis Choralibus , in quibus Matutino Canonico minime anticipato , Matutinum Defunctorum anticiparetur ex consuetudine approbata in allegato n. 15. Decreto S. C. R. in Ratispon. congruentius saltem hodie recitaretur , non post Completorium , sed post Vespertas Defunctorum , quemadmodum pro Cathedralibus prescriptum vidimus ex Cærem. Episc. verbis supra eodem n. 15. laudatis . Imo Franc. Anton. Zacharias not. in superius cit. n. 1292. libri 4. Theol. Mor. Patris La-Croix , in recentioribus editionibus , ait id declaratum fuisse a Sac. Rit. Cong. 22. Januar. 1701. in Decr. in una Camaldul. montis Coronæ , quod dedimus superiorius cit. n. 15.

Supereft ut animadvertisamus : ea , quæ dicta sunt pro anticipatione Matutini Defunctorum in secundis Vesperis diei primæ Novembris , æque valere pro ejusdem anticipatione in secundis Vesperis diei secundæ Novembris , quando generalis hæc Commemoratio Defunctorum in die tertia accidat celebrari .

21 Qu. VI. An prædictum Matutinum Def. possit recitari pridie , etiam si Matutinum & Laudes Canonicae diei 2. Novemb. in ipsum 2. diem referuntur recitandæ ?

R. Id videtur negari a Tamburino to. 1. in decal. l. 1. c. 5. §. 5. n. 7. speccata Rubrica Breviarii ; nam ex eo ,

quod ex una parte Rubrica prescribat , ut dicto Benedicamus post Laudes Officii diei 2. Nov. incipiat absolute Matutinum Def. & dicta die omittatur Antiphona finalis ; & ex altera parte non prescribatur ut recitetur bodie ipsa scilicet die Commemorationis omnium Fid. Def. sicuti hæc particula bodie apponitur , quando prescribuntur percurri Litanie majores in die S. Marti , ut ibi notavimus ; ex hoc , inquam , arguit Tamburinus , unitim hac die recitanda esse hæc Officia per Rubricam .

Nos quidem præcedenti Qu. V. docuimus : esse Rubricæ etiam conforme , Matutinum , & Laudes Defunctorum unire Laudibus Canonicis ad huc pridie recitatis privatis ; hic vero negamus in eadem recitatione privata esse omnino obligationem hujusmodi : Rubrica enim hæc ordinatur pro Choro : sicut Rubrica separandi Laudes a Matutino nocte Nativitatis Domini , quæ quidem Rubrica non est pro recitatione privata , ut ibi videbimus . Itaque cum ex una parte in privata recitatione per se non sit obligatio conformandi se Choro ; & ex alia parte non sit aliqua pro hoc casu peculiaris prohibitio ; id ego absolute licitum puto . Hæc sententia redditur adhuc probabilius ex dictis sup. n. 12. ubi asseruimus esse hæc duo præcepta per se distincta de objectis diversis , & invicem distinctis , ac proinde separabilibus . Accedit , quod ipsa hæc separata recitatio probatur in ipso Choro pro devotione & commenditate populi . Vid. sup. n. 20.

Inversio autem Ordinis quæ fit re- 22 citando Matutinum Def. ante Matutinum diei , ab omni veniali culpa facile excusat . 1. Quia licet inver-

inversio ordinis in Horis , vel partibus Officii sine causa facta , venialis sit : secluso contemptu ; (Vid. Suar. de Relig. to. 2. l. 4. de hor. can. c. 24. n. 4.) & licet Officium Def. in die generalis Commemorationis dicatur pars Officii hujus diei ; tamen ita dicitur , non quod sit vera pars hodierni Officii Canonici , sed quia est pars oneris , sive obligationis totius orationis designata ab Ecclesia iis , qui sunt obligati ad Officium Canonicum : Unde Officium Defunditorum licet ut Oratio quedam vocalis consideratum , pars sit hodierni pensi Ecclesiastici , attamen per se ipsum constituit unum quoddam determinatum , & divisum Officium , recitandum hora , qua vel Rubrica prescribit , vel privilegium , aut consuetudo permittit : & hanc sententiam docet etiam Cavalierius to. 3. c. 2. in d. 1. n. 8. Et licet Rubrica collocet Matutinum Def. post Matutinum Sanctorum : hoc videtur facere , tum ut innuat , hoc etiam Matutinum Def. recitandum esse tempore designato ad recitandum Matutinum Officii Canonici : quod quidem privatim potest pridie recitari ; tum propter quamdam congruentiam uniendi Matutinum cum Matutino , & Vesperas cum Vesperis .

Excusari 2. potest dicta inversio ordinis ab omni veniali culpa ex eo , quia facile inveniri potest causa sufficiens invertendi hunc ordinem sicut in aliis Horis , & partibus Officii : ut videre est apud Suar. l. cit. & apud La-Croix l. 4. de hor. can. qu. 213. §. 4. & qu. 212. §. 2.) & nos ipsi docuimus l. 1. c. 1. n. 57.

23 Cæterum ut diximus , etiam in Choro Matutinum hoc Defunct. permittitur pridie recitari , ubi sit con-

TOM. IV. —

suetudo , separatum ab Officio seu Matutino , & Laudibus sequentis diei , etiam nondum persoluto Completo-
rio ; quia ut observat Caval. tunc Ecclesia incipit pro Defunctis orare . V. qu. præc. n. 15. & 20.

Qu. VII. An Matutinum Defun-
dorum possi recitari ipsa die Com-
memorationis omnium fidelium De-
funditorum , recitato pridie Matuti-
no , & Laudibus Sanctorum sequen-
tis diei ?

Responsionem debere esse affirmati-
vam , vides ex dictis qu. præc. Imo si
prædictum Matut. Def. potest recitari
pridie separatim a Matutino Sanctorum
sequentis diei , a fortiori po-
test recitari ipsa die Commemora-
tionis omnium fidelium Defun-
dorum ; hic enim nulla jam fieret Or-
dinis inversio , sed sola separatio ;
quam ipsam satis supra probavimus
licitam . n. 21.

Qu. VIII. An Matutinum Def. pos-
sit recitari ipsa die Commemoratio-
nis eorum post Horas , sive post to-
tum Officium Canonicum diei , sive
mane , sive sero ?

Responsionem affirmativam habes
ex dictis qu. 6. n. 22. ubi de inver-
sione Ordinis in Officio hodierno .
Huc etiam aptari possunt quæ dixi-
mus de Litaniis in die S. Marci re-
citatis post alias Horas Minores . V.
25. Apr. n. 16.

Qu. IX. An Matutinum Def. pos-
sit recitari pridie ante quam termi-
natur Officium diei ?

R. Affirmative , si recitatur ante Completorium , sed post Vespe-
ras recitatas : ut sit in Cathedrali-
bus , secundum dicta superius ; dum-
modo recitetur tempore , quo pri-
vatim consuetudo legitima permittit
recitare Matutinum sequentis diei .

D

Ante .

26 Tr. I. Lib. III. Pars II. Not. Mens. Novembri.

Ante aliam vero canonicam horam, puta ante Vesperas Sanctorum recitatas: quia consuetudo non permittit: ut excuseris a veniali, opus habes aliqua causa sufficienti; veniale enim est, si absque causa dicatur Matutinum sequentis ante absolutum Officium praesentis diei, ut docuimus l. i. c. i. n. 61.

- 27 Qu. X. An Matutinum Def. posse separari a suis Laudibus?

R. Affirmative in recitatione privata. Profecto de ipsis Laudibus Canonice docent Autores, posse eas, etiam laudabiliter, separari a Matutino in recitatione privata, adhuc sine causa, & etiam tota nocte intermedia, sive Matutinum, & Laudes sint duæ, sive una hora. Vid. La-Croix l. 4 de bor. can. qu. 24. §. 2. Suar. de Relig. to. 2. lib. 4. de bor. Can. c. 4. n. 9. & 10. & c. 6. n. 3. & sequenti, & n. 9. ac 10. Duxi: in recitatione privata, quia in Choro servanda est consuetudo recepta: ut monet Suar. cit. n. 10. & videri possunt dicta l. i. c. i. n. 56.

- 28 Qu. XI. An quando Vesperæ Def. & eorumdem Matutinum dicuntur separatim ab horis Canonice, seu ab Officio diei, præmittenda sit Oratio Dominica, & Salutatio Angelica?

R. Rituale Romanum non prescribit Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam, licet agat de hoc Officio separatim dicendo ab Horis Canonice, nec dissimiliter presstat Breviarium. Quapropter Gavantio in Rubr. Brev. sect. 9. c. 2. de Offic. Def. n. 5. placet, regulariter non recitari: id ipsum docet Caval. to. 3. c. 2. in d. 7. n. 2.

Itaque, si Vesperæ Defunctorum dicantur separatim ab Horis Cano-

niceis, seu a Vesperis diei, in hoc casu incipiatur absolute ab Antiphona Placebo Domino. Ad quam tamen, adhiberi congruit signum Crucis, ut ante Officium Canonice fieri solet ad Deus in adjutorium: quemadmodum in simili diximus 6. Januar. in Festo Epiph. & rursus dicemus tr. 2. in Triduo ante Pascha ubi de hor. Can. n. 10.

Idem dic de Matutino Defunctorum separato a Matutino Sanctorum: etiam hoc absolute incipiatur ab Invitatorio Regem cui omnia vivunt: Crucis signo facto dum ea priora verba pronunciantur.

- Qu. XII. An quando Vesperæ Def. 29 & eorumdem Matutinum dicuntur separatim ab horis Canonice, seu ab Officio diei, dicenda sit in fine Oratio Dominica?

R. Negative, quia nullibi id prescribitur; ut observat Caval. to. 3. c. 2. in d. 7. n. 3. fine.

Interrog. Quid? quando dicuntur 30 post aliquam horam Canonice.

R. Tunc, et si videatur, esse dicenda in fine Oratio Dominica, ratione horæ Canonice, quæ præcessit nihilominus aliter consuetudinem habere, tradit Cavalerius l. cit. Atque ita videtur insinuare Rubr. Brev. tit. 36. de Antiph. B. M. in fine Officii. ubi n. 3. prescribitur nunquam esse dicendam Antiph. fin. si post Vesperas, aut aliam Horam Canonice, sequatur Officium Defunct. Excepto Completorio, in cuius fine semper est dicenda. Adnotat autem Cavalerius, quod, si post Officium Defunctorum sequatur alia hora Canonica post hanc indubie subdenda erit Oratio Dominica, juxta Rubr. 32. Breviar. & post eamdem similiter Antiphona Finalis in Choro; si post Mat. Def.

Def. sequatur alia hora Canonica , & sit discedendum ex Choro . Ita Caval. n. 4. qui eamdem Antiphonam , putat , recitandam esse quoque privatim , si conjunctim recitato Matutino Def. seu Laudibus diei cum Officio Defunctorum , addetur alia hora ex minoribus & statim terminetur Officium : Numquam tamen ut modo innuimus , additur Antiphona finalis immediate post Offic. Def.

³¹ Qu. XIII. An , si Laudes Defunctorum separantur a suo Matutino , præmittenda sit Oratio Dominicana , & Salutatio Angelica ?

Responsio negativa sequitur ex dictis qu. 11. & quidem a fortiori ex duplice capite . Primo , quia si initio Matutini Def. non est obligatio ut resolutum est : a fortiori non ad est initio Laudum . Secundo , quia in ipsis Laudibus Canonis separatis a suo Maturino non esse obbligationem præmittendi *Pater* , & *Ave* docent Bonac. Azor. Tambur. & alii ut dicemus 25. Decembr. art. I. Sect. 3. n. 11. Et licet contraria sententia , de Laudibus Canonici loquendo , mihi magis placeat , & illius proxim l. cit. insinuabo ; secus autem hic sentio de Laudibus Def. nam Rubrica Officii Def. videtur diversa ab illa Horarum Canoniarum . Profecto ut cit. qu. 11. notavimus ex Gavanto ; initio Matutini Def. Rubrica non prescribit *Pater Noster* , & cætera , quæ prescribuntur initio Matutini Canonici : & ideo existimo , neque esse obligationem præmittendi in Laudib. Def. a suo Matur. seu a suis nocturnis si quando dividantur .

Incipient itaque absolute ab Antiphona *Exultabunt* , Crucis signo ad illam adhibito , ut de Vesp. & Mat. dictum est cit. qu. 11.

Qu. XIV. Si separetur Matutinum 32 Def. a suis Laudibus , quomodo fit terminandum ?

R. Gayantus in *Rubr. Brew. sect. 9. c. 2. de Offic. Def. n. 5.* vult : quod eo casu , in fine Matutini dicantur preces sine Psalmo , cum Oratione , seu Orationibus , ut congruo fine terminetur . Sed hoc procul dubio ideo docet , ut cohærenter loquatur ad illud , quod docuerat de Matutino Officii Canonici separato a suis Laudibus , *sect. 4. c. 2. n. 3.* ubi voluerat , post Matutinum separatum a Laudibus debere dici Orationem , solam quidem diei propriam , seu festi de quo ordinatur Officium : deinde subdi *Benedicamus Domino* : & recitari Orationem Dominicam : quæ est sententia Navarri , quem citat , & sequitur Suanes de *Relig. to. 2. de Orat. lib. 4. c. 6. n. 12.* quamque amplectitur Diana *edit. coord. to. 3. tr. 6. R. 70. §. 3.* eamdem sententiam tenent Tancredi de *Relig. traçt. 3. lib. 4. disp. 2. qu. 4. n. 15.* Caval. *to. 2. c. 34. in d. 1. n. 10.* & alii apud laudatum Dianam l. cit. §. 1. & apud La-Croix l. 4. de bor. *Canon. qu. 211. §. 2.* qui ait : hoc probabile esse , si dicamus , Matutinum , & Laudes esse duas horas ; Nam si Matutinum est integra hora ; videtur , quod habere debeat Orationem suam ; nisi illi , & Laudibus simul per modum unius Orationis adjungatur Oratione utrique communis .

Verum Sanchez , quem sequitur Tamburinus *to. 1. in decal. l. 2. c. 5. de bor. canon. §. 3. n. 11. fine* , La-Croix l. cit. & alii apud ipsum , quorum sententiam Tancredi n. 16 ! concedit , esse probabilem ; hanc obligationem addendi Orationem diei Matutino Canonico a Laudibus Canonis separato , negant : excepta nocte Na-

tivitatis Domini, ut ibi notabimus. Volunt itaque satis esse, recitare *Pater Noster* &c. post Matutinum Canonicum a suis Laudibus separatum. Conformiter ad hanc alteram sententiam igitur non opus est recitare Orationem *Fidelium* post tertium nocturnum Defunctorum a suis Laudibus separatum; Orationem item Dominicam nec opus erit recitare; neque enim recitatur in fine ipsarum Laudum Defunctorum: ut notavimus n. 3. & 29. Unde sequitur juxta hanc sententiam, Matutinum Def. a suis Laudibus separatum posse simpliciter absolvi, per ipsum nonum Responsorium tertii Nocturni: nihil aliud subdendo.

- 33 Qu. XV. An possit recitari Officium Def. pro vivis? Vide dicenda sequ. sect. 3. subf. 2. qu. 3. n. 51. & 52.

S E C T I O III.

De Missa Defunctorum.

AGITUR SUBSECTIONIBUS IV.

- Subf. I. *De qualitate Missæ legendæ in Commemoratione omnium fid. Def.*
 Subf. II. *De applicatione Missæ Def.*
 Subf. III. *De Colore param. in Missa Def. & administr. Euch. ubi de commun. populi in Missa Def. & an bac. prof. Def.*
 Subf. IV. *De Ritu Missæ Def.*

S U B S E C T I O I.

De qualitate Missæ legendæ in Commemoratione omnium Fidel. Defunctorum.

- 34 IN die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum non dici-

tur Missa privata de die infra octavam omnium Sanctorum, sed de Requiem. In Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum potest fieri Officium de Festo duplice minori, sed Missæ sunt celebranda de Requiem. S. R. C. 5. Octobr. 1686. in una Urbis, apud Caval. to. 3. c. 1. d. 2. Sed confer casum, de quo sequenti die n. 4. Occurrente duplice Minoris, seu translate in die Commemorationis Defunctorum, Officium faciendum est de Sancto, Missæ vero celebranda sunt de Requiem. S. R. C. 19. Junii 1700. in Curien. apud Caval. l. cit. d. 3. Hæc procedunt, adhuc pro die 3. aut 4. Novembribus, quando in alterutram transferri accidat Commemoratio omnium Fid. Defunctorum; eamdem si quidem velut sedem propriam illico occupat, & in ea censetur tamquam occurrentis, adeoque cum privilegiis omnibus, quibus in propria donatur die: ita cum aliis Caval. in cit. d. 2. n. 4. Qui tamen c. 7. in d. 2. n. 2. fine vult, quod occurrente festo duplice Minoris in Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum, illæ solum Missæ de Requiem dici queant, quæ pro Defunctis generatim debeant applicari. Quod autem mihi non probatur: quia ex una parte in Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum non est obligatio applicandi Missam Omnibus Fidelibus Defunctis: ut declaratum videbimus ab ipsa S. R. C. Ex alia parte eadem S. C. simpliciter declaravit: Missas de Requiem esse dicendas in Commemoratione omnium Fid. Def. etiamsi Officium recitetur de Festo duplice Minoris.

Cum autem in Ecclesia, ubi sit expositum solemniter SS. Sacramentum, celebrari regulariter nequeant Missæ de Requiem, secundumq; dicenda in

Ap-

Appendice ad calcem Diarii c. 3. art. 5. n. 26. ideo hic posset inquiri: utrum exceptio sit facienda pro hodierna die, ita ut Missæ, quæ in prædicta celebrentur Ecclesia tempore præfato, adhuc debeant esse de *Requiem*? Sed quæstio hæc in favorem Defunditorum soluta manet loco citato; vide ibi dicenda, ubi tamen animadvertemus: Missas hujusmodi non esse celebrandas ad ipsum Altare, ubi sit expositum Sacramentum. In colore autem violaceo congruentius in casu præfato celebrandas esse, dicemus n. 68.

35 In die Commemorationis omnium Fidelium Defunditorum Missa ut in Missali pro die prædicta, cum unica Oratione *Fidelium*. Rubr. gen. Miss. tit. 5. n. 3. & dicitur sequentia: *Dies iræ*. Rubr. cit. n. 4. Rubricas autem celebrandi Missas Defunditorum, trademus subl. 4.

36 In die Commemorationis omnium Fidelium Defunditorum Missa Conventionalis de *Requiem* dicitur post Nonam, quia hac die Missa Defunditorum est principalis: Rubr. gen. Miss. tit. 15. n. 3. & est simul solemnis, atque adeo post Nonam commodius est populo assistere illi. Caval. to. 3. c. 8. in d. 6. n. 2. In die Commemorationis omnium Fidelium Defunditorum non potest celebrari Missa solemnis de *Requiem* post Primam, sed servandæ sunt Rubricæ, quæ prescribunt post Nonam. S. R. C. 22. Januar. 1701. in una Camaldulæ. Mantis Coronæ apud Caval. to. 3. c. 8. d. 6. In die Commemorationis omnium Fidelium Defunditorum in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis dicuntur duas Missæ: una de Octava post Tertiam, altera principalis pro Defunctis post Nonam. Rubric. Et similiter si occurrat Festum;

dicitur una de Festo post Tertiam, altera pro Defunctis post Nonam. In die Commemorationis omnium Fidelium Defunditorum in Ecclesiis Cathedralibus, vel Collegiatis, ubi quotannis occurrit dies Octava Dedicacionis Ecclesiæ, Missæ privatæ dicendæ sunt de *Requiem*, & cantandæ sunt duæ Missæ Conventuales, una scilicet de die Octavæ post tertiam, & altera de *Requiem* post Nonam, juxta Rubricas. Quando vero dies Octavæ incidit in Dominicam, omnes Missæ celebrandæ sunt de die Octavæ & Commemoratio omnium Fidelium Defunditorum transferatur in diem sequentem. S. R. C. 17. Septembris 1696. (27. Septembris 1698. apud Merat. ind. decr. Miss. n. 336. & to. 1. par. 4. tit. 15. n. 10. prope fin.) in una S. Germani Montis Caffini, apud Caval. to. 3. c. 1. d. 4. Missa ut in die obitus, præsente corpore, ultra Missam de Communi Defunditorum celebranda erit, quando aliquis obierit in die Commemorationis omnium Fidelium Defunditorum. S. R. C. 14. April. 1696. in Ulißiponen. apud Caval. to. 3. c. 1. d. 7. (14. April. 1646. habet Meratus ind. Decr. Miss. n. 291.) Porro Missa ut in die obitus est applicanda Defuncto: Caval. to. 3. c. 7. in d. 2. n. 2. vide dicenda in Appendice ad calcem Diarii c. 8. art. 3. n. 26. Missam vero Conventualem de *Requiem*, indubitanter, applicandam esse generaliter pro Defunctis Sacerdotibus, & Benefactoribus, (respectivarum Ecclesiæ,) aliisque: docet Caval. to. 3. c. 1. in d. 6. n. 7. Quemadmodum, inquit, ex Rubrica Missalis, Missæ Conventuales de *Requiem*, quæ prima diæ mensis non impedita pro Defunctis decantantur: quia dies hæc suffragiis generalibus magis est destinata, quam sit dies prima mensis non impedita.

Quæ-

37 Quæres hic: An peccaret mortaliiter Sacerdos, qui in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum non legeret Missam de *Requiem*, sed aliam, puta de die infra Octavam omnium Sanctorum?

Interrogatio non procedit de Sacerdote celebrante primam ex duabus Missis Conventualibus, quam supra notavimus, ex Rubrica esse debere de die infra Octavam omnium Sanctorum, vel alio Festo occurrenti.

& Secluso scandalo, & contemptu Ecclesiæ, censeo non peccaturum mortaliter eum, qui in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum non legeret Missam de *Requiem*, sed alterius Officii. Hoc insinuant Doctrinæ tradendæ in Dom. Palmar. ubi subf. 3. §. 4. qu. 4. examinabimus: utrum diebus, quibus dicenda est Missa, in qua legitur passio, possit dici alia Missa votiva? Vide ibi dicenda per totum.

Nota vero hic 1. raro videri, posse scandalum abesse, si in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, cæteris omnibus legendibus Missam de *Requiem*, juxta generale præscriptum Ecclesiæ: aliquis tamen in eodem templo aliam alterius Officii, colorisque Festivi publice legat. Vel etiamsi ipse unus sit Sacerdos, Missam de *Requiem* in dicta Commemoratione non legat, sed alterius Officii, puta de die infra Octavam; cum populus hodie, seu in dicta Commemoratione, Missam de *Requiem* exspectet, & exopset, qui forte scandalizabitur, si aliam videbit eum legere. Ob defestum autem Sacrorum Paramentorum nigri, vel violacei coloris non debere hodie omitti Missam de *Requiem*; docebimus subf. 3. n. 77.

Nota 2. hic sermonem non esse de casu, quo alicubi in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum occurreret festum de præcepto in foro æquale Dominicæ, in quo quidem casu transferendam esse ibi Commemorationem prædictam in sequentem diem, adeoque in hujusmodi loco non esse legendas Missas de *Requiem*, docuimus sect. 2. subf. 2. n. 4.

Nota 3. supposita Doctrina tradita cit. Subf. 2. n. 5. nimirum quod etiam festum in Choro occurrens ritus duplicit 1. vel 2. classis, aut etiam duplicit majoris excludat Officium, & Missam Defunctorum in die generalis Commemorationis eorum; dicendum est: non esse celebrandas Missas Defunctorum in die generalis Commemorationis prædictæ in Ecclesia, ubi occurrat Festum duplex 1. vel 2. classis, aut duplex majus. Monendus autem foret populus de translatione Commemorationis Defunctorum in hujusmodi Ecclesia ob prædictum occursum; ne forte scandalizetur; ignorare etenim solet populus Festa solemnia tantum in Choro; unde periculum esset, ne videns illam unam Ecclesiam minime sequentem universalem occurrentem ritum celebrandi omnes Missas privatas de *Requiem* in paramentis nigris vel violaceis, hoc tribueret vel ignorantie Rectoris Ecclesiæ, vel contemptui Ecclesiasticæ disciplinæ.

S U B S. II.

De Applicatione Missæ Defunctorum.

Q u. I. Utrum in die Commemo- 38 rationis omnium Fidelium Defunctorum sit obligatio, applicandi Mis-

Missam generaliter pro omnibus Defunctis?

R. Affirmat Fraxinell. apud Diannam edit. coordin. to. 2. n. 1. Ref. 64. q. 3. Gavantus in Rubr. Miss. par. 4. tif. 15. n. 18. Lezan. in sum. V. Missa. n. 44. Et quidem La-Croix l. 6. par. 2. de Sacrif. Miss. quæst. 73. §. 10. testatur, communem sententiam habuisse, quod Festo Animarum Missa ex intentione Ecclesiæ applicanda esset omnibus Defunctis in communi, quam intentionem colligi, arguique contendunt ex ipsa Ecclesiastica institutione Commemorationis huiusmodi Defunctorum omnium. Quod admittit ex maxima congruentia Franciscus De-Lugo de Sacram. lib. 5. de Miss. c. 11. quæst. 6. n. 63. & 64. ne videlicet ullus sit existentium in Purgatorio, qui hodiernis suffragiis Ecclesiasticis non juvetur. Quinque rationes, quæ ab Auctoribus adduci solent pro hac sententia, exponit adhuc Tamburinus Metb. celeb. Mif. l. 3. c. 3. §. 1. n. 9. Prima, quia ita consuetudine introductum videtur. Secunda, quia in titulo primæ Missæ Defunctorum dicitur: *Missa in Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum*. Ubi notat illud *Omnium*: Non ergo, inquit unius in particuliari. Tertia, quia in Missa hujus diei oratio est generalis pro omnibus Defunctis. Quarta, quia intentione Ecclesiæ in tali solemnni die est ut generaliter omnes Defuncti, etiam destituti aliis suffragiis, adjuventur. Hæc Tamburinus. Quintam rationem ab eodem insuper allatam exponemus opportunitiori loco inferius, ubi quæremus: an obligatus quotidie pro aliquo in particulari celebrare, e. g. pro Fundatore Cappellaniæ alicujus, possit hodie Missam applicare non

dito Fundatori singulariter, sed in generali pro omnibus Defunctis?

Interim ad adductas rationes respondet ipsem Tamurinus, dicendo: eas quidem probabilem reddere sententiam, quam ii Auctores tuentur, non tamen convincere, omnino adesse obligationem applicandi Missam pro omnibus Defunctis in communi in Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum; atque adeo non obligare; quia non est imponendum onus, nisi de eo clare constet. Quod autem non convincant adductæ rationes, Tamburinus probat, dicendo: ad primam responderi posse, vel eam consuetudinem non adesse, vel certe non apparere, esse introductam sub obligatione. Ad Secundam, eum titulum solum ostendere illam Missam in specie, & non aliam debere recitari (videantur tamen a nobis dicenda in Appendice ad calcem Diarii c. 8. art. 3. n. 18.) in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum. Ad tertiam, quamvis oratio externa sit generalis, non propterea applicatio Missæ nequit esse specialis. Ad quartam: id quidem Ecclesiam intendere ut consilium, non ut præceptum. Ita Tamburinus. Similia habet, & similibus argumentis hanc sententiam impugnat Pellizarius in Manual. tr. 5. r. 9. sect. 1. qu. 11. n. 21. & 22. Sed & ipse concedit, eam esse probabilem.

Dicendum est: nullam obligationem adesse in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, applicandi Missam generaliter pro omnibus Defunctis. Constat ex Declaratione S. C. R. ut in sequenti Decreto: *In die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum Sacrificia possunt a Sacerdotibus celebrantibus*

ap-

32 Tr. I. Lib. III. Pars II. Not. Mens. Novembri.

applicari ad libitum, scilicet vel pro omnibus Fidelibus Defunctis, vel pro aliquibus tantum: S. R. C. 4. Aug. 1663. in una Dalmatarum, apud Caval. to. 3. c. 1. d. 6. & apud Merat. ind. Decr. Miss. n. 411. apud quem ibidem habemus, id ipsum declaratum fuisse in una Ord. Cappucin. an. 1709. 9. Decembr. Quapropter idem Meratus in Gavant. to. 1. par. 4. tit. 15. n. 11. animadvertisit, opositam, ut supra diximus, Gavanti sententiam non subsistere. Hanc item sententiam allegato conformem Decreto docent praeter La-Croix, Busemb. lib. 6. de Sacrif. Miss. par. 2. tr. 3. c. 3. dub. 2. resol. 7. Masseus Kreslinger in addit. ad Theol. Moral. Anacleti Reiffenstuel to. 2. tr. 14. dist. 5. qu. 10. append. 3. addit. 6. Bissus, Quarti, aliisque plurimi, teste Cavalerio loco cit. n. 2.

Confirmatur ex eo, quia exceptio firmat regulam in non exceptis: ut Juristæ passim dicunt, & defumunt ex variis textibus Juris civilis, & Canonici. Porro Pontifex concessit aliquibus locis, de quibus infra, ut in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum possint in iis a singulis Sacerdotibus celebrari plura Missarum sacrificia, duo nimirum, vel tria, cum obligatione tam offerendi pro Defunctis in communi Missas, quas supra unam celebrent. Ergo signum est, nullam per se adesse intentionem Ecclesiæ, quod omnes Sacerdotes celebrantes in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum offerant Missam in communi pro omnibus Defunctis; secus supervacanea fuisse dicta obligatio supradictis imposta; & exceptio facta pro iis, quibus plus quam unam Missam celebrare hodie permisum est.

Hujusmodi vero dispensationem celebrandi plures Missas in hac generali Commem. omnium Defunctorum indulxit Hispaniarum, & Lusitanæ Regnis Benedictus XIV. Decreto edito 21. Augusti 1748. quod confirmavit Apostolica Constitutione 61. incip. *Quod expensis. tom. 2. Bullarii sui eodem anno, die 26. mensis prædicti. Concessit itaque perpetuo facultatem omnibus, & singulis Sacerdotibus tam Secularibus, quam Regularibus, in Hispaniarum, & Lusitanæ Regnis existentibus, ut die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum tres Missas celebrare possent, etiam post meridiem duabus horis; (Porro non posse celebrari Missas, etiam pro Animabus Purgatorii, una hora post meridiem, sine speciali concessione: declaravit S. R. C. 24. Novembr. 1661. in Neapolitana, apud Merat. ind. Decr. Miss. n. 415.) ita tamen ut Missas, ex vi hujus privilegii a se concessi dicendas, non pro singulari aliquo Defuncto, sed pro omnibus Defunctis Fidelibus applicarent, & sine eleemosyna, quo cumque praetextu, sive etiam sponte oblata: sub pena Suspensionis a Divinis Pontifici reservatae ipso facto incurrandæ. Quam tamen Episcopi jure delegato relaxare poterunt, facta prius restitutio eleemosynæ perceptæ in pios usus ab Episcopis erogandæ. Quod si dicti Sacerdotes post incursum præfatam Suspensionem nihilominus celebraverint, incurrit irregularitatem omnino Pontifici reservatam cit. Constit. *Quod expensis.**

Quo ad illos autem, qui ante hujusmodi concessionem recentiorem, jam in Aragoniæ Regno duas, vel tres respective Missas celebrabant hac ipsa

ipsa die, & duas, vel tres eleemosynas accipiebant; nihil censuit innovandum.

Missas sane duas in die Commemorationis omnium Fidelium Def. jam ante celebrabant singuli Sacerdotes in Regno Aragoniae, Valentiae, & Majoricæ, & in Principatu Cathaloniae; Regulares vero tres: sive simili privilegio Apostolico; sive ex simplici veteri consuetudine. Vid. Bened. XIV. de Miss. sect. 2. c. 1. §. 3. alias lib. 3. c. 4. a n. 9. Rodriguez. loco infra cit. Tambur. Meth. celebr. Miss. lib. 1. c. 6. §. 3. n. 1. La-Croix lib. 6. par. 2. qu. 32.

In prædictis autem locis privilegiatis possunt Sacerdotes quoque exteriori, seu Advenæ, & Peregrini celebrare in Commemoratione hac omnium Def. Missas duas, vel tres, cum onere tamen prædicto, ubi adest, applicandi videlicet generaliter pro Defunctis Missam, seu Missas, quas supra unam celebrent; possunt itaque eodem frui privilegio ex regula generali, seu favore Peregrinorum, ex quo admittuntur ad fruendum specialibus privilegiis, & dispensationibus locorum, in quibus morantur; sed & in terminis de præsenti privilegio affirmat Rodriguez in sum. I. par. c. 247. n. 6.

42. Interr. An in prædictis Regnis Hispaniarum &c. sit singulis Sacerdotibus obligatio celebrandi duas, vel tres Missas in Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum?

¶. Negative; quia licet aliquando sit obligatio utendi suo privilegio; non tamen in hoc, & simili casu, quo nimirum privilegium concessum non est habilitativum, sed potestativum; privilegio enim potestativo usimur, quando volumus; quemad-

TOM. IV.

modum docuimus 23. Februar. n. 30. confer dicenda 25. Decembr. n. 22.

Sed dices I. Quicumque non intendendo privilegio sibi cum aliis concessso irroget illi injuriam, tenetur eo uti. Sed qui non utitur prædicto privilegio, irrogat injuriam, seu præjudicat communitati; per non usum etenim aliquorum potest fieri, ut universitas Civium amittat privilegium illud. Ergo est obligatio &c.

¶. Ex De-Luca apud La-Croix lib. 1. de legib. q. 139. §. 11. & Quintanadven. to. 1. Singul. tract. 7. de Celebr. Miss. singul. 35. n. 5. quando privilegium alicui universitati, ejusque Capiti, vel Principi concessum est, non usum aliquorum non præjudicat illi, seu per non usum aliquorum non amittitur privilegium. Adeo, quod privilegium non cessat per non usum illius quantumcumque continuatum, si sit tale, ut neminem alium gravet; quemadmodum docent Layman. I. 1. tr. 4. c. 23. n. 22. La-Croix l. cit. Diana edit. coord. to. 4. tr. 6. Resol. 53. §. 7. aliique. Neminem autem gravat privilegium celebrandi plus quam unam Missam eodem die. Quod multo magis valet in privilegio concessso ad arbitrium privilegiati; hoc est, si concedatur, ut privilegio utaris pro tuo arbitratu. Cujusmodi procudubio est privilegium præfatis locis concessum, celebrandi plures Missas per singulos Sacerdotes in Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum. Porro contra privilegium consistens in voluntate utendi non præscribitur, nec illi quamquam a Pontifice derogatur, ut animadvertisit La-Croix l. 4. qu. 75. §. 7. n. 575.

Dices 2. l. 1. ff. de mundinis, & in 44 Regno Hyspaniae lib. 4. tit. 17. p. 3.

E l. 3.

34 Tr.I. Lib. III. Pars II. Not. Mens. Novembri.

*I. 3. tit. 8. part. 5. statuitur: Privilegia per non usum amitti. Videatur Azorius *instit. Moral. par. I. l. 5. c. 22: qu. 8.* Ergo est obligatio utendi praefato privilegio, ne per non usum amittatur.*

R. Allegata, & similia jura loqui de privilegiis, quae in gravamen aliorum cedunt, docet Diana l. cit. & videatur etiam Layman. l. item cit. Ut autem supra dicebamus, in nullius gravamen cedit privilegium celebrandi plures Missas per singulos Sacerdotes eodem die. Adde, quod praedicta jura non possunt loqui de privilegiis concessis ad arbitrium privilegiati, scilicet si concedatur, ut privilegio quis utatur pro arbitratu suo, & quando velit; quod per se patet, & probatione non indiget. Hujusmodi autem est privilegium praedictum celebrandi plures Missas per singulos Sacerdotes eodem die Commemorationis omnium Fidelium Def. ut supra etiam dicebamus.

45 Sed unde discesseramus revertentes, statuimus non esse obligationem singulis Sacerdotibus applicandi Missam pro omnibus Defunctis in communi in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum. Addimus, nec esse obligationem, fructum impetrationis per Orationes ab Ecclesia praescriptas offerre pro communi Suffragio Defunctorum, etsi oppositum videatur opinatus Quarti, quem refert, & rejicit Caval. *to. 3. c. 1. comment. in descr. 7. n. 1.* Qui enim dant stipendum, nedum sibi obligari intendunt fructum satisfactionis, verum etiam impetrationis Orationum, & precum; ita Caval. De Missis autem Conventionalibus vide quid ex eodem Caval. docuerimus subl. praeced. n. 36. fine.

Qu. II. An obligatus quotidie celebrare pro aliquo Defuncto in particulari, seu pro fundatione, possit in Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum applicare Missam pro omnibus Defunctis in communi?

R. Alfonius a Leohe quem citat, sequiturque Diana *to. 2. edit. coord. tr. I. R. 64. §. 3.* docet: non teneri talem Capellatum celebrare hodie pro Fundatore, sed posse pro aliquo particulari Defuncto applicare. Similiter Lezana in *Sum. V. Missa n. 44.* docet: obligatum ad dicendam Missam quotidie pro aliquo, satisfacere in die Commemorationis solemnis omnium Fidelium Defunctorum, dicendo Missam pro omnibus Defunctis in generali. Hæc enim, inquit, videtur esse intentio Ecclesiae in institutione solenitatis hujus. Unde putat, sufficienter satisfacere hac die obligacioni praedictæ, vel etiam stipendio accepto pro aliquo in particulari, offrendo Missam pro omnibus Defunctis in communi, & quantum fieri potest, pro illo particulari, applicando circa illum particulariter intentionem suam. Item Tamburinus loco cit. in praecedenti questione, concedit, posse hodie applicare Missam pro communi Defunctorum, Sacerdotem, qui tenetur quotidie celebrare ex aliqua Capellania; quia Testatores, & Fundatores ipsis presumi possunt, sic voluisse propter pietatem erga purgantes Animas. Quæ est quinta ratio, quam Tamburinus adnectit illis quatuor in praecedenti questione expressis pro fententia obligante ad sacrificandum hodie pro communi Defunctorum: Ex qua ratione, etsi fanteatur, non posse quidem presumi Testatores, & Fundatores obligasse ad illud: concedit tamen, posse præsumi.

sumi, sic voluisse. Idem docet Pelizarius in *Man. Regular.* tr. 5. c. 5. se^{ct}. 1. qu. 11. n. 21. ubi, etsi doceat; eum, qui tenetur, quotidie celebrare pro aliqua determinata persona, non teneri in Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum applicare Missam in communi pro omnibus Defunctis; concedit tamen, posse: tum quia, inquit, probabile est, hanc esse piæ Matris Ecclesiæ mentem: tum quia præsumi potest, hanc fuisse ipsam Testatorum voluntatem. Id ipsum propter rationes easdem docet Quarti relatus a Cavalerio 10. 3. c. 1. in *decr.* 6. n. 3. Nedum posse, verum etiam obligari, vult Gavantus loco in proxime præcedenti quæstione citato; Cum enim docuisset: Sacrificium Missæ hodie applicandum esse omnibus Defunctis ex intentione Ecclesiæ subdit: Neque ideo fit injuria iis, pro quibus quotidiana forte extat obligatio Missæ; prævalet enim lex tacita rationabilis Ecclesiæ privatæ legi Testatorum. Hæc ille. Id ipsum velle Fraxinellum, Bordonus, & alios, refert Cavaler. l. cit. n. 1.

47 Verum ego dico: nec teneri, nec posse. Quod non teneatur, seu quod non sit obligatio applicandi Missam pro omnibus Defunctis in communi, probatum est in præcedenti quæstione; Unde patet falsitas rationis prædictæ, quam adducunt Gavantus, Lezana, & alii ad probandum, quod, etiamsi Testatores statuissent, non pro communi hodie celebrari Missam ab ipsis testatam; nihilominus, applicanda esset hodie Missa pro communi, neque ulla fieret eis injuria. Profecto non adest hujusmodi lex tacita Ecclesiæ prævalens: Testatorum legi, seu voluntati; imo adest expressa Declaratio Sacrae Congr. Rit. di-

cens: nullam esse obligationem applicandi Missam pro communi Defunctorum in eorum generali Commemoratione hodierna; ut vidimus præcedenti quæstione. Ergo fieret injuria Testatoribus, applicando Missam, contra eorumdem mentem, Defunctis in communi; deficit enim ratio, ex qua contenditur, non irrogari illis injuriam, & multo magis, si applicaretur alteri Defuncto in particulari.

Et respondetur adhuc ad rationem illam Tamburini, ex qua videtur velle, saltem probabile esse, illud fieri posse: quia, inquit, præsumi potest, ita voluisse Testatores. Verum ex mera simpliciter probabili præsumptione voluntatis Testatorum, non possunt iidem privari certo jure suo; irrogaretur enim quippe illis injuria. Nobiscum sentit Cavalerius loco cit. n. 4. Cui tamen nos non assentimur in eo, quod n. 5. opinatur; Capellanum videlicet Missæ quotidianæ talis institutionis, seu Fundationis, ex qua, juxta Doctorum sententiam a nobis explicatam l. 1. c. 2. quæst. 9. n. 32. & 35. possit aliquando vacare a celebratione Missæ: si pro sua vacatio ne assumat diem hodiernæ Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, & respettive cedat suæ, inquit, voluptati, aut superet impedimentum suæ indispositionis in gratiam Defunctorum omnium; pro his celebrare posse etiam accepto stipendio: Additque: se credere, adhuc Fundatoris causam agere, utpote qui in ejusmodi casu de fructu Sacrificii saltem participaret, ubi omnino privaretur, si Capellanus hac die vel ob voluptatem, aut honestatem a sacrificando abstineret; Ita Cavalerius. Verum nos cit. q. 9. interrog. 1. n. 34.

E 2 ost. n.

ostendimus ex communi Doctorum sententia, Canonum auctoritate, Sacrae Congregationis Declaratione, & firma ratione, praedictum etiam Capellatum; nonnisi sola honestatis causa posse aliquando a celebracione vacare: quod si celebret, non posse pro alio stipendum accipere. Vid. ibi dicta. Nec est disparitas, cur nihilominus id liceat in Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum. Si enim illa ratio, quod nimirum Capellanus praedictus adhuc Fundatoris caussam ageret, ut pote qui in ejusmodi casu de fructu Sacrificii saltem participaret, ubi omnino privaretur, si hodie a Sacrificando abstineret: si hujusmodi, inquam, ratio valet hodie, cur eadem non valebit aliis diebus, quibus praefatus Capellanus posset a celebratione vacare? At valero negant absolute Doctores; simpliciter docentes: Capellatum, qui cum vacare possit, tamen celebret, teneri pro Fundatore Missam applicare.

48 Nota hic tamen, esse modum quemdam tutum, quo applicare posset Missam pro communi Defunctorum, etiam is qui est obligatus ex aliqua foundatione, celebrare pro aliquo in particulari Defuncto; absque ulla periculo defraudandi mentem Testatoris. Modus autem est, applicando conditionate tantum: quod fit, intendendo applicare Missam pro communi Defunctorum, si sic forte voluerit Testator: secus ipsi maneat: seu secundum intentionem ipsius proficit. Vel simpliciter applicando Missam ad intentionem Fundatoris; si enim intentio Fundatoris fuerit, ut hodie Missa prodebet omnibus Defunctis in communi; ita proderit. Multo minus pro alio Defuncto in

particulari potest hodie applicari Mis- sa, quæ celebrari quotidie debeat ad mentem Fundatoris: ut volebat Alphonsus a Leone, & Diana. Anmadvertisimus etiam hic generaliter: quod intentio Sacerdotis, qui præsertim celebret pro aliqua Fundatione, & Capellania, non debet esse absoluta, & determinata, intendendo nimirum Missam applicare solum Fundatori, seu Testatori ita; ut Mis- sa illi soli prospicit; sed applicare debet ad intentionem Fundatoris, seu Testatoris: intendendo videlicet Mis- sa applicare illi, vel alteri, ut ipse Fundator intenderit, & maluerit; quemadmodum rite monet Benedictus Piazza de Purgator. par. 2. §. 15. n. 5. Habet enim Fundator Suffragiorum jus super illa, seu potest tal modo disponere Foundationem, ut illa prosint sibi, si indigeat, secus prosint aliis, quibus ipse intenderit applicari: ut idem Piazza notat. Debet ergo Capellanus, applicare Missam secundum intentionem Fundatoris; & similiter quicunque celebret ex justitia pro alio. Sic enim si ipse Fundator, vel alius, pro quo ex justitia celebratur, non egeat, fructus Missæ cedit alteri secundum suam ipsius voluntatem, & dispositionem? Secus autem erit, si Mis- sa intendatur applicari ei soli; si enim non est capax, aut non indigeat: ei non proderit; nee tamen secundum aliam ejus voluntatem ap- plicabitur: ex probabiliori enim sen- tentia prævalet Celebrantis intentio, & applicatio Missæ; cuius fructus specialis applicatur ei, cui Celebrans intenderit & non ultra. V. Franc. De-Lugo de Sacram. lib. 5. de Miss. c. 3. q. 3. a n. 24. Imo Piazza l. cit. n. 7. dicit . esse sententiam communem, & cer-

& certam inter Theologos, applicationem Suffragiorum totam pendere a proxime operante. Et de re hac redibit sermo qu. 4. n. 63. Cuinam proposit fructus Missæ applicatus ei, qui illo non est capax? examinat Franciscus De-Lugo de Sacr. lib. 5. de Miss. c. 4. quæst. 5. Cuinam vero proposit fructus Missæ applicatus ei, qui illo non indiget? examinat idem quæst. 7. n. 66. & videri possunt dicenda hic quæst. 4.

49 Qu. III. An possit dici Missa de *Requiem*, quando fructus specialis ex opere operato applicari debeat alicui, qui vivit? Dari enim potest hodie casus iste: Sacerdos aliquis teneatur celebrare, & applicare Missam pro aliquo vivente, qui scilicet sibi ipsi Missam petenti velit per Sacerdotem Celebrantem applicari fructum specialem Sacrificii: Quæritur; an prædictus Sacerdos possit valide & liceite illi applicare Missam hodiernam de *Requiem*.

R. Tum valide, & utiliter: tum licite potest. Et 1. valide, & utiliter; quia fructus ex opere operato Sacrificii, quoad existentiam, pendet ab existentia, & essentia ipsius Sacrificii; quo ad applicationem vero fructus specialis pendet ab intentione ipsius Celebrantis. La-Croix l. 6. par. 2. qu. 5. §. 8. Jam vero existentia, & essentia Sacrificii non consistit in his, vel illis Ritibus, & Cæremoniis Sacris; puta in Missa celebrata cum vestibus nigris, vel albis, cum hoc, vel illo Officio; cum his, vel illis Psalmis, seu Orationibus ec. sed substantialiter consistit in utraque consecratione panis, & vini, vel etiam, ut alii addunt, in sumptione hostiæ, & Calicis. Videatur Fr. De-Lugo de Sacr. l. 5. de

Miss. c. 2. qu. 1. ¶ sequ. & legantur dicenda qu. 4. n. 65. ¶ 66. Quæ quidem eadem sunt in omni Sacrificio. Dato autem sic substantialiter Sacrificio, tunc existit fructus ejus ex opere operato, qui fructus statim confertur; & specialis applicatur secundum intentionem ipsius Celebrantis, cui nimurum intendit applicare, si capax sit, & indigens. Videatur laudatus Fr. De-Lugo cit. l. 5. de Miss. c. 3. qu. 3. a n. 24. ¶ c. 4. qu. 5. ¶ 7.

Confirmatur 1. quia, si quis credit, aliquem esse mortuum, qui tamen revera adhuc vita fruatur; si pro eo tamquam mortuo celebret, aut faciat celebrare Missam de *Requiem*, certe illud Sacrificium proderit eidem adhuc viventi, eique applicabitur, & conferetur fructus specialis, seu pars competens ei fructus ex opere operato Sacrificii pro eo celebrati. Ita Teophil. Raynaud. 10. 15. *Heter. spirit. par. 2. sect. 3. pu. 4. n. 39.* La-Croix lib. 6. par. 2. qu. 27. §. 6. fine. Quod autem Busemb. l. 6. p. 2. tr. 3. c. 3. dub. 2. resol. 5. docet: non satisfecisse eum, qui aliquem putans esse mortuum, Missas quas pro Defuncto teneretur, celebravit, ante quam ille re vera mortuus fuerit: Id intelligendum est de satisfactione quo ad obligationem ex justitia, eo quod in dicto casu non satisficerit intentioni ejus pro quo tenebatur celebrare; & Missæ illæ anticipatae ad merum arbitrium Celebrantis potuerunt non prodefesse viventi, qui petierat eas post suam ipsius mortem pro se celebrari; potuit enim non esse in gratia, & ideo carere fructu Sacrificii pro se oblati; non autem ex eo quia viveret, & putabatur mortuus. Videantur dicenda proxime sequenti qu. 4.

Con-

Confirmatur 2. quia, si fructus ex opere operato Sacrificii Missæ de *Requiem* invalide, & inutiliter applicaretur vivo; sequeretur, quod soli Defuncti possent participare de fructu ex opere operato talis Sacrificii: quod est falsum; cum de hujusmodi fructu participant, & recipient partem sibi competentem tum Sacerdos celebrans, tum reliqui fideles Missæ hujusmodi assistentes, æque ac si Missa non esset de *Requiem*.

Confirmatur 3. ex eo quia, si fructus specialis Missæ de *Requiem* non posset applicari absolute ei, qui vivit, ne quidem posset applicari conditionate: atque ita non posset quis offerre stipendum ea intentione, ut celebretur Missa de *Requiem* pro patre suo jam mortuo, quod si hic non indigeat, sibi velit applicari. Sed hoc nemo dicet. Ergo valide, & utiliter ec. Et hoc concedit Diana 10. 4. edit. coord. tr. 1. R. 25. §. 3. fine ubi hæc habet: ... *Concedo fructum respondentem Missæ de Requiem, & Officio Defunctorum posse in rigore applicari vivis æque ac Defunctis, cum sit fructus satisfactionis ex opere operato, & operantis, cuius vivi, ac Defuncti sunt capaces.* Hæc Diana; qui ideo dicit, applicari posse in rigore: quia non approbat tamen legi Missam de *Requiem* pro Vivo. Sed proculdubio ipse, hoc quod non approbat, intelligit in alio sensu, de quo mox erit dicendum. Cæterum quidquid sit de ejus mente.

50 Affero, etiam licite dici Missam de *Requiem*, quando ejus fructus applicari debet alicui, qui adhuc vivat.

Id autem probo ex eo quia omnia sunt licita, quæ nulla lege, aut jure sunt vetita, ut habet Axioma apud

Lohner. & ex eo Zachar. in *Synopt. Axiom. c. 3. axiom. I.* Nulla autem lege, aut jure ostendi potest, prohibatum esse, legere Missam de *Requiem* quando fructus specialis ex opere operato Sacrificii applicari debet alicui adhuc viventi.

Et quidem id non potest esse illicitum ex jure aliquo illius, qui petit Sacrificium. Quodnam enim esset ejus præjudicium, & damnum inde proveniens? Certe ex Missa etiam de *Requiem* percipiet partem sibi competentem, eique a Celebrante applicatam; ut supra probavimus; Numquid minor erit fructus, ei competens in Missa Defunctorum, quam in alia? Nulla prorsus ratione: Efficacia enim Missæ non diversificatur a ritu, quantum est de efficacia ex opere operato; ut recte notat Raynaud. l. cit. pu. 3. n. 34. Franc. De-Lugo l. 5. de Missa c. 4. qu. 7. n. 68. fine. & patet etiam ex dictis in probatione præcedentis assertionis..

Nec potest illud esse illicitum ex lege aliqua prohibente; proferri enim nequit; neque ostendi potest aliquo modo opponi Rubricis.

Nec quidquam quæst, quod Missa de *Requiem* instituta sit ab Ecclesia pro Defunctis; id enim sicuti non impedit, conditionate applicari posse Missam de *Requiem* alicui viventi, ut, si non indigeat talis Defunctus, pro quo celebratur, profit e. g. mihi ipsi; quod certum est, fieri posse, ut supra diximus; ita nec impedit, quominus liceat applicare absolute alicui viventi fructum speciale Missæ de *Requiem*. Ergo valide, & licite potest dici Missa de *Requiem* etiam quando fructus specialis ex opere operato Sacrificii applicari debet alicui viventi..

Scio.

51 Scio plerosque apud Raynaud. I. cit. Et apud Franc. de-Lugo l. 5. de Miss. c. 4. qu. 7. n. 68. & apud La-Croix lib. 6. par. 2. de Sacrif. Missæ qu. 74. n. 516. & alios, quos citat, & sequitur Diana 10. 2. edit. coord. tr. I. R. 79. & §. 2. & 10. 4. tr. I. R. 25. §. 3. & Aversa l. infra cit. docere; Missam de Requiem pro vivo, nec licite legi; Idque conari evincere sic! Non licite, quia cum pro Defunctis tantum sit instituta Missa de Requiem, non est immutandus hie ritus Ecclesiæ. Non utiliter, quia tales Missæ non profant jam vivis, neque eorum effectus suspendi potest usque ad mortem illius, pro quo sunt. Ergo male leguntur.

Verum prædicti Autores non intelligendi sunt, loqui de fructu speciali ex opere operato proveniente ex Missa de Requiem: quando dicunt: hanc inutiliter legi pro vivo: quod Diana expresse fatetur, ut supra vidimus. Et similiter non intelligendi sunt, loqui de Missa de Requiem ex communi, seu sine ulla mentione in orationibus facta de eo, qui vivit, tamquam si esset mortuus: Sed loquuntur de fructu, & efficacia proveniente ex orationibus illis designatis in Missali pro aliquo particulari Defuncto; nimis si quis sumeret illas recitandas pro Vivo tamquam si esset mortuus: item intelligunt de aliis Ritibus propriis Missæ Defunctorum, quos volunt, solum prædictæ posse Defunctis: pro iis enim tantum ab Ecclesia suere instituti; & ex hoc etiam argunt, illicitem esse Missam de Requiem prædicto modo legere pro Vivo: & non minus Exequias Defunctorum pro vivo facere, & illorum Officium recitare pro eo, tamquam si esset mortuus.

Quamquam hoc ipsum licere putant Navarr. Fagund. Zerol. Barb. Lez. Hautin. Gob. Lucas Pniellus, Bartholomæus a Sancto Fausto, Laurentius de Peyrinis, Homobonus apud Franc. De-Lugo de Sacram. l. 5. de Miss. c. 4. qu. 7. n. 67. & apud Aversam de Euchar. qu. 11. seft. 12. §. Intra in quibusdam, & apud Dianam l. cit. qui docent: valde utiliter etiam quo ad fructum, & efficaciam Orationum, & Rituum legi hujusmodi Missam pro vivo, tamquam si esset mortutus; & pro eodem mortuorum Exequias fieri, & Officia recitari. Quod Raynaud. l. cit. pu. 31 a n. 32. fuisse defendit, variisque eruditæ confirmat exemplis, & praxi Sanctorum: id etiam breviori apologia præstat Lezana apud Dianam cit. R. 25. §. 2. Hanc sententiam Andreas Mendo in statera opin. benign. dissert. 13. quæst. 8. n. 94. dicit, esse piam atque probabilem; talem eam esse docet etiam La-Croix lib. 6. par. 2. qu. 74. Igitur ut pro me concludam, a fortiori licitum esse debet, illam Missam, cuius fructum applicare quis velit, aut debeat Vivo, legere de Requiem, per Orationes de communi Defunctorum, nihil exprimendo quod particulariter applicetur vivo, tamquam si esset mortuus; ut sit non recitando orationes pro uno Defuncto, & in eis nominando nomen ejus qui vivit; sed recitando Orationes generaliter pro Defunctis, ut jacent in Missa de Requiem in communi in die Commemorationis omnium Defunctorum; vel recitando quidem orationes particulares pro uno Defuncto, sed illas applicando, & in eis nominando alium, qui sit mortuus.

Est autem hic animadvertisendum, quod quamvis per se licitum sit, ce-

celebrare Missam de Requiem pro Vivo , tamquam si esset mortuus , modo explicato ; & quamvis per se licitum etiam sit , facere pro Vivo exequias Defunctorum , & Officium recitare , tamquam si esset mortuus , & non desint de hoc exempla etiam Sandtorum , quæ videri possunt , ut dixi , apud Raynaud. & Lezanam l. cit. Nihilominus , cum hoc non videatur , jam esse in praxi fidelium ut notat La-Croix l. cit. imo & dissonet a Ritibus Ecclesiæ Romanæ ut animadvertisunt Franc. De-Lugo l. cit. & alii apud Dianam l. cit. & adhuc Ecclesia jam videatur , rigorosius quam olim , reprobare in sacris Ritibus mutationem , & varietatem , & maxime quæ sapiat specialem novitatem , & magnam parere possit in populo admirationem , qualis certe daretur ; si nunc Missa solemnis Defunctorum legeretur pro Vivo , tamquam si esset mortuus , & similiter Exequiæ Defunctorum pro eo solemniter fierent : ideo nunc non facile illud fieri debet privatim ; publice autem & solemniter fieri non debet omnino ; nec ullibi est permittendum , inquit Franc. De-Lugo ; & significat etiam Bened. XIV. de Sacr. Miss. l. 3. c. 23. n. 4. imo tollenda ubi introducta inveniatur hujusmodi consuetudo , inquit Layman apud Dian. cit. R. 79.

Animadvertisendum 2. Quod quamvis ei , qui petiit pro se celebrari Missam , possit valide , & licite applicari fructus ipsi competens ex Sacrifício , legendō Missam de Requiem ; nihilominus , si quis non simpliciter petiit , & dedit stipendium , ut pro se Missa legeretur , sed ad huc determinavit & petiit legi talem Missam puta de tali Sancto , vel Votiyam

de tali re ; tunc tenetur Sacerdos , si petitionem acceptavit , quando per Rubricas liceat , talem Missam legere ; ita Laym. Theol. Moral. l. 5. tr. 5. de Sacr. Miss. c. 1. n. 15. eo quod , ait , ob specialem offerentis devotionem nec non speciales Missæ Orationes , seu Commemorationes , major fructus impetrationis ad propositum finem soleat provenire . Idem docent Angelus , Armilla , & Barthol. ab Angelo apud Franc. De-Lugo de Sacr. lib. 5. de Miss. c. 11. quest. 4. n. 38. Gavant. in Rubr. Miss. par. 3. tit. 12. n. 19. & alii . Ad hoc accedit quod Caval. to. 3. c. 10. a n. 19. vult , non posse dicī Missam de Requiem , quando Mis- sa applicanda est viventibus : quia , inquit , hi dum stipendium erogant , ne dum intendunt fructum satisfactionis , sed etiam impetrationis indubium , & particularem , sibique consulere omni meliori modo ; qua propter , quando licet sunt votivæ , si non suppetat Missa Votiva congruens necessitatì petentium Missam , dicenda erit , inquit , de Sancto , cui tamen Vivorum causa enixe commendetur .

Licet autem Azorius Instit. Moral. par. 1. l. 10. c. 32. q. 4. neget , satisfacere Sacerdotem , qui , cum licite pos- sit legere Missam de Requiem , ad quam se obligavit ; legat aliam Mis- sa ; nihilominus Aversa de Eucb. qu. 11. sect. 18. §. Primo Sacerdos , Dia- na edit. coord. to. 2. tr. 1. R. 67. Hieronimus Garcias apud eundem Dianam edit. coord. to. 4. tr. 1. R. 10. §. 4. Fraxinell. apud Gavant. l. cit. n. 20. & alii multi apud Franc. De-Lugo l. cit. & n. 40. dicunt : eum satisfa- re , qui legit Missam de tempore , quando ad hanc magis afficitur , licet stipendium acceperit pro Missa de Requiem : idque admittunt Nav. & Lu-

& Lugo de Euchar. apud La-Croix l. statim citando : (addunt tamen conditionem mihi minus probatam ; nimirum : si non ideo acceperit stipendum notabiliter majus) tum quia est eadem substantialiter Missa , ut supra probavimus ; tum etiam quia alia Missa est longior , & devotione Sacerdotis erit major : ideoque , addunt , nequidem opus est recitare Collectam pro Defuncto .

Tamen recte dicit Gobat , quem citat , & sequitur La-Croix l. 6. par. 2. qu. 17. n. 158. si expresse promiserit Missam de Requiem , sub veniali ad hanc teneri , si per Rubricas tum possit legere ; maxime quia Missa de Requiem ex se magis prodest Defuncto , pro quo sunt speciales orationes etiam nomine Ecclesiaz . Pasqual. apud La-Croix l. cit. Tolet. Instr. Sac. l. 2. c. 8. Caval. to. 3. c. 10. comment. in d. 2. Franc. De-Lugo l. cit. a n. 42. ad 44. cum aliis apud ipsum , qui loquitur de qualibet Missa petita , ad quam celebrandam Sacerdos se obligaverit vel expresse , vel tacite ; & docet teneri ad illam . Nam , inquit , et si Sacrificium sit æquale , tamen preces , & ritus Missæ de Requien magis profundunt Defunctis , ut ajunt Doctores ; aliz quoque Missæ votive ob specialem devotionem petentis erga talera Sanctum , vel Officium , poterunt magis prodest petentis intentioni . Ergo est obligatio dicendi votivam petitam , si per Rubricas liceat , ad quam celebrandam Sacerdos vel expresse , vel tacite se obligaverit .

Dicit autem laudatus De-Lugo n. 46. Sacerdotem non legentem Missas petitas , quando deberet eas legere , peccare quidem mortaliter , vel venialiter pro gravitate , vel levitate materiaz ; nimirum si stipendum

TOM. IV.

Missæ notabiliter augeatur propter onus dicendi tales Missam cum talibus Collectis ; tunc Sacerdos non implens paatum , peccaret , inquit , mortaliter , ut docent Navarra , & Diana . Hanc ego conditionem , ut supra inuebam , minus probo ; nisi duntaxat exuberantia illa stipendii sumatur in argumentum majoris studii , & propositi , quo petens Missam omnino tales voluerit & non aliam ; in quo casu non ob stipendum notabiliter majus , sed ob non impletam petentis voluntatem , peccaret Sacerdos graviter , vel leviter , pro ut grave vel leve ex Missæ immutatione proveniret proximo detrimentum : atque ita opinor ; ne secus major Missæ utilitas videatur pretio computari . Idem fore , si sequeretur damnura aut scandalum grave petentis Missam ex ejus mutatione ; si tamen interveniat simplex promissio , communiter fore veniale peccatum , ut advertunt Aversa , l. supra cit. aliquae Auctores a nobis laudati pro hac re : quibus insuper adde Petrum Navarra apud Dianam edit. coord. to. 2. tr. I. R. 68. qui etiam docet ; Sacerdotem specialiter promittentem legere hanc vel illam Missam , teneri ex vi promissionis , & veracitatis sub veniali peccato implore , sicut aliam quamvis promissionem , quæ non impleta nequamdam damnificet Proximam notabiliter ; ita Navarra . Quod si iuramentum addatur , perpendi debet , inquit Lugo , quanta sit obligatio iuramenti promissoril circa tales materiam .

Dixi superius : Si per Rubricas licet : enimvero ex Decr. S. C. R. 19. Maii 1614. in Turritana : Missæ votivæ jam acceptæ , quæ non possunt celebrari diebus inapeditis , debent recita-

F

ri

ri de Festo occurrenti cum applicatione Sacrificii. apud Merat. ind. Decr. Miss. n. 144. & confirmatum fuit 24. Julii 1683. apud eundem n. 463. in Decreto hujus tenoris: *Missa Votiva de SS. Sacramento, vel de B. V. in sanctu fundatae, dici non possunt in duplicitibus, aliisque diebus duplicitia excludentibus; sed cantari debent Missæ de Festo currenti, cum applicatione Sacrificii, juxta Decretum editum die 19. Maii 1614. seque satisfieri, & Benefactorum mensuræ impleri, non obstante quacumque consuetudine in contrarium, declaravit S. R. C. 24. Julii 1683. in Rarissimum. Id ipsum declaratum fuit 2. Septembr. 1741. in Aquen. ut in opere Merati in 2. append. Decret. Miss. n. 852. Intellige, si non supersint dies minime impediti; Confer Merat. to. 1. par. 1. t. 4. n. 13. Si enim Votivis hujusmodi celebrandis supersint dies non impediti, atque adeo possint transferri, habet locum sequens Decretum: *Missa Votiva, quas ex obligatione aliqua Ecclesia tenetur per hebdomadas celebrare certis diebus prescriptis, in quibus multoties occurrit Festum de pracepto, debent transferri in alteram diem festitatem non impeditam. S. R. C. 9. Decembris. 1634. in Tarentina, apud Merat. ind. Decr. Miss. n. 277.* In die autem, qua Missæ Votivæ prohibentur, nec promissio ob acceptum stipendum, nec votum quidem ipsum de Missa alia contra praceptum Rubricæ legenda obligat; cum sit de aliquo non licito, aut saltem minus laudabili. Azot. Instit. Moral. par. 1. lib. 10. cap. 32. quest. 5. & 6. La-Croix lib. 6. par. 2. qu. 52. n. 371. De-Lugo loc. cit. num. 39. & Gavant. in Rubr. Miss. par. 3. tit. 12. n. 21. & 22. Huc facit Responsio S.*

C. R. ad sequens dubiam: *Utrum ex praescripto Fundatorum, & Institutione eorumdem possit dici Missa de Assumptione, Purificatione, Concepcione Beatae Mariae Virginis in Sabbatis, vel aliis feriis per annum non impeditis Festo duplice? Responsum fuit: Non sunt violanda Rubrica imperitorum Laicorum causa, & ideo potentibus Missam votivam de Assumptione Eccl. fieri satis, celebrando unam ex Missis votivis Beatæ Mariæ Virginis, juxta temporis occurrentiam. S. R. C. 29. Januar. 1752. in una Ordin. Carmelit. Excalceat. Provinc. Polon. ad 7. dub. & confirmatum fuit 22. Decembris. 1753. in Vilnen. ad 5. dub. apud Cavaler. to. 5. in Collect. recentior. Decretor. Confer dicta lib. 2. in Sabato n. 40. & 41. Similiter igitur, si ex Fundatorum praescripto, & eorumdem Institutione petatur Missa votiva diebus, quibus per Rubricas non licet: non est dicenda: non enim sunt violanda Rubrica imperitorum Laicorum causa, & ideo fieri satis, celebrando Missam de Festo currenti vel Feria privilegiata &c. cum applicatione Sacrificii, si Missa votiva non possit transferri juxta jam dicta. Quo ad Missas tamen Defunditorum (quæ votivæ sunt, quando non assignantur à Rubrica; secus autem quando dicendæ sunt ex praescripto Rubricarum, quemadmodum accidit hodie: ut animadvertis Meratus to. 1. in Gavant. par. 1. in preliminar. n. 5^o.) si ex Benefactorum praescripto Missæ hujusmodi celebrandæ, incident in diem, in qua prohibeantur Missæ de Requiem, tunc minime transferantur in aliam diem non impeditam, ne dilatio Animabus suffragia expectantibus detimento sit, sed dicantur de Festo, seu de tempore occurrerent.*

renti, cum applicatione Sacrificii iuxta mentem eorumdem Benefactorum: quemadmodum approbante Alexandro VII. statuit S. R. C. in Decreto quod dabimus art. 2. n. 103. & rursus declaravit S. R. C. 1741. in supra allegata Aven. Porro quando per Rubricas non est licitum legere Missam de *Requiem*; tunc per Missam de tempore, vel de Festo occurrenti obtinetur omnis Indulgentia, quæ obtineretur per Missam de *Requiem*; vide dicenda cit. art. 2. n. 104. De qua re moneri potest is, qui petit tali die legi Missam Defunctorum; immo expedit moneri, si timeatur, ne scandalizetur, seu putet, se delusum, si viderit, non celebrari Missam Defunctorum, quam petierat: moneatur itaque, & quod tali die non liceat legere Missam de *Requiem*; & quod nihilominus idem erit fructus Missæ alterius Officii, & eadem in hujusmodi impedimento Indulgentia concedatur, si hæc etiam forte anneta fuerit Missæ de *Requiem* in tali Altari celebratæ, puta privilegiato. Similiter si petita fuerit alia quælibet Missa votiva de tali Sancto vel Festo: si per Rubricas non liceat legere ea die, qua quis eam vellet, interrogetur an velit differri? cum id ea die non liceat; aut doceatur, quod fructus præcipuus ex omnibus Missis æqualiter proveniat; major autem ille fructus impetrationis propter speciales preces, & specialem devotionem, satis compensetur pia Ecclesiæ intentione, ac Festi occurrentis celebritate; sicut docet Layman I. cit. n. 16. ubi etiam laudat Henrique Mirand. Rodrigu. Et notat ad hoc Gavantus I. cit. n. 26. & Franciscus De-Lugo I. cit. n. 45. ex Bonacina & alijs innominatis, quod & nos

supra innuimus, scilicet, Sacerdotem, quando licite dicit Missam diei pro votiva postulata, puta in Duplicibus, Dominicis &c. non opus esse dicere Collectam talis Missæ, vel pro Defunctis; immo nec debere, si per Ecclesiasticos Ritus non liceat: nam Ecclesiæ præceptum illis diebus præstat, ut Orationes Missæ diei precibus æquivaleant postulatis. Si tamen Missa legatur in Altari privilegiato, an sit addenda Oratio specialis pro Defunto? Videlimus art. 2. n. 106.

Rigorosius autem loquendum est 5+ de loco, qui pro Sacrificio designatur; nam qui citra necessitatem legit Missas alibi, quam in loco, vel Altari a Fundatore, seu Benefactore præscripto, peccat graviter secundum Sylvest. V. Missa I. qu. 10. fine, Navor. de Orat. c. 5. n. 2. & 12. Azor. Institut. moral. par. I. lib. 10. c. 24. qu. 8. Diana edit. Coord. to. 4. tr. I. R. 14. & 15. Frant. De-Lugo de Sacram. lib. 5. de Miss. c. 11. qu. 5. n. 47. Tambur. Metb. celebr. Mis. lib. 3. c. 2. §. 1. nu. 1. Chiavet. Institut. Jur. Canon. lib. 2. c. 8. n. 38. & Consult. 159. nu. 2. Gavant. in Rubr. Miss. par. 2. tit. 12. n. 2. aliosque apud La-Croix lib. 4. qu. 117. §. 1. & communissime Doctores; quia Sacerdos non celebrans in loco per Fundatorem designato, non implet ejus voluntatem justam in re gravi, nec obligationem a se suscepit, quando Cappellaniam acceptavit sic institutam, aut etiam manuale stipendium cum dicto onere. Posse tamen excusari a mortali, si raro fiat; & aliquando etiam a veniali: docimus lib. I. c. 2. qu. 15. n. 49. & 50. ubi etiam explicavimus, quoties omitti posset, ut dicta excusatio locum habeat? Cæterum, Sacerdos non cele-

trans in loco designato , non tenetur ad restitutionem , secundum La-Croix l. cit. quia ex hac negligentia loci , vel temporis non oritur , inquit , per se loquendo , damnum considerabile : citatque Barbos. Corr. Burgh. quibus adde Chiavetta *cit. Consult. 159.* n. 2. Tambur. *l. cit. n. 7.* & 8. atque Gavant. *l. cit.* Idem tamquam probabilius tenet cum aliis Franciscus De Lugo *l. cit. n. 57.* & 58. contra alios ab eodem relatos n. 56. Excipit tamen Lugo , si mutatio fieret quo ad Altare privilegiatum in non privilegiatum ; Vide ipsum n. 57. fine . Sed Cavaler. *to. 3. c. 14. in d. 11. n. 4.* licet fateatur , obligatum celebrare in Altari privilegiato , non celebrantem in eo , lethalis culpa a Doctoribus damnari communiter , quin immo plures ex iis obligare illum ad restituendum stipendium , aut Sacrificium sterandum , celebrando in Altari privilegiato ; ipse nihilominus docet : obligari tantummodo ad restitutionem excessus , quatenus pinguis consuetudo acceperit stipendium , secus si consuetum solum ; quia , inquit , cum huic correspondeat applicatio Sacrificii , quo Defunctus non defraudatur ; non violatur justitia , ex qua dumtaxat oritur obligatio restitutio- nis ; sed solum fidelitas , per cuius laesionem culpa quidem lethalis , si sit in re gravi , uti evenit in casu , numquam tamen obligatio restitu- tionis potest incurri . Verum subdit , et si ad restitutionem non obligetur , quia tamen Defunctum in re gravi , scilicet Indulgentiae fructu defraudat , dubium non est , quod damnum compen- sare teneatur per alia opera sat- isfactoria , inter quae casui valde erit apposita Indulgentia alia plena- tia ex iis , quae pro Defunctis lucra-

ri queunt . Hec Cavalerius , & vi- deri etiam potest ipse laudatus De- Lugo *l. cit. n. 52.* & 53. ac Tambur. n. 10. Et pro mutatione Altaris pri- vilegiati vide quoque Dianam *l. cit. R. 14.* Chiavet. *cit. consult. 159.* Ga- vant. *l. cit. n. 4.* Quænam vero causæ censeri valeant rationabiles , mutan- di aliquando locum &c.? videri pos- sunt apud La-Croix *l. supra cit.* & apud Franc. De Lugo *l. cit. a n. 49.*

Qu. IV. An Sacerdos , qui offer- ret , & celebraret Missam secundum intentionem illius , a quo , Deus sci- ret , sibi dandam fore primo ele- emosynam , Missamque petendam ; posset deinde eleemosynam illam ac- ceptare , & retinere pro Missa anti- cipate applicata , & celebrata ?

Ponitur hodie hic casus , quia vi- detur hodie posse facile dari . Enim vero in die Commemorationis oca- sionis Fidelium Defunctorum , devo- tio fidelium , & pietas erga purganti- tes Animas , maximeque Parentium , & Amicorum , excitat plures ad pra- bendas eleemosynas Sacerdotibus , ut offerant , & applicent Sacrificium pro suis Defunctis .

Detur itaque hodie Sacerdos ali- quis , qui hoc animadvertisens , & an- nua experientia compertum habens , minimeque dubitans fore ut sibi ele- mosyna ad celebrandam , & applicandam Missam hodie offeratur ; sed timens , ne forte hora jam tarda si- bique importuna id eveniat , Mis- sam , prævertendo , celebret ; & Sa- crificium offerat secundum intentio- nem illius , quem primum hodie Deus sciatur , sibi oblatum , seu daturum esse eleemosynam pro Missa celebra- da . Potest ne hujusmodi Sacerdos eleemosynam , quæ postea illi obve- nerit pro Missa celebranda , accepta-

re

re, sibique applicare pro illa Missa anticipate celebrata?

P. Non defuere pauci Doctores, qui id affirmarunt: negativa tamen sententia est communis, & omnino tenenda. Ita Fagund. in 1. *Præc. Eccles.* l. 3. c. 9. n. 10. qui affirmativam sententiam, dicit, esse illicitam. Filiiuc. tom. 2. tr. 5. de *Eucb. cap. 3. qu. 7.* n. 79. qui dicit, affirmativam sententiam esse contra usum Ecclesiæ. Reginal. in *praxi* l. 23. c. 17. n. 237. qui, et si censeat sententiam affirmativam esse speculative probabilem, fatetur tamen, ipsam in praxi non carere periculo scandali. Bonacina *disp. 4. quæst. ult. de Miss. Sacrif. qu. 7. §. 5.* n. 3. qui, et si prius affirmativæ sententiaz partes suscipiat; deinde vero monet, eam in praxi non esse approbandam, nec tolerandam; Mendo in *Statera opin. benign. dissert. 13. quæst. 7. n. 84.* qui opinionem affirmativam, exprefse dicit, esse improbabilem. Suarez to. 3. in 3. par. *disp. 79. sect. 9. V. Tertio inquiri*, post medium; qui asserit, sententiam affirmativam esse inauditam in Ecclesia, & valde absurdam, praeter usum Ecclesiæ, magnosque abusus parere posse, si ea introducatur. Pro hac sententia negativa stant quoque Franc. De Lugo de *Sacr. l. 5. de Missa c. 3. quæst. 4. n. 33.* Bened. XIV. de *Miss. sect. 2. c. 2.* §. 1. aliquie plures apud Auditores laudatos, apud quos etiam videri possunt rationes, quæ eam suadent, & contrariam evertunt.

Ego hic tantummodo ad confirmandum, esse omnino illicitam proxim sententiaz affirmativæ; innuo primo, illam deletam fuisse, & expanditam ex aliquibus Auditibus, ex præscripto Supremi Sanctæ Inquis.

Tribunalis in Indice expurgatorio; ut testatur Mendo l. cit.

Profero 2. Declarationem, ac Decisionem Eminentissim. Cardinalium S. C. Concilii Tridentini ex Mandato Clementis VIII. cuius Decretum postea promulgavit Paulus V. die 15. Novembr. 1605. In ea declaratur prædicta sententia affirmativa pluribus nominibus periculosa, fidelium scandalis, & offensionibus obnoxia, ab Ecclesiæ more nimium abhorrens, & ut talis improbat, rejicitur, atque damnatur, ejusque praxis omnino explodenda, & eliminanda censetur, atque decernitur. Decretum hoc refert de verbo ad verbum Philibertus Marchini de *Sacr. ordin. tr. 3. par. 2. c. 31. n. 10.* Pasqualig. de *Sacrif. Mis. quæst. 168.* item Cenedo, & Riccius allegati a Diana to. 2. edit. coord. tr. 1. R. 49. §. 3. De eodem mentionem faciunt Gavant. in *Rubr. Miss. par. 3. tit. 12.* Meratus ibi num. 5. Bened. XIV. Fagund. & Franc. De Lugo l. l. cit. Mendo l. cit. num. 81. Cavaler. to. 5. c. 28. n. 9. La-Croix lib. 6. par. 2. qu. 28. qui tamen pro Paulo V. ponit S. Pium V. 1605. sed est error evidens, nam S. Pius V. sedet an. 1566. ante Clementem VIII. atque adeo longe ante Paulum V. Nec vallet opponere hujusmodi Bullam Clement. VIII. latam fuisse pro Hispaniis; nam, ut animadvertisit Franc. Silvius apud Bened. XIV. l. cit. Considerandum quippe est, eam idcirco prædictam consuetudinem improbase, & abolendam præcepisse, quia pluribus nominibus est periculosa, quia fidelium scandalis, & offensionibus obnoxia, quia nova, & a vetero Ecclesiæ more nimium abhorrens. Cum igitur istæ rationes non sint pro Hispania particulares,

res, sed toti Ecclesiae per universum Orbem dispersae communes, in omnibus fidelium Regionibus vigere debet ipsa Bulla, immo (etiam ea seclusa) id quod in ea mandatur. Hæc Silvius. Similiter Fagundez l. cit. monet: nec referre, quod prædicta Bulla Clementis VIII. recepta non sit in Hispania, ut ipse ait, quia iudicio Summi Pontificis, & de consilio Cardinalium, re diligenter discussa, & ponderata, reprobata fuit illa opinio. Ita Fagundez. Qua propter quamvis aliqui Auctores apud Mendonça n. 82. qui scripsierunt etiam post prædictam declarationem, adhuc docuerint opinionem affirmativam, nihilominus dicendum est cum communis apud La-Croix l. cit. illam opinionem semper esse illicitam.

56. Cæterum, his non obstantibus, ipsimet Doctores negative sententias concedunt, & affirmant in nonnullis casibus posse quidem celebracionem, & applicationem Missæ anticipari, seu Sacrificium Missæ offerri pro alio, sive pro aliis antequam debeatur, vel petatur.

Primum casum ponunt, quando anticipatio teneret se tantum ex parte temporis, non vero intentionis: nimirum quando Missæ in posterum dicenda essent, sed ex intentione jacea, & determinata; has enim anticipare posse, concedunt. E. g. Si Cappellanus debeat singulis hebdomadis dicere pro Fundatore tres Missas, vel singulis mensibus quindecim; posse concedunt hac hebdomada dicere sex, & hoc mense dicere triginta pro præferti, & sequenti; nam in hoc casu non est periculum, inquiunt, inferendi ullum præjudicium, ac damnum illis, pro quibus

offertur Sacrificium, ita potius anticipata hujus solutio est utilis illis. Ita Franc. De-Lugo, Diana, Fagund. Reginald. Bonac. Silvius, Mendonça, l. l. cit. Gavant. in Rubr. Miss. p. 3. tit. 12. n. 16. & alii, quibus ex recentioribus adhaeret Meratus in Gavant. cit. tit. 6. ubi testatur, hanc sententiam esse fere communem inter Doctores.

Sed videtur adhuc in exposito causa obstat periculum defraudandi, & non implendi in re substantiali meniem Fundatoris, quod esset grave, & contra justitiam, adeoque esset obligatio restitutionis. Finge enim Fundatorem ideo instituisse Missas per annum divisas, ut illarum fructus prodesse posset Coniunctis suis successive. Quam quidem intentionem, ego puto, communiter habere eos, qui fundant eleemosynas Missarum in perpetuum, aut ad longum tempus: quisque enim cum erat, seu speret, se post paucos menses, aut ad summum annos e purgatorio in Calum migraturum, quando non indigebit amplius satisfactione Missarum: proculdubio intendit applicare, seu vult, ut deinde applicentur, & cedant suis coniunctis presentibus, & futuris, vel vivis, vel mortuis, & indigentibus; & cum celebrans pro fundatore debeat applicare Missam non absolute pro eo, seu non debeat intendere, ut ipsi soli proficit; sed debeat applicare ad intentionem Fundatoris, volendo: nimirum, & intendendo; ut ei profit, si quidem indigeat, & velit; secus alteri, cui ipse fundator vivens intenderit, & maluerit: ut significavimus n. 48. & iterum dicemus n. 63. Hinc facile fieri posset, quod, qui Missas anticipate, etiam indico causu

su Cappellanie, aut simili celebra-
ret, prædictam Fundatoris intentio-
nem nequaquam impleret. Si enim,
quando Missas anticipate celebrat,
fundator ipse non indigeat fructu sa-
tisfactivo illarum; hic, ut ponimus,
cedere debet alteri suo coniuncto, ex
intentione, & voluntate Fundatoris,
quam intentionem habet ipse quo-
que Celebrans, per illam applica-
tionem conditionatam, seu dicendo:
applico secundum intentionem, &
voluntatem Fundatoris; cedere ita-
que debet alteri eus coniuncto, cui
ipse Fundator intenderit applicari;
si autem ejus coniunctus, quando
anticipate celebratur Missa, non sit
capax, quia sit in statu peccati mor-
talis, jam non percipiet fructum sa-
tisfactivum prædictæ Missæ; quem-
tamen forte perciperet, si Missa
celebraretur tempore quo Testator
præscripsit, quia tunc forte prædi-
ctus ejus coniunctus, cui cedit fruc-
tus Missæ, erit gratiæ restitutus,
adeoque capax fructus satisfactivi Mis-
sæ; quod si adhuc tunc non erit
capax, ipse solus erit causa damni,
& detrimenti sui. Idem est pro
mortuis: si enim post Missas anti-
cipate celebratas moriatur aliquis con-
iunctus Fundatoris, qui tunc indi-
geat fructu Missæ, defraudaretur illo
fructu, qui ei cederet, si tunc
celebraretur Missa, & non fuisset
anticipata. Potro fructus satisfacti-
vus Missæ non suspenditur, sed sta-
tim confertur ei, cui applicandus
est, seu applicatur a Celebrante; ut
est communis Doctorum. Proinde
putarem non licere explicatam anti-
cipationem; & omnino illam im-
probo, quando Missæ ita divisim
dispositæ dicantur a Fundatore pro
se & suis. Vide dicenda n. 64.

Sed etiam in posito casu ipsius
laudati Auctores tales adhibendas vo-
lunt limitationes, exceptionesque,
ut non nisi raro licere videatur etiam
in eo celebrationem anticipare Mis-
sarum. Nam i. excipiunt, quando
Fundator sic Missas distribuit ob ali-
quam specialem causam, quia scili-
cket ob devotionem populi, vel ad
honorem talis Cappellæ pertinet, ut
singulis mensibus, vel hebdomadis
ibi celebretur; ita Silvius, Reginal-
Diana, Franc. De-Lugo; qui tamen
dicit: quod in hoc casu contrafa-
ciendo, nisi nimium frequenter fie-
ret, leviter tantum peccaretur, ut
plurimum; & adhuc addit, quod et-
si Sacerdos tunc peccaret anticipan-
do, non tamen teneretur ad resti-
tutionem pro Missis anticipate dictis,
quia satisfecisset quoad substantiam
Sacrificii, sola variata circumstantia
temporis, quæ communiter non indu-
cit grave nocumentum contra justi-
tiam; ita Lugo, quod non videtur
improbabile Bonacina. Quo ad hanc
rem videri rursus potest idem Franc.
De-Lugo l. 5. De Miss. c. 11. quest. 6.

Alteram exceptionem admittendam
esse animadvertisit ex Cardinali De-
Lugo. Franc. De-Lugo sup. cit. qu. 4.
n. 37. Quoties anticipatio redundat
in alterius præjudicium; ut si Sacer-
dos debeat celebrare singulis hebdo-
madis, vel mensibus pro Defunctis
hujus populi, vel Communitatis; tunc
enim ex anticipatione sequitur, ut,
qui moriuntur hoc mense, vel hac
hebdomada post Missas celebratas an-
ticipate, fraudentur illo subsidio,
mense, vel hebdomada sequenti; cum
tamen fundator voluerit omnibus suc-
cessive subvenire; ita De-Lugo. Quod
confirmant etiam ea, quæ supra mo-
do docuimus.

Est

Est & tertia quædam exceptio ; quando Sacerdos juberet celebrare pro vivis : tunc anticipationem non liceat , docet Mourè , quem citat , & sequitur Franc. De-Lugo l. cit. & recte quidem : Tunc enim Missa dicitur pro satisfactione pœnæ debitæ : si vero contingat nunc totam pœnam esse remissam , Missæ fructus non prodessit ; prodesset tamen , si fieret e. g. hebdomada sequenti , ad Missam celebrandam designata , in qua fortasse novum adsit debitum . Adde periculum illud , quod modo supra vidimus etiam obstat in vivis ; vide licet statum peccati mortalis , adeo que impedimentum suscipiendi fructum satisfactivum , quando Missa anticipate celebratur ; quod animadvertisit etiam Raynaud. *to. 15. bæter. spirit. par. 2. sect. 3. pu. 3. n. 41.* Vides etiam hic præsentem quoque Doctrinam favere assertioni nostræ supra dictæ : & exceptiones appositæ , ut sunt frequentissimæ , & vere præsumendæ in voluntate Testatoris , non frustra præcipientis Missas ita distributas ; in sententiam nostram absolute negativam recidere .

57 Secundum casum , quo liceat Missas anticipate celebrare , ponunt , quando Sacerdos certo novit Missas aliquas ab aliquo sibi commendandas pro objecto jam undequaque certo , & fructus capaci : tunc anticipare posse , docet Franc. De-Lugo n. 38. & alii apud ipsum ; consentit La-Croix *l. 6. p. 2. qu. 27. §. 10.* nisi sciret petendas pro aliquo effectu , ad quem nec dum juvaret Sacrificium . Similiter consentiunt Aversa , Vasquez , & Fagundez , quando certæ Missæ sunt ab alio commendandas , cuius intentionem determinate prænoscit Sacerdos , nec illi anticipationem præju-

dicare ; videlicet quia dicendæ sunt pro persona jam defuncta . Tunc enim offertur Missa pro certa persona nota , & eadem aderat capacitas , & indigentia , quando Missa dicta fuit , imo major quam quando postulatur , ita Lugo . Et parum referre , inquit Fagund. n. 8. quod Sacerdos non fuerit præmonitus , cum jam fsiat , illorum intentionem , qui Missam petituri sunt , esse , ut talis Missa e. g. de Spiritu Sancto , aut de B. Virginie , & in tali loco , aut Altari dicitur ; quia hoc nullo modo minuit aut extenuat effectum , & valorem Sacrificii : nec de hoc casu aliquem juste dubitare posse , Aragonium arbitrii testatur . Idem sentit Raynaud. *l. supra cit.* ubi inquit : quod quamvis non soleat approbari modus ille agendi , quo subsidium Missæ applicatur ei , qui primo est petiturus : quia fortassis nunc non est in ea dispositione , quæ necessaria est , ad percipiendum subsidii fructum , & in qua erit cum poscetur applicatio ; secus autem dicendum sit de mortuo ; vult itaque , quod , si ageretur de mortuo , & applicatio fieret illi , qui jam præsumitur esse in purgatorio , & pro quo postea petetur suffragium , supponendo , quod obiisset , a tempore celebrati , & applicati Sacrificii : nihil absurdum esset , inquit , in ea adhibitione applicationis anticipantis petitionem ; ita Raynaud. Idem sentiunt alii apud La-Croix *l. 6. p. 2. qu. 28. n. 222. fine* , & docet adhuc Raynaud , cum Vasquez , perceptionem stipendii pro Sacro sic prius celebrato justam esse . Verum ego neque in hoc casu quod Missa petatur pro certo etiam Defuncto , judico tutum esse Missam ante petitionem celebrari pro eo ; Est enim & hic illud periculum , infe-
ren-

rendi damnum , & detrimentum ei , qui eleemosynam offert . Quid enim , si Defunctus non sit capax , aut non egeat subsidio , quando anticipate celebratur ; & ex alia parte , ille , qui pro eo Defuncto petiturus est Missam , intendet in hoc casu applicari sibi , qui tamen eo non indiget , aut non sit capax tunc , quando Missa anticipate celebratur ? certe in hoc casu non percipiet fructum Missæ , adeoque injuria ei fieret . Recole superius dicta n. præc. Ad summum valere posset expositus casus , si eleemosyna sit eroganda non ab aliqua privata persona , sed ab aliqua Communitate , aut pio sodalitio , vel , ut alii vocant , Schola & Confraternitate , in quo casu non datur jus peculiaris emolumenti ex Sacrificio provenientis largienti eleemosynam .

58. Nonnullos alios casus ponunt Autatores , in quibus licere , dicunt , celebrare Missam , antequam ipsa petatur ; eo quod censeant , non inferri in illis præjudicium ullum petenti . Verum vel similes sunt prædictis , & similes patiuntur difficultates ; vel in illis aliis non datur revera anticipatio respectu intentionis , sed solius petitionis ; quæ si sola certo detur , atque adeo certo constet Celebranti , talem determinatam personam velle , & ratum habere ut ipse celebret pro ea , seu juxta intentionem illius , quamvis adhuc non petat , tunc anticipatio Celebrantis non modo non infert præjudicium , & detrimentum petenti , imo potius illi favet , valde quæ utilis est ; atque adeo in hujusmodi casu licet quidem celebrare Missas , antequam petantur .

Pro exemplo sit primo . Religiosi , quibus in Regulis suæ Religionis præscribitur , ut certum numerum

TOM. IV.

Missarum celebrent pro Sociis , seu Fratribus , & Conreligiosis suis alibi Defunctis , quando primum de illorum obitu moniti fuerint ; idque soleant Superiores monere , & injungere subditis suis , ut illum certum numerum Missarum pro anima talis Religiosi Defuncti celebrent ; si qui aliunde sciant , mortuum esse aliquem Conreligiosum suum , possunt pro eo Missas , quas debent ex regula , celebrare , antequam moneantur : id enim proprie non est anticipare intentionem , sed solam petitionem , seu potius monitionem ; quod cedit in bonum animæ Defuncti ; & nulli affert præjudicium , & damnum , adeoque est gratum ipsis Superioribus , & Religioni ; ita cum Laym . Busemb . l. 6. p. 2. tr. 3. c. 3. dub. 2. resol. 6. Et hoc probatur : quia Religio exigens Missas pro Religiosis suis Defunctis intentit , & procurat tantummodo suffragium pro illis , si indigeant : quod si non indigeant , non curat , quid de fructu illarum Missarum fiat : unde relinquit in potestate Celebrantis , ut ad libitum disponat . Et ita tenet Benedictus Plaza de Purgator . par . 2. art . 4. § . 15. n . 6. Idem intellige de casu , quem etiam ipse excepti numeri præc . cum Missæ dicendæ essent ex Institutione alicujus Confraternitatis , & Suffragii , ut vocant .

Sed dices : quid , si quis donationem faciat Animabus Purgatorii Missarum omnium , ac operum aliorum satisfactoriorum , quæ sibi ab aliis post mortem suam persolvi possent , aut etiam deberent ?

R. Nihilominus adhuc standum esse in Doctrina data : videtur enim certa ; cum non sit attendendum , quid religiosus privatus pro se disponat ; sed quid Religio pro ejus favore dis-

G

po-

ponere intenderit. Ad oppositum itaque hujusmodi casum dico 1. si quis nunc vivens applicet Animabus omnia Sacrificia offerenda, & preces pro se Defuncto suppendas: hoc invalide fieri; quia applicatio operis non est in potestate illius, pro quo offertur, sed pendet ab intentione operantis; operans autem, qui suo tempore offeret pro me, non offeret ad hanc meam prædictam intentionem, quam vel ignorabit, vel etiam si ea innotuerit, noluerit offerre juxta eam, ut supponitur; sed offeret ut profit mihi; adeoque si tum mihi prodesse poterit, mihi quidem proderit, non autem aliis, quibus ego applicaverim; ita cum Raynaudo rete La-Croix lib. 6. par. 2. qn. 183. §. 8. Vide infra dicenda n. 63.

Dico 2. Plazza l. cit. n. 7. excusat quemdam, qui donationem illam fecerat Animabus Purgatorii, dicendo: cum non possimus suspicari, virum adeo illustratum a Deo ipsum fuisse; ignorasse Doctrinam communem, & certam inter Theologos; applicacionem, nimurum, suffragiorum omnino pendere a voluntate, & dispositione proxime operantis; ita ut ne quidem Superior ipse possit valide disponere de illis absque subditi sui consensu: proinde credendum esse, illud fecisse ex quodam impetu Charitatis, seu ad ostendendam ingentem Charitatem suam erga purgantes Animas; Ita illa. Sed adhuc dici potest: prædictum virum pium non quidem voluisse applicare cæteris suffragia, quæ simpliciter sibi applicarentur a proxime operantibus; sed solum ea, quæ ad suam ipsius intentionem; nimurum quæ ita applicarentur, ut prodeßent sibi, aut aliis quibus ipse intenderit. Vel dici po-

tes, quod videtur verisimilius, prædictam expressam donationem, etiam per Scripturam manifestatam voluisse tantum, ut innotesceret cunctis pro se volentibus suffragia offerre post mortem suam, gratissimum sibi fore, quod non sibi ea applicarent, sed Animabus cæteris Purgatoriis.

Alterum exemplum pro superiori 60 proposita nostra sententia sit Sacerdos gravatus onere triginta Missarum e. g. quas jam pridem debuerit celebrare; quod intelligens alter Sacerdos amicus illius, volens illum levare tanto onere; Missas, illo inscio secundum tamen ejus intentionem, seu obligationem prædictam celebret, moneatque deinde amicum suum de beneficio præstito. In hoc quidem casu prædictus Sacerdos non teneretur ad restitutionem, & solitus omnino maneret onere illo triginta Missarum. Profecto in hoc casu non esset anticipatio intentionis, sed solius petitionis expressæ, ut per se patet: quæ anticipatio esset valde utilis illis, quibus Missæ debebantur, sicut postpositio prioris Sacerdotis afferebat per se detrimentum.

Confirmo hanc Doctrinam ex Tamburino, qui Meth. celebr. Miss. lib. 2. c. 4. n. 5. cum Bonacina docet; posse aliquem celebrare, applicando Missam pro aliquo effectu, ad quem alter Sacerdos obligatur, hoc altero inscio, imo & pro illis Missis recipere stipendium. Petrus V.G. obligatur celebrare decem Missas pro Defunctis, nec tamen illas celebrare curat; si Antonius eas, Petro inscio, celebrat, proque dictis Defunctis applicat, dico Antonium satisfacere obligationi Petri, idque posse deinde significare eidem Petro, & accipere stipendium. Ratio est quia jam Defuncti per alium lucrati sunt frumentum;

Etsun; Ergo dignus est hic alius sua mercede. Hęc Tamburinus sequutus Bonacinam *to. I. disp. 4. qu. ult. pa. 7. prop. 3. 6. 1. n. 4.* qui etiam citat pro se Petrum Navar. Cordub. Rodriqu. Angelum, &c. alios tacito nomine. Idem cum eodem Bonacina, & aliis tenet Franc. De-Lugo *de Sacramentis l. 3. de Miss. c. 1. q. 3. n. 36.*

Sed quid dicendum de sequenti ca-
su? Hoc mane Sacerdos celebret, &
applicet Missam pro omnibus Fidelib-
us Desfundis in Purgatorio existen-
tibus; cum intentione satisfaciendi
pro eo, qui deinde hoc etiam mane
ad hujusmodi intentionem, forte pe-
titurus sit, celebrari Missam; & pro
ea eleemosynam oblatus; vel cum
simili applicatione, & intentione ce-
lebret pro Anima, quæ præ cæteris
omnibus indiget suffragiis?

&c. Neque id licitum esse; cum
enim quovis momento temporis mor-
tuorum Fidelium Animas de novo in
Purgatorium decidere contingat; il-
læ Animæ frustrabuntur fructu sacri-
ficii, quibus prodesse deberet, quan-
do sequenti tempore postulatur Sacri-
ficium. Unde videtur etiam esse con-
tra Decretum Clementis VIII. & Pau-
li V. superius allegatum; adde, quod
aliquas alias intentiones potest habe-
re in praedito casu, qui Missam pe-
tit, quibus non poterit satisfieri per
Missam anticipate celebratam; unde
adhuc est periculum inferendi injuri-
am illi. V. dicta n. 55.

62 Itaque melius absolute conclu-
tur, ac decidatur: non licere anti-
cipate celebrare, & applicare Missam
pro intentione futura illius, qui eam
petiturus est, & erogaturus stipen-
dium celebranti; ac stipendium sic
perceptum debere restitu: licet pos-
sit celebrari Missa, & applicari pro

intentione præsenti ejus, qui petitu-
rus est: Scilicet quando certo mora-
liter constet, Petrum E. G. nunc vel-
le, ut ego celebrem ad talem ejus
præsentem intentionem: non potest
modo petere, quia E. G. est absens;
petet autem deinde. Profecto in hoc
alio casu, ut supra dictum est, pro-
prię non daretur anticipatio inten-
tionis, quia intentio jam est præsens,
etiam illius, qui petiturus est: dare-
tur solum anticipatio respectu peti-
tionis: atque adeo solutio anticipa-
ta Missæ esset gravior perituro, &
utilior ipsi, vel cuicunque applicari
debuerit.

Nota hic 1. Missæ specialem fru-
ctum tum satisfactionis, tum impe-
trationis dari illi, cui Sacerdos of-
ferens applicetur; unde debet Sacer-
dos specialiter applicare Sacrificium
pro determinata, vel determinatis
personis, ut ipsis conferat praedium
fructum. Videatur Suar. *to. 3. in 3. p.*
disp. 79. sect. 9. Franc. De-Lugo *l. 5.*
de Miss. c. 3. q. 3. n. 18. & 19. & n. 24.
La-Croix *l. 6. par. 2. qu. 5. §. 8. n. 50.*
Chiavetta *Consul. 27.* Benedict. Plaz-
za *de Purgatori par. 2. art. 4. §. 15.* ubi
n. 7. generaliter loquendo de appli-
catione Suffragiorum, testatur; esse
Doctrinam communem, & certam
inter Theologos, applicationem Suf-
fragiorum totam pendere a proxime
operante.

Quod si persona, cui Sacerdos Mis-
sa fructum applicuerit, eo non indi-
geat, aut non sit capax: cum non
possit manere suspensus, ut supra
n. 56. significavimus, & iterum in-
fra docebimus n. seq. in hoc casu,
quidam putant, illum celebranti con-
ferri; alii dicunt, remanere tunc in
thesauro Ecclesiæ. Vid. Suar. *l. cit.*
§. Tertio inquiri. At Franc. De-Lugo

l. 5. de Miss. c. 4. qu. 5. n. 40. censet, rem esse dubiam, & per consequens, dubium fore, ait, fructum Missæ, quæ non applicetur formaliter personæ capaci. Unde prudens consilium fore, inquit, quod Sacerdos Celebrans pro aliquo determinate, consequenter intendat, ut si talis non indigeat, aut non sit capax; satisfactio proveniat in alium, & alium, & sic substituat etiam plures intentiones, donec deveniatur ad aliquam, quæ deficere non possit: v. g. quando ponitur ultimo loco, vel Anima Purgatorii sanctior, vel proximior egressui, vel magis indigens, vel magis destituta suffragiis; & sic numquam frustrabitur Missæ satisfactio. Sic autem gradatim posse applicari Missam, docet etiam cum Pasqualigo La-Croix l. 6. par. 2. q. 3. Cæterum Suar. l. cit. obseruat, rarissime accidere posse casum, in quo Sacerdos nulli applicet fructum speciale Missæ: cum ad hujusmodi applicationem sufficiat intentio formalis, vel virtualis: quæ quidem intentio vix deesse potest; enimvero omnis Sacerdos quando alteri non applicat Sacrificium, saltem habet virtualem intentionem fruendi fructu illius; applicat ergo sibi ipsi; vel si aliquo titulo obligatus sit, ad offrendum pro alio, etiam habet unusquisque intentionem virtualem, implendi obligationem suam, atque ita cedet fructus ipsi eroganti eleemosynam; quamvis petierit pro altero. Et similiter in eo casu, quo applicatur Sacrificium ei, qui non indiget, vel non est capax fructus illius; unusquisque habet intentionem, ut vel ad se redeat, vel Animabus Purgatorii, aut aliis indigentibus applicetur.

64 Nota 2. quod, et si ad applica-

tionem Missæ non requiratur certa propinquitas temporis, quo talis applicatio præcesserit, sed sufficiat habitualis, nimirum intentio offerendi hanc Missam pro tali persona, seu secundum intentionem talis personæ: (recole dicta superius n. 48.) quæ intentio præcesserit, & non sit retrata; ut docet communis, & vera sententia apud Franciscum De-Lugo de Sacram. lib. 5. de Miss. c. 3. quæst. 3. n. 20. nihilominus applicatio prædicta Missæ oportet omnino præcesserit realem existentiam Sacrificii: seu debet Missa applicari saltem antequam substantialiter perficiatur Sacrificium. Et ratio est, quia fructus Sacrificii existit, ubi primum substantialiter illud existit, & non manet suspensa ejus applicatio, sed statim, & illico consertur; Sacrificium enim operatur ad modum causæ necessariæ, & naturaliter producentis, ut docet, monetque Suarez to 3. in 3. par. disp. 75. sect. 5. q. Dices cur. ¶ disp. 79. sect. 9. qu. 3. fine. Raynaud. to. 15. beter. spirit. par. 2. sect. 3. pu. 4. q. 5. n. 18. ¶ to 16. beter. spirit. par. 2. sect. 1. pu. 1. n. 3. & est communis Doctorum.

Quod si interroges: quandonam 65 primum contingat substantialiter perfici Sacrificium Missæ? Respondeo: mirabiliter in hujusmodi quæstione dissidere Doctores, varieque sentire: ut videre est apud Azorium Institut. Moral. par. 1. lib. 10. c. 19. qu. 1. Suarez to. 3. in 3. par. disp. 75. sect. 5. Cardinal. De-Lugo, de Eucbar. disp. 19. a sect. 3. Franc. De-Lugo, de Sacram. l. 5. de Miss. c. 2. qu. 1. La-Croix l. 6. par. 2. q. 2. Cæterum sententia, quæ a laudato Suarez cit. sect. 5. q. Dicitur 3. creditur esse verisimilior, & a Franc. De-Lugo lib. 1. de Sacram. c. 6. q. 12. ibidem.

ibidem. 4. n. 2. dicitur, esse probabilius; quæque a Diana edit. coord. to. 2. tr. 1. R. 53. §. 1. La-Croix l. 3. par. 2. qu. 26. §. 4. & a Cardinali De-Lugo seßt. 3. n. 41. traditur, satis esse communis; docet: Sacrificium Missæ perfici substantialiter, cum primum contingit consummari consecrationem secundam: quod fit statim atque prolatæ sunt illa verba consecrationis Gallicis: *Hic est enim Calix sanguinis mei.* Ita Suarez l. cit. & seq. seßt. 6. §. Atque hinc intelligitur: & ut fatetur, atque testatur Cardinalis De-Lugo cit. n. 4. ita tenent Doctores innumeri, & fere omnes Recentiores; & videri etiam potest Theophilus Raynaudus to. 16. l. cit. & ex professo agit to. 15. l. cit. a n. 17.

66 Ex hoc sequitur: Missam debere applicari saltem ante consecrationem Gallicis, & post consecrationem Gallicis non posse amplius applicari. Suar. cit. disp. 5. supra cit. §. Dices cur. Et licet Cardinalis De-Lugo, aliquique quos citat, & sequitur Franciscus De-Lugo de Sacram. l. 5. de Miss. c. 2. qu. 5. n. 64. & c. 4. q. 5. n. 42. putent, satis esse, quod applicatio Missæ præcedat sumptionem, seu Communionem celebrantis: eo quod adhuc essentialiter, dicunt, vel saltem integraliter duret Sacrificium usque ad sumptionem; hoc tamen minus probabiliter asseritur, inquit La-Croix loc. cit. Et quidem ipse Franciscus De-Lugo l. cit. fatetur: tutius esse ob diversitatem opinionum, applicare Sacrificium ante consecrationem. Dicendum itaque adhuc omnino est: obligatum celebrare ex obligatione, maxime si sit ex justitia, debere applicare Missam saltem ante consecrationem Gallicis; quia, etiam concessio, quod sit probabilis sententia illa

dicens, Sacrificii essentiam consistere in consecratione simul, & in consumptione; (hanc enim esse mentem S. Thomæ probant Salmantenses tr. 23. de Euch. disp. 23. dub. 2. quos laudat Benedictus XIV. Opusc. della Messa seßt. 1. c. 20. fin.) obligacioni tamen certæ ex justitia non satisfit solutione probabili. Vid. La-Croix l. 3. par. 2. q. 101. & l. 6. par. 2. q. 27. §. 8. Quod bene etiam animadvertis, monetque Diana l. cit. §. 4. ubi respuens Doctrinam Tamburini, qui opusc. de Sacrif. Miss. lib. 2. c. 2. §. 10. n. 7. vult; ex probabili sententia, ut ipse ait, docente Sacrificii essentiam consistere in consecratione simul, & in consumptione, probabile etiam fore, applicari posse fructum Missæ toto tempore ante prædictam consumptionem: quia jam, inquit, in hac sententia offertur actio facienda, non jam facta: Ad hanc sententiam hæc habet Diana: *At ego prorsus huic sententiae non adhæreo, stante diversitate opinionum; unde in casu nostro, pro stipendio certo, Sacerdos præberet doni elemosynaria fructum, & applicationem incertam; nam, ut visum est, magis communis opinio est, quod in sola consecratione confitit tota essentia Sacrificii Missæ.* Ergo peracta consecratione non potest amplius dictum Sacrificium applicari; quod quidem si sciret, qui præbet stipendium, non illud præberet pro Missa applicanda post dictam consecrationem: nam vellet Missam cum fructu incerto, & posito sub opinione. Ita Diana, id ipsum animadvertis Cavaler. to. 3. c. 12. n. 18.

Hinc etiam habes: quando Missa 67 applicanda est pro Defunctis, tunc quoque applicationem hanc fieri debere ante consecrationem, & non differendam usque ad Memento Defun-

funditorum; nam si illuc usque differatur applicare mortuis Sacrificium, ipsi non sublebatuntur per illius opus operatum; quod Suarez scite animadvertisit tom. 3. in 3. par. disp. 75. sect. 5. §. Dices cur. & Raynaud. to. 15. better. Spirit. par. 2. sect. 3. pu. 4. qu. 5. n. 20. Unde neque recte dixit Filius. tom. 1. tr. 5. de Eucb. c. 3. pu. 7. n. 78. applicationem Sacrificii posse differri usque ad Memento Defunditorum: quia, inquit, et si Sacrificii essentia stet in consecratione, tamen moraliter dici potest durare usque ad Memento Defunct. & usque tunc manere in potestate celebrantis, & offerentis.

Quid igitur in Canone Missæ jubar Sacerdos ante consecrationem quidem orare pro vivis; post consecrationem vero pro mortuis? Respondeat Raynaudus l. cit. ut sit memor, se statutum esse a Deo conciliatorem inter vivos, & mortuos: sicut olim stetit Aaron; cum enim cœpisset Dominus punire populum hebreicum graviter murmurantem contra Moysen, & Aaron: *Dixit Moyses ad Aaron: tolle thuribulum, & bausto igne de Altari, mitte incensum desuper, pergens eito ad populum, ut roges pro eis: jam enim egressa est ira a Domino, & plaga deservit. Quod cum fecisset Aaron, & cucurisset ad medium multitudinem, quam jam vastabat incendium, obtulit thymiana: & stans inter mortuos, & viventes, pro populo deprecatus est, & plaga cessavit.* Num. c. 16. a v. 46. Quam quidem fuisse Sacrificii Christi Domini expressam imaginem, egregie prolequitur Origenes bomil. 9. in Aum. sub medium. Sanctus item Chrysostomus l. 6. de Sacerd. sub init. Sacerdotem sacrificantem exhibet specie Legati pro vivis, & mortuis agentis apud Deum.

Vivorum autem Memento præponitur consecrationi, illud vero mortuorum postponitur: quia cum in consecratione repræsentetur mors Christi, ejus Anima post mortem descendit ad inferos ad liberandas Defunditorum animas; ante mortem vero Christus viventium salutem signis, & prædicatione procuravit. Cavaler. to. 3. c. 11. n. 2.

Itaque ut docet Martinon apud Franc. De-Lugo de Sacram. lib. 5. de Miss. c. 2. q. 5. n. 64. non applicatur in secundo Memento Sacrificium, quod supponitur applicatum ante consecrationem: sed fit sola major expressio applicationis; aut simplex Oratio pro Defunctis. Consentit Suarez cit. sect. 5. supracit. §. Dices cur fine. Ubi ex Cyrillo Hierosolymit colligit, post consecrationem orari pro Defunctis, non de novo pro eis Sacrificium offerendo, sed interpretando, & impetrando ratione Sacrificii oblati: & Deo iterum repræsentando Hostiam oblatam, quæ præsens adest: pro qua oblatione Sacrificii præteriti ad impetrandum, videri potest idem Suarez disp. 79. sect. 9. qu. 3. fine.

S U B S. III.

De Colore Paramentorum in Miss. Defunct. & administrat. Eucb.

Ubi

De Communione Populi in Miss. Def. & an hoc profit. Defunctis.

¶ N Missis Defunditorum color Sacrorum Paramentorum niger vel saltum Violaceus ex Rubr. gener. Miss. tit. 18. n. 6. & Decr. S. C. Missæ Defunditorum non possunt celebrari nisi cum colore nigro vel saltum Violaceo. S. R. C. 21. Junii 1670. in Oritana. apud Ca,

Caval. to. 3. c. 12. d. 1. Merat. pat. i. sit. 5. n. 13. fine. Color Violaceus refertur, & accedit ad nigrum, ut observat Durandus in *Rational. Div. Officior. I. 3. c. 18. n. 8.* In Occidentali Ecclesia, duodecimo saeculo, Innocentius III. lib. 1. *Mysteriorum Missa c. 69.* quatuor scriptis, fuisse tunc temporis colores, quos Romana adhiberet Ecclesia, album videlicet, rubeum, nigrum, & viridem. Coloris Violacei usum tunc temporis non fuisse, nisi fortasse in Festo SS. Innocentium, & Dominica *Letare*: ob rationem inferius indicandam, scribit Caval. l. cit. n. 1. Benedictus autem XIV. de *Sacrif. Miss. I. 1. c. 8. n. 17.* ait; laudatum Innocentium commemorasse Violaceum, eo quod perinde ac niger color haberetur: Quapropter Durandus l. cit. n. 9. dicit: non esse inconveniens, uti colore Violaceo, diebus, quibus prescribitur adhiberi color niger. Et vero si color niger indicat nobis tristitiam, moerorem, & luctum; ita etiam color Violaceus; unde adhiberi solet in diebus luctus, & tristitiae: quemadmodum notavimus 2. Februar. n. 18. & die 23. ejusdem mensis nu. 19. Ceterum, quia, ut mox dicemus, color Violaceus non indicat omnino tristitiam, & moerorem tantum, ut niger: non videtur sine aliquali necessitate adhibendus in Missis Defunctorum; idque innuere videtur allegatum Decretum per verbum illud *saltē*: ut observat Caval. ibi n. 3. In casu tamen, quo Missæ Defunctorum celebrarentur in Ecclesia, ubi expositum maneat Sacramentum, videtur adhibendus color Violaceus potius, quam niger, ob rationem mox indicandam n. sequ. Vide dicenda in

Appendice ad calcem Diarii c. 3. n. 26. Cujusnam vero coloris in Defunctorum Missa debet esse Pallium Altaris, & Tabernaculi Conopæum? docebimus hic qu. 6. n. 81. & 82. Eucharistia extra Missam non administratur in paramentis nigri coloris; ita ut in ipsa etiam Feria vi. Paralceves, in qua omnia in Ecclesia spirant tristitiam, luctumque praeserunt, unde & adhibetur in Ecclesiasticis Officiis Paramentorum color niger; si tamen Communio sit ad Viaticum ministranda; administratur cum superpelliceo, & Stola coloris albi, ut suo loco dicetur, serveturque etiam tunc generalis Rubrica Ritualis Romani tit. de *Commun. Infirmor.* adhibendi colorem album, quotiescumque Eucharistia defertur ad Infirmos; non solum quia color in Communione ad Viaticum non est opus conformati Officiis occurrentis diei, cum quibus nihil habet commune: sed esse debet, quia exigitur a Sacramento, quod per Proceszionem defertur, atque adeo coloris albi. Caval. to. 4. c. 5. in d. 12. fine: Verum etiam quia color niger tristitiam indicat, moerorem, & luctum, ut supra notavimus; haec autem omnino dedecet Regale Convivium, Regiasque Nuptias, quæ in Eucharistia, ut est Sacramentum, mystice celebrantur; quemadmodum notum est. Diximus: extra Missam: Utrum enim licet in ipsa Missa? Videbimus infra; n. 71. & 72. Itaque si ministranda est Communio extra Missam, adhibetur Stola Coloris, qui Officio diei conueniat; Rit. Rom. de Ordine ministrandi sacram comm. vel absolute coloris albi, ut plerique volunt: etsi recuset Ca-

Cavaler. to. 4. c. 4. in d. 6. n. 5. Vid. Benedict. XIV. de Sacrif. Miss. lib. 3. cap. 18. num. 12. & in eodem tract. edit. ital. sect. 2. c. 6. §. 2. fine. Merat. to. 1. par. 2. tit. 10. n. 31. fine & n. 34. & Zachar. in addit. ad La-Croix lib. 6. par. 1. qu. 93. Profecto color albus indicare potest splendorem gratiae, animaque munditatem, ac puritatem cordis, quam SS. Eucharistiae Sacramentum exigit a reficiendis illo, augetque refectis; quapropter valde convenit illi. Qui utique color extra Missam potius adhibendus videatur diebus, quibus Officio diei color competit Violaceus; color etenim Violaceus refertur, & accedit ad nigrum; ut superius dicebamus, similiterque luctum indicat, atque tristitiam: Unde & Defunctorum Missae in paramentis posunt Violaceis celebrari, ut jam audivimus declaratum a S. R. C. Atqui Eucharistia non administratur extra Missam in paramentis nigri coloris, ut jam docuimus. Ergo congruentius videtur, si nec ministretur in Paramentis Violaceis, hoc est cum Superpelliceo, & Stola coloris praedicti: Quod addo, quia solet quidem a Celebrante Communio ministrari in paramentis violaceis etiam antequam Missam incipiat, vel post Missam, ante quam ab Altari discedat; nec idcirco reprehendimus; Vid. Caval. to. 4. c. 4. in d. 6. n. 4. Porro licet supra dixerimus: Colorem violaceum referri ad nigrum, similiterque tristitiam indicare, moerorem, & luctum: nihilominus fatemur cum Caval. to. 3. c. 12. in d. 1. n. 1. fine, colorem violaceum non indicare tristitiam, moerorem, & luctum adeo ingentem, & omnimodum, sicut color indicat niger; ut quidem satis patet ex usu; unde qui tradunt

coloris violacei usum non fuisse olim; excipiunt Festum SS. Innocentium, Dominicamque Letare, ut supra innuimus: concedentes in his fortasse diebus olim etiam fuisse colorem adhibitum violaceum, ad tristitiam temperandam: videlicet in priori casu ob incestitiam, causa intempestivae puerorum mortis, & ululatum Matrum, ut suo loco dicetur, & cb aliqualem letitiam solemnitatis; in posteriori vero ob letitiam, quam designat aurea Rosa, quæ in praedita Dominica Quadragesimæ benedicti solemniter a Summo Pontifice consuevit, ut ibi notabimus; & ob moeritiam temporis afflictionis: ut observat Cavaler. l. cit. Vult autem S. Carolus Borromæus in Mediolanensi Provinciali Concilio 1. par. 1. quod Sacerdos dum administrat Eucharistiam extra Missam, Superpellico, & Stola alba: & ubi Ritus Ambrosianus est, rubra utatur, apud Bened. XIV. de Missa cit. sect. 2. c. 6. §. 3. & Merat. l. cit. Profecto color rubeus poterit indicare fervorem Charitatis, & ignem Spiritus Sancti, quem Christus, ut ipse ait Luc. 12. 49. venit mittere in terram, & quid vult, nisi ut accendatur? vel effusum Sanguinem Christi in Passione sua, cuius est memoria Eucharistiae mirabile Sacramentum.

Qu. I. An liceat ministrare Communionem Populo in Missis Defunctorum?

R. Gavantus in Rubr. Miss. par. 2. tit. 10. n. 6. lit. n. docet cum Albaspi. Quod in Missis Defunctorum non esset distribuenda Eucharistia; Gavanto multos adhæsisse, testatur Meratus loco statim citando; item La-Croix lib. 6. par. 1. qu. 93. allegat Decretum S. C. R. 22. Januar. (Junii legi-

legitur apud Caval. J. 1701. hujus tenoris: *In paramentis nigris non est distribuenda Communio: ac subdit: Hinc si petat quis communitare, quando legitur Missa de Requiem: Sacerdos ante, vel post Missam debet communionem dare induitus sola alia non nigra.* Id ipsum repetit eod. l. 6. par. 2. qu. 73. §. 6. fine, dicens: *Communionem non distribui in paramentis nigris, nec intra solemnia cujuscumque Missæ de Requiem.* Praefato Decreto aliquos item alios permotus, eidem negatiæ adhæsisse sententiaz, tradit Meratus loco statim citando.

Sed dicendum est: posse in Defunctorum Missis ministrari Eucharistiam adstantibus, ac potentibus illam. (Sed intellige juxta dicenda infra qu. 2.) ita Benedictus XIV. de *Sacrif. Miss. lib. 3. c. 18. n. 11.* & in eodem tract. edit. Ital. sect. 2. c. 6. §. 2. prope fin. Meratus in cit. loc. Gavanti n. 28. aliique plures apud eundem.

Ad auctoritatem Gavanti respondeatur: eum loco allegato solum significare, non esse congruum administrare Communionem in Missis Defunctorum: non tamen id esse omnino illicitum. Quod clarius apparet ex *titulo 13. ejusdem partis 2. allegatae n. 1. lis. 11.* ubi Gavantus rite docet: quod, si fiat Communio populi intra Missam Defunctorum, adhuc tamen nulla dari debeat benedictio post illam. Hic autem manifesto supponit, ministrari posse Communionem in Defunctorum Missis. Igitur quod contendit, solum est, id esse minime congruum. Verum hoc quoque negatur Gavanto; & vero, ut optime notans laudatus Benedictus XIV. & Meratus *l. l. cit.* si Sacra Tridentina Synodus *ses. 22. c. 6. de-*

TOM. IV.

Sacrif. Missa; absque distinctione ultra inter Missas Vivorum, & Mortuorum, absolute ait: *Optaret quidem Sacrosancta Synodus, ut in singulis Missis omnes fideles adstantes, non solum spirituali affectu, sed Sacramentali etiam Eucharistica perceptione communicarent, quo ad eos Sanctissimi hujus Sacrificii fructus uberior proveniret:* Rursus, si in Canone, qui similiter recitatur in Missis Defunctorum, leguntur sequentia verba: *Ut quotquot ex hac Altaris participatione Sacrosanctum Filii tui Corpus, & Sanguinem sumperimus. &c. Hac commixtio, & consecratio Corporis &c. fiat accipientibus nobis &c. quomodo unquam contendi poterit, non debere nec posse, aut Congruum non esse administrari Communionem adstantibus in Missis Defunctorum?*

Deinde ad objectum Decretum S. C. R. anni 1701. respondeatur: illud ab eadem S. C. fuisse suspensum, ac tacite revocatum. Profecto teste Benedicto XIV. ac Merat *l. l. cit.* Sacrorum Rituum Congregationi visum aliquando quidem est, in Missis Defunctorum non esse administrandam Eucharistiam adstantibus, ex eo quia danda sit benedictio Communione refectis; quæ Benedictio non datur in Missis Defunctorum. Verum hujusmodi punctum anno 1711. die 21. Martii cum ad examen fuerit revocatum in eadem S. C. cui ipse Benedictus tunc in minoribus aderat tamquam Promotor fidei, re melius perspecta, prohibuit Sacra Congregatio, ne ulla præfati Decreti copia extra daretur; quæ utique fuit illius tacita revocatio. Quapropter objectum Decretum anni 1701. nequit pro ullo fundamento adhiberi, ut Benedictus concludit; qui, sicut

H & Me.

& Meratus, id etiam confirmat auctoritate Cardinalis Flisci Archiepiscopi Genuensis, qui fuit Secretarius Sacrae Congr. Rituum. Hic in directorio suæ Diœcesis edito an. 1715. hæc scribi mandavit: *Proposito dubio in Sacrorum Rituum Congregatione: An liceat in Missis Defunctorum Fidelibus sacram Communionem ministrare? Eadem Sacrorum Rituum Congregatio de anno 1701. respondit negative. Verum quia prædicti Decreti copiam extra dari prohibuit dicta Sacra Congregatio ex notis motivis; & cum constet ex personis fide dignis, & ex attestatione plurimorum Sacrarum Ceremoniarum Magistrorum Romæ degentium ibi prædictum Decretum non observari; ideo, ne Fideles tam salutari, & frumentifero Sacramento priventur, & attentis præfata suspensiōne, & prædictis attestationibus declaratur, quod in Missis Defunctorum Sacra Communio licite ministretur. Hæc laudatus Cardinalis Archiepiscopus, cuius testimonium confirmat Meratus subdendo: Quæ quidem omnia a laudato Eminentissimo Flisco asserta verissima sunt: nam in Congregatione habita die 21. Martii 1711. referente Doctissimo, & Eminentissimo Cardinati Ferrari Tituli S. Clementis, reproposito dubio an Decretum, quo prohibetur dari Communionem in Missis pro Defunctis, debeat intelligi, ut Sacerdos celebrans tales Missam, in quacumque occasione nequeat absolute communionem dare, scilicet nec tempore celebrationis, ante Postcommunionem, nec post Celebrationem finito scilicet Evangelio Sancti Joannis? Eadem Sacra Congregatio respondendum censuit: Dilata, & ad mentem. Et mens fuit, ut Decretum prohibens prædictam Communionem intra Missam Defunctorum, non existat*

detur. Enī igitur quod *Decreta prohibentia Communionem, re diligentius, & maturius discussa, fuerunt suspensa* &c. Hæc Meratus supra cit. n. 28.

Sed hic fortasse mirabitur aliquis, nos in favorem dñi Doctrinæ nequam allegasse rubricam illam, quæ legitur in parvis Missalibus Defunctorum post Communionem Celebrantis per hæc verba: *Siqui sunt Communicandi, eos communicet antequam se purificet.* Ex qua quidem Rubrica eruitur manifeste, hec in Defunctorum Missis Communionem adstantibus ministrare: & Meratus quidem uititur ea tamquam ratione evidenti, supra cit. n. 28. §. Aliis etiam rationibus evidenteribus.

Dicimus autem: nos argumento hujusmodi usos non esse eo quod minime judicaverimus illud adeo firmum, ut primo appareat obtutum. Profecto licet Meratus credat, allegatam Rubricam præfatis insertam fuisse Missalibus, tempore Urbani VIII: occasione recognitionis Missalis factæ, ejusdem Pontificis jussu; nos tamen ad ita credendum non possumus inclinari; enim vero si ante annum 1701. de legitima illius Rubricæ auctoritate confitisset; quis puret Sacram Congregationem adversus illam decernere potuisse, absolute Communionem populi in Missis Defunctorum denegando; aut, si ex gravissimis rationibus ita decernendum judicasset, non mandaturam fuisse prædictæ Rubricæ correctionem? Sed multo minus constare poterat de ejusdem Rubricæ auctoritate post annum 1701. & ante an. 1781. cum nondum revocato Decreto absolute Communionis inhibitivo, ipsum valere oportebat. Quoniam igitur casti aut cuiuscunam auctoritate Rubrica il-

Ia in Missalia parva Defunctorum jam tum irreperit, haud facile divinaverim: quamquam nunc post revocationem antiqui Decreti factam an. 1711. legitimæ auditoratis censeri debeat.

Hæc autem nostra argumentatio probari deberet Merato, qui, ut sequenti quæstione videbimus, simili usus est ratiocinio ad refutandum, tanquam supposititum, Decretum quoddam S. C. an. 1705.

72 Qu. II. supposito ex iam dictis, quod non sit absolute & simpliciter prohibitum in Missis Defunctorum ministrare Communionem populo; An ea ministrari possit, antequam Missa ipsa incipiatur? an etiam post absolutam Missam? an dumtaxat immediate post ipsam Sacerdotis celebrautis Communionem? Item an ministrari possit ex præconsecratis particulis, & in Ciborio asservatis?

¶ Ad primam partem Quæsti, Communionem in Missis Defunctorum ministrari populo posse dumtaxat immediate post ipsam Sacerdotis Communionem, non vero ante inchoatam, nec post absolutam Missam. Ratio est; quia Rituale Romanum prohibet ministrari Communionem in paramentis nigris; quæ Rubrica ex pluries disputatis in Sacra Congreg. Rit. & communi sensu Rubricistarum intelligenda est de Communione extra Missam; nam intra ipsam Missam sicut non dedecet, Sacerdotem paramentis nigris induitum confidere, & sumere Eucharistiam, sic neque dedecet in iisdem ministrare: atque id omnino evincit Decretum ejusdem S. C. quo revocatum fuit anterior Decretum inhibens Communionem in Missis Defunctorum; de quo superiori numero. Cum

ergo Communio ante inchoatam, Missam, vel post absolutam ministrata, non sit ad actionem Missæ pertinens, sed simpliciter et omnino extra Missam; patet ipsam interdici ex sensu allati Ritualis Romani. Ita Benedictus XIV. Opusc. della Messa sez. 2. c. 6. §. 2. alias de Sacrific. Mis. l. 3. c. 18. n. 12.

Neque hac in re audiendum putamus: Cavalerium, qui, dummodo particulae consecratæ sint ab ipso celebrante in Missa, consentit posse eas ab eodem, ex aliqua rationabili causa, ministrari post absolutam Missam: tom. 4. c. 4. Dscr. 6. n. 8. Singularis enim est in hac opinione, & dum vehementer agit, ne Communionio intra Missam Defunctorum fiat ex præconsecratis, de qua re nulla est neque satis probabilis ratio, neque constans authoritas, ut statim videbimus; tum adeo liberaliter indulget Communionem in paramentis nigris extra Missam, quam aperte negat Rituale Romanum, & communis Rubricistarum sensus.

Ad 2. partem quæsti respondeo cum Merato in Rubr. Miss. p. 2. tit. 10. n. 30. quem laudat & sequitur Benedictus XIV. opusc. della Messa sez. 2. c. 6. §. 2. alias de Sacrific. Mis. lib. 3. c. 18. n. 12. posse æque ministrari ex consecratis, & ex præconsecratis asservatisque in Ciborio: Nulla enim est ratio, neque lex, quæ distinctionem hanc, quoad Communionem populo ministrandam, evincat. Unde merito a laudatis Merato & Benedicto XIV. tanquam nova, & omni fundamento destituta respuitur.

Et vero, cum plurimos legerim Theologos & Liturgicos hac de re scribentes, omnes quidem comperi vehementer commendantes, ut Com-

munio intra Missæ Actionem populo ministretur post Sacerdotis Communionem; qui vero Consecratus a Præconsecratis distingueret particulas ministrandas, ex Veteribus neminem legi. Hoc institutum (monebat S. Carolus Borromæus) Farochus servare studeat, ut quod est antiquissimi ritus, intra Missarum solemnia post Sanguinis sumptionem præbeat Sacram Eucaristiam. Mediolanen. V. Syn. ex Act. Eccl. Mediol. p. 597. Et Micrologus hortabatur: *Ante ipsas (orationes Communio & Postcommunio) communicare non negligant, quicumque eaurundem orationum benedictione soveri desiderant.* Micrologus c. 9. Quibus, aliisque veterioribus testimoniis inhærens le Brun Explic. Mis. t. 1. par. 5. n. 40. in hunc modum statuit: *Idoneum hoc est tempus* (scilicet post ipsam Celebrantis Communionem) *qua adstantibus, qui sacra mensa participes fieri volunt, Communio administretur;* & ex pluribus jam sacerulis quicumque de Ecclesiasticis ritibus scripti, vehementer institit; ne Communio post Missam differatur. De Consecratis & Præconsecratis nihil contendebant. Et illud quidem, quod tempus respicit communicandi in Missa post Celebrantis Communionem, non vacat ratione: tum quia ita videtur exigere ipsa Communicandi actio, ut Ministrans & Participans sicut eidem mensæ, sic & eodem tempore accumbant; tum quia, ut indicabat ratio modo allata Micrologi, in eos, qui prefato tempore simul cum Sacerdote communicant, apte eadim benedictiones, quæ nomine Ecclesiæ explicantur in orationibus statim sequentibus, quæ idecirco vocantur & ipsæ Communio & Postcommunio. Atque haec est ratio, quam tantopere pro-

movet Sancta Tridentina Synodus, idcirco monens & exoptans, ut fideles adstantes Missæ sacrificio communicent Sacramentaliter, quo ad eos uberior Sacrificii fructus proveniret. sess. 22. c. 6. de Sacrif. Miss.

Alterum vero de Consecratis & Præconsecratis discrimen, quamnam plausibilem habeat pro se rationem non video. Edidit Rev. P. Abbas Benvenuti Canonicus Lateranensis, Romæ an. 1726. Opusculum inscriptum *Sacerdos ad Altare celebrans in Missa privata:* ubi Consecratus particulas distinguens a Præconsecratis, statuit, Communionem in Missis Defunctorum ministrari populo posse ex consecratis in ipsa Missa, non vero ex Præconsecratis, seu consecratis in alia Missa, & asservatis in Ciboriis. Sed puto, Auctorem huic inservisse veteri præjudicio præsumpti cuiusdam Decreti S. C. an. 1705. quod infra dabimus refutatum a Merato, ut suppositum. Quapropter Benedictus XIV. postquam ex eodem Auctore objectum discrimen commemoraverit l. c. manet in assertio suo; Che la distinzione è assai nuova, e senza fondamento per sostenerla e concibidass con esso (Merato) paterni nella Messa de' Morti distribuire l' Eucaristia o consagrata nella stessa Messa, o in un'altra Messa, purchè però l' Eucaristia si amministi, parlando della Messa de' Morti, non prima né dopo la Messa, ma nella stessa Messa, dopo che il Sacerdote si è comunicato; prescrivendo il Rituale Romano, che fuori della Messa l' Eucaristia si amministra dal Sacerdote colta Cotta e Stola del colore conveniente all' Officio di quel giorno, almeno di color bianco. Idemque repetit de Sacrif. Mis. l. c.

Cavalerius tom. 4. c. 4. in d. 6. putat eam

eam solam Communionem ministrari populo posse in Missis Defunctorum, quæ fiat per modum Sacrificii, non vero per modum Sacramenti; tunc solum vero fieri docet per modum Sacrificii, cum sit ex consecratis in ipsa Missa. Nititur 1. quia ita expresse mandat Decretum Sac. Congr. an. 1741. in Aquen. 2. quia huic dispositioni favet Decretum Tridentini. 3. quia juxta eandem, & non aliter, verificantur & locum habent multa, quæ in quavis Missa, etiam Defunctorum, dicuntur a Sacerdote allusive ad Communionem populi.

Sed interim omisso Decreto illo an. 1741. respondeo ad 2. & dico, Mensem Concilii Tridentini esse quidem maxime attendendam in hac quæstione: de facto appetet ex relatione Benedicti XIV. l. sup. cit. eam valuisse plurimum, cum Sacr. Congreg. Rit. an. 1711. agente potissimum Cardinali Ferrario, revocavit Decretum anni 1701, in quo prohibebatur Communio populi in Missis Defunctorum. En verba Benedicti XIV. in laud. opusculo del *Sacrificio della Messa*. Sez. 2. c. 6. §. 2: *Per vero dire, se il Sacro Concilio di Trento alla ses. 22. c. 6. senza far distinzione fra le Messe de' Vivi, e quelle de' Morti, dice che bramerebbe, che gli astanti alla Messa si comunicassero sacramentalmente.... come mai potrà dirsi, non doversi né potersi fare la Communione agli astanti nelle Messe de' Morti?* Quæ verba cum proferat Benedictus statim, postquam memoraverit revocationem antiqui Decreti factam ab ea Sacra Cong. cui ipse met interfuit tanquam Promotor Fidei; videtur procul dubio, ex Voto ipsius Cardinalis Ferraria, & mente ipsius Congregationis descripsisse.

Quis autem docuit Cavalerium, Tridentinam locutionem exigere, ut Communio in Missa fieri debeat ex consecratis in ipsa Missa? Quin potius ex omnibus conjecturis contendo, neque Tridentinum, neque Sacram Congregationem, quæ in revocatione sui antiqui Decreti, Tridentino potissimum voluit se conformare, respexisse ad hanc distinctionem *Consecratarum, & Praeconsecratarum*. Et 1. non fuisse ullo modo consideratam hanc distinctionem in Congreg. Anni 1711. patet ex Benedicto XIV. qui, si de ea sermo ullus, vel aliqua saltē mentio facta fuisset, non illam refutaret tanquam omnino novam, & inanem. 2. Si Patres Em. ejusdem Congreg. putassent, Tridentini dispositionem loqui de Communione facienda cum particulis *consecratis* in eadem Missa cui adstant Communicandi Fideles; non revocassent simpliciter Decretum inhibitivum Communionis in Missis Defunctorum, sed potius stando in Decisis, solam explicationem Decreti apposuissent, nimirum: illud intelligendum esse de *Communione in particulis praeconsecratis*: Quod tanto magis opportunum fuisset, quanto etiam proprius accessisset ad verba quæstionis propositæ, cuius tenor, ut supra (n. 70.) retulimus, is fuerat: *An Decretum, quo prohibetur dari Communionem in Missis pro Defunctis, debeat intelligi ut Sacerdos celebrans tam Missam, in quacumque occasione nequeat absolute Communionem dare* &c. Huic autem quæsito, si Sacra Congregatio adoptasset distinctionem de Consecratis & Praeconsecratis, facile fuisset respondere, *Decretum intelligendum esse de Communione in praconsecratis*: *Responsum tamen fuit: dilata*

lata & ad mentem. Et Mens fuit, ut Decretum prohibens prædictam Communionem intra Missam Defunctorum non extra detur. Merat. & Bened. XIV. II. sup. cit. Quemadmodum ergo ob universalem Tridentini locutionem optantis Communionem Fidelium in singulis Missis, vetanda non fuit Communio in Missis Defunctorum, quas Tridentinum non excipiebat; sic neque distinguenda, neque excipienda est. Communio in præconsecratis; quam neque Tridentinum, neque Fidelium praxis distinxit unquam: Ni si forte velit nobis persuadere Cavalerius, Communionem intra Missas de Festo factam ex præconsecratis, non esse Tridentino conformem, atque ita fere totam præsentis Ecclesie disciplinam a Tridentini mente abhorrere. Enimvero haud inveni, qui non putaret, ritum a Tridentino laudatum optime servari, cum Fideles in Sacrificio, cui adstant, post Communionem Sacerdotis communicant, etiamsi id fiat ex præconsecratis. Nam cum tota ratio cur istud exoptet Tridentinum, ea sit quo ad eos uberior Sacrificii fructus proveniret; id optime obtinetur per Communionem factam in præconsecratis, dummodo fiat infra ipsam actionem Missæ.

Objicit Cavalerius; quod *Præconsecratae* non pertinent ad Sacrificium; ergo nequit intelligi, quomodo communicando in ipsis, uberior Sacrificii fructus proveniat. Sed responsio facilis est, dicendo, quod *Præconsecratae* quidem non pertinent ad Sacrificium; At Communione, quantumvis facta in præconsecratis, pertinet ad Sacrificium, de quo substantialiter participant Fideles, communicantes Eucharistie etiam præconsecratae.

Cum ergo Sacrificium ex se ordinetur ad ipsam Fidelium Communione, & Fideles in ipso communicent tempore & loco suo, post ipsam Sacerdotis Communionem; satis congrue communicant, ut ad ipsos uberior Sacrificii fructus proveniat.

Rursus miratur Cavalerius, potuisse Meratum verba illa Canonis *Ut quotquot ex hac Altaris participatio-ne &c. Hæc Communione &c.* pertrahere ad Communionem factam in particulis præconsecratis. Atqui ego miror potuisse Cavalerium satis aptam disparitatem pavidere, ne illa fidelibus aptentur, si communicant in præconsecratis. De quoniam ergo Altari participant fideles? Cuinam Mensæ accumbunt? de quanam Communione sumunt, cum Eucharistiam sumunt de ipso Ciborio extractam. & ministratam?

Adhuc minus movet quod objec-tat; *Orationes* illas, quæ dicuntur *Communione & Postcommunionem*, olim cantari consueville, cum populus ex-consecratis in ipso Sacrificio communica-ret. Quid enim inde? num propterea minus illæ congruant, si fideles sumant præconsecrata; dummodo, ut jam monuimus, intra ipsam Missam sumant? Aut quænam ratio nos cogit, solemnis Missæ ritum (qui sorte usque in præsens perdurat) cum quavis etiam privata Missa confundere? Quamquam in ipsa solemní Missa, si forte deficientibus Consecratis, pergit Sacerdos communica-re populum in præconsecratis; num proterea diceret nobis Cavalerius, diversum Sacrificii fructum, pro di-versitate talis Communionis, ad fideles proventurum? Hoe unum igitur cum Micrologo monebimus; *Ante ipsas (Communione & Postcommu-nio)*

niō) communicare non negligant, qui-
cumque earumdem Orationum benedi-
ctione faveri desiderant. Micr. cap. 9.
Ceterum supervacanea est distinctio
Consecratarum, & Präconsecrata-
rum, in ordine ad Communionem.

Instabis: Ad Sacrificium pertinet,
quod Sacerdos communicet in Eu-
charistia ab ipso met in eadem Sacri-
ficio consecrata: ergo similiter per-
tinet ad fideles Communicantes illi
Sacrificio, quod sumunt de consecra-
tis in ipso; ergo distinctio illa non
est supervacanea.

B. Concesso antec. nego utramque
conseq. disparitas est, quia Sacerdos
est etiam Conficiens Sacrificium: ad
confessionem autem Sacrificii requi-
gitur, ut sumat de Eucharistia ab ip-
so consecrata. Adstantes vero fideles
sunt Communicantes Sacrificio, seu
participantes: Communio autem &
participatio sufficit quod habeatur de
Vi&ima, seu de Eucharistia substi-
tualiter eadem; & idcirco dixi distin-
ctionem Präconsecratarum esse super-
vacaneam in Ordine ad Communionem.

Objicies 2. In Missis Defunctorum
licitum est ministrare Communionem
duumtaxat per modum Sacrificii; At-
qui hoc importat, ministrare Com-
munionem ex consecratis in ipso Sa-
crificio; ergo. Probas majorem si-
mul & minorem ex Decreto Sacrae
Congr. die 2. Septembr. an. 1741,
in Aquen. quod est talis tenoris: *In
Missis Defunctorum, quae in paramen-
tis nigris celebrantur, non ministretur
Eucharistia per modum Sacramenti,*
*scilicet cum particulis præconsecratis
extrabendo pixidem a Custodia: potest
tamen ministrari per modum Sacrificii,*
*prout est quando fidelibus præbetur Com-
munion cum particulis infra eamdem
Missam consecratis. Ergo.*

B. Distinguo Majorem: licitum est
ministrare Communionem dumtaxat
per modum Sacrificii; hoc est, infra
eamdem actionem Sacrificii, & tan-
quam quid pertinens ad ipsum Sacri-
ficium conc. Secus nego Minorem.
Distinctio patet ex supra dictis; ex
quibus evanescunt difficultates, pro-
pter quas, teste Benedicto XIV.,
prodiit olim Decretum prohibitivum
Communionis in Missis Defunctorum:
quæ duæ fuerunt, altera quod
ministraretur Communio in paramen-
tis nigris, altera quod dari non pos-
set benedictio Communicatis: Posito
autem quod Communio ministretur
infra ipsam Missæ Actionem, & ut
quid ad ipsam pertinens; neutrum
dederet; quemadmodum non dederet,
Sacrificium peragi in paramen-
tis nigris, nec dari benedictionem
populo post ipsum peractum Sacri-
ficium.

Ad probationem desumptam ex De-
creto an. 1741. Respondeo, decre-
tum illud habendum esse pro apo-
crypho, donec certiori argumento
constet de illius authenticitate.

Et primo quidem objectum decre-
tum coincidit cum alio olim decan-
tato Decreto Anni 1705., quod in
ipsa Urbe Roma legebatur in Calen-
dario Ecclesiæ Abbatialis S. Mariæ
Pacis Canonorum Lateranensis
pro an. 1736. ubi sic: *Sacerdos in
Missa de Requiem non potest populo
ministrare Eucharistiam cum particulis
existentibus in pixide; potest tamen mi-
nistrare particulas a se consecratas in
eadem Missa. S. R. C. die 2. Aug. 1705.*
Tale autem Decretum probavit Mer-
atus esse suppositum, tum quia
illud in Regestis S. C. invenire non
potuerit; tum quia; si de tali De-
creto constitisset, eo certe usus fuis-
set

set Doctissimus Cardinalis Ferrari in Congregatione Anni 1711. ad probandum, Communionem in Missis Defunditorum non esse absolute prohibendam: adde quod supra ajebam in simili; quod si de eo Decreto certa scientia habita fuisset; proposito dubio an. 1711. An Decretum prohibens Communionem in Missis Defunditorum intelligi deberet pro *quacumque occasione?* Sacra Congregatio, stando in decisio anno 1701. ad submovendum omne dubium, respondisset; Decretum anni 1701. prohibens Communionem in Missis Defunditorum, intelligendum esse juxta Decretum anni 1705. de *particularis præconsecratis*. Verum neque unquam Ferrarius meminit talis Decreti, & Sacra Congregatio absolute mandavit revocationem Decreti An. 1701. Viderit itaque P. Abbas Benvenuti, utrum ipse ex opinione hujus vociferati Decreti illufus inanem illam distinctionem adoptaverit; an potius ipse opinione sua locum fecerit in Calendario sui Ordinis huic supposititio Decreto, de quo certe neque in ipsa Congregatione, cum res haec magno fervore disputaretur, mentio ulla facta est, neque Benedictus XIV. neque Cardinalis Fliscus (v. sup. n. 70.) neque Cardinalis Ferrarius unquam meminere.

Sed de hoc jaētato recentiori Decreto anni 1741. ut ipsum pro apocrypho habeamus, argumentum nobis est maximum auctoritas laudati Benedicti XIV. Est quidem Decreto hoc favens distinctioni *Consecratarum*, & *Præconsecratarum* particularum in Missis Defunditorum, Anni 1741. At Benedictus XIV. Romanam Cathedram tenebat, atque

adeo omnium Congregationum Supremus Judex erat ab anno 1740. nimur ille, qui non solum cum in minoribus esset Archiepiscopus Bononiensis, distinctionem illam vocerat *Novam & Inanem*, sed etiam ad Summum Pontificatum assumptus antiquam opinionem suam servabat. Id videre est in *Opusc. della Messa* tam in editione facta, cum esset in Minoribus, tam in sequentibus annis Supremi sui Pontificatus, *sez. 2. c. 6. §. 2. ut sup. retulimus n. 70. §. Alterum.* Sed certo certius, ipso Summo Pontifice, idem Opusculum latine conscriptum prodiit sub titulo *de Sacra missa*, neque quidquam de hac re mutatum appetat. Notabile vero est, quod in utroque Opusculo, seu in utraque editione ejusdem Opusculi multa legantur, in ejus Pontificatu vel mutata, vel addita (quale est *sez. 2. c. 21. §. 2. fin.* de hac ipso materia Communionis infra Missam ministrandæ, *Encyclica* ab ipso Missa ab Episcopos Italiæ an. 1742. occasione cuiusdam controversiæ in Diœcesi Cremensi) sed pro objecta distinctione nihil unquam mutatum est vel additum. Jamvero mihi incredibile videtur, aut Sacram Congregationem quidquam adversus constantem Summi Pontificis opinionem, ipso inconsulto, decernere potuisse; aut Summum Pontificem decreta Sacrae Congregationis sub ipso habitæ ignorasse; vel etiam probata & a se confirmata contempssisse. Quæ quidem omnia si ad justam criticæ libellam expendisset Cavalerius; potius, puto, ad favendum Merato, ipsique Benedicto XIV. inclinasset, quam ad carpendum Meratum in favorem præsumpti Decreti, & in spretum ipsius Sum. Pontif. cui *Commentaria sua* dedicabat.

Quam-

Quamquam vero facta haec tenus argumenta cuilibet prudenti Viro gravissima videri debeant; nolui tamen mihi metis in tantum fidere, ut de ipsa Romana praxi, & sententia quae in ipsa Urbe vigeret, non mihi putaverim exquirendum. Utrumque ergo cum exquisierim, tale retuli eruditum Votum a Rev. Dom. D. Josepho Dini, Pontificio Cæremoniarum Magistro, ex quo unusquisque apud se statuat, quantum prajectato Decreto anni 1741. fidere oporteat.

L'uso del color nero, che adopera la Chiesa nelle Sacre Vesti de suoi Ministri in alcune Ecclesiastiche Funzioni, quali ora si restringono semplicemente a quelle che si fanno in occasione di Esquie, e Funerali, era negli tempi antichi più comune, mentre li Sacri Ministri adoperavano gli neri ornamenti in alcuni altri determinati tempi, come ce ne fa una indubbiata sede in fra gli altri l'Ordine Romano XIII. pubblicato dal celebre Padre Mabillon nel secondo tomo del suo Museo Italico alla pagina 235., ove prescrivendosi qual colore convenire debba alle, Sacre Vesti nelli diversi tempi dell'anno, si stabilisce infra le altre cose, che il color verde si usi dall'Ottava dell'Epifania fino alla Settuagesima, ed il color nero dalla Settuagesima, fino al primo Di di Quaresima, il che più distintamente lo spiega Guglielmo Durando, e dopo di lui il Card. Gaetano Nepote del Pontefice Bonifazio VIII. nell'Ordine Romano XIV. dicendo che: Nigris utendum est Feria VI. in Parasceve, & in diebus afflictionis, & abstinentiae pro peccatis; & etiam in Rogationibus, & Processionibus, quas Pontifex nudis pedibus facit, & in Missis pro Defunctis, & Adventu usque ad Vigiliam Nativitatis, & a Septua-

TOM. IV.

gesima, usque ad Sabbatum Paschæ: Il Dottissimo Pontefice Innocenzo III, anch'egli espressamente autorizza quanto si è detto di sopra circa l'uso del color nero, ed aggiunge ancora di più che tanto il color Pavonazzo, quanto il nero adoperavansi, quasi fosse un solo, dicendo che: Violaceo Colore uti in diebus, quibus est usus nigri coloris, non est inconveniens. Donde chiaramente ne risulta essere stato dalla Chiesa adoprato, per molto tempo, tanto il colore Pavonazzo per il nero, quanto il nero per il Pavonazzo, come osserva Agostino Patrizio nella Prefazione alla nuova Compilazione del Romano Pontificale, che egli dedicò al Pontefice Innocenzo VIII.

Ciò presupposto, pria di passare all'esame del proposito questo, vorrei permettere una dimanda, ed è, se negli tempi sopra enunciati, nei quali ritrovansi prescritto l'uso del color nero, sia stata amministrata alli Fedeli la Sacra Eucaristia nella Santa Messa; E credo che non possa esservi veruno, che voglia sostenere, che la Chiesa abbia voluto fare rimanere privi della partecipazione della Sacra Mensa i suoi Figliuoli per l'incoerenza del color nero negli ornamenti Sacerdotali, non convenienti, come si suppone, alla distribuzione del Pane Eucaristico.

Quanto sia stato controverso il punto, se sia lecita l'amministrazione della Sacra Comunione, non solo a mortali, e dopo la Messa de' Defunti, ma ancora nella medesima Messa, fatta la funzione di ambe le specie Sacramentali dal Sacerdote, e troppo a tutti palese; Anzi non puole negarsi, essere stati propalati delli Decreti della Sacra Congregazione de' Riti, per provarne, e stabilirne la proibizione di un tanto pio costume. Ma siccome di poi, come

eruditamente nota la sempre gloriosa Memoria del Pontefice Benedetto XIV. nella sua Opera de Sacrificio Missæ alla Sez. 2. §. 163. furono questi istessi Decreti della Sacra Congregazione de' Riti soppressi, ed annullati, ad intuito delle gravissime ruggioni proposte dal Cardinale Ferrari in un suo dottissimo voto, nel quale con fortissimi fondamenti provava l'inconvenienza di tale stabilimento; parve dovesse essere superata qualunque difficoltà, ed insieme soddisfatti gli animi di quelli, che si opponevano ad un ritò tanto Venerabile, quanto antico.

Non esser così accaduto, ben ce lo dimostra il decorso del tempo, nel quale suscitata di nuovo, se non in tutto, almeno in parte la stessa difficoltà, incominciarono a promoverne un'altra, cioè che non si potesse, e non fosse conveniente di distribuire la Sacra Comunione nella Messa de' Morti, dopo quella del Sacerdote, prevalendosi, non di particole Consecrate nella stessa Messa, ma bensì di quelle già preconsecrate, e che si custodiscono nel Ciborio; Per il che si appigliarono al partito di fare autorizzare questa loro opinione con un Decreto, quale dicono emanato dalla Sacra Congregazione de' Riti l'anno 1741. li 2. Settembre in una Aquen.

Che che sia della identità di tale Decreto, cagiona a me una somma dubbiezza il riflettere, che essendo stata sempre vi è più in piedi la detta difficoltà, veruno siasi acquietato alla soprannominata determinazione. Questo fondamento di dubitare però è molto piccolo in confronto ad un altro troppo autentico, ed altrettanto autorevole documento, quale è quello che esiste nelle Opere del sopra laudato Pontefice Benedetto XIV. nella citata Opera al

§. 165. espressamente parla della Communione de' fedeli nella Messa de' Morti, e riferite le opinioni, sì di quelle che afferiscono potersi fare con particole Consecrate nella stessa Messa; Si degli altri che affermano potersi ancora fare con le particole preventivamente consecrate, conclude non saper comprendere quale inconvenienza vi sia, che tale Communione possa farsi con particole consecrate in altre Messe: dichiarandosi non saper combinare quale disparità, e distinzione possa esservi tra le Sacre Particole custodite nel Ciborio, e tra quelle consecrate nella stessa Messa, in cui viene richiesta dal Popolo la distribuzione della Sacra Eucaristia: concludendo con dichiararsi apertamente per l'affermativa.

Sopra un tale fondamento così ragiono. Benedetto XIV. era un Pontefice Dottissimo ed illuminatissimo, particolarmente nella Dottrina de' Sacri Riti; Egli parlando di questa controversia, si è spiegato nella sopraccennata maniera, dunque la difficoltà che si propone non suffiste, e ragionevolmente puole dubitarsi non sia appoggiata a veruna stabile, ed autentica decisione, che ne prescriva l'uso incontrastabilmente.

Quello poi, che maggiormente da forza a quanto ho già detto, si è, il non potersi opporre dalli Fautori del contrario sentimento, essere stata quest'Opera scritta dal detto Pontefice molto tempo prima del Decreto del 1741. Mentre permetto ciò, come verissimo, cioè che la prima Edizione Italiana sia stata fatta prima che pubblicato fosse il Decreto suddetto, conviene ancora che questi mi concedano, che la medesima Opera fu di poi trasportata in Latino sotto le stessi suoi occhi, e con nuove aggiante ristampata in Padova l'anno 1745., che vale a dire quattro anni dopo

dopo la data del Decreto, e di poi con altre nuove aggiunte, e più ordinata, ristampata in Roma stessa l'anno 1750. avendoci avuto egli stesso, come si suol dire, le mani; comandando di correggere, e di aggiungere, ove credeva doversi fare: lasciando però sempre intatto, quanto già avea scritto in proposito di questa Controversia. Che al medesimo non fosse noto il Decreto del 1741. non puol dirsi, mentre oltrecchè egli era esattissimamente istruito nelle materie di questa Sacra Congregazione, dovea necessariamente saperlo, a motivo che i Decreti della Sacra Congregazione de' Riti si pubblicano con l'intelligenza del Papa.

Si aggiunga a tutte queste ragioni la pratica costante delle Chiese di Roma, nelle quali quasi diffi universalmente si pratica la Comunione nelle Messe da Dejungi, con particole preconsecrate.

Avendo dunque tanto gravi, ed autorevoli documenti in prova, che sia licita la Comunione de i Fedeli nelle Messe di Requie nella forma suddetta: pare che possa concludersi, non doversi condannare, né disapprovare, ma lasciarne libero l'uso, almeno sino a tanto che la Sacra Congregazione de' Riti più distintamente non dichiari sopra di questa controversia il suo sentimento.

Cb' è quanto mi è parso di poter rilevare sopra il proposto quesito, rimettendomi sempre a qualunque più savio, e più prudente giudizio, che possa far sene da persona più esperta, e di maggiore erudizione.

Postremo non dissimulabimus, quod in ipso Opere Merati in 2. Append. Decret. Miss. n. 849. refertur Decretum illud an. 1741. Sed ne puteamus, id ex Merati consilio factum

fuisse, duo suadent: primum est quod eo anno 1741. Meratus pene sui impos jacebat apoplecticus: alterum adhuc magis urgens; quod si de veritate talis Decreto Merato constitisset; ut erat Sacrae Congregatio- nis Decretis obsequentissimus, opinione antiquam suam correxisset, quam tamen perstantem legimus. *l.c.* in Rubr. Miss. par. 2. tit. 10. n. 30. Si vero id fecit minus oculatus Editor, qui repugnantiam ipsam Auctoris neque vidit, neque correxit; quid ad nos? Sed jam de hac re satis super que dictum, nunc ad alia.

Nota hic: quod quamvis ex una parte Rubrica Missalis, ubi de Communione populi in Missa immediate post Communionem Sacerdotis Celebrantis ministrata, dicat: eum non debere benedictionem dare Communicatis, quia illam daturus est in fine Missæ; & quamvis ex alia parte, in fine Missæ Defunditorum non detur benedictio; nihilominus post Communionem populo ministratam in Missis Defunditorum exposito modo, & parte Missæ prædicta, non datur benedictio Communicatis, neque immediate absoluta ministratione Communionis; neque in fine Missæ ut monet Benedictus XIV. de Sacrificiis. Miss. lib. 3. c. 18. n. 11. & Gavant. in Rubr. Miss. par. 2. tit. 10. n. 6. lit. 2. tit. 13. n. 1. lit. u. & inter Decreta emanata a Sacra Congregatione Visitationis Apostolicæ, sub Pontificatu Urbani VIII., quo ad ministrandam Eucharistiam, hæc habentur n. 2. & 3. La Comunione dentro la Messa è descritta nel Messale minutamente; nel fine non si dia la Benedizione se non in fine della Messa: Comuni- cando fra La Messa de Requiem, si faccia l'istesso; né si dia alcuna Benedi- zione

zione ec. apud Merat. in Rubr. Miss. pars. 2. tit. 10. n. 29. Etsi Cavalerius to. 4. c. 4. comment. in descr. 13. in 3. sufficiat, dandam esse benedictionem Communicatis in fine Missæ Defunctorum, etiam in paramentis nigris, si administretur in fine Missæ Communio ex particulis consecratis in eadem Missa: quam ex aliqua rationabili causa administrari etiam sicut tunc posse, putat: quem tamen supra rejecimus, ut plane in hac resingularem. Cur autem in fine Missæ Defunctorum non detur populo benedictio a celebrante? explicabimus tr. 2. in fer. vi. Parascev. n. 259. Tandem quomodo Communicatis in Missa Defunctorum nihil officiat finalis benedictionis Sacerdotalis omissione: ostendit Meratus cit. n. 29.

74 Qu. III. Utrum Communio proficit Defunctis? Videmus enim passim fideles, hac praesertim die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, SS. Eucharistiae Sacramentum sumere pro animabus Purgatorii; quasi intendant per Communio rem juvare Defunctos, obtinere videlicet illis remissionem penae, quæ adhuc ipsis luenda remaneat, ut sic citius ab hujusmodi peccatorum vinculo soluti in Cœlum avolent.

& Optime, & piissime id præstant, & intendunt fideles, & in eo consilio laudandi semper sunt, & confortandi. Licit enim communio, ut talis spectata, non possit quidem proficisci Defunctis, potest tamen esse causa, ut maxima utilitas afferatur istud.

Probatur assertio, quæ duas habet partes: 1. quod Communio ut talis spectata, & per se nequeat proficisci Defunctis. 2. quod Communio tamen possit esse causa, ut maxima

utilitas animabus purgantibus afferatur.

Probatur 1. & simul explicatur 75 prima pars assertionis. Nomine Communionis per se, & proprie, ut hic accipi debet, venit simplex suscepitio, & manducatio SS. Corporis Christi in Eucharistia. Devota autem animi recollectio, & quantavis præparatio, quæ ad tale, ac tantum Sacramentum rite suscipiendum præcedit, & debita gratiarum actio, quæ subsequitur, non est Communio; nec item Communio sunt Indulgentiae, quæ forte tali die Communicantibus concedantur. Dicimus itaque solam, & simplicem sumptionem, Corporis Christi, quæ proprie est communio, non posse Defunctis proficisci. Nam vel sic proficisset ex opere operato, nimirum prout est Sacramentum, gravidum Christi meritis, & boni supernaturalis ferax, citra meritum nostrum: vel proficisset ex opere operantis; scilicet ut est quædam actio libera hominis justi, prædicta dotibus piorum actuum, proindeque applicabilis aliis actu bonis, pro ut satisfactoria. Sed neutro modo potest Communio proficisci Defunctis. Ergo &c. Probatur 1. quod non possit ex opere operato. Nam omnis effectus Sacramentorum ex opere operato proveniens, quicumque ille sit, datur soli suscipienti, ut proprium ejus beneficium, ac privilegium: quod patet in Baptismo, Pœnitentia, & aliis Sacramentis; ex quibus rite susceptis juvari non potest nisi ipse suscipiens. Præterea Eucharistia non habet ex se effectum remittendi pœnam temporalem peccato debitam; quod si non habet respectu sumentis; multo minus respectu aliorum. Probatur 2. quod nec proficit ex opere operantis,

five

sive pro ut est sancta operatio Communicantis. Oporteret enim sic, quod effet opus satisfactorium adeoque pœnale, ut alteri sit applicabile ad remissionem pœnae. At Communio in se spectata nihil tale habet.

Scio non defuisse paucos Scholasticos, qui rem metaphisice spectando, dixerunt: sumptionem Eucharistiae in ratione operis satisfactorii applicari Defunctis. Quod non potuit ab eis vere dici, nisi de Communione, pro ut est Communicanti pœnalis & laboriosa, attentis videlicet aliquibus circumstantiis se tenentibus ex parte Communicantis, puta difficultate Jejunii, aut simili; quæ cum non pertineant ad naturam Communionis in se spectatam, concludendum est: Communionem per se, & proprie, neque ex opere operato, neque ex opere operantis prodesse Defunctis: Quod qui fusius, & plenius confirmatum desiderat, legat Theophil. Raynaud. *Opusc. de Communione pro Mortuis*, quod extat to. 6. operum ejus, & videri etiam potest idem to. 15. *beter. spirit. par. 2. sect. 2. pu. 1. & to. 16. heter. Spirit. part. 2. sect. 1. pu. 5. n. 9.* Suarez to. 3. in 3. par. disp. 63. sect. 10. La Croix lib. 6. par. 2. de Indulgen. qu. 184. §. 9. Piazza de Purgat. part. 2. art. 2. §. 3. a n. 11. Bardi in Bull. Cruc. par. 4. tr. 3. c. 3. sect. 2.

76 Jam probanda remanet 2. pars assertionis nostræ, quæ docet: Communionem posse causam esse afferendi Defunctis maximam utilitatem, & maximum suffragium. Id ostenditur primo, ex eo, quia ratione Communionis exerceri solent varia opera pœnalia, & laboriosa, adeoque satisfactoria; sic qui communicare debet, communiter surgit a lecto paulo

maturius, abstinet ab aliqua potione aut cibo, quibus solebat se mane reficere, egreditur domo quantumvis frigidus aer fortasse sit externus, ad longius tempus flexis genibus humi hæret ad Communionem se devote præparans, & devotius deinde gratias agens. Atqui hæc, & similia opera, quæ ordinarie & communiter exerceri solent, quando est communicandum, utique sunt non modicum pœnalia, & laboriosa, adeoque non modicum satisfactoria, & meritoria remissionis pœnae temporalis; ergo si qui communicat, satisfactionem inde proveniens applicet Defunctis, non modicum proderit Defunctis.

Secundo, possumus non solum operibus satisfactoriis, qualia sunt opera pœnalia, & laboriosa juvare Defunctos, sed etiam, licet diversa & inferiori ratione, solis precibus nostris, quemadmodum Beati juvant eosdem. Jam vero preces fusæ cum communicamus, possunt esse efficaciores, & magis prodesse Defunctis, quam si easdem pro illis extra Communionem funderemus; Majorem autem hanc efficaciam sumunt ex ipsa Communione; ex eo nimirum quia cum Sacramentum hoc excitet ad fervorem Charitatis, preces fusæ in susceptione illius, ex hac parte habere possunt majorem congruitatem ad meritum; & impetrationem. Adeò quod propter realem Christi præsentiam, & conjunctionem, familiarius, & ferventius solet tunc ad illum, & per illum oratio fundi, adeoque preces fusæ pro Defunctis quando quis comunicat, ratione communionis, multo plus prosunt Defunctis, quam si extra Communionem fierent: Ergo Communio potest

test etiam ex hoc alio capite esse causa, quod afferatur Defunctis maxima utilitas, & grande suffragium Vid. Suar. l. cit. fine.

Tertio potest Communio esse hujusmodi causa maxime ratione Indulgentiarum applicabilium Defunctis, quae concedantur tali die, aut tali etiam loco Communicantibus; ut concedi solent Indulg. Plenariæ. Ergo optime faciunt fideles, quando volentes, & intendententes juvare Defunctos, iisque remissionem pœnæ obtinere, Sacrosanctum ideo Eucharistiae suscipiunt Sacramentum; dummodo illis, quibus prodeesse volunt, applicent Indulgentias, quæ tali die, aut etiam in tali Ecclesia communicantibus conceduntur cum potestate simul applicandi Defunctis. Applicant quoque, si velint, quidquid laboris, ac pœnalitatis ratione communionis assumant; preces quoque ad Dominum & per Christum Dominum, dum ipse apud eosdem sub speciebus Eucharisticis maneat, pro Defunctis, quibus prodeesse desiderant, devotissime fundant.

Quapropter monendi sunt fideles, quod, quando volunt communicare, ut profint Defunctis, communicent maxime illa die, in qua communicantibus concedatur Indulgentia præfertim plenaria, applicabilis Defunctis; & his seu illi Defuncto, cui communicando prodeesse velint, Indulgentiam illam applicant.

Indulgentiam plebiam applicabilem Defunctis concessam esse in quilibet Ecclesia, quæ sit Parochialis propria, in Regnis, & Dominiis Hispaniæ communicantibus hac die Commemorationis omnia Fidelium Defunctorum notabimus sect. 6.

77 Qu. IV. Utrum in defectu para-

mentorum coloris nigri, vel violacei, possit hodie legi Missa de *Requiem* in paramentis alterius coloris cujuslibet; an debeat hæc omitti; & legi alia Missa, pura de die infra Oct. an debeat omnino omitti celebratio Missæ?

R. In dicto casu posset legi Missa de *Requiem* in paramentis alterius coloris, quia Rubrica de coloribus, non est præceptiva, sed directiva, ut docent Diana to. 2. edit. coord. tr. 1. R. 167. §. 2. Busemb. tr. 3. de Eucb. c. 3. dub. 5. requis. 3. Homobonus allegatus a Diana l. cit. item Suar. Averla, & Quarti, quos citat, & videtur sequi La-Croix t. 6, par. 2. q. 46. §. 1. Cum ergo sit directiva, justa quælibet causa facile potest excusare etiam ab omni culpa.

Quamvis itaque subsec. 1. n. 37. docuerim: non peccaturum mortaliiter eum, qui secluso scandalo, & contemptu Ecclesiæ, non legeret hodie Missam de *Requiem*: Nihilominus ob defectum paramentorum nigri, vel violacei coloris, non deberet pro Missa de *Requiem* hodie alia legi; quia certe minus urget Rubrica de coloribus, quam Rubrica de legenda tali Missa, quæ prescribitur quotidie, & occurrit, ut hodie est Missa de *Requiem*. Favet Meratus infra laudandus n. 79. fine. Vide tamen dicta hoc tr. 1. l. 1. c. 2. n. 52, pro celebrantibus in aliena Ecclesia.

Dico 2. consequenter: non esse 78. per se melius, omittere absolute hodie Missam in defectu Paramentorum nigri, vel violacei coloris; sed in hoc casu melius per se esse, celebrare Missam de *Requiem* in Paramentis cujuslibet alterius coloris: sicut Gob. & Sporer, quos citat, & videtur etiam sequi La-Croix l. cit.

§. 2.

§. 2. qui absolute dicitur: melius esse, quocumque die celebrare in quocumque colore, quam non celebrare; & ratio potest esse, quod maxima & innumerabilia bona ex celebratione proveniant ipsis etiam Ecclesiæ, quæ non debet putari, malleis privare seipsum, quam simplicem ejus legem hujus, vel illius coloris Vestimentorum præterea etiam in casu necessitatis, seu defectus sacramenta vestium taliis coloris præscripti: dummodo adhibeantur sacra consueta indumenta. Profecto licet Ecclesia in sacris vestibus varietatem adhibeat colorum ad aliquas sacras significations, quas explicat Durandus in Ration. I. 3. n. 18. & nos etiam hoc opere suis locis breviter indicamus; nihilominus non videntur tanti ponderis esse, ut prævaleant maximis, & innumerabilibus bonis, quæ, ut dixi, a celebratione Sacrificii Missæ proveniunt, & paucis complexi sumus lib. I. c. 2. de celebrat. Mis. quotid. quest. 3.

79. Nota hic I. Colorem aureum ex sententia Turrini apud Meratum to. I. par. I. tit. 18. n. 1. æquivalere colori viridi, eo quod huic, cum sit flavus, approximet. Non solum viridi, sed & albo, ac rubeo æquivalere, affirmat cum Quarti, & Gerlaco Vinitore Meratus, eo quod, ut pote lucidus, approximet albo: & quatenus igneus, rubeo assimiletur. Sed & omnibus æquivalere posse coloribus, etiam violaceo, & nigro putat Pasqualigus apud Caval. tom. 3. c. 12. in d. I. n. 6. cuius sententia videtur esse La-Craix Ait. §. I. n. 340. ubi absolute ait: colorem aureum æquivalere omni colori, eo quod omnes ad illum concurrant; nec excludit colorem violaceum, aut ni-

grum. Verum contradicunt ceteri landati Auditores, quibus adde Cavalierum I. cit. quia, inquit, festiva, & solemnia sunt Paramenta aurea, & ideo nimis apta, quæ inseruant pro nigris, & violaceis: nec dubitat, quod a Missis Defunctorum maneant exclusa ex Decreto S. C. R. quod subsecutionis hujus initio allegavimus; sed & to. 5. c. 27. n. 7. ait: nejiciendos esse tanquam Rubricarum violatores eos, qui unam auræ coloris planetam subsidiariam opinentur pro omnibus coloribus, ad licite Missæ Sacrificium quotidie per solvendum.

Quidquid autem sit, an paramenta omnes coloras æque habentia, qui a Rubricis præscribuntur, possint adhiberi pro omni colore in Missis festivis, seu de Sanctis? de qua re videri potest Meratus I. cit. & Caval. in cit. d. I. n. 7. puto, non posse adhiberi in Missis Defunctorum, etsi inter colores varios adsit, atque etiam prævaleat color niger, aut violaceus: quia varietas illa colorum in paramentis præfert quid festivum: quod omnino non congruit Defunctorum Missis. Ceterum in casu necessitatis paramenta hujusmodi adhiberi posse etiam pro omnimodo nigris concedit Meratus I. cit. quia, inquit, sicut in casu præfato possumus uti veste alba (qui color utique festivus est) pro nigra: cum Rubrica de coloribus paramentorum non sit tam rigorosa: ita multo magis possumus uti Planeta mixti coloris. Confer dicta duabus præcedentibus numeris.

Nota. 2. quod, etsi Sporer, & Gob. supra dicant, melius esse quocumque die celebrare in quocumque colore, quam non celebrare: Rursus, quamvis Rubrica de coloribus non

non sit præceptiva , sed directiva ; & nos ipsi supra docuerimus ; minus urgere Rubricam de coloribus , quam urgeat Rubrica de legenda Missa , quæ quotidie occurrit : nihilominus apud Dianam to. 3. edit. coord. tr. 6. R. 49. §. 4. fine , afferitur : non vacare culpa , etiam mortali , si quis ex proprio ingenio , & solum pro arbitratu suo , notabiliter mutet in Sacrificio Missæ vestes sacras , quo ad solum etiam colorem ; & recte quidem afferitur id : etenim sic videtur esse contemptus Rubricæ , atque adeo Ritus Ecclesiæ . Innuit etiam Gobat , quem refert , & videtur approbare La-Croix l. cit. §. 1. n. 340. fore mortale , si in die Paschæ celebraretur in nigris ; idem docens Tamburinus , rationem assignat Metb. celebr. Miss. l. 2. c. 6. §. 1. n. 7. dicens : quod si quis die lætitiae maximæ Dominicæ Resurrectionis vellet in Paramentis nigris , mœstitudinem , & luctum ingentem indicantibus , celebrare Missam Defunctorum ; non esset facile , nisi excusaret ignorantia , a culpa gravi excusandus : cum sic videatur irrogari injuria tantæ solemnitati .

81. Qu. V. Utrum color Paramentorum Altaris beat hodie esse niger , vel albus ? Dubium oritur ex eo , quia ex Rubr. gen. Miss. tit. 18. n. 1. *Paramenta Altaris* , (in quo non fiat expositio Sacramenti . Vide dicenda in Append. ad calcem Diarii c. 3. n. 5. ver. Pallium Altaris) *Celebrantis* , *Ministrorum* debent esse coloris convenientis Officio , *Missa diei* , secundum usum Romane Ecclesiæ . Hodie autem Officium diei , & Missa discordant ; celebranda enim est Missa Defunctorum , quamvis Officium diei sit de die infra Octavam omnium

Sanctorum , vel festi duplicitis alicubi occurrentis : secundum dicta n. 34. utri igitur debet esse conformis color Altaris , scilicet color Pallii , & Conopæi Tabernaculi ; Officio ne diei , an Missæ Defunctorum ? R. Ex Gavanto in Rubr. Miss. par. I. tit. 18. n. 6. post Ruiz , & ex Merato par. 1. tit. 4. n. 37. post Castaldum & Vinitorem , quibus subscribit Cavaliarius to. 3. c. 12. §. 1. n. 8. & to. 4. c. 6. in d. 13. n. 2. & 3. si Officium , & Missa discordent ; vestium Sacerdotis color debet esse conformis Missæ ; at color Altaris debet esse conformis Officio : puta , si Officium sit de Martyre , color rub. si de Confessore , color albus . Pro Missa vero solemni convenit , ut Pallium etiam Altaris concordet cum colore Paramentorum Missæ .

Ex hac autem Doctrina sequetur , dumtaxat ad Missam solemnem vestiendum esse Altare Frontali , seu pallio nigri coloris , non vero ad Missas privatas . Nihilominus Cavaliarius to. 3. l. cit. existimat , in Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum , quo ad Missas etiam privatas , Pallia quælibet debere esse lugubria , præter illud , ad quod celebratur Missa Conventionalis Octavæ ; etenim Commemoratio hæc ex institutione Ecclesiæ est destinata Suffragiis omnium Defunctorum , Officio duplice , quod est veluti pars Officii Divini distincta , privilegiis plurimis condecorata , vi quoruna etiam contra festum duplex prævalet . Dic etiam ; quod hodie non sumus in casu discordantiae Missæ ab Officio ; cum etiam Officium Defunctorum hodie Canonicum censendum sit , videlicet ex præscripto Ecclesiæ . Idipsum congruenter , ex eodem , erit de Commemoracione .

memorationibus omnium Defunctorum aliquujus Religionis, aut Congregationis. Quemadmodum autem ex Decreto S. C. subsectionis hujus initio allegato, Veste Sacerdotales in Missis de Requiem esse possunt coloris violacei: similiter coloris ejusdem violacei esse posse paramenta altaris, dicendum est. Cav. I. cit.

- 82 Sed quamvis coloris nigri fuerint Pallia Altarium, Conopæum vero Tabernaculi sit violacei: sive asseretur, sive non, SS. Sacramentum in eo cum ostiolo clauso. Vid. Caval. I. cit. ut fieri consuevit in Tabernaculis, in quibus asservari non soleat Sacramentum. Porro in Tabernaculo, ubi asservari solet Sacramentum; si hoc amoveatur, debet, prædicti Tabernaculi ostiolum relinqui apertum, ut populus videat, non existere ibi Sacramentum: atque adeo non adoret ibi quod amplius non adest, sed alio est asportatum, ut in Fer. V. Cœnæ notabimus cum Gavanto. Relicto autem Tabernaculi ostiolo aperto, vestiri quidem poterit Conopæo nigro, quando Paramenta Altaris fuerint nigra. Caval. ro. 4. l. cit. n. 3. In Feria tamen V. Cœnæ, & in Parasceve quid faciendum? dicetur ibi.

S U B S. IV.

De Ritu Missæ Defunctorum.

- 83 **T**N die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum dicitur Missa assignata pro dicta Commemoratione; at vero Missa ut in die obitus, presente corpore, ultra Missam de communis Defunctorum celebranda erit, quando aliquis obierit in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum. S. R.
TOM. IV.

C. 14. April. 1696. apud Caval. ro. 3. c. 1. d. 7. Decretum afficit Ecclesiæ Cathedrales, & Collegiatas, & sermo est de Missa cantata; vide dicenda in Appendice ad calcem Dia- rii c. 8. art. 3. n. 26.

In Missa pro Defunctis ante Confessionem non dicitur Psalmus: *Ju-
dica me Deus: sed pronunciata Am-
stiphona: Introibo ad Altare Dei: &
responso a Ministro: ad Deum, qui
satificat: dicitur V. Aduariorum non
strum: & Confessio cum reliquis de
mōre Causam omittendi hunc psal-
mum in Missa Defunct. assignat Le
Bruin, quod, cum in ea tristitiam præ-
seferat Ecclesia, non congruit, tri-
stitiam a se repellere dieendo: Quare
tristis es anima mea, & quare concur-
bas me! Explic. Mis. tom. I. par. I.
art. 3. Cum celebrans ad Altare in-
cipit Introitum, non signat se, sed
manu dextera extensa (sinistra inte-
rim posita super librum, vel Alta-
re:) facit signum Crucis super li-
brum, quasi aliquem benedicens, scilicet Defunctum, pro quo celebrat.
Non dicitur: *Gloria Patri*: sed post
psalmum repetitur: *Requiem eternam
dona eis. O.* (semper in plurali nu-
mero, etiamsi celebretur pro uno
tantum Defuncto: quia juxta Rubri-
carum ordinem, seu dispositionem,
Defunctus, vel Defuncti non debent
individuari in Introitu, sed in ora-
tionibus; ut animadvertis Gav. ro. 5.
c. 27. n. 9.) Nec dicitur: *Gloria in
excelsis: nec Alleluja.* Rubr. Miss.
de rit. celebr. tit. 13. n. 1.*

In Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum dicitur Oratio unica. Rubr. gen. Miss. tit. 5. n. 3. Et Sequentia Dies ire: quæ etiam dici-
tur, quotiescumque fiat Missa De-
functorum cum unica Oratione: alias
K ad

ad libitum Celebrantis dicitur, vel omittitur. Rubr. cit. n. 4. vid. Caval. to. 3. c. 10. n. 7. Quando autem dicenda sit Oratio unica? notabimus art. 2. n. 101.

In Missis Def. non dicitur ante Evangelium: *Jube Domine benedicere.* nec *Dominus sit in corde meo.* Rubr. Miss. de Rit. celebr. tit. 13. n. 1. Dicitur tamen *Munda cor meum.* Rubr. Miss. de ordine Mis. Ante Evangelium Celebrans signat de more librum, & seipsum. Caval. to. 5. c. 27. n. 10. Attamen post Evangelium non osculatur librum. Rubr. Miss. de Rit. celebr. tit. 13. n. 1. Sicut autem omittitur osculum libri, ita etiam omittuntur verba illa: *Per Evangelica dicta.* Rubr. Mis. de Rit. celebr. tit. 6. num. 2. Gavant. in Rubr. Miss. par. 2. tit. 13. n. 1. lit. r. &c.

Non dicitur *Credo.* Non benedicitur aqua in calicem fundenda; dicitur tamen oratio: *Deus, qui humanae substantiae.* Post psalmum *Lavabo.* non dicitur *Gloria Patri.* Rubr. Miss. de Rit. celebr. tit. 7. n. 6. & tit. 13. n. 1. Nec illius vice substituitur *V. Requiem aeternam.* Merat. to. 1. par. 2. tit. 7. n. 27. & tit. 13. n. 5.

In Missis Defunctorum quocumque tempore semper dicitur Praefatio communis. Rubr. gen. Miss. tit. 12. n. 4. & similiter semper Communicantes. & *Hanc igitur commune.* cum Guyeto Cavalierius to. 3. c. 12. n. 11. idque esse certum apud omnes testatur Meratus to. 1. par. 1. tit. 4. n. 47. fine.

Ad *Agnus Dei:* non dicitur: *miserere nobis:* sed ejus loco dicitur: *dona eis requiem.* (& dicitur *eis in plurali:* etiam si pro uno Defuncto celebretur.) nec tertio: *dona nobis pacem:* sed ejus loco dicitur: *dona eis requiem sempiternam:* neque cele-

brans percutit pedus. Rubr. Miss. de rit. celebr. tit. 10. n. 4. & tit. 13. n. 1. sed praedicta dicit inclinatus, manibus junctis ante pectus, non autem impositis, seu applicatis Altari. La Croix l. cit. Caval. l. cit. n. 7.

Non dicitur prima Oratio ante Communionem, scilicet: *Domine Jesus Christe, qui dixisti Apostolis tuis:* nec datur pax: sed dicuntur alias duæ sequentes Orationes: *Domine Jesus Christe Fili Dei vivi:* & *Perceptionis Corporis.* Rubr. Miss. de rit. celebr. tit. 10. n. 4. & tit. 13. n. 1.

In fine Missæ non dicitur: *Ite Missa est.* nec *Benedicamus Domino.* sed Celebrans post *Dominus vobiscum:* vertitur ad medium Altaris, & versus Altare dicit: *Requiescant in pace.* Rubr. Miss. de rit. celebr. tit. 11. n. 1. fine, & tit. 13. n. 1. fine. Respondetur *Amen.* Semper dicitur in numero plurali *Requiescant;* etiam si pro uno Defuncto Missa fuerit celebrata: eadem ratione ex qua supra monuimus, semper dicendum esse *eis* in plurali ad *Requiem aeternam.* Gavant. in Rubr. Miss. par. 1. tit. 13. lit. o Merat. to. 1. par. 2. tit. 11. n. 6. Caval. to. 5. c. 27. n. 11. Adstantibus autem salutatis, Celebrans vertit se ad Altare, & tunc profert verba praedicta, quia in iis est sermo de absentibus: cum Gavanto, Meratus l. cit. vide licet Animabus Purgatorii, quas dormientes in somno pacis, orat adhuc requiescere in pace: qua nimirum Beati fruuntur in Ccelo: quod representat Altare; in pace, inquam, plena, & perfecta intuitiva Divina visionis, & amoris beatifici; confer Bellarminum to. 1. controver. de Sacrif. Mis. lib. 2. c. 25.

Dicto Placeat, Celebrans non benedicit populo: quod Durandus ideo fieri

hieri dixit, quia in Missis Defunctorum usum aporum solatium spectatur: apud Le Brun *Explic. Mis. to. I. par. 6. sr. 4.* ubi ipse Le Brun testatur, in Dioecesi Clarimontii in omnibus indiscriminatim Missis Benedictionem dari populo. In antiquioribus Missalibus, quale est editura Venetiis an. 1563. prescribitur quadam peculiaris formula benedicendi in Missa pro Defunctis, per hanc Rubricam: *In Missa pro Defunctis, benedicit populum dicens: Deus vita vivorum & Resurrectio mortuorum benedicit vos in saecula saeculorum. V. dicenda in Fer. vi. in Pasch. n. 259.* Osculato Altari, vadit ad cornu Evangelii, & de more illud legit. *Rubr. Mis. de rit. celebr. tit. 12. n. 4. & tit. 13. n. 1. fine.*

In Choro genuflectitur in Missa solemni ab iis, qui non sunt Praelati, ad Confessionem cum suo Psalmo; in Missis autem Defunctorum, (& in quibusdam aliis, suis locis notatis, & notandis:) genuflectunt omnes, etiam ad Orationes, & dicto per Celebrantem *Sanctus*, usque ad *Pax Domini*, & ad Orationes post Communionem. *Rub. gen. Mis. tit. 17. n. 5.* Et pro variis cæremoniis Missæ solemnis Defunctorum videri potest Cavalierius *to. 3. c. 12. a n. 8.*

84. *Preces*, quæ in Missali Romano ante, vel post Missam immediae recitando notantur, (etli non exullo præcepto. Vid. La-Croix *lib. 6. par. 2. ps. 59. §. 3. Caval. comment. in Decr. S. C. R. to. 5. c. 2. n. 4. fine.*) in preparationem, vel in gratiarum actionem, sequuntur conditionem seu ritum Officii Canonici occurritis, non autem Missæ Defunctorum; unde etiamsi hec hodie sit ritus duplicitis, Antiphona non est duplicanda,

si ritus Officii Canonici non sit duplex; nec versus *Gloria Patri* tacendus. Vid. Caval. *to. 3. c. 12. n. 1. Merat. to. 1. par. 2. tit. 13. n. 1.* Nec *Alleluja* omittendum ad finem Antiphonæ tempore Paschali. *Cav. to. 5. c. 27. n. 8.* confer dicenda 24. Decembr. n. 6. & tr. 2. in Sab. post Dom. Pentec. n. 7.

Notavimus supra in Missis Def. 85 non dici: *Jube Domine benedicere.* Porro in aliis Missis a Sacerdote celebrante sive private sive solemniter, dicendum est ante Evangelium: *Jube Domine: & non Domne:* ac licet in Rubrica Missalis legatur *Domne;* ex errore tamen Typographorum irrepsit: quemadmodum animadvertis Rubricistæ. Vid. Caval. *to. 2. par. 2. c. 34. in d. 5. n. 2. Merat. in Rubr. Mis. par. 2. tit. 6. n. 4.* A Diacone quidem, qui Evangelium debet canere, dicendum est: *Jube Domne benedicere.* Ratio congrua est, quia Sacerdos alloquitur Deum, a quo petit benedictionem. Sicut ergo Deus plenissime Dominus est, ita non convénit defictivo Vocabulo *Domnus* invocari: ex qua ratione item Episcopus diebus solemnis ultimam Matutini *Lectionem* in Choro incipiens dicit: *Jube Domine: & non Domne:* a Deo ipso, non ab homine benedictionem petens; unde nec quisquam de Choro illi responderet, sed inclinato capite aliquantulum tacitus benedictionem a Deo veluti exspectat. Diaconus autem ante Evangelium, Sacerdotem alloquitur Celebrantem, atque adeo Dei Ministrum; qui tamen cum sit inferior Deo, ad hoc ipsum significandum, & in reverentiam Dei, qui solus est Dominus, non appellatur *Dominus*, sed *Domnus*, contracto vocabulo, ad minoritatem ostenden-

K 2 dam.

dam. Ideo etiam est; quod Sunamus Pontifex in Litaniis Sanctorum dicitur *Domus Apostolicus*. Vid. Bened. XIV. de Missa sect. I. c. 9. §. 1. alias de *Sacrif. Miss.* l. 2. c. 7. n. 3. Videri etiam potest Burius in *Brevi notit. Rom. Pontif. in Onomastico etymologico* V. *Domus*. Merat. l. cit.

In Missis autem Defunctorum omittuntur pleraque, ut supra, quae in Missis vivorum, seu festorum habentur; eo quod laetitiam indicent, & hilaritatem, quae hujusmodi Defunctorum Missis non congruit. Alia vero in alia commutantur magis congruentia Suffragii Defunctorum. Videri potest Cavalierius to. 3. c. 12. a. n. 4. & to. 5. c. 13. n. 20. Merat. to. 1. par. 2. tit. 13. n. 4. & 7.

86 Qu. hic I. Utrum, & quale peccatum sit omittere Sequentiam: *Dies ire*: in Missa Defunctorum, quando dicenda est: Et an, qui ex obliuione illam prætermisit, possit, vel debeat deinde supplere, ubi advertit omisisse?

R. His quæsitis satisfaciemus tr. 2. in Domin. Pasch. art. 3. de Missa qu. 1. & 2.

87 Qu. II. An, & quale peccatum foret, si diceretur *Gloria in excelsis* in Missa Def.

R. Si advertenter fieret, putat fore mortale Franciscus De-Lugo de *Sacr. lib. 5. de Mis. c. 9. quæst. 2. n. 15.* propter magnam deformitatem. Idipsum affirmat de *Credo*. Si autem inadvertenter fieret, sed propter habitum dicendi, quia *Gloria* fere semper solet dici in aliis, poterit nullum esse peccatum. Atqui ego, ut minus sapiens, tantam hanc video deformitatem in mera ritus, & quidem non substantialis mutatione, ut quemquam propterea mortalis dam-

nare ausim, citra contemptum Ritus Ecclesiastici. Refert Durandus in *Ration. Div. Officior. lib. 4. cap. 13. fine*: Episcopum Bethlehemitam omni die, & in omni Missa, etiam Defunctorum decantare consueuisse *Gloria in excelsis*: pro eo quod hymnus ille, Luca testante, primo in Bethlehemita Regione cantatus est, quoad priora videlicet verba; Sed hoc ex abusu factum animadvertisit ipse Durandus.

S E C T I O IV.

De Absolutione in Exequiis Defunctorum.

IN Exequiis Defunctorum oratur 88 A post Missam circa Defuncti caderet, & ex hoc, quod hæc oratio fiat Missa absoluta, & per eam functio funebris absolvatur, dicta est Absolutio. Gavant. in *Rubr. Mis. p. 2. tit. 13. n. 4. lit. f.* Caval. to. 3. c. 18. n. 1. Jam vero circa hujusmodi absolutionem notanda sunt hæc. Celebrans utitur pluviali, quando post Missam Defunctorum facit in fine Absolutionem. *Rubr. gen. Mis. tit. 19. num. 3.* Color niger. *Rubr. gen. Mis. tit. 18. fine.* Cum Celebrans utitur Pluviali, semper deponit Manipulum; & ubi pluviale haberi non poterit, Celebrans stet sine Planeta cum Alba, & Stola. *Rubr. gen. Mis. tit. 19. num. 4.*

Subdiaconum cum Cruce in Absolutione ad Tumulum, absente Caderet, debere semper se sistere contra Altare ad pedes Tumuli, seu Letticæ inter januam Ecclesiæ, & Letticam, versa facie ad Altare, teneat communiter Doctores, teste Lucio Ferraris in sua *Bibl. to. 8. edit. 3. Bo-* 89

Bonon. in primo Suppl. V. Crux n. 3. per texum Rubricæ 13. Missalis de Rit. celebr. n. 4; sic expresse dicentis: Subdiaconus cum Cruce fissit se ad pedes Tumuli, seu Lectice mortuorum contra Altare. Videri etiam potest Caval. to. 3. c. 15. in d. 62. n. 5. Si vero sit præsens Cadaver Sacerdotis; Vid. dicenda in Appendice ad calcem Diarii c. 8. art. 3. n. 28.

90 In Absolutione, in die Commemorationis Fidelium Defunctorum non est dicenda tota conclusio in Oratione. S. R. C. 5. Julii 1698. in Collen. apud Caval. to. 3. c. 18. d. 2. Porro extra Officium, & Missam, conclusione brevi concludendas Orationes, ex Ritualis, ac Missalis exemplis, perpetuoque Ecclesiae usit, observat Caval. l. cit. n. 3. fine.

In Exequiis post Absolutionem, quæ fit super Cadaver in die obitus, vel supra Tumulum in die Anniversario, dicto V. Requiescant in pace; subjungi debet: Anima ejus & Animæ omnium Fidelium Defunctorum per Misericordiam Dei requiescant in pace. Sed super Lecticam, seu Castrum Doloris, in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, nihil est supervaddendum. Sac. Rit. Congr. 2. Decembris 1682. apud Caval. to. 3. c. 18. d. 1. Videlicet post Requiescant in pace, addi non debet versus Animæ, nec Antiphona Si iniquitates cum psalmo De profundis; sed statim Clericus cum silentio debet recedere. Porro aliis diebus illæ preces adduntur, tanquam Apprecio Defunctorum omnibus, pro quibus non factum est Suffragium: at finis hujusmodi cessat in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, in quo precedentes preces omnes dictæ fuerunt in Suffragium omnium mortuorum, &

nonnisi inepte, tanquam si nihil pro omnibus oratum fuerit, repeterentur. Idem judicium consequenter fieri debet, quoties extra diem Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum fit Absolutio ad Tumulum pro Animabus purgantibus generatim; ita Caval. l. cit. n. 13.

Dum fit Absolutio, si elevetur Sacramentum in aliquo Altari, neque Celebrans, neque Ministri debent genuflectere, ne sacra interrumptur actio; & rectius fieret, si in ea elevatione pulsatio Campanulæ omitteretur a Ministro; ita apud Gavant. in Rubr. Miss. pdr. 2. tit. 13. n. 4. lit. o. Vide dicenda in Appendice ad calcem Diarii c. 8. n. 30.

Animadvertis Cavaler. to. 5. c. 26. fine, non posse die 2. Nov. licite fieri plures Exequias, seu Absolutiones in eadem Ecclesia: Abuti profecto Rubricis Missalis, qui eodem in Templo, eadem ipsa die Exequias aut Absolutiones iterant. Quamquam non satis video, quid in hoc sit absurdum, quod peracta pro omnibus fidelibus Defunctis in genere absolutione; fiat in particulari pro aliquibus ex propria potentium pietate, aut etiam institutione: negari enim non potest, quod haec veluti expiatoria Commemoratio adhuc magis prodefese debeat singulis in particulari facta: & loquitur ea sit præter statutum Ecclesiae pro hac die; non tamen est contra statutum: cum nulla assignari possit lex in contrarium, atque id certe passim usurpant Ecclesiae Venetæ.

Nota hic tamquam congruentiori loco sequentem declarationem S. C. Partes residuae Cœrorum, seu Intortiorum, quæ a Parochianis in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum.

Etorum deferuntur in Ecclesiam Parochialem, ibique super Sepulchra, aut Altaria, durantibus Divinis officiis, accensa permanent; spectant ad Parochium, nisi obstat consuetudo, aut de contraria mente deferentium constet. S. C. Ep. & Reg. 2. Januar. 1638. apud Caval. to. 3. c. 15. d. 14.

S E C T I O V.

De Functionibus Pontificalibus.

- 94 **F**UNCTIONES Pontificales in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum spectant ad primam Dignitatem, absente, vel impedito Episcopo. Vide dicta 6. Januar. art. 1. sect. 4. n. 43.
- 95 **S**eptimum Candelabrum Episcopo Celebrantis adhibetur in Missis tantum solemnis, non vero in Vesperis, neque etiam in Missis Defunctorum. S. R. C. 19. Maii 1607. apud Zachari. n. 253. Quatuor dignitates, seu Canonicci assistentes Episcopo ad Absolutionem ad tumulum debent necessario esse Sacerdotes. S. R. C. 8. Junii 1709. in Bracharen. apud Merat. ind. Doer. Miss. n. 618.

S E C T I O VI.

De Indulg. in Commemor. omnium Fid. Defunctorum.

- 96 **Q**UILIBET Christifideles confessi, & Sacra Communione refecti, visitantes a primis Vesperis diei Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum usque ad occasum Solis ejusdem diei inclusive, Ecclesiam quamlibet Regnorum, & Dominiorum Hispaniarum, que sit Parochialis propria, lucrantur Indulgentiam Plenariam,

cum facultate illam applicandi Defunctis. Innoç. XL. Constit. 72. p. 115. T. 8. Bull. Rom. Mainardi.

Idem Pontifex eadem laudata Constitutione etiam disposuit: cunctas Missas in hac die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum celebratas in iisdem locis praedictis a quolibet Sacerdote, in qualibet Ecclesia & Altari, sic suffragari Animabus in Purgatorio detentis, ac illæ Missæ in aliquo Altari privilegiato celebrarentur.

Sed & universale fecit deinde hujusmodi privilegium Clemens XIII. 19. Maji 1761. nimicum concessit universaliter, & in perpetuum, ut Missa in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum a quocumque Sacerdote Seculari, vel Regulari cuiuslibet Ordinis, & Instituti celebrata gaudeat Privilegio, ac si esset in Altari Privilegiato; decernendo tamen, ut non nisi consueram eleemosynam unusquisque Sacerdos pro dicta Missa, licet privilegiata accipiat, & in ea tantum quantitate, quæ a Synodalibus Constitutionibus seu a loci consuetudine regulariter fuerit praefinita. apud Ferrar. V. Altare privileg. n. 34. edig. Rom. an. 1767. Et nota etiam hic, quod idem laudatus Pontifex Clemens XIII. indulxit die 19. Maji 1759, omnibus Ecclesiis Parochialibus orbis Christiani Altare Privilegiatum quotidianum ad septenarium; quo expleto, præcepit omnibus Episcopis, Abbatibus, & Sede vacante, Vicariis Capitularibus; ut pro unaquaque suarum Diocesum Parochia supplicant, pro confirmativa ejusdem privilegii ad aliud septenarium. Idque fieri jussit sub unico capitulo Breve, atque voluit, hoc unicum Breve suffragari omnibus.

bis uniuscujusque Diocesis Ecclesiis Parochialibus. Ne autem Parochi expensis graventur, vetuit omnibus tam Episcoporum, quam Abbatum Officialibus sub pena nullitatis Privilegii, ne quidquam penitus exigant a Parochis: sive pro ipsis certiorandis, sive in expediendis litteris pro designatione Altaris privilegiati in eorum Parochiis. in op. Merati in 2. append. Decr. Miss. n. 997.

S E C T I O V I .

Art. Tempore Interdicti.

98. **T**EMPORE interdicti localis generalis an suspendatur Interdictum in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum? Vide die præc. art. 1. sect. 5.

Qu. hic I. Utrum tempore Interdicti localis particularis Officium Defunctorum recitari debeat a Clericis cum iisdem ritibus, quibuscum recitatur Officium Canonicum eodem prædicto tempore?

R. Affirmative, quia est Officium Divinum. Vid. Bonac. 10. 1. disp. 5. p. 4. n. 2. Lezan. in Sum. V. Interd. Regul. n. 20.

99. Qu. II. Utrum tempore Interdicti localis sive particularis, sive generalis, in suppositione quod hoc secundum non suspendatur in hac Commemoratione omnium Def. possit publice, & solemniter recitari a Confraternitatibus Laicorum, ut mos est, Officium Defunctorum?

R. Videtur quod non liceat, quia prædicto tempore interdictum est publicum, & solemne exercitium Divinorum Officiorum. Arqui Officium Defunctorum, ut docuimus præc. qu. adnumeratur inter divina Officia.

Ergo. Et nihil interest, quod recitetur a Laicis; quia etiam horæ Canonicae recitari possunt a Laicis; sed non ideo defendant esse Officium Divinum.

At vero Filliucius 10. 1. tr. 18. sed 8. de confar. c. 3. qn. 8. n. 79. docet: Officia solita recitari a Confraternitatibus Laicorum, non esse divina Officia, idem dicit Chiavetta Consult. 148. n. 36. Ego sentio, de Officio Defunctorum a Confraternitatibus Laicorum recitato, idem esse dicendum, ac de Litaniis dictum est 25. April. art. 4. sect. 5. subl. 3. n. 22. Unde sicut ibi diximus: recitari posse Litanias tempore Interdicti, etiam publice & canendo; dummodo sine modo, & forma Ecclesiastica; hoc est sine superpelliceo, & vestibus Sacris, sine Cruce elevata, & absque v. Dominus vobiscum: ita similiter recitari poterit Officium Defunctorum a Confraternitatibus Laicorum.

Ad rationem autem in contrarium respondetur, Officium Defunctorum etiam publice ab hujusmodi Laicorum Confraternitatibus recitatum, absque modo, & forma Ecclesiastica, non videri esse Officium Divinum propriè tale, & quale venit prohibitum in Interdicto ab Ecclesia; sed videri esse simplicem quamdam orationem; vide dicta 25. April. l. cit.

A R.

ARTICULUS II.

Not. post diem Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum.

SECTIO UNICA

De Miss. Offic. & Suffragiis Defunctorum.

100 **N**EMINI licet facere Octavam pro Defunctis sine speciali indulto Sedis Apostolicae. S. R. C. 13. Aug. 1667. in Romana, apud Caval. to. 3. c. 12. d. 9. Et est hic animadvertisendum, quod et si cum Octava celebretur Ecclesiarum Titulus; & licet adsint Ecclesiarum in memoriam Defunctorum erigendae, unde vulgo vocentur Purgatorii, seu Animarum Purgantium & existentium in Purgatorio: attamen is non est Ecclesiarum Titulus. Porro ut observat, monetque Guyetus: Non is est Titulus, quo Defuncti ipsi bonore afficiantur, sed satisfactorius potius, seu imperatorius; quo pro illis preces, & Sacrificia Deo speciatim offeruntur..... Immo si Collegiata sit aut Parochialis Ecclesia, qua Titulum hujusmodi obtineat, haud dubie illa alio insuper sive Sancti sive Mysterii aliquujus Titulo insignietur. Ita Guyetus quem laudat Caval. to. 1. c. 2. in d. 7. n. 13.

101 Quandocumque pro Defunctis solemniter celebratur, unica dicuntur Oratio, & Sequentia dicenda est. Rubr. gen. Miss. tit. 1. n. 3. & 4. Solemnitas hic imponeat aut pompam funebrem, aut concilium populi respective ad loca, & Ecclesias. Vid. Caval. to. 3. c. 11. in d. 7. n. 3. & 4. Dicitur item unica Oratio in Missis etiam privatis in die obitus, vel quasi obitus (seu cum primum accipitur nuncium

de obitu alicujus in loco diffite:) & sepulturæ; in die tertia, septima, & trigesima a die obitus, vel sepulturæ; & in Anniversario Defunctorum; & in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum; & in Commemoratione seu Anniversario omnium Defunctorum alicujus Religionis, aut Congregationis. vid. dicenda in Appendice ad calcem Diarii c. 8. art. 3. n. 18. & 21. & c. 9. n. 20. & 21. Caval. to. 3. c. 11. in d. 7. n. 1. 2. & 5. ubi privilegium unicæ Orationis extendit etiam ad Missas, quæ per Testatores cantari indicata sunt, quia videntur habere ritum duplicum instar Anniversariorum; quod si eadem die Missæ quoque privatæ ex dispositione eorumdem Testatorum celebrentur, similiter cum una Oratione eas putat esse dicendas. In prædictis Missis Def. in quibus dicitur Or. unica, debet dicit quoque Sequentia Dies iræ. Rubr. cit. In aliis Missis dicuntur plures Orationes, ut in feriis soles, & festis simplicibus; & tunc Sequentia prædicta potest omitti. Rubr. cit. Vide infra dic. n. 113.

Infra Oct. Def. arbitrio Episcopi, 102 die non impedito, Canonicus, seu Dignitas Ecclesiarum Cathedralis celebrabit Missam pro Animabus omnium Episcoporum, & Canonicorum Cathedralis Def. Cærem. Episc. l. 2. c. 37.

Item infra Octavam Defunctorum 103, solent passim, in Communitatibus præsertim, celebrari Anniversaria Defunctorum: & Fideles etiam particulares expertunt Celebrations Missarum de Requiem, hoc præsertim tempore, pro suis Defunctis parentibus, amicis &c. hinc opportunior locus hic sece offert, ponendi sub oculos nonnulla Decreta Pontificia, & Sac. C. Rit. quæ spectant ad celebratiōnem

nem Missarum pro Defunctis; præter illa quæ etiam hic in prioribus exposuimus; & alia, quæ proprie spectant ad Anniversaria Defunctorum, eaque describemus in Appendice ad calcem Diarii c. 9. sicut etiam ibi c. 8. ubi de die obitus, seu depositionis Defuncti dabimus ea, quæ ad Missas eo die celebrandas specialiter pertinent. Hic itaque juvat notare sequentia: *Missæ private de Defunctis quocumque die dici possunt, præterquam in Festis duplicibus, & Dominicis diebus, juxta prescriptum Rubricarum.* S. R. C. 15. Febr. in *Faventina*. & 28. Febr. 1660. in *Januen*. apud Caval. to. 3. c. 9. d. 1. Id ipsum dicendum de cæteris diebus festivis de præcepto. Cav. l. cit. *In diebus in quibus non potest fieri de Festo duplice, prohibentur Missæ votive, & de Requiem.* S. R. C. 28. Aug. 1627. in una *Urbis*. apud Caval. to. 3. c. 9. d. 2. Merat. to. 1. p. 1. tit. 5. n. 2. prohibentur etiam corpore præsente. Vid. Merat. l. cit. Quinam autem sint hujusmodi dies? explicat idem ibid. & Caval. l. cit. n. 2. & nos suis locis notabimus, atque notavimus. In die quo celebratur festum duplex etiam translatum, prohibetur Missa de *Requiem* ex Decr. S. C. R. 31. Julii 1665. in una *Nullius Provinciæ Trevirensis*; apud Caval. to. 3. c. 6. d. 2. & apud Merat. ind. Decr. *Miss. n 424.*

An in diebus, quibus juxta Ritum Ecclesie Ambrosianæ prohibetur fieri de duplice, sive de solemnî, probibeantur etiam Missæ de Requiem? & responsum fuit affirmative. S. R. C. 7. Decemb. 1743. in *Mediolanen*. apud Caval. to. 3. in Append. post ultimum Decr. capit. 12.

Sacerdos sæcularis, sive Capellanus, sive non, qui recitavit Officium Semiduplicis.

TOM. IV.

duplex, vel simplex, vel feriale, illo die celebrans in aliqua Ecclesia Regularium, in qua recitatum est ab ipsis Regularibus eadem die Officium duplex de non præcepto, pro ut de aliquo Sancto sui Ordinis, non potest dicere Missam de Requiem. S. R. C. 9. Junii 1668. in *Conversana*. Quod intelligi etiam debet pro Ecclesiis Monialium. S. R. C. 11. Febr. 1702. in *Tarvisina*. Apud Caval. to. 3. c. 12. d. 2. & 6. Decretum intelligendum est de quolibet Sacerdote, etiam Regulari, celebrante in qualibet aliena Ecclesia; & procedit de quolibet duplice, & de aliis diebus, in quibus prohibentur Missæ de Requiem. Caval. in cit. d. 2. n. 3. qui tamen in cit. d. 6. n. 2. putat: Decretum procedere quoad Ecclesiæ, in quibus sit usus Chori; non item quo ad illas Ecclesiæ, in quibus non sit usus Chori; Sed in his Ecclesiæ, etiamsi occurrat Officium duplex, posse celebrari Missam de Requiem a Sacerdote extraneo, si ipse recitet de Seniduplice, & non sint aliunde interdictæ Missæ de Requiem. Excipit, nisi Festum cum solemnitate celebretur in iis, & ubi plures Sacerdotes quotidie celebrent.

Cum contingat saepius in Ecclesiis Regularium vel aliis, præsertim in die obitus, seu Anniversario Defunctorum Missas celebrari a confluentibus Sacerdotibus, quæsitum fuit declarari a S. C. R. an Sacerdotes, qui recitant Officium de Festo duplice confluentes ad Ecclesiæ, sive Regularium, sive aliorum, ubi dicitur Officium de Semiduplice, possint ibi dicere Missas privatas Defunctorum? Responsum fuit negative a S. R. C. 7. Maii 1746. in *Versavien*. apud Caval. to. 3. in append. ad c. 9. d. 1. Hoc autem Decretum licet

maneat in suo vigore, si non celebrentur solemnes Exequiae; Vide dicta l. i. c. 2. qu. 16. n. 53. (Quid autem? si celebretur Missa in Altari privilegiato: dicemus infra n. sequi.) Secus vero si solemnes celebrentur Exequiae; enim vero eadem S. R. C. iterum requisita; utrum Sacerdos Sæcularis, vel Regularis habens Officium duplex etiam primæ classis, celebrans in aliena Ecclesia ex obligatione, in sepultura solemni alicujus Cadaveris, vel Exequiis solemnibus, debeat se conformare illi Ecclesiæ, celebrando Missam de Requiem? S. R. C. respondit: serventur Decreta alias edita in una Tertiæ Ordinis S. Francisci 11. Junii 1701. Sacerdotes tam Sæculares, quam Regulares conformare se debent ritui Ecclesiæ, in qua celebrant. S. R. C. 29. Januar. 1752. in una Ordin. Carmelit. Excalcat. Provinc. Polon. ad X. & XI. dub. apud Caval. to. 5. in Collect. recent. Decretor. Debent se conformare: siquidem sit solemnitas: secus autem si non sit solemnitas. Vide dicta lib. 1. l. cit. n. 52. ubi sermo fuit de eo Decreto, quod hic a S. C. allegatur. Jam antea eadem Sacra Congr. R. declaraverat: quod Religiosi celebrantes ex quacumque causa in aliena Ecclesia, ubi non agitur Officium duplex, & fiunt Exequiae pro aliquo Defuncto, vel Anniversaria, vel simile Officium pro Defunctis, etiam si ipsi Religiosi recitaverint Officium Sancti duplicitis, possunt se conformare cum Ecclesia, in qua celebrant. S. R. C. 23. Aug. 1704. in una Eremit. Camald. in opere Merati in 2. Append. Decr. Miss. n. 812. possunt, & debent, posito quod Exequiae sint solemnes: ut jam vidimus ex Decreto de an. 1752. quod processit de Exequiis solemnibus.

Omnibus, & singulis Sacerdotibus tam Sæcularibus, quam Regularibus cuiusvis Ordinis, etiam necessario exprimenti districte præcipitur, ut Missas privatas pro Defunctis, seu de Requiem in duplicitibus nullatenus celebrare audeant, vel presumant. Quod si ex Benefactorum prescripto Missæ bujusmodi celebrandæ incident in Festum duplex, tunc minime transferantur in aliam diem non impeditam, ne dilatio Animabus Suffragia expectantibus detrimento sit, sed dicantur de Festo cum applicatione Sacrificii juxta mentem eorumdem Benefactorum; eurentque Ecclesiarum Rectores, Sacrificia, aliquique ad quos spectat, ut bujusmodi Decretum inviolate servetur, atque in Sacraria affixum retineatur, ut commode ab omnibus celebrare volentibus, conspici, & legi possit; In eos autem, qui contradicere ausi fuerint, vel premissa adimplere neglexerint, locorum Ordinarii tam Sæculares, quam Regulares pro modo culpæ animadverterant. S. R. C. 5. Augusti 1662. probante Alexandro VII. apud Caval. to. 3. c. 9. d. 10. Hoc Decretum renovavit S. R. C. 15. Septembris 1714. annuente Clemente XI. 29. ejusdem apud Caval. tom. 3. c. 10. d. 2. & iterum 11. Januar. 1755. in una Ordin. Minor. Reformat. S. Francisci in Provincia S. Mariæ de Arrabida in Regno Portugalliae ad 1. dubium: interrogata enim; An fratres memoratae Provinciae infra Octavam omnium Sanctorum Anniversarium a Joanne V. Rege fidelissimo fel. rec. Cœnobii, & Ecclesiæ fundatore institutum pro Animabus Regis Petri II. & Reginae Mariæ Parentum suorum; nec non alia tria Anniversaria pro omnibus Defunctis Religiosis Provinciae, eorumque parentibus, ac Provinciae Patronis solemniter celebra-

brare possint illis diebus ab Officio sub
ritu duplici impeditis? Respondit:
Quoad primum Anniversarium pro grata-
ria; & in reliquis servetur Decretum
Alexandri VII. 5. Augusti 1662. Ita
apud Caval. to. 5. in Collect. recent. De-
cret. Etiamsi Officium duplex non sit
occurrent, sed translatum a sua die,
nihilominus prohiberi Missas privatas
Def. declaratum a S. R. C. 31. Ju-
lili 1665. notavimus supra.

104 Missæ de festo duplici celebratæ in
Altari pro Animabus in perpetuum
privilegiato iis diebus, quibus, cum
fiat de duplice, celebrari nequit Mis-
sa de Requiem, suffragantur æque ac
si celebratæ fuissent de Requiem pro
Defunctis, juxta formam privilegio-
rum; ut declaravit Alexander VII.
Constit. 171. incip. *Credite nobis.*
22. Januar. 1667. tom. 6. pag. 252.
Bullar. Rom. Cherub. edit. Rom. an.
1638. ex Typogr. R. Cam. Apostol.
Privilegium Alexandri VII. die 22. Ja-
nuar. 1667. circa Missas de Festo du-
plici in Altaribus perpetuo privilegia-
tis celebratas, extenditur etiam ad Alt-
aria non in perpetuum, sed ad septen-
nium, seu aliud brevius, vel longius
tempus; ac non omnibus, sed aliquo,
vel aliquibus tantum hebdomadae diebus
privilegiata; ac proinde Missæ, quæ
ibidem de Festo currenti, in quo Missæ
Defunctorum celebrari non possunt, si-
ve ex obligatione, sive ex sola fidelium
devotione celebabantur, suffragantur
ita; ut Animæ, pro quibus celebratæ
fuerint, Indulgentias per privilegia bu-
jusmodi concessas consequantur in omni-
bus, & per omnia, perinde ac si Mis-
sæ Defunctorum ad formam eorumdem
privilegiorum celebratæ fuissent. S. R.
C. 20. Julii annuente Clemente IX.
13. August. 1669. & in suo Brevi,
quod incipit: *Cum fel. record.* 23. Se-

ptembr. ejusdem anni confirmatur.
apud Caval. to. 3. c. 14. d. 5. Decla-
rationes Alexandri VII. 22. Jan. 1667.
& Clementis IX. 23. Septembr. 1669.
circa Missas Defunctorum in Altari pro
Animabus Purgatorii privilegiato non
celebrandas, licet loquantur tantum de
Festis duplicibus, tamen intelligendæ
sunt etiam de diebus Dominicis, & in-
fra Octavas Paschatis Resurrectionis,
Pentecostes, Corporis Christi, aliisque
anni diebus, quibus, licet a Feste du-
plici non impedianter, adhuc tamen
Missæ Defunctorum juxta Ritum Ec-
clesiae celebrari nequeunt, quatenus ni-
mirum Missæ, quas iisdem diebus cele-
brare, licetum est, servata cæteroquin
privilegiorum forma, ad Altaria pri-
vilegiata celebrentur. Sac. Rit. Con-
greg. 3. April. 1688. confirmante In-
nocentio XI. in Brevi *Alias post-*
quam. 4. Maii 1688. apud Merat.
ind. Decr. *Miss.* n. 625. & apud Caval.
to. 3. c. 14. d. 6. Hæc confirmata sunt
per S. R. C. 15. Septembr. 1714.
annuente Clemente XI. 29. ejusdem
apud Merat. l. cit. & apud Caval. in
supra cit. d. 5. n. 3. qui n. 4. animad-
vertit, quod Missæ solemnes, can-
tatae, aliaevæ, quæ ex privilegio ha-
beri possunt de Requiem in iis die-
bus, in quibus privatæ de Requiem
manent inhibitæ, haud proderunt
quoad Indulgentiam, si de Requiem
non celebrentur; non subrogant quip-
pe Indulta Missam de die, nisi qua-
tenus de Requiem haberi non valeat:
adeoque cum liceat celebrare de Re-
quiem, quamvis id sit privilegium,
obligat tamen, si velis indulgentia-
rum beneficium lucrari pro Defun-
ctis. Porro Missa pro Defunctis cele-
brata in Altari privilegiato non suffra-
gatur, nec Indulto satisfit, nisi sit de
Requiem, licet in Indulto non exprima-
tur.

S. R. C. 1. Junii 1601. in Pi-
ßorien: & 13. Julii ejusdem anni in
Toletana: apud Caval. to. 3. cap. 14.
d. 1. Igitur, si præscripta est cele-
brari Missa solemnis, seu cantata de
~~Requiem~~ ad Altare privilegiatum, haec
celebranda est ad Altare prædictum
diebus, quibus licita est Missa so-
lemnis, seu cantata de *Requiem*.

Hinc etiam docet secundo idem
Caval. in decr. 5. n. 4. Obligatum ce-
lebrare in Altari privilegiato, reci-
tantem Officium dupl. si celebret in
Altari privilegiato, in Ecclesia, in
qua fiat de semiduplici; Missam de
Requiem celebrare teneri; secus vero
recitantem de semiduplici, sed cele-
brantem in Ecclesia, in qua fiat de
duplici. *Ratio est*, (inquit) *quia il-*
le in aliena Ecclesia potest dicere Mis-
sam de Requiem; non hic. Utique ve-
ro recitantem de semiduplici, sed ce-
lebrantem in Ecclesia, in qua Missæ
sint de duplice; minime posse in ea-
dem legere Missam de Requiem, vi-
dimus supra n. præcedenti declarati-
onem in Decreto de anno 1668. 9. Ju-
nii in *Conversana*, & 11. Februar.
an. 1701. in *Tarvisana*. Recitans ve-
ro Officium duplex, cur potest le-
gere Missam de Requiem in Eccle-
sia, in qua fiat de semiduplici? Pro-
culdubio ita contenditur ex Decreto
de anno 1701. 11. Junii in una Ter-
tii Ordini S. Francisci, ex quo Ce-
lebrantes in aliena Ecclesia possunt
Missam legere conformem ritui, &
colori occurrenti in eadem Ecclesia.
Cui utique Decreto innixus Meratus
in sententiam inclinat eamdem: ut
statim dicens. At Decretum illud
sententia huic nullo modo favere,
mox probabimus. Interim animad-
vertismus, ipsum Cavalerium eodem
to. 3. in append. ad c. 9. comment. in

decr. 1. oppositum docuisse: motu
quidem ex Decreto de an. 1746.
7. Maji in Versavien. quod loco cit.
describit, & nos supra dictius n.
præcedenti. Licet adhuc sit deserend-
dus in eo, quod ibidem prohibet,
Missam privatam de Requiem in alie-
na Ecclesia, etiamsi Officium solem-
ne celebretur in ea, puta in die obi-
tus Defuncti; recole dicta cit. num-
præcedenti.

Recitantem Officium duplex, si
celebret in aliena Ecclesia, in qua
fiat de semiduplici, tenere legere Mis-
sam de *Requiem* in Altari privilegia-
to, si celebrare teneatur in eo: do-
cet Agerer allegatus a Merato to. 1.
par. 1. tit. 5. n. 8. in quam senten-
tiam, ut innuimus, valde inclinat
ipse Meratus, motus, ut diximus,
ex Decreto S. C. R. de an. 1701.
11. Junii in una Tertii Ordinis S.
Francisci, cuius Decreti modo supra
meminimus: in quo fuit videlicet
declaratum: *Sacerdotes etiam Regula-*
res, diebus, quibus propria Officia re-
citant sub rito duplice, celebrantes in
alienis Ecclesiis, quando peragitur Fe-
stum cum solemnitate, & concursu po-
puli, debent celebrare Missam, confor-
mando se ritui, & colori earumdem Ec-
clesiarum. In aliis vero diebus possunt;
sed quando prohibentur Missæ votive,
& Defunctionum, debent se conformare
saltem quo ad colorem. Verum ex hu-
jusmodi Decreto, dum in alienis Ec-
clesiis, in quibus Festum cum sole-
nitate, & concursu populi minime
peragatur, permittitur in celebra-
tione Missæ conformare se ritui, &
colori earumdem Eccliarum: ex hoc
non permittitur, nisi celebrare Mis-
sam ibi occurrentem, occurrenti vi-
delieet ibi conformera Officio, puta
Martyris, Confessoris &c. Idque fit

manifestum ex posteriori declaratio-
ne ejusdem S. C. R. 7. Maii 1746.
in Versavien. quam n. præcedenti no-
tavimus: in qua nimirum declaratum
fuit: Sacerdotes recitantes de dupli-
ci, si celebrent in Ecclesia, in qua
fiat de semiduplici, atque ibidem ce-
lebrentur Missæ de Requiem; nihi-
lominus non posse eosdem ibi Mis-
sam de Requiem celebrare. Quod
Decretum, ut l. cit. animadvertis-
mus, non fuit revocatum quo ad
Exequias non solemnes, per aliud
Decretum de an. 1752. 29. Januar.
quod processit solum de Exequis so-
lemnibus; recole ibi dicta, & con-
fer ea, quæ docuimus l. 1. c. 2. n. 53.

Nos itaque credimus, in dicto ca-
su non posse Missam de Requiem ce-
lebrari etiam ad Altare privilegia-
tum, sed in eo celebrandam esse
Missam vel proprio duplii corre-
spondentem Officio, vel conformem
semiduplici occurrenti in eadem aliena
Ecclesia, in qua celebratur: pu-
ta Sancti Confessoris, Martyris &c.
de quo ibi recitetur Officium, & per-
se celebranda sit Missa conformis;
quamvis ejusdem Ecclesiæ Choro ad-
scriptis liceat celebrare Missas voti-
vas, & de Requiem; qui utique te-
nentur celebrare de Requiem ad Altare
privilegiatum, si pro Defunctis
velint concessam Indulgentiam lucra-
ri; quam tamen præfatus alienus ce-
lebrans lucrabitur per aliam Missam:
juxta superius allegata Decreta: cum
ei in posito casu Missa de Requiem
prohibeatur.

Deinde docet tertio Cavalerius:
quod si occurrat Officium admittens
Missam de Requiem: utiliter dici po-
test Missa de die, si ratione Sacra-
menti expositi, aut alia de causa in
Ecclesia, in qua celebratur, sint pro-

hibitæ Missæ Defunditorum; nimis
enim diserte se exprimunt Decreta,
dum in Altari, in cuius Ecclesia Mis-
sa de Requiem dici non potest, ad
effectum consequendi privilegii subro-
gant Missam de die; ut nos, inquit,
adstringere minime valeamus Sacer-
dotes, ad adeundas Ecclesias, in
quibus de Requiem valeat celebrari,
quando id commode facere possent;
ita ille. Cujus hæc sententia confir-
matur ex Decreto S. C. de Indulg.
quod idem refert to. 5. c. 26. n. 12.
decr. 7. hujus tenoris: *Missa de semi-
duplici, vel voto, vel de Feria, cele-
brata in Altari privilegiato, in quo
est expositum SS. Eucharistie Sacra-
mentum, sive in Ostensorio, sive in
Ciborio, suffragatur Defunctis, ac si de
Requiem diceretur. S. C. de Indulg.*
sacrisque Reliqu. 20. Julii 1751.

Num autem diebus, quibus Missæ
Defunditorum juxta Rubricas celebra-
ri possunt, si ratione solemnitatis,
quæ in Ecclesia, ubi Altare privile-
giatum extat, fortasse celebretur, aut
frequentia populi, possit petitioni di-
cendi Missam vivorum, ex gratia in-
dulgeri? Respondit negative S. R. C.
9. Febr. 1726. in Romana; ut ex
Benedicto XIV. refert Zacharias in
animadvers. ad Theol. Mor. P. La-
Croix lib. 6. par. 2. quæst. 73. §. 4.
num. 509.

Diximus supra ex D. S. C. Die-
bus, quibus licita est Missa de Re-
quiem, Missam pro Defunctis cele-
bratam in Altari privilegiato non suf-
fragari, nec Indulto satisfieri nisi sit
de Requiem, *licet in Indulto non expri-
matur.* Oppositum opinatus est Fa-
gundez in 1. præc. Eccl. lib. 3. cap. 9.
n. 7. & novissime id ipsum significat
Benedictus Plaza in suo op. ital.
de Purgator. par. 2. art. 1. §. 8. fine;
nec

nec non P. Io. Xaverius Contino in suo Opuscl. ital. de Indulgent par. 2. c. 5. n. 3. edit. 3. Panormit. an. 1756. Qui tamen allegatum Decretum ignorasse videntur, dum illud sibi non objiciunt. Quod tamen non ignoravit, sed sibi objicit Pellizarius in *Man. Regul. tr. 5. c. 9. sect. 3. qu. 17. n. 81.* sed eo non obstante reputat, non esse improbabile satisfieri per quamlibet Missam; quia, ait, prædicta declaratio non facit legem Universalem; adeoque facit solum opinionem probabilem, non ablata probabilitate opinionis oppositæ, ita ille. Sed nos dicimus: Standum esse prædictæ declarationi; maxime ubi agatur de obligatione ex justitia: nec in materia de Indulgencie attendenda est probabilitas, sed certitudo, ut docent omnes. Et recte animadvertis Meratus in Gavant. par. 3. tit. 11. n. 1. §. Si vero: quod et si Sacrorum Rituum Congregationis Declarationes simplices, seu quæ sint mera responsa ad dubia sibi proposita, & non Decreta proprie talia, (de quibus vide dicenda tr. 2. l. 4. p. 2. c. 8 n. 51.) reputentur tamquam sapientissimorum virorum responsa, quæ opposita sententiæ probabilitatem non tollunt; Verum quando adsunt hujusmodi resolutiones, & habentur Auctores contrarium firmantes, in tali conflicitu debent præferri Sacrae Congregationis Decisiones alii quibuscumque Doctoribus contrarium afferentibus, ut pluribus relatis tradit Ursaya O.c.

166 Docet Caval. to. 3. c. 11. in d. 2. n. 1. & 2. dies, quæ Missas de Requiem minime patiuntur; neque Defunctorum sustinere Collectas: ratio enim fere eadem, inquit, ob quam contra Missas de Requiem privilegia extiterunt, expellit etiam lugubres Col-

lectas, quæ lætitiam, & festi solemnitatem minuant, atque depriment. Rursus, cum in Missis vivorum ex Rubr. 7. n. 6. *Si facienda sit commemorationis pro Defunctis, semper ponitur penultimo loco:* in iis duplicibus, in quibus aliæ non occurrent Commemorations; necesse foret aliam vivorum Collectam addere, ut penultimo loco illa diceretur: ita ille. Oppositum vult La-Croix l. 6. par. 2. qu. 75. §. 3. ubi ait: quod, si concedatur, ut in Altari privilegiato liberetur Anima etiam per aliam Missam, quam de Requiem, addenda sit Collecta pro Defuncto, exceptis festis primæ classis. Nullam tamen pro asserto suo rationem adducit; & licet pro se citet Gobatum ex Experi. t. 3. n. 651. sed ille Auctor reprobatur in quibuslibet duplicibus, etiam minoribus, Defunctorum recitare Collectam; licet utique dicat: se noluisse judicare, illam omittendo, acquiri Indulgenciam Altaris privilegiati, quando conceditur ita, ut non sit necesse, facere sacrum de Requiem: sed solum Commemorationem pro Defunctis: seu Defunctorum recitare Collectam.

Ad hæc dicendum est: non liceare in Duplici, etiam minori, Defunctorum recitare Collectam, ob rationes superius datas ex Cavalerio; & nihilominus acquiri Indulgencium ad Altare privilegiatum: quia Pontifices simpliciter dicunt: concedere illam per aliam Missam, quando de Requiem celebrare, non liceat: & non demandant in eo casu Defunctorum recitari Collectam; nec de Pontificio mente in contrarium extat Sacrae Congregationis Rituum Declaratio ulla. Inde quoque colligitur, ne opus esse, ad lucrandam Indulgenciam Altaris

taris privilegiati, illam recitare diebus, quibus ratione alia, quam festi duplicitis occurrentis, non liceat celebrare de *Requiem*: cum tamen licet, Defunctorum recitare Collectas. Porro declaravit S. R. C. 2. Decemb. 1684. in una Canon. Regul. Lateran. in Missa privata de festo semiduplici, simplici, seu votiva, vel de infra Octavam, sive de feria non privilegiata, posse penultimo loco dici Collectam pro particulari Defuncto: puta: *Inclina*: vel: *Deus, qui nos Partem, &c.* & similem; dummodo ob id non omittatur ulla ex orationibus assignatis pro tempore, puta: *A cunctis*: vel: *Ecclesiae*. Ita Meratus in Ind. Decret. Miss. n. 473. & meminerat etiam par. 1. tit. 7. de Commem. n. 3. Quoad Collectas autem Defunctorum quando prohibetur Missa de Requie ob expositionem SS. Sacramenti; videantur dicenda in Appendice ad calcem Diarii c. 3. n. 26. fine.

107 An Missæ pro diebus Officium de duplice, seu de solemnī non admittentibus in Kalendario, & Missali Ambrosiano præscriptæ, ad Altaria privilegiata celebratæ, Animabus in Purgatorio existentibus perinde suffragentur, ac si celebrarentur Missæ de Requiem? Responsum fuit affirmative. S. R. C. 31. Augusti 1743. in Mediolanen. apud Caval. to. 3. in append. ad c. 14. Et quædam aliæ declarationes S. C. circa Altaria Privilegiata videri possunt apud eundem cit. c. 14.

108 Notandum deinde hic etiam occurrit ex Decretis S. C. R. posse celebrari Missas privatas de Requie in duplice minori, quando aliquis Ordo Regularium, aut Communitas plurium Ecclesiarum facit annuam solemnem Commemorationem omnium suorum Defunctorum. Porro

cum in omnibus Congregationibus Ordinis Benedictini, post festum omnium Sanctorum, 13. Novemb. celebretur solemnis Commemoratio omnium Defunctorum Confratrum dicti Ordinis, interrogata fuit Sacra Rituum Congr. Utrum si illa die ad cubi, adest. Festum duplex translatum, aut occursens; foret ejusmodi duplex ulterius transferendum; vel simul celebrandum cum officio Defunctorum, & dicendæ omnes Missæ pro Defunctis Confratribus præternam de festo? Veleret officium alia die dicendum? Quo tamen casu non amplius in celebranda Commemoratione prædicta, Monasteria laudati Ordinis convenient: Sacra Rituum Congregatio die 5. Maii 1736. respondit: quod Commemoratio omnium Defunctorum non est trasferenda, sed si die illa occurrat festum duplex minus, seu translatum; fiat officium de Festo duplice cum Missa solemnii post Tertiam; officium vero Defunctorum recitandum erit post Laudes, & omnes Missæ privatae dicantur pro Defunctis in paramentis nigris, apud Caval. to. 3. c. 7. d. 1. & Merat. ind. decr. Miss. n. 683. & n. 1. part. 4. tit. 16. n. 10. Regularibus cunctis pro respectiva Defunctorum Ordinis Commemoratione solemnii Decretum hujusmodi favabile est, poteritque adaptari similibus Communitatibus plurium Ecclesiarum. Vid. Caval. comment. in prædict. decr.

Quando Anniversariam, seu Officium soleinne pro Animali omnium Defunctorum Confratrum alicuius Congregationis fit in Festo ritus duplicitis minoris, potest cantari Missa de Requie; secus si occurrat in festo altioris ritus. S. R. C. 8. Martii 1738. apud Caval. to. 3. c. 7. d. 2. qui dicitur de

de eodem to. 3. in append. post ultimum Decretum capit. 12. iterum illud his aliis verbis describit: *Feria secunda post Dominicam infra octavam omnium Sanctorum festo duplice minori occupata, in qua pro Animabus Confratrum cantatur officium Defunctorum cum solemnitate, debet (pro gratia: additur in opere Merati in 2. append. Decr. Miss. n. 828.) cantari Missa de Requiem. Quod si Anniversarium predictum contingat in festo altioris ritus, debet illud praecedenti die celebrari.* S. R. C. 8. Martii 1738. in Ulisbon. occident. pro Ecclesia Regii Nofocomii. Vult autem Caval. in hujusmodi Decreto, in casu quo dicitur: *debet illud praecedenti die celebrari: legendum esse: sequenti; quia, inquit, praecedens dies in casu Decreti est Dominica, quæ Missas cantatas de Requiem respuit, nisi ad presentiam Cadaveris.* Ita ille. Volum dispositio Decreti intelligi potest non de die immediate praecedenti; sed simpliciter de die praecedenti similiter non impedita, puta in praecedenti Sabbato similiter non impedito, ut nimirum citius succurratur defunctis. Docet rursus Caval. privilegium Decreti extendi posse videri ad Officium solemne etiam quod commune non sit pluribus Ecclesiis; dummodo non indulgeatur ultra Decreti verba, quæ sистunt in concessione solius Missæ cantatæ, non autem privataram, cum quibus confociari indulgentur solemnes Missæ Commemorationis Regularium Ordinum; ut dictum est.

109 Si Anniversarium omnium Defunctorum alicujus Ordinis occurrat in Anniversario, seu Officio Fundacionis, hoc transferri potest, Anniversario Ordinis retento, ne laedatur Mo-

nasteriorum convenientia in celebrazione ejusdem, ob quam privilegiis pluribus est decoratum. Caval. to. 3. in c. 2. d. 5. n. 5.

Missa vero Commemorationis omnium Defunctorum alicujus Religionis, si solemniter habeatur, cantanda erit post Nonam, vel post Laudes Defunctorum hora Nonæ juxta consuetudinem; & si alicubi solemnis non fiat, ejusdem tempus erit in mane post easdem Laudes, vel post Primam diei. Caval. to. 3. c. 8. in d. 6. n. 5.

In die Commemorationis omnium Defunctorum alicujus Religionis, quia se habet instar Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum universalis Ecclesie; assumi posse eamdem Missam, quæ dicitur in die Commemorationis predictæ universalis, docet Caval. to. 3. c. 10. n. 17. subdit tamen, ex praxi communiori solere dici Missam ut in Anniversario.

Quando ab aliqua Congregatione dicitur totum Officium Defunctorum, non debet illud dici ut secunda die Novembris, omittendo Psalmos post Vesperas & Matutinum positos in Officio Defunctorum. S. R. C. 5. Julii 1698. in Collen. apud Caval. to. 3. c. 2. d. 9. & videri potest idem ibidem comment. in Decr. 10. & 11. & dicenda in Append. ad calcem Diarrii c. 8. n. 17. An Officia pro Animabus Confratrum extra diem obitus, seu depositionis, tertium, septimum, & trigesimum, cum Castro doloris, & concursu sacerdotum Officiata, habere debeant ritum duplum vel semiduplicem cum Psalmo, ac tribus orationibus? Responsum fuit: serventur Rubricæ Ritualis Romani una cum notissimo Decreto edito anno 1737. in Molana: nempe, duplicitio Antiphonarum præter diem Commemorationis omnium Fidelium Defun-

Et diem Depositionis Defuncti
fiat in diebus tertio, septimo, trigesimo, & Anniversario tantum. S. R. C. 8. Martii 1738. in Ulixbon. occid. in opere Merati in 2. append. decr. Miss. n. 827. Dicendum est autem Invitatorium, cum Officium Defunct. integrum recitatur. Vide dicenda in Appendice ad calcem Diarii c. 9. n. 23.

113 Notandum 3. quod in Missis quotidianis, que pro Defunctis celebrantur possunt quidem dici plures Orationes, quam tres; sed curandum, ut sint numero impares. Sicut pro illa: Deus veniæ Largitor: potest subrogari alia, nempe pro Patre, Matre &c. dummodo ultimo loco dicatur Oratio Fidelium. S. R. C. 2. Septembr. 1741. in Aquen. apud Caval. to. 3. c. 11. d. 7. Sermo est de Missis non solemnibus: vide dicta n. 101. Orationem Fidelium dicendam esse ultimo loco ex more Ecclesiæ, inquit Caval. loc. cit. n. 15. quæ, dum orat pro aliquibus Defunctis, reliquorum numquam penitus in fine precum obliviscitur. In Missis vero, quæ non sunt pro solis Defunctis, si facienda sit Commemoratio pro Defunctis, semper ponitur penultimo loco. Rubr. 7. n. 6. ob rationes plures, quæ videri possunt apud Caval. to. 3. c. 11. in d. 1. n. 4. & duob. sequi. In Missis de Requiem quotidianis, si Missa applicetur generaliter pro Defunctis, dicuntur regulariter orationes in Missali pro Missis quotidianis assignatae. Caval. to. 3. c. 11. in d. 4. n. 10. Merat. to. 1. par. 1. tit. 5. n. 12. Si autem Missa celebretur pro aliqua, vel pro aliquibus determinatis personis; primo loco dicitur oratio pro iis, pro quibus Missa celebratur: respective convenientem desumendo orationem ex iis, quæ in Missali descriptæ sunt (post Missam

TOM. IV.

quotidianam Defunctorum) Secunda oratio, quæ secundo loco ponitur in Missa quotidiana Defunctorum; vel alia dici potest ad libitum desumpta ex iis, quæ post prefatam Missam descriptæ sunt; & ad libitum item erunt quæcumque aliæ ultra tres (non supra septem; Vid. Caval. l. cit. a n. 6.) concessæ sunt addi. Caval. n. 14. Merat. l. cit. Ultima vero semper erit Or. Fidelium, ob rationem indicatam.

Notandum 4. in Missis Defunctorum non esse pulsanda Organa, nec aliud quodvis musycam instrumentum adhibendum; ex Benedicto XIII. in Concilio Romano tit. 15. cap. 6. & Cærem. Episc. l. 1. c. 28. fine: ubi sic: *In Missis, & Officiis Defunctorum nec Organo, nec Musyca, quam figuratam vocant, utimur; sed Cantu firmo.*

Qu. hic I. An sit peccatum, & qualis, dicere Missas Defunctorum diebus, quibus per Rubricas prohibentur? Et utrum possint aliquando licite legi diebus praedictis?

R. His quæstis satisfaciemus tr. 2. in Dom. Palm. subl. 3. §. 4. quæst. 4 a a. 107.

Qu. II. Utrum, quando Altare privilegiatum conceditur sic, ut per Octavam Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum dicenda sit Missa de Requiem, ad liberandas Animas Purgatorii, liceat adhuc in Dominica occurrenti Missam de Requie legere? Quod si non liceat; an tunc Missa de Dominica idem privilegium habeat, & easdem Indulgencias, quas Missa de Requiem, ad liberandas purgantes Animas?

R. Silvius apud Dianam to. 4. edit. coord. tr. 1. R. 41. §. 1. affirmat tamquam probabilius licere, imo & de-

M bere

bere in prædicto casu legi Missam Defunctorum in Dominica. Nam, inquit, hoc videtur pro illa vice Pontifex concedere, eo ipso quod per hanc totam Octavam dat privilegium; & vult, ad fructum privilegii consequendum, dici tota hac Octava Missam de Defunctis: cum ignorare non possit, plerumque intra illam ocurrere diem Dominicam. Hanc Sylvii sententiam Diana l. cit. dicit, esse satis probabilem.

Verum contrarium omnino tenendum est, atque dicendum: non licet in prædicto casu Missam privatam, seu lectam Defunctorum celebrare in Dominica: Sed per Missam occurram secundum Officium, obtineri eundem fructum privilegii, seu easdem Indulgentias lucrificari, tamquam si esset Missa de Requiem. Juxta Decreta allegata superius n. 104.

117 Qu. III. Cum Communitates Religiosorum soleant infra hanc Octavam celebrare Anniversaria communia omnium suorum Defunctorum: Utrum Religio teneatur solvere suis Defunctis Religiosis consueta Ecclesiæ Suffragia?

R. Affirmative. Et quidem præter Charitatem generalem, adhuc peculiari ratione ex pietate, & gratitudine. Profecto Religio respectu suorum Religiosorum consideratur ut Pater respectu filiorum: ille autem tenetur ex pietate suffragari filiis graviter indigentibus. Sed hujusmodi supponuntur esse Religiosi Defuncti.

Kursus Religiosi nunc Defuncti, & Purgatorii flammis detenti, cum adhuc viverent in Religione, Religionis membra, seu Religiosos deficientes, & ad Purgatorii Carcerem transeuntes suis suffragiis adjuvarunt; par itaque est, ut qui sequuntur Religiosi, & superstites constituant Religionem, adjacent similibus suffragiis Religiosos, qui praecesserant, & dormiunt in somno pacis.

Posset etiam dici: Religionem teneri quasi ex justitia, cum in presenti eveniu videatur intercedere virtualis contractus: facio ut facias: quatenus Religiosi viventes juxta statuta, & consuetudines proprii Ordinis praestant suffragia suis Conreligiosis, ut etiam ipsi post mortem ea recipiant a Religione. Præterea Religiosi Defuncti nisi suffragantur a sua ipsorum Religione, plerumque omni suffragio carebunt; enimvero ipsi ut plurimum exspectare non possunt suffragia a Consanguineis Secularibus, nec habent unde alias sibi in hoc consulant; unde fit, ut pie, sancte, & laudabiliter in unaquaque Religione, sive ex constitutione, sive ex consuetudine sint certa suffragia Missarum prescripta, officiorum, & Oratiorum, a singulis Religiosis Ordinis solvenda pro unoquoque Religioso ejusdem Ordinis decedente, sive etiam aliquando pro pluribus, aut pro omnibus in communi Defunctis, puta infra hoc tempus post peractam Commemorationem omnium Fidelium Defunctorum. Et hec omnia docet Pelliz. Man. Regul. to. 1. tr. 3. c. 6. sedt. 1. qu. 16. n. 33.

Hinc habes: teneri Religiosos singulos consueta suffragia solvere pro Religiosis Defunctis sui Ordinis prescripta in propriis statutis, & Constitutionibus. Obligatio enim Religionis non est alia ab obligatione Religiosorum, ex quibus ea integratur: Cum Religio non sit nisi Collegio Religiosorum, quatenus constiutunt unum corpus morale, seu Communitatem; ut recte notat idem Peliz.

liz. in man. tr. 5. c. 6. sect. 2. quest. 8.

n. 53.

118 Interrogabis hic: an Regularis Sacerdos sub mortali teneatur celebrare, ad solvenda Missarum suffragia, quæ pro Defunctis proprii Ordinis præscribi solent ex statuta Religionis, sive de mandato Superioris: vel saltem procurare, ut alii celebrent pro hujusmodi sua ipsius obligatione?

R. Affirmat Quarti, quem refert, sed refutat Caval. 10. 3. c. 7. *comment.* *ibid. 2. n. 7.* & 8. cum quo, & Pelliz. dico: non teneri sub tali culpa gravi; nisi aliter exprimatur in Statuto, aut Regula alicujus Ordinis, talia Suffragia præscribentis; vel certe Superior ea indicens, sufficienter declararet, se intendere obligare ad ea sub mortali.

Probatur: quia præscriptio, seu designatio hujusmodi suffragiorum, communiter non excedit obligationem simplicis Regulæ, aut obedientiæ, & consequenter habet rationem simplicis ordinationis: unde fit, quod, si Regula non obliget sub mortali, nec sub mortali obligent ejusmodi suffragia. Quod Pellizarius *Man. Regul.* 10. 1. tr. 5. c. 9. *sect. 1. qu. 7. n. 12.* putat evenire regulariter in Ordinibus Religionis.

Nihilominus ex dictis supra satis patet, magna semper reprehensione dignum fore Religiosum, qui talia suffragia Defunctis Religionis suæ persolvere negligeret; sese utique reddens indignum, cui suffragia post obitum suum exhibeantur a Conreligionis suis; meritoque timere posse, ne Deus permissurus sit, sibi illa non exhiberi, in pœnam negligentiæ suæ hac in re erga alios, & quidem fratres suos, præstitez: dicente Domino Luce. 6. 38. *Date,*

& dabitur vobis . . . eadem quippe mensura, qua mensi fueritis, remetatur vobis. Immo non desunt graves Doctores, qui putent, in Animabus Purgatorii, ad remissionem pœnarum, etiam per Sacrificium Missæ causandam, prærequiri tamquam dispositionem, ut in vita curam haberint, satisfaciendi pro peccatis propriis, & juvandi alias Defundatos. Videatur Viva in prop. 37. *Alex. VII. prope fin.* & in prop. 43. *eiusdem Alex. VII. n. 13.* La-Croix lib. 6. p. 2. qu. 6. §. 5. nn. 59. & qu. 184. §. 15. nn. 1350. Superiorum attamen onus curandi, ut a suis subditis solvantur hujusmodi suffragia, esse gravius, significabimus infra num. 123.

Hic interim illud referre juvat 119 exemplum, quod in Vita B. Bernardi a Corleone Ordinis Capuccinorum narratur a Fr. Benedicto Sanbenedetti *lib. 1. c. 16. versus finem:* Die quædam cum laudatus Dei Servus in nostra Sicilia, Panormi, in suo Conventu, descendisset in Sepulturam ad orandum, Dei instinctu accedens ad exsiccatum Cadaver cujusdam Patris Urbani a Monterelegali, qui fuerat Capuccinus, & quasi cum eo coram loqueretur, ab eo petiit, quid novi referre posset de rebus æternitatis, & quid ageret ipse: seu qualis ipsius foret status? Tunc, dictu mirabile! vox audita est loquentis Defuncti, qui ingemiscens, ait: heu me miserum! qui adhuc Purgatorii flammis crucior detentus; jam prius utique illas evasissem, si quinque ex nostris Fratribus Sacerdotibus (quorum nomina recitavit) minime neglexissent, consueta Missarum suffragia mihi impertiri, juxta monrem Religionis nostræ.

Qu. IV. An Religiosi teneantur 120

M 2 sub

Sub peccato mortali , applicare Sacrificia , & recitare alias preces sive pro Defunctis sive pro Viventibus præscriptas a Superiori , aut etiam ex Religionis ipsius Statutis pro Fundatoribus , Benefactoribus , &c. ?

R. Affirmative , si Religio teneatur ad hujusmodi suffragia ex justitia ; vel Superior , ea præcipiens , imponat obligationem gravem . Seclusus non tenentur sub mortali . Suar. 10. 3. in 3. p. disp. 79. secl. 9. qu. 1. fine Franc. De-Lugo de Sacram. lib. 5. de Mis. c. 3. quest. 3. n. 28. La-Croix 1. 6. part. 2. qu. 27. §. 4. n. 214. Chiavetta Consult. 27. num. 3. Fraxinel. quem citat , & sequitur Gavantus in Rubr. Mis. par. 3. tit. 12. n. 28. Item Pelliz. & alii .

Si itaque Religio teneatur ad illa Sacrificia , & Orationes ex pacto , & consequenter ex justitia ; puta , quia accepit eleemosynam sub tali onere : in hoc casu Religiosi peccant mortaliter , si non solvant juxta præscriptum Superioris , cum delinquant in re gravi ; ut supponimus ; & defraudent proximum Suffragio debito ipsi ex justitia . Unde si designato , ac præfixo tempore , seu die non solverint , tenentur deinde supplere , ubi primum poterunt : cum obligatio illa non sit extinta , sed duret quamdiu non impletur ; & determinatio talis temporis , aut diei facta sit non ad finiendam obligationem , sed ad solicitandam solutionem .

Limitat vero Suar. cit. quest. 1. & Peyrinis , quem laudat , & sequitur Pellizarius Man. Regul. to. 1. tr. 3. c. 6. secl. 2. qu. 7. n. 52. nisi forte omnino cessasset finis operis præscripti ; addo : & hoc certo constet .

121 Quod si Religiosus subditus omnino noluerit , aut non potuerit ce-

lebrare ad dictam intentionem ; tenetur id Superiori suo aperire : Superior autem hoc resciens , tenetur curare , ut per alium Sacerdotem celebrentur Missæ , quas Religio , seu Monasterium , & Domus Religiosa debet ex justitia , aut alia gravi obligatione . Chiavet. l. cit. Videantur dicta lib. 1. c. 2. a n. 26. Porro Missæ specialis fructus tum satisfactionis , tum impetrationis datur illi , cui Sacerdos offerens applicuerit , etiam contra voluntatem Superioris sui ; quidquid nonnulli in contrarium senserint . Vid. Suar. 10. 3. in 3. par. disp. 76. secl. 9. qu. 1. Card. De-Lugo de Sacr. Eucb. disp. 19. secl. 10. n. 210. O' sequ. Franc. De-Lugo de Sacr. lib. 5. de Mis. c. 3. quest. 3. & La-Croix l. cit. Recole etiam dicta n. 48. & 63.

Si autem Religio teneatur ad hujusmodi Suffragia ex mera gratitudine ; in hoc alio casu Religiosi particulares non peccant mortaliter ea omittendo , nisi forte ea præcipiantur modo extraordinario , videlicet sub obedientia , aut alia simili ratione indicante rigorosam obligationem ; ut supra dictum est n. 118. & ratio est , quod secluso tali modo præcipiendo , præscriptio , seu impositio illa Missarum , & Orationum non excedit vim Regulæ ; atque adeo habet rationem simplicis ordinacionis : Unde si Regula non obliget ad culpam , nec impositio illa Missarum obligabit ad culpam , ut etiam locq. cit. docuimus ; & hanc sententiam docet Peliiz. l. laudato : pro eadem allegatur Fagundez a Franc. De-Lugo l. cit. qui etiam eam approbat tamquam probabilem .

Superiores tamen etiam in eo causa , quo Religiosi ad prædicta suffra-

fragia præstanta non sint obligati sub gravi , peccare nihilominus possunt ; si curam non habeant , ut scribantur , seu moneantur , qui Missas legant , vel orent , præsertim pro Fundatoribus , & Benefactoribus : ut recte animadvertisit La-Croix l. 6. par. 2. qu. 20. §. 1. Debent itaque etiam in dicto casu Superiores esse solliciti ,

& curare , ut temporibus præfixis a propriis regularibus statutis , puta singulis hebdomadibus designentur ii , qui secundum regulam , & constitutiones , designandi suat ad celebrandum , & ad coronas , ac Rosaria recitandum , seu orandum pro suis Fundatoribus , & Benefactoribus .

C A P U T III.

N O T A N D A III. N O V E M B R I S.

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S II.

Art. I. *De Horis Canonicas.*

Art. II. *De Missis.*

A R T I C U L U S I.

De Horis Canonicas.

1. VN Calend. Rom. de die infra Oct. omnia SS. semid. lect. 1. noct. de Script. occurr. 2. & 3. noct. propr. ut 3. die ; reliqua ut in Festo. Vesp. de seq. festo S. Caroli Borromæi Ep. & Conf. dupl. ut in communi Conf. P. or. propr. Commemoratio Oct. omnium Sanctorum : item SS. MM. Vitalis , & Agricolæ , Antiph. *Istorum. V. Letamini.* S. R. C. 5. Maj. 1736. & Rubr. Brev. hic .

2. Si hodie sit Sabbatum post Dom. V. Octobr. legantur in 1. noct. lectiones Fer. III. post Dominicam prædictam ; aut aliæ præcedentes Feriæ secundæ , vel Dominicæ ejusdem præfatæ , si lectoræ non fuerint , secundum dicta 29. Octobr. n. 6.

3. Si heri fuit Dominica , aut aliqui fuerit festum æquale Dominicæ , seu de præcepto , transferendam

esse a die præcedenti in hanc diem Commemorationem omnium Fidelium Defunctorum , notavimus heri n. 4.

Licet heri n. 34. dictum fuerit : 4 in Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum , occurrente Festo duplice minori , recitandum de Festo , Missas vero legendas esse de Requiem : excipe tamen casum quo ipsum Festum duplex minus cum solemnitate celebretur ; pro quo facit Decretum sequens : *Cum Festum S. Pirminii Episcopi Meldensis , & Confessoris a Clericis Regularibus Societatis Jesu Civitatis Oeniponti Diaconis Brixinen. die 3. Novembris sub ritu duplice minori celebretur ; cumque eadem die aliquando occurrat Commemoratio omnium Fidelium Defunctorum : propterea ex parte Clericorum Regularium prædictorum S. R. C. bummilime supplicatum fuit , declarari : an occurrente Festo S. Pirminii Episcopi Meldensis eadem die Commemorationis omnium*

De-

Defunctorum, possint ipsi, aut etiam
debeant, transferre Festum S. Pirminii
ad aliam diem non impeditam curren-
tis Octavæ; an vero non obstante Of-
ficia Commemorationis Defunctorum,
sit faciendum Officium de S. Pirmino,
ac saltem Missa solemnis ditti Sancti
celebrari possit? Et S. R. C. respondit:
transferendum esse Officium S. Pirmi-
ni. Ita 11. Julii 1716. in una Bri-
xinen. apud Caval. to. 3. cap. I. d. 5.
qui docet: ex hoc Decreto haberi
regulam, & legem, quod Festum vi-
delicet duplex minus celebratum cum
solemnitate speciali, (ratione cuius
solemnitatis specialis in Festo S. Pir-
minii præfata processit dispositio De-
creti; confer etiam Meratum to. 1.
par. I. tit. 5. n. 10. & par. 4. tit. 15.
n. 10. & in ind. decret. Miss. n. 553. &
§ 3 r. ubi meminit hujusmodi Decre-
ti.) transferendum sit, si occurrat
in die, quo peragitur Commem. om-

nium Fid. Def. sive occurrat die se-
cunda, vel tertia Novembri; cum
hoc tamen, inquit, discrimine, quod
occurrens die secunda, cuam semper,
vel quasi semper sit impeditum, im-
mutari debet in diem alteram, que
non sit sequens tertia, ne iteum sit
obnoxium amotioni, dum ratione
Dominicæ in diem tertiam transfer-
tur Commemoratio Defunctorum.

ARTICULUS II.

De Missa.

Missa ut in Festo omnium SS. z. §
IV. or. de Sp. S. 3. Ecclesiæ, vel pro
Papa. Credo. Col. param. alb.

Si hodie sit feria secunda, dici-
tur Missa de Requiem ut in Comme-
moratione omnium fidelium Defun-
ctorum. Vid. dicta die præced. n. 4.
& 34.

CAPUT IV.

NOTANDA IV. NOVEMBRI.

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

ARTICULUS I.

De Horis Canoniciis.

¶ **N**on Calend. Rom. S. Caroli Borro-
mæi Ep. & Conf. dupl. lect. 1.
noct. de Script. occur. 2. noct. prop. 3.
noct. *Homo peregrinæ*, ut illi communi-
Confessoris Pontificis r. loco 9. lectio
SS. MM. Vitalis, & Agricolæ, &
eorum Commemoratio in Laudibus

post Commemorationem Octavæ. Re-
liqua ut in prædicto communis or-
iprovia.

In Follo S. Caroli Borromæi 4. No-
vembri in primis Vesperis pro Com-
memoratione SS. Vitalis, & Agricolæ
MM. Antiphona erit: Istorum est e-
nim. cum versu: Lætamini in Do-
mino &c. & ad Laudes substituetur
versus: Exultent justi &c. post Anti-
phonam: Vesti Capilli &c. S. R. C.
5. Maii

5. Maji 1736. in Einsidlen. apud Ca-
val. to. 2. cap. 32. d. 8. & jam habet
rubr. partic. Brev. hic. 2. Vesp. de
eodem Festo S. Caroli, Commemo-
ratio Octavæ.

A R T I C U L U S II.

De Missa.

¶ N. Festo S. Caroli Ep. & Conf. dup. 2
¶ Missa Statuit. ut in communi
Conf. Pontif. 1. loco; Commemora-
tio Octavæ, & SS. MM. Vitalis, &
Agricolæ. Credo propter Octavam.
Col. param. alb.

C A P U T . V.

N O T A N D A V . N O V E M B R I S.

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canonicis.

¶ N Calend. Rom. de die infra Oct.
¶ omnium Sanctorum semid. lect. 1.
noct. de Script. occurr. 2. & 3. noct.
propr. ut quinta die; reliqua ut in
Festo. 2. Vesp. de eadem die in festo
Octavam.

A R T I C U L U S II.

De Missa.

¶ MISSA ut in Festo; 2. or. de Sp. 2
¶ V. & S. 3. Ecclesie, vel pro Papa.
Credo. Col. param. alb.



C A.

C A P U T VI.

N O T A N D A VI. N O V E M B R I S.

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I.

De Horis Canonicis.

I N Calend. Róm. de die infra Oct. omnium Sanctor. semid. lect. 1. noct. de Script. occurr. 2. & 3. noct. prop. ut sexta die, reliqua ut in Festo. 2. Vesp. de eadem die infra Oct.

A R T I C U L U S II.

De Missa.

MISSA ut in Festo, 2. or. de Sp. S. 2. **M**issa 3. Ecclesiae, vel pro Papa. Credo. Col. param. alb.

C A P U T VII.

N O T A N D A VII. N O V E M B R I S.

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I.

De Horis Canonicis.

tuor Coronatorum, Antiphona Iste-
rum. V. Exultabunt. R. Letabuntur.
or. propri.

I N Calend. Rom. de die infra Oct. omnium Sanctor. semid. lect. 1. noct. de Script. occurr. 2. & 3. noct. prop. ut septima die; reliqua ut in Festo. Vesp. de die Octava omnium Sanctorum dupl. ut in 1. Vesp. Festi, & Commemoratio SS. MM. Qua-

A R T I C U L U S II.

De Missa.

MISSA ut in Festo 2. or. de Sp. S. 2. **M**issa 3. Ecclesiae, vel pro Papa. Credo. Col. param. alb.

C A.

C A P U T VIII.

N O T A B N D A VIII. N O V E M B R I S.

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S II.

Art. I. *De Horis Canoniceis.*

Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I.

De Horis Canoniceis.

TN Calend. Rom. de die Octava omnium Sanctorum, dupl. lect. 1. noct. de Script. occurr. 2. & 3. noct. ut in propri. Octava die 9. lectio SS. MM. Quatuor Coronatorum, & eorum Commemoratio in Laudibus Antiph. *Vestri Capilli.* *Y. Letamini.* or. propri. reliqua ut in Festo. In 2. Vesp. a cap. de sequenti Festo Dedicationis Basilicæ Salvatoris, dupl. min. omnia ut in communis Dedicat. Eccles. Commemoratio præcedentis, & S. Theodori M. simpl. orat.

propr. Licet ex Decreto allegato 1. Nov. art. 2. n. 11. Octava omnium Sanctorum tamquam dignior præferranda sit Octavæ Dedicationis Eccl. id tamen procedit de occursu: non item de concursu. Vid. Caval. to. 1. c. 1. in d. 22. n. 14. & 15.

A R T I C U L U S II.

De Missa.

TN die Oct. omnium SS. dupl. Mis. 2. sa ut in Festo, & fit Commemoratio SS. MM. Quatuor Coronatorum, ut in propri. *Credo.* Col. param. alb.



C A P T U T IX.

N O T A N D A IX. IN NO V E M B R I S.

EXPLICANTUR ARTICULIS. III.

Art. I. De Horis Canonicis.

Art. II. De Missa.

Art. III. De Indulgentiis.

ARTICULUS I.

De Horis. Canonicis.

1 **N** Calend. Rom. Dedicat. Basilicæ Salvatoris, seu Ecclesie Lateranensis, dupl. min. lect. 1. & 2. noct. prop. g. noct. & reliqua de communi Dedic. Eccl. 9. lect. S. Theodori M. & ejusdem Commemoratio in Laudib. or. propri. In 2. Vesp. fit commemorationis Fæsi semid. S. Andreae Avellini Conf. or. propri. & commemorationis SS. MM. Tryphonis, & Soc. or. propri.

2 Officium S. Andreæ Avellini est duplex minus pro Clero Sæculari, & Regulari totius Italæ, Sardinæ, & Insularum Italæ adjacentium; ex Decreto Clementis XIV. 13. Novemb. 1769.

3 **D**edicatio Basiliæ SS. Salvatoris extra Almam Urbem non habet integras secundas Vespertas, si concurrat cum sequenti Officio duplice minori. S. R. C. 12. Julii 1664. in una Ordinis Minor. de Observ. apud Caval. to. 1. c. 1. d. 18. Sanctio procedit quo ad loca, quæ de Dedicatione prædicta recitant sub duplice min.

4 Dedicationem Basilicæ Lateranensis optimo jure in universa Ecclesia celebrari, ut pote quæ est parens, & caput omnium Ecclesiærum, obser-

vat Caval. I. cit. in d. 17. n. 5. fine. Benedictus XIII. die 28. April. anni 1726. ritu solemni consecravit Sacrosanctam Basilicam Lateranensem, ejusdem celebratæ memoriam decredit recolendam quolibet anno die 9. Novembris, & mandavit, ut idem Festum famigiam Dedicacionis Cathedralis Ecclesiae Almæ Urbis ab universo. ipsius Clero sacerdoti tantum, & ejus districtus, juxta S. R. C. Decreta, hac in re pluries edita quæ de disenda in Appendice ad Calcem Diarij cap. 4. de Dedic. Eccl. art. 1.) sub ritu duplice primæ classis. tum Octaga, quattuorannis celebretur. Ita etiam S. R. C. 14. Sept 1726. in Decreto Urbis, & Orbis, apud Caval. I. cit. d. 17. In prædicto Decreto habetur; hanc Dedicationem celebrandam sub ritu dupl. 1. cl. cum Octava ab Universo Almæ Urbis, ejusque Districtus Clero sacerdoti tantum; quapropter Regularibus utriusque sexus Urbis, ejusque districtus minime licet dictam Dedicationem sub ritu duplice primæ Classis & cum Octava celebrare. Sed tamen per hoc, ut recte animadvertis Caval. I. cit. n. 7. & Meratus ind. Decr. Brev. n. 266. non intelliguntur exempti a celebratione præfatæ Consecrationis Basilicæ Lateranensis, uti Cathedralis Almæ Urbis, sub ritu duplice secunda classis

sis sine Octava: cum adsit Decretum S. R. C. sub die 1. April. 1662. confirmatum ab Alexandro VII. die 8. ejusd. mensis, & quam plurimæ alia ejusdem Sacrae Congregationis Sanctiones, in quibus demandatur, quod Regulares utriusque sexus tenentur celebrare sub ritu duplice secundæ classis sine Octava Festum Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis; videantur dicenda in Append. cit. c. 4. de Dedic. Eccl. art. 1. & 3. Et quæ ibi de Regularibus, & Monialibus, etiam subjectis Ordinariis locorum, dicenda sunt relate ad celebrationem Dedicationis Ecclesiæ Cathedralis locorum, in quibus eorumdem Monasteria sita sunt, integre quoque applicari debent Regularibus, & Monialibus Almæ Urbis, & ejusdem districtus respective ad Celebrationem Dedicationis Basilicæ Lateranensis.

Si autem quæras: quinam sit Districtus Almæ Urbis, ad cuius Clerum Sæcularem, vel Regularē, prout supra, extenditur celebratio Dedicationis Basilicæ SS. Salvatoris? Respondeo: quod ex Metato apud laudat. Caval. n. 8. memoratus Districtus comprehendit spatiū quadraginta Milliarium extra, & circa Urbem. Unde si qui forent extradictum districtum, & eamdem Basilicam ut Cathedram agnoscerent, si ex Clero sacerulari essent, tenebrent quidem ad celebrandum Festum Dedicationis ejusdem sub ritu duplicita primæ classis, sed sine Octava: quemadmodum Decreta S. C. a nobis exponenda in Appendice I. cit. facitendum esse declarant a Sæculari Clero extra Civitatem in Diœcesi degente. A Clero autem Regulari observari possent, atque deberent, quæ a

Clero Regulari Diœcesis aliarum Ecclesiæ observanda esse, quo ad Dedicationem respectivæ Ecclesiæ Cathedralis, loco etiam cit. docebimus.

Occurrente Dedicatione Basiliæ. SS. 5 Salvatoris, vel SS. Petri, & Pauli Apostolorum infra Octavam Dedicationis aliarum Ecclesiæ, pro earum Octava debet sumi alia Oratio de Communi nempe: Deus, qui invisibiliter: S. R. C. 25. Septembr. 1706. in una Urbis, & Orbis, apud Caval. 10. 1. c. 1. d. 19. Qui notat: idem serendum esse in quavis concurrentia duarum Octavarum Dedicationis diversarum Ecclesiæ; & constat ex Breviarii Romani Rubrica, ante præfamatam Orationem descripta. Quod intelligendum est tum pro Officio tum pro Missa: ita ut etiam in Missa Dedicationis Ecclesiæ, quando facienda est Commemoratio alterius Dedicationis Ecclesiæ, dicti debeat prædicta Oratio: Deus qui invisibiliter: & Secreta, & Postcommunio quæ sequuntur, ut in Missali Rom. vide dicenda in Appendix c. 4. n. 38. Ad varietatem vero Antiphonæ, & V. ac R. pro Commemoratione; in laudibus Antiphona, & V. ac R. ex 2. Vesp. Deinde pro Commemoratione in 2. Vesp. Antiph. V. ac R. ex Laudibus. Vid. dicenda I. cit. n. 34.

ARTICULUS II.

De Missa.

GEN Dedic. Basilicæ SS. Salvatoris & dupl. min. Missa ut in communione Dedic. Eccl. & fit Commemoratio S. Theodori M. simplic. ut in propri. Dicitur *Credo*. Rubr. gen. Miss. tit. 11. Si facienda sit Commemoratio alterius Dedicationis Ecclesie, vide dicta art. præc. n. 5. Col. Param. alb.

ARTICULUS III.

De Indulgentiis.

TODIE ob Commemorationem omnium Sanctorum Ordinis Patrum Prædicatorum, Indulgentia Plen. in Ecclesiis Religiosorum, ac Religiosarum ejusdem Ordinis. Bened. XIII. *Constit.* 107. §. 2. pag. 65. tom. 12. & meminit Plaz. hod.

C A P U T X.

N O T A N D A X. N O V E M B R I S.

EXPLICANTUR ARTICULIS III.

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De Jejunio.*

ARTICULUS I.

De Horis Canonicis.

OFFICIUM S. Andreæ Avellini Confessoris sub ritu semiduplici cum lect. 2. noct. & Orat. propriis ubique recitandum esse declaravit S. R. C. 7. Julii 1725. approbante Bened. XIII. 18. Aug. ejusdem anni apud Merat. sect. 3. c. 13. ad diem 10. Novemb. sed in Italia, & Insulis adjacentibus est dupl. ex Clem. XIV. p^r notavimus die præced. n. 2. Itaque in Calend. Rom. S. Andreæ Avellini Conf. Se mid. (dupl. in Ital. & Insul. adjac.) lect. 1, noct. de Script. occur.

2. noct. & orat. propri. 3. noct. de communi 1. loco; q. lect. SS. MM. Tryphonis, & Soc. & eorumdem Commemoratio in handib. Or. propria. Reliqua de communi Conf. non P. 2. Vespa. (extra Ital. & Insul. adjac.) de sequ. Festo S. Martini Ep. Conf. dupl. ut in propri. Commemoratio præced. ac S. Menas M. or. Praesta, ut in communi un. M. non P. 1. loco In Ital. & Insul. adjac. a cap. de sequ. comm. præc. dupl. & sequ. simplic.

AR-

A R T I C U L U S II.

De Missa.

- 2 **N** Festo S. Andreæ Avellini Conf. & semid. (dupl. in Ital. & Insul. adiac.) Missa *Os justi*, ut in communione Conf. non Pontif. i. loco. Or. pro. pr. & commemor. SS. MM. Tryphonis, & Soc. simplic. Col. Param. alb.

A R T I C U L U S III.

De Jejunio.

- 3 **S**ANCTI Martini Ep. & Conf. Festum vigilia fuisse aliquando præ-

ventum, habetur ex pluribus Sacramentariis, Martene teste apud Meratum *scđt. 7. c. 13.* sub hac die. Durandus item in *Ration. Divinor. Officior. lib. 6. c. 7. n. 20.* dicit: S. Martinum Episcopum solum inter Confessores habere Jejunium in vigilia: nunc autem constat, id non esse juris communis, aut consuetudinis universalis. Quapropter non est obligatio jejunandi pro S. Martino Episcopo, nisi ubi forte adeset particolare jus.

C A P U T XI.

N O T A N D A XI. N O V E M B R I S.

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S III.

Art. I. *An Festum S. Martini Ep. sit in foro colendum?*

Art. II. *De Horis Canonicas.*

Art. III. *De Missa.*

A R T I C U L U S I.

An Festum S. Martini Ep. sit in foro colendum?

- 1 **F**ESTUM S. Martini Conf. & Ep. Turonensis, licet olim observatur alicubi ex consuetudine locali, ut videre est apud Auctores statim laudandos; attamen non est ex obligatione gravi in foro universaliter colendum. Colligitur ex Constit. Urbani VIII. incip. *Universa*, an. 1642. in qua recensentur omnia, & singu-

la Festa sub dicta obligatione universaliter observanda in foro, sed de hoc Festo mentio nulla fit. Videri etiam potest Azorius *Instit. moral. par. 2. lib. 1. c. 25. qu. 2.* & Suarez de Relig. *to. 1. tr. 2. lib. 2. c. 9. num. 21.*

A R T I C U L U S II.

De Horis Canonicas.

- 1 **N** Calend. Rom. S. Martini Epis. 2 Conf. dupl. omnia ut in proprio *9. le&t;*

9. lect. & Commemoratio S. Men-
næ M. Or. Praësta, ut in communi-
nius M. non P. i. loco. 2. Vesp.
de eodem Festo ut in prop. Com-
memoratio sequentis Festi S. Mar-
tinæ P. & M. semid. Or. Deus, qui
nos, ut in communi un. M. P. 2. loco.

3. Quæres: Cur in Officio S. Mar-
tinæ Episc. & Conf. dicantur ad Ma-
tutinum in 3. Noct. Psalmi designa-
ti pro uno Martyre?

R. Quia, ut dicitur in 2. Vesp.
in Antiphona ad *Magnificat*: Sancti
Martini Episcopi Anima, etsi gla-
dius persecutoris, eam non abstuler-
it; palmam tamen martyris non
amisit. Porro S. Martinus Episco-
pus, ut legitur in actis vitæ ipsius,
expositus fuit telis hostium, atque
adeo morti in odium fidei, a Ju-
liano Apostata; ac multas ærum-
nas, contumelias, & verbera pro-
pter fidem Catholicam ab Arianis
perpessus est. Quapropter, licet de-
inde multum post tempus fuerit na-
turali morte perfunditus, nihilomi-
nus non ipse martyrio, sed ipsi po-
sius Martyrium defuit: ut Sanctus
Chrysostomus ait de Sancto Eusta-
thio Antiocheno, oratione in eum,
ubi appellat Martyrem, eo quod
multas æumnas propter fidem Christi
perpessus fuerit, etsi naturali
morte obierit. Docet autem Divus
Thomas in 4. Sent. dist. 49. qu. 5.
art. 3. qu. 2. Dicendum, quod, si al-
quis propter fidem vulneris mortale ac-
cipiat, & supervivat, non est dubium,
quoniam aureolam (Martyrii) mereatur.
Si vulnera non mortalia suscepit,
& adhuc carcerem sustinens moriatur,
ad huc aureolam meretur; & quorum-
dam Sanctorum Martyria in Ecclesia
celebrantur, qui in carcere mortui
sunt, aliquibus vulneribus longe ante-

suscepit, facit patet de S. Marcello
Papa Oe. (confer 6. Maj. n. 5.) Si ve-
ro non continuetur usque ad mortem,
non propter hoc aliquis dicitur Mar-
tyr, sicut patet de B. Sylvestro (Pa-
pa) de quo non solemnizat Ecclesia fi-
cus de Martyre, quia in pace vitam
finivit, quamvis prius aliquas passio-
nes sustinuerit. Ita Doctor Angelicus.
Hinc habes, quare de S. Martyno Ep. non celebretur plane tam-
quam de Martyre. Attamen de S.
Felice Presbysteto Nolano celebratur
omnino tamquam de Martyre 14.
Januar. etsi multum post tempus a
perpessis pro Christi fide carceribus,
& ærumnis in pace Ecclesia obdormierit in Domino. Simile est exem-
plum S. Melchiadis P. & M. 10. De-
cembr. Vide ibi dicenda nu. 2. Et
fortasse etiam simile habemus in S.
Eleutherio P. & M. V. dict. 26. Maji
n. 3. nec non in S. Eusebio Episc.
Vercell. & M. in recentior. Brev. 16.
Decembr. V. Patr. Ribaden. 15. De-
cembr. in ejus Vita fin.

In Lectionibus Breviaris dicitur
Sanctus Martinus baptizatus ætatis
sue anno decimo octavo & Defun-
ctus vero anno octogesimo primo;
sed vide Baronum in nota Marty-
rol. haec dñe in Martino;

ARTICULUS III.

De Missa.

IN FESTO S. Martini Ep. & Conf. 4.
A dupl. Missa propria, & com-
memoratio S. Menæ M. Inclinatur ca-
put ad nomen Martini in oratione,
& id post Graduale nominatum,
eos Bibr. Miss. de ritu celebr. tit. 5. p. 2.
M. dicta 18. Januar. vñ. 7. Cel-
param. alb. Oe-

5 Occurrente Festo S. Martini Ep. Conf. in Dominica vigesima secunda post Pentecosten, varianda est oratio secreta Dominicæ, cum sit similis secretæ orationi Missæ S. Martini: secundum Rubricam gen. Miss. tit. 7. n. 8. Jam vero in hoc casu poterit sumi oratio secreta Dominicæ vigesimæ tertiaræ post Pentecosten: ut docet Gavantus in Rubr. Miss. par. 1. tit. 7. n. 8. lit. q. & consensit Hippolytus Tonellius in Encyclopedie Cœlesti. Miss. 1745. & c. 1. n. 2. Quod etiam usq; Rubrica notatur, & habetur in Missa S. Martini in Missaliis, (ut hactenus observare licuit,) editionis Venetæ anni 1745. Unde non est sequendus La-Croix, qui lib. 6. pars 2. q. 64. §. 14. docuit, in prædicto casu variandam esse orationem secretam S. Martini, accipiendo ex communi de Sanctis. Profecto oratio, quæ variatur, adhibenda est pro Commemoratione, non autem pro eo, de quo legitur Missa: ut animadvertis Cavalerius comment. in Decr. S. C. R. 10. 1. in d. 19. n. 2. & 3. observans id aperite erui ex Rubr. Brev. de commemorationat. tit. 9. n. 8. ubi habentur hæc verba: *Si item occurrat, ut eadem sit Oratio Festi, de quo fit Officium, & ejus, de quo fit commemoratione, mutetur Oratio pro Commemoratione in aliam de communi.* Claret igitur, inquit Cavalerius, quod oratio, quæ mutatur, usurpari debet non pro eo, de quo fit Officium, sed pro eo, de quo fit Commemoratione. Id etiam eruit Caval. ex D. S. C. R. quod notavimus 9. hujus n. 5. Et vero opposita doctrina non est conformis naturæ rei; enim ve-

to, quando una ex duabus orationibus est varianda, eo quod sint similes, non potest id animadvertisi, nisi postquam lecta fuerit prior, quæ in casu prædicto est illa de Festo. Consentaneum ergo est, quod post quam animadvertisit similitudo posterioris cum priori, posterior varietur, non autem prior; Quæ ratio est Gavanti l. cit. & rursus ratio probabillor assignatur Caval. l. cit. nu. 6. nimirum quia, id quod habet Officium, primariam, & principalem sortitur considerationem; adeoque in ejusdem Officio addiberi debent ea, quo in Officio tales rationes, aut qualitatis instituta dici sunt; & variatio aliqua ob occurrentem ipseitam iudici debet; equum utique est, quod res variata deseriat pro eo, quod secundariam habet eo in Officio considerationem, adeoque pro eo, quod non Officium, sed solam habet commemorationem. Confer dicta 14. Januarii art. 1. n. 26. & videri etiam possunt dicta 10. Martii nu. 3. & 23. Julii n. 2.

Sed quid? si in eadem Missa S. Martini in eodem casu prædicto occurrat, dici etiam debere Collectam: *Deus Refugium nostrum: pro quacumque necessitate; cui adscripta est secreta similis secretæ orationi Missæ S. Martini?*

R. In hoc casu sumetur pro prædicta Collecta oratio secreta, quæ in Missali in orationibus ad diversa notatur pro quacumque Tribulatione nimirum *Suscipe Domine.* Ita etiam facienda variatio, si occurrat hodie Dominica XXII. post Pentec. ex Gav. in Rubr. Miss. part. 1. tit. 7. lit. q.

C A P U T X I I.

N O T A N D A X I I . N O V E M B R I S.

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I .

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canoniciis.

¶ N Calend. Rom. S. Martini P. & M. semid. leſt. 1. noct. de Script. occurrente 2. noct. prop. 3. noct. Si quis venit ad me, de communi unius M. 1. loco 8. R. Domine prævenisti. Vid. dicta 16. Januar. art. 1. n. 2. Or. Deus, qui nos, ut in communi unius Mart. 2. loco; reliqua ut in eodem communi.

In Calend. Rom. in 2. Vesp. 2 cap. de seq. Festo S. Didaci Confess. semid. ut in communi Confess.

non Pontif. or. prop. & commemor. præced.

Venetiis, & in utraque Sicilia Of- ficium S. Stanislai Kostka Conf. con- cessum est recitare Clero Sæculari, & Regulari ritu dupl. min. ut die sequenti videbimus.

A R T I C U L U S I I .

De Missa.

¶ N Festo S. Martini P. & M. se- 2 mid. Missa ut in proprio 2. or. A cunctis, 3. ad libit. Col. param. rub.



C A -

C A P U T X I I I .

N O T A N D A X I I I . N O V E M B R I S .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I I .

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De Indulgentiis.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canonicis.

¶ **N** Calend. Rom. S. Didaci Conf. & semid. lect. 1. noct. de Script. occur. 2. noct. propr. 3. noct. *Nolite timere puerilis grec*, ut in communione Conf. non P. 2. loco, reliqua ut in eodem communi, or. propr. 2. Vesp. de eodem festo. Cum Sanctus Didacus obierit die praecedenti, ideo in hymno: *Iste Confessor*: ad Matut. & 2. Vesp. mutandum esse tertium versum, dicendumque: *meruit supremos*: statuit Gavant. in Rubr. Brew. sect. 7. c. 13. sub hac die; quæ tamen rite corrigit Meratus ibi, animadvertis juxta Decretum S. C. R. 13. Junii 1682. mutatione non opus esse prædicta, cum in primis ejusdem Vesperis saltem a Capitulo factum fuerit de eo, dicendumque fuerit: *meruit beatas*. Vide dicenda 3. Decembr. nu. 3. Aliud quidem esset, si festum S. Didaci incideret in Dominicam, ideoque utpote semiduplex transferretur in diem decimam quartam. Similiter ubi die etiam praecedenti non factum fuerit de eo saltem a capitulo, puta ubi S. Martinus P. & M. habuerit 2. Vesperas integras.

2 **S**anctum Stanislaum Kostka Soc. TOM. IV.

Jesu Principaliorem Patronum Regni Poloniae, & Ducatus Lituaniæ constituit Clemens X. cum facultate Episcopis transferendi festum ad Dominicanam proximam post diem 13. Novembris, in Bulla 150. Ex injunctio, to. VII. Bullar. Rom. Quod confirmavit Benedictus XIII. in Canonizationis Bulla 126. *Dum Christi voce*, tom. XII. Bull. cit. & extat etiam to. I. Instit. Soc. pag. 195. edit. Pragen. 1757. ac refert Compend. privileg. V. Festivitas. §. 6. edit. ejusdem. Pro locis autem præfatis notanda est sequens declaratio S. C. R. *Festa Beatae Cunegundis*, ac Sancti Stanislai Kostka, quibus pro Regno Poloniae, Magno Ducatu, adnexisque Provinciis, Dominica post 24. Julii, & 13. Novembris respective assignata est, nos utique in subsequentem Dominicam transferenda, sed ipsi met diebus 24. Julii, & 13. Novembris respective sunt celebranda, quando ipsi dies præfati inciderint in Dominicam. S. R. C. 11. Maii 1743. in Polon. in opere Merati in 2. append. Decr. Brew. nu. 453. & confirmata fuit an. 1757. in altera Polonia tenoris sequentis: *Andreas Młodzicowicki Canonicus Ecclesiae Cathedralis Cracoviensis nomine totius Clerici Regni Poloniae, Sacrae Rituum Congregationi exposuit, alias Clero prefati*

O

fati

sati Regni; concessam ruisse facultatem
transferendi festa nonnullorum Sancto-
rum ad Dominica infra eorum Octa-
was. ob majorem Populi conuersum;
cum autem, ut saepe solet, aliquod
ex dictis festis idcirco die Dominicis,
quemadmodum hoc anno festum Sancti
Stanislai; Oratores eidem Sacra Con-
gregationi humillime supplicarunt pro
declaratione: An hoc casu festa San-
ctorum incidentia in diebus Dominicis,
celebrari debantur in iisdem diebus pro-
priis assignatis pro Ecclesia universalis;
sive transferri ad Dominicas respecti-
ve sequentes? Et Sacra Congregatio
respondit: Festa predicta celebranda
esse in diebus propriis, non autem in
Dominicis sequentibus in casu, de quo
agitur: O ita declaravit die 16. Ju-
nii 1757. Ex Regestis S. C. R. apud
Caval. to. 5. in Collect. recentior. De-
cretor. fine.

3 Deinde Clemens XIII. an. 1759.
8. Novembr. extendit Officium pro-
prium cum Missa S. Stanislai Kostkæ
jam approbata, sub ritu dupli minori
13. Novembr. ad Cletum Sz-
cukarem, & Regularem Regnorum
utriusque Siciliæ.

Item de S. Stanislao Kostka re-
citatut sub ritu dupli minori ab
universo Clero Civitatis, & Dioces-

sis Venetiarum tam Seculari, quam
Regulari utriusque sexus.

ARTICULUS II.

De Missa.

IN Festo S. Didaci Confess. semid. 4
Missa Justus. de communī Conf.
non Pontif. a. Joco. prima or., pro-
pr. a. or. A cunctis. 3. ad libitum.
Cok. param. alb.

In Festo Sancti Stanislai Kostkæ 5
Confess. duplex, Missa propr. col.
param. alb.

ARTICULUS III.

De Indulgentijs.

IN Commemoratione omnium San-
ctorum Ordinis S. Benedicti In-
dulgentiam plenariam in Ecclesiis
Monachorum, & Monialium ejus-
dem Ordinis. Clem. X. Constit. 89.
pag. 158. to. 7.

In Festo S. Didaci Ordinis San- 7
& Francisci Indulgentiam plenariam
in Ecclesiis Patrum Conventualium
ejusdem Ordinis. Clem. XII. Con-
stit. 104. pag. 351. to. 13. & Plaza-
za hoc.

CA.

C A P U T X I V .

N O T A N D A X I V . N O V E M B R I S .

A R T I C U L U S U N I C U S .

De Horis Canoniceis.

IN' Calend. Roman. Vesp. de se-
quenti Festo Sandæ Gertrudis

Virginis duplex, omnia de commu-
ni Virginum non Martyrum Orat.
propria .

C A P U T X V .

N O T A N D A X V . N O V E M B R I S .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I .

Art. I. *De Horis Canoniceis.*

Art. II. *De Missa.*

OFFICIUM S. Gertrudis Virginis
Abbatissæ Ordinis S. Benedicti. cum
lectionibus secundi nocturni, ac Ora-
tione propriis in Ecclesia universalis die
15. Novembris recitetur. sub ritu du-
plici minori, ac ejusdem Missæ respè-
ctive celebretur. Sacra Rituum Con-
gregatio 9. Maii 1739. approbante
Clemente XII. die 19. ejusdem men-
sis, & anni apud Merat. in Ga-
vant. scđt. 7. c. 13. ad hanc diem,
& in opere ejusdem Merat. in 2.
append. Decr. Miss. n. 835. & in 2.
append. ind. Decr. Brew. num. 399.
Itaque in Calend. Rom. S. Ger-

trudis Virg. dupl. lect. 1. noct. de.
Scriptura occurrente. 2: nocte propr.
3. nocte de communii Virg. 1. loco;
reliqua de eodem communii Virgin.
non Mart. orat. propr. 2. Vesp. de
eodem Feste.

A R T I C U L U S I I .

De Missa.

IN Festo S. Gertrudis Virg. dupl. 2
Missa Dilexisti. ut in communii
Virg. tantum, 1. loco. Or. propr.
col. param. alb.

C A P U T . X V I .

N O T A N D A XVI. N O V E M B R I S .

ARTICULUS UNICUS.

De Horis Canoniciis.

- 1 **N** Calend. Rom. Vesp. de sequ.
a Festo S. Gregorii Thaumaturgi
Episc. Conf. sermid. ut in communi
Conf. Pontif. Or. Da quæsumus. ut
in eodem communi 1. loco.
- 2 **C**um apud Camaldulenses Montis Co-
ronæ celebretur die 16. Novembris Of-
ficiū SS. Martyrum Joannis, & Be-
nedicti Eremitarum dictæ Congregatio-
nis, jam a Sancta Sede specialiter
eis indulsum sub rite duplice 2. clas-
sis; & cum die sequenti babeatur Of-
ficiū S. Gertrudis Virginis jam con-
cessum post annos pariter sub rite du-
plici 2. classis pro omnibus sub regula
S. P. Benedicti militantibus; dubita-
tur, utrum stante Rubrica XI. num. 2.
in fine de concurrentia, sit præponen-
dum cum secundis Vesperis integris Of-
ficiū dictorum SS. Martyrum; utpote
celebrandum tantum in dicta Congrega-

tione Camaldulensi, Officio S. Gertrudis Virginis; quod celebratur generali-
ter in tota Religione Benedictina? Et
responsum fuit: esse præponendum cum
secundis Vesperis integris Officium SS.
Martyrum Officio S. Gertrudis. Sacra
Rituum Congreg. 19. Januar. 1743.
in una Congreg. Camaldul. Montis
Coronæ apud Cavalerium to. 2. in
append. ad cap. 28. decr. 1. Officio
Laudatorum Sanctorum Martyrum
conceduntur integræ secundæ Vespe-
ræ, non obstante æqualitate ritus
in concursu: quia celebratur eorum-
dem Festum apud præfatos Camal-
dulenses cum pompa solemniori, præ
Festo Sanctæ Gertrudis. Vide dicta
14. Januar. art. 1. num. 20. & die
26. Maji art. 1. n. 2. dic etiam;
quia Festum Calendarii particularis
præfertur Festo Calendarii Univer-
salis in paritate ritus ex Decr. Sa-
crae Congr. Rituum 12. Julii 1704.
& 23. Junii 1736. recitandis infra
die 4. Decemb. n. 2.

C.A.

C A P U T XVII.

N O T A N D A XVII. N O V E M B R I S.

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S II.

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I.

De Horis Canonicis.

I **T** **N** Calend. Roman. Sancti Gregorii Thaumaturgi Episc. & Conf. semid. lect. 1. noct. de Script. occurrent. 2. & 3. noct. propr. præter tertiam secundi nocturni, quæ est de communi Confess. Pontif. 2. loco. Orat. *Da quæsumus.* ut in dicto communi Confess. Pontif. 1. loco ; reliqua de eodem comamuni. Vesp. de sequenti Festo Dedicationis Basilarum SS. Apostolorum Petri, & Pauli, duplex minus ut in communi Dedicationis Ecclesie, & Commemor. præced.

Ubi autem Festum S. Gregorii habet rit. dupl. min. a capit. fiat de sequ. Vid. Caval. comment. in De-

cret. Sac. Cong. R. to. 1. c. 1. in
decr. 18. n. 14.

Occurrente Dedicatione Basilicae SS. Salvatoris, vel Sanctorum Petri, & Pauli Apostolorum, infra Octauam Dedicationis aliarum Ecclesiarum, pro earum Octaua debet sumi alia Oratio de communi, nempe : Deus qui invisiibiliter. S.R.C. 25. Septembr. 1706. in uno Uerbis, & Orbis. apud Caval. to. 1. c. 1. d. 19. Vid. dicta 9. hujus n. 5.

A R T I C U L U S II.

De Missa.

T **N** Festo S. Gregorii Thaumaturgi 3 Ep. & Conf. semid. Missa ut in propr. 2. or. *A cunctis.* 3. ad libit. Col. param. alb.

CA.

C A P U T X V I I .

N O T A N D A X V I I . N O V E M B R I S .

E X P L I G A N T U R A R T I C U L I S I I .

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canoniciis.

I N Calend. Rom. Dedic. Basilica-
rum SS. Ap. Petri, & Pauli:
dupl. min. Lec̄iones omnes ut in
propria reliqua de communi Dedic.
Eccl. In 2. Vesp. a. capit. de se-
quenti Festo S. Elisabeth. Vid. du-
pl. ut in communi non Virg. nec
M. or. prop. & Commemor. prae-
ced. ac S. Pontiani P. & M. or.

Infirmitatem de communi un. M. P.

1. loco.

A R T I C U L U S I I .

De Missa,

I N Festo Dedic. Basil. SS. Apost. 2
A. Petri, & Pauli dupl. min. Mis-
sa: ut in communi Dedic. Eccl. Cre-
do. Rubr. gen. Miss. tit. II. Col.
param. alb.

C A P U T X I X .

N O T A N D A X I X . N O V E M B R I S .

E X P L I G A N T U R A R T I C U L I S I I I .

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De Indulgentiis.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canoniciis.

I N Calend. Roman. S. Elisabeth.
Reg. Hungar. Vid. dupl. lect. 1.
noct. de Script. occur. 2. noct. pro-
pr. 3. noct. *Tbesauro de communi*
nec Virg. nec M. reliqua de eodem
communi, or. prop. 9. lect. & com-
memoratio S. Pontiani P. & M.

Or. *Infirmitatem*, de communi un.
M. P. 1. loco. Ubi de S. Pontiano
P. & M. recitatur Officium integrum,
debet dici octavum R. *Domine pre-
venisti*. Rubrica Breviarii ob.ratio-
nem explicatam 16. Januar. art. 1.
num. 2.

In 2. Vesp. a capit. de sequ. Fe-
sto S. Felicis de Valois Conf. dupl.
ut in communi Conf. non Pont. In
hymno *Iste Confessor*, dic. *meruit su-
pre-*

Cap. XIX. Notanda XIX. Novembris.

*premos. Or. propria, & Commemor.
præced.*

2. *Dies Octava cùjuslibet festi: quia non transfertur, excludit, & transferri facit quodlibet festum duplex, siue majus sive minus; solisque cedit festis solemnibus prima, vel secundæ classis, nisi sit Octava privilegiata; qualis est Octava Epiphaniae, de qua in Rubricis generalibus; bñs apud Franciscanos, ubi Festum S. Elisabeth Reginæ Hungariae celebratur. cum Octava: Festum Beatæ Delphinæ occurrens in die Octava, licet sit duplex minus, transferri debet in primam diem non impeditam. S. R. C. J. Martii 1681. apud. Cavaler. to. 2. c. 18. d. 4.*

ARTICULUS II.

De Missa.

TN Festo S. Elisabeth Vid. dupl. 3 Missa Cognovi ut in communi nec Virg. nec M. or. propri. & Commemor. S. Pontiani P. & M. or. Infirmitatem, ut in Missa Statuit. de communij un. M. P. i. loco. Col. param. alb.

ARTICULUS III.

De Indulgentiis.

TN Festo S. Elisabeth Reginæ Hungariae, Ind. plen. in Ecclesiis Fratrum, & Sororum Tertiæ Ordinis S. Francisci. Clem. XI. Constit. 30. Injunctione Nobis. 23. Maii 1707. I. par. Bullar. sui.

C A P U T XX.

NOTANDA XX. NOVEMBERIS.

EXPLICANTUR ARTICULIS III.

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De Indulgentiis.*

ARTICULUS I.

De Horis Canonicis.

I **T**N Calend. Rom. S. Felicis de Valois Conf. dupl. lect. 1. noct. de Script. occur. 2. noct. propri. 3. noct. *Nolite timere puerilis grex, ut in communi Conf. non P. 2. loco. Or. propri. reliqua ut in eodem communi. In hymno *Iste Confessor dic. meruit supremos. Vesp. de sequ. Festo Præsentationis B. M. V. dupl. maj. ut**

in Offic. parvo B. V. & propri. ac Commemoratio præcedentis. In fine hymni Complet. Jesu tibi.... Qui natus.

ARTICULUS II.

De Missa.

TN Festo S. Felicis de Valois Conf. 2 dupl. Missa *Justus*, ut in communi Conf. non Pontif. 2. loco, Or. propri. Col. param. alb.

A R.

A R T I C U L U S III.

De Indulgentiis

3 IN Festo S. Felicis de Valois, qui
fuit unus ex Fundatoribus Ordini-

nis SS. Trinitatis Redemptionis Cap-
tivorum: Ind. plen. in Ecclesiis Pa-
trum, etiam Discalceatorum, &
Modialium ejusdem Ordinis. Clem.
X. *Constit.* 43. pag. 77. to. 7. *Bull.*
& *Plaz.* hod.

C A P U T X X I.

N O T A N D A X X I. N O V E M B R I S.

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S IV.

Art. I. *De Institutione, & Observantia Festi Præsentationis B. M. V.*

Art. II. *De Horis Canonicis.*

Art. III. *De Missa.*

Art. IV. *De Indulgentiis.*

A R T I C U L U S I.

*De Institutione, & Observantia Festi
Præsentationis B. M. V.*

1 *ESTUM Præsentationis B. M. V.*
Et non est ex precepto universalis
servandum in foro, sed ex devotione
propositum: ut notat Suarez de
Relig. 10. 1. *tr.* 2. *lib.* 2. c. 8. n. 11.
Azor. Instit. Moral. par. 2. *l.* 1. c. 22.
quest. 2. *fine;* & constat, quia nul-
lo communī jure præcipitur, aut con-
suetudine universalis. Colligitur etiam
ex *Constit. Urbani VIII. de celebr.*
Festor. incip. Universa, an. 1642. in
qua recensentur omnia, & singula
Festa sub gravi obligatione in foro
universaliter colenda, nulla tamen
præsentis Festi mentio fit.

2 *Hæc vero Festivitas B. V. anti-
quissima est in utraque Ecclesia La-
tina, & Græca: ut videre est apud*
Azor. l. cit. qu. 9. & Bened. XIV.

de fest. B. V. c. 14. In particulari-
bus locis primo celebrari coepit,
deinde per universam extendit Ec-
clesiam Sixtus V. anno 1585. ut re-
fert Suarez 10. 2. in 3. par. *disp.* 22.
sext. 1. *versus finem,* & *Bened. XIV.*
l. cit. versus fin. Venerando autem
recolimus in hac Festivitate Sacram
illam obligationem, qua & Beatissi-
ma Virgo seipsum, & Parentes ejus
illam Domino obtulerunt in Tem-
plo, anno tertio ætatis ejus: uti ha-
betur ex traditione Ecclesiastica; Vid.
Azor. l. cit. qu. 1. & 2.

Nota hic: apud Nonnulos vete-
res Scriptores Ecclesiasticos, nomine
Solemnitatis Præsentationis, aliquando
venire Festum Purificationis B. V.
die 2. Februarii celebratum, quando
filium suum præsentavit in Tem-
plo: ut animadvertisit Baronius in
not. *Martyrolog.* sub hac die.

A R.

ARTICULUS II.

De Horis Canonicis.

4 **U**nus Clerici Officium duplex die 21. Noverab. facerent de Præsentatione B. V. sub præcepto constituit Sixtus V. & sub ritu duplī majori ex Clemente VIII. apud Caval. 20. 2. c. 18. in d. 5. n. 2. fine, & Gavant. ad hanc diem. Itaque in Calend. Rom. Præsentation. B. V. dupl. maj. ex Breu. in tabell. excerpt. ex rubr. gener. Lect. 2. noct. & orat. prop. reliqua ut in Festo ad Nives 5. Aug. & ut in Offic. parvo ejusdem B. V. Ad R. VII. ubi in Festo ad Nives dicitur: *Tuam sanctam Festivitatem*; hodie dicatur: *Tuam sanctam Præsentationem*. In fine hymnor. Jesu tibi Qui natus. In R. br. ad Primam: *Qui natus es.* 2. Vesp. de eodem Festo ut in 1. Vesp. & fit Commemoratio sequentis Festi S. Cæciliæ V. & M. dupl. Antiph. & Or. propri. V. ad communii V.

5 Ubi autem Festum S. Cæciliæ habeat ritum dupl. 1. vel. 2. cl. ibi Vesp. erunt de sequenti ejusdem Festo. Or. & Antiphona omnes propriæ, reliqua de communii Virg.

Littere plerique tradant Beatisissimam Virginem fuisse præsentatam in Templo hodierna die 24. Novembris: nihilominus ubi hoc Festum accidat transferri, non sunt omitenda in Collecta verba illa: *Hodierna die*: Vide dicta 17. Septembr. n. 6.

6 Officium Præsentationis est duplex secundæ classis cum Octava pro Dominio Veneto; & quidem in eodem Dominio Octavam prædictam celebrare, etiam Regularibus expresse

TOM. IV.

fuisse concessum anno 1736. notat Caval. 20. 1. c. 3. in decr. 9. n. 6. Porro minime licet Regularibus celebrare Octavas Festorum, quæ a Clero Seculari in loco, in quo degunt, celebrentur ex particulari Indulto, vel legitima consuetudine; nisi id ipsis Regularibus permisum fuerit ex vi concessionis Apostolicæ, vel Constitutionis Religionis ab Apostolica Sede approbatæ. Vid. Caval. in cit. d. 9. n. 10. & dicenda in Appendice ad calcem Diarii c. 7. de SS. Patronis art. 5. n. 19.

Quæstum fuit: quando dies Octava 7. Sancti proprii cadit in Festum Præsentationis B. Mariae, utrum transferendum sit Officium B. Mariae, vel solum fieri beat Commemoratio dies Octavae Sancti proprii, ut in simili casu refert Gavantus fieri Regis dei Sancto Prospero, cuius dies Octavia est Festum Visitacionis B. Mariae? Et responsum fuit, transferendum esse Festum Præsentationis, juxta Rubricam, x. de Transl. Fest. num. 2. & in Tabella de occurrentia, pro ut monet Gavantus fest. 3. cap. 12. num. 20. ibi enim aliter decrevit, & specialiter indulxit Sacra Congregatio in gratiam Festi Visitationis B. M. V. quod ibidem colitur de præcepto; Unde cum privilegium sit locale, non potest extendi de loco ad locum; ex Decreto Sacrae Congregationis in principio Missalis Romani impresso. S. R. C. 10. Januar. 1693. in una Galliar. apud Caval. tom. 2. c. 18. d. 5. Vide dicta 2. Julii art. 2. n. 5. & dicenda in Appendice ad calcem Diarii c. 7. n. 28.

P

AR.

ARTICULUS III.

De Missa.

IN Festo Præsentationis B. M. V. dupl. maj. Missa ut in Votiv. a Pentec. ad Advent. Orat. propr. Credo. Rubr. gen. Miss. tit. II. Præfat. de B. V. V. & te in Præsentatione. Col. param. alb.

ARTICULUS IV.

De Indulgentiis.

N Festo Præsentationis B. M. V. Ind. plen. in Ecclesiis Patrum, Carmelitarum. Clem. X. Confit. 131. §. 8. pag. 200. tomii 7. apud Plaz. hic.

C A P U T XXII.

NOTANDA XXII. NOVEMBERIS.

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*Art. II. *De Missa.*

ARTICULUS I.

De Horis Canoniciis.

IN Calend. Rom. S. Cæciliæ V. & M. dupl. ut in propr. & communi V. & M. In 2. Vesp. fit Commemor. sequentis Festi S. Clementis P. & M. semid. Antiph. ad Magnif. & Or. propr. ac Commemoratio S. Felicitatis M. ut in communi Sanctæ Martyris tantum. Or. propr.

Ubi autem Festum S. Clementis habet ritum altiorem ita, ut ei competant primæ Vesperæ integræ; ibi Antiphonæ Psalmorum propriæ ut in

Laudib. item Antiphona ad Magnifi & Or. propr. reliqua de communi un. M.

ARTICULUS II.

De Missa.

IN Festo S. Cæciliæ V. & M. du- pl. Missa ut in propr. In Canone in Oratione Nobis quoque peccato-ribus, ad nomen Cæciliæ inclinetur caput, & ubi alias nominetur, ex Rubr. Miss. de rit. celebr. tit. 5. n. 2. vide dicta 18. Januar. art. 2. n. 7. Col. param. rub.

C.A.

C A P U T X X I I .

N O T A N D A X X I I . N O V E M B R I S .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I .

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canonicis.

- 1 **T**N Calend. Rom. S. Clement. P. & M. semid. omnia ut in propr. & communi unius M. nona Lect. & Commem. S. Felicitatis M. ut in communi S. M. tantum. Or. propr. Vesp. de sequi. Festo S. Ioannis a Cruce Conf. dupl. ut in communi Confess. non Pontif. Or. propri. in hym. *Ite Confessor.* mutatur tertius versus, & fit Commemor. præced. Antiphona & Or. propr. ac S. Chrysogoni M. Or. propr.

A R T I C U L U S I I .

De Missa.

- 2 **T**N Festo S. Clementis P. & M. semid. Missa propr. & fit Commemor. S. Felicitatis, ut ibi. 3. Or. *A cunctis.* Col. param. rub.

In Missa S. Clementis in Canone in oratione: *Communicantes:* inclinetur caput ad ejus nomen ibi recitatum, similiter & in Epistola, in qua nominatur, & ubi alias invocatur, ex Rubr. Miss. de rite celebr. tit. 5. n. 2. Vide dicta 16. Januar. art. 2. n. 7.

Qu. Utrum nomine Felicitatis posito in Canone in Oratione: *Nobis quoque peccataribus:* veniat S. Felicitas Mater septem filiorum de qua hodie Commemoratio habetur, vel altera S. Felicitas, de qua Commemoratio fit una cum S. Perpetua die 7. Martii? Si enim S. Felicitas quae in Canone prædicto loco nominatur est hæc de qua hodie Commemoratio habetur; ad ejus nominis invocationem caput est ibi inclinandum conformiter ad citatam Rubricam.

R. Ex probabili non esse ho diernam, de qua fit mentio in Canone. V. dicta die 7. Martii n. 5.

G A L P U T X X I V

N O T A N D A X X I V . N O V E M B R I S .

II EXPLICANTUR ARTICULIS II, &c.

Art. I. De Horis Canonicis.

Art. II. De Missa.

A R T I C U L U S . I.

De Horis Canonicis.


TN Calend. Rom. S. Joannis a Cruce Conf. semid. de præc. ex dicer. S. C. R. 20. Septembr. 1738. approbante Clemente XII. 5. Octobr. ejusdem anni sed dupl. de præc. ex Clemente XIV, 9. Decembris 1769. lect. 1. noct. de Script. occur. 2. noct. & Or. propr. 3. noct. de communii Conf. non Pontif. i. loco. Nonna lectio, & Commemoratio S. Chrysogoni M. cuius Or. propr. reliqua ut in Comm. Conf. non Pontif. in hymno: *Iste Confessor: mutatur tertius versus.* In 2. Vesp. a cap. de sequ. Ecco S. Catharinæ. V. & M.

dupl. de communii V. & M. & Commemor. præced.

A R T I C U L U S . I I .

De Missa.

TN Festo S. Jo. a Cruce Conf. du pl. Missa: *O; Justi,* ut in Communii Conf. non Pontif. i. loco. Or. propr. & Commemor. S. Chrysogoni M. ut in propr. Col. param. alb. In Canone in Oratione Communi cantes, inclinetur caput ad nomen Chrysogoni, ibi nominatum, & similiter ubi alias recitetur in Missa, ibi qua fit de eo Commemoratio, ex Rubr. Miss. de rit. celeb. rit. 5. n. 2. vide dicta 18. Januar. art. 2. n. 7.



CA-

C A P U T XXXV.

N O T A N D A X X V . N O V E M B R I S .

EXPLICANTUR ARTICULIS III.

Art. I. An Festum S. Catharina Virginis & Martyris sit in foro colendum ex præcepto?

Art. II. De Horis Canoniciis.

Art. III. De Missa.

A R T I C U L U S I .

*An Festum S. Catharinae V. & M.
sit in foro colendum ex præcepto?*

¶ PSI in Concilio Oxoniensi in Anglia celebrato ann. 1222. observari mandetur S. Catharinæ V. & M. Festum: illa tamen lex privata fuit illius Diœcesis, vel Provincie; ut notat Suarez de Relig. t. 1. tr. 2. l. 2. c. 9. n. 23. Atque adeo nulla est obligatio universalis colendi ex præcepto diem S. Catharinæ V. & M. facrum; Vid. Azor. Instit. moral. part. 2. l. 1. c. 25. quæst. 8. & colligitur etiam ex Constit. Urbanus VIII. incipiente: Universa an. 1642. in qua recitantur omnia Festa ex obligatione universalis servanda, hujus tamen Festi nulla fit mentio.

A R T I C U L U S II .

De Horis Canoniciis.

¶N Calend. Rom. S. Catharinæ V. 2. & M. dupl. lect. 1. noct. de Script. occur. 2. noct. propr. 3. noct. de continuo Virg. 1. loco: reliqua de eodem comm. V. & M. Or. propr. In 2. Vesp. Commemor. sequ. Festi S. Petri Alexand. Ep. M. Simpl. Or. Infirmitatem, de comm. un. M. P. 1. loco.

In Statu Ecclesiastico in 2. Vesp. 3. a cap. de sequ. Festo S. Silvestri Ab. dupl. de comm. Conf. non. P. Or. Intercessio de communii Ab. comm. præced. & simplic.

A R T I C U L U S III .

De Missa.

¶N Festo S. Catharinæ V. & M. 4. dupl. Missa Loquebar, ut incom- muni V. & M. 1. loco. Or. propr. Col. param. rub.

CA.

C A P U T X X V I .

N O T A N D A X X V I . N O V E M B R I S .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I .

A r t . I . *D e H o r i s C a n o n i c i s .*A r t . I I . *D e M i s s a .*

A R T I C U L U S I .

D e H o r i s C a n o n i c i s .

- 1^o N Calend. Rom. S. Petri Alexandrini Ep. & M. simpl. noct. Fer. 1. & 2. lect. de Script. occur. 3. lect. prop. Or. *Infirmitatem*, de com. un. M. P. r. loco ; reliqua de eodem com.
- 2^o In Statu Ecclesiastico hodie recitatur de S. Silvestro Ab. ab utroque Clero : ex Clemente XI V. II. Maii 1770. rit. dupl. lect. r. noct. de Script. occur. 2. noct. prop. 3. noct. & Or. de communi Abbatum reliqua de

communi Conf. non Pontif. 9. lec^t. Simplicis, & ejusdem com. in laudibus.

A R T I C U L U S I I .

D e M i s s a .

N Fesso S. Petri Alex. Ep. & M. 3. simpl. Missa Statuit . ut in commun. unius M. P. 1. loco . 2. or. A cunctis . 3. ad libitum . Col. param. rub.

In Statu Ecclesiastico Missa de S. Silvestro Ab. dupl. de communi Ab. & com. simplicis . Col. param. alb.

C A P U T X X V I I .

N O T A N D A X X V I I . N O V E M B R I S .

A R T I C U L U S U N I C U S .

D e H o r i s C a n o n i c i s .

- 1^o 2. noct. de die Oct. occur. in Festum Præsentationis B. M. V. celebrator cum Octavg. si hodie fuerit Sabbatum ante Dom. I. Ad-

ventus, vid. dicenda tr. 2. f. 1. par. 1. c. 2. n. 12. ubi de die Oct. occur. in Dom. privil. & dicenda in Sab. post Dom. 28. Pentec. seu in Sab. ante Dom. I. Advent. scđt. I. num. 4.

CA-

C A P U T . X X V I I I .

N O T A N D A X X V I I I . N O V E M B R I S .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S . I I .

A r t . I . *De Horis Canonicis.*

A r t . II . *De Missa.*

A R T I C U L U S . I .

De Horis Canonicis.

de prædicta die Octava . Vid. dicenda n. 20. l. 1. par. 1. c. 2. n. 12. & die 8. Decembris n. 17. & 18. & die 15. ejusdem n. 3.

A R T I C U L U S . I I .

De Missa.

Si hodie fuerit Sabbathum , dicitur 4
Missa de Vigilia S. Andreas 2.
or. de B. V. 3. Ecclesia vel pro Papa .
Missa propr. ut in Missali , præter-
missa Commemoratione S. Saturnini
M. Rubr. Miss. 29. Nov. Ubi no-
minatur S. Andreas inclinetur ca-
put , secundum dicenda die sequenti
n. 9. Col. param. violac.

Si hodie sit Dom. 1. Adventus , 5
ubi Festum Præsentationis B. M. V. ce-
lebratur cum Octava , hujusmodi ho-
dierna die Octava Missa erit de Do-
minica in Paramentis Violaceis , cum
Commemoratione diei Octavæ , &
Præfatio dicitur de B. V. ut in Festo .
Confer dicenda n. 5. Decembris art. 2.
num. 7.

C A .

C A P U T X X I X.

N O T A N D A X X I X . N O V E M B R I S .

EXPLICANTUR ARTICULIS III.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*Art. II. *De Missa.*Art. III. *De Jejunio.*

ARTICULUS I.

De Horis Canoniciis.

- 1** IN Calend. Rom. de Vigilia S. Andreæ Ap. simpl. Noctur. fer. tres lect. propr. cum resp. de fer. occurrit & or. propr. Commemor. S. Saturnini M. or. propr. Vesp. de sequenti Festo S. Andreæ Ap. dupl. 2. clas. ut in propr.
- 2** Si hodie sit Dominica, de Vigilia fieri debuit Officium in Sabbato praecedenti, ut dictum est heri; Commemoratio autem S. Saturnini fit hodie. Rubr. Brev. hic & Rubr. gen. Brev. tit. 10. n. 9. Et in hoc casu Vesp. erunt de sequenti Festo S. Andreæ Ap. & fiet Commemoratio praecedentis Dominicæ 1. Adventus.
- 3** Si Festum S. Andreæ venerit in Dom. 1. Adventus, & non sequenter hodie sit Sabbathum, Festum seu Officium Festi Sancti Andreæ transferendum erit in feriam secundam sequentem, si non fuerit impedita, ut dicimus sequenti die; Officium vero Vigiliæ aut ejus Commemoratio fit hodie; etiamsi feria secunda non sit faciendum alicubi de S. Andreæ, quia forte illa dies sit impedita Festo novem lectionum. In Vesp. autem hujus Sabbati nihil fit de sequenti Festo Sancti Andreæ quia crastina die

nihil de eo faciendum erit in dicto casu.

Si Vigilia S. Andreæ venerit in 4 Adventu, in Officio nihil fit de Vigilia, quia Vigilia cedit feriae Adventus digniori. Rubr. gen. Brev. tit. 6. n. 2. fit igitur Officium de feria Adv. cum Commem. S. Saturnini tantum. Vesp. de sequ. Festo S. Andreæ cum Commem. fer. Adv. Quod si fiat Officium de Festo novem Lectionum, in eo fiet Commem. fer, Adv. & (si Officium non sit 1. cl.) S. Saturnini tantum. Vesperæ juxta Rubr. gen. de concur. de Festo, & commem. fer. Advent. Si sit extra Adventum, & fiat de Festo novem lectionum admittente Commemoracionem Festi Simplicis, & Vigiliæ; nona lectio erit de Vigiliæ & in laudib. fiet Commemor. ejusdem & deinde S. Saturnini.

Officia semel in mense, vel hebdomada recitari concessa, prohibentur in Vigiliis sive cum jejunio, sive sine jejunio: ex Decr. Sacr. Congreg. Rituum. Vide dicta 1. 2. par. 1. cap. 2. num. 3.

AR-

A R T I C U L U S II.

De Missa.

- 7 **V**igilia S. Andreæ Simpl. Missa propr. & Commemoratio S. Saturnini M. ut ibi. Col. param. violac.
- 8 In Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis, occurrente Festo duplici, aut Semiduplici, aut Octava in Vigiliis, dicuntur duæ Missæ Conventuales: pro quibus videri debent dicenda tr. 2. lib. 4. part. 1. cap. 4. qu. 1. & duabus sequentib. & vide, ri etiam possunt dicta hoc tr. 1. l. 1. c. 2. de celebr. Miss. quotid. qu. 6. & sequentibus interrogat. Nomine Octavæ vero intelligitur solum ipsa dies Octava, non item quælibet dies infra Octavam. Vide dicta 27. Junii art. 1. n. 6.
- 9 In Missa de Vigilia S. Andreæ, aut in qua fiat de ea Commemoratio, inclinetur caput ad nomen S. Andreæ in oratione: *Communicantes*: & in Oratione: *Libera nos*: quæ recitatur post *Pater Noster*. Similiter in Introitu Missæ Vigiliæ prædictæ, & in Evangelio, & ubicumque nominetur in Missa: ex Rubr. Miss. de ris. celebri. tis. 5. n. 2. Vide dicta 18. Januar. art. 2. n. 7. & dicenda 20. Decemb. n. 5.
- 10 Si Vigilia S. Andreæ venerit in Adventu, licet nihil de ea factum sit in Officio, secundum dicta art. præc. nihilominus Missa dicitur de Vigilia, & fit Commemoratio feriæ Adventus 2. loco: deinde tertio loco S. Saturnini M. (Vide dicenda tr. 2. lib. 1. par. 1. c. 3. n. 7. fine.) Quibus additur 4. *Fidelium* si incidat in feriam secundam (vide dicta

TOM. IV.

l. 2. in fer. 2. n. 1. & Caval. locis ibi cit.) & quinta oratio de B. V. juxta Rubr. gener. Gavant. in Rubr. Brew. sed. 7. c. 2. ad diem 29. Novemb. Si vero fiat de Festo novena lectionum, & dicatur Missa de Festo, 2. Or. erit de feria Adv. occur. 3. Vigiliæ (confer dicenda tr. 2. cit. c. 3. n. 8.) 4. S. Saturnini. Autem legendum sit Ev. Vigiliæ in fine Missæ? Vid. tr. 2. cit. cap. 3. n. 3.

Si tamen sit extra Adv. & recitetur de Festo novem Lectionum admittente Commemorationem Festi simplicis, & Vigiliæ, & legatur Missa de Festo, cuius recitatur Officium; dicetur 2. Or. Vigiliæ, 3. Or. S. Saturnini, & in fine Missæ legetur Ev. Vigiliæ.

Si hodie fuerit Dominica, Missa de Vigilia dici debuit in Sab. præcedenti; ut heri notavimus; Commemoratio autem S. Saturnini fit hodie.

Si hodie fuerit Sabbatum, fit utique de Vigilia S. Andreæ cum Commemoratione S. Saturnini 2. loco, & 3. Or. de B. V. licet Festum seu Missa Festi S. Andreæ erit transferenda a sequenti Dom. 1. Advent. Rubr. Mis. bic.

A R T I C U L U S III.

De Jejunio.

Vigilia S. Andreæ Ap. est jejunium ex gravi precepto obligante universaliter. Vide dicta 23. Febr. art. 3. sed. 1.

Leander a SS. Sacr. part. 3. in quinque præc. Eccl. tr. 5. disput. 10. quest. 41. refert, quod in Regno Navarræ, in Civitate Pampilonensi,

Q

in

in qua Festum S. Saturnini Patroni illius Civitatis solemnissime celebratur; jejunium hujus Vigiliae transfertur in diem antecedentem. Eadem ex causa anticipari Tolose, refert Caval.

comment. in Decr. S. C. R. tom. 2. c. 15; in d. 15, n. 18. Pro hujusmodi jejunii videri possunt dicta 23. Julii art. 3. & ditenda in Appendice ad calcem Diarri c. 7. art. 3.

C A P U T XXX.

N O T A N D A X X X . N O V E M B R I S .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I I .

Art. I. De Observantia Festi S. Andreae Apost.

Art. II. De Horis Canonicis.

Art. III. De Missa.

A R T I C U L U S I .

De observantia Festi S. Andreae Apost.

1 FESTUM S. Andreæ Ap. ex præcepto universali servandum in foro: constat ex Constit. Urbani VIII. incip. *Universa*, quam allegavimus die 1. Januar. n. 1. in ea describuntur Festa universaliter in foro ex obligatione gravi servanda, & inter ea ponitur Festum S. Andreæ Ap. Vide etiam dicta 24. Febr. n. 1. & 2.

A R T I C U L U S I I .

De Horis Canonicis.

2 IN Calend. Rom. S. Andreæ Ap. dupl. 2. cl. Rubr. gen. Brev. tit. 9. n. 6. & in duab. tabell. excerp. ex Rubr. gen. Brev. Offic. ut in propr. & fit Commemoratio feriae Adv. si veniat in Adventu. 2. Vesp. de eodem Festo ut in propr. & fit Commem. feiae, si venerit in Adv.

Si Festum S. Andreæ incidat in 3 Dom. 1. Adv. transfertur in feriam secundam sequentem; (nisi sit impedita Festo novem lectionum: Vide dicenda sequenti die n. 3.) & in hoc casu hodie Vesp. de sequenti Festo S. Andreæ & Commemoratio præcedentis Dominicæ 1. Advent.

Quæ hodie leguntur in Breviario 4 Romano de Passione S. Andreæ Ap. excerpta sunt ex libro Passionis ejus quod scripsierunt ipsius Discipuli, qui interfuerunt: ut in tertia lect. 2. noct. asservitur, & testatur etiam Bellarm. to. 2. d. Controv. controv. 3. de Sacr. Euch. lib. 2. c. 1. ubi illum librum legitimum esse, satis constare probat.


A R T I C U L U S I I I .

De Missa.

IN Festo S. Andreæ Ap. dupl. 2. cl. 5 Missa propr. Si venerit in Adv. fit. Commemor. fer. Credo . Rubr. gen.

Cap. XXX. Notanda XXX. Novembris. 123

gen. Miss. tit. 11; Præf. Apostol. Post. fier, & ubi alias in Missa nomine
Epistolam ad V. Dilexit Andream, & in Evangelio, & in Oratione:
Communicantes; & in oratione: Li- tur S. Andreas, inclinetur caput ex
bera nos, quæ dicitur post Pater No- Rubr. Miss. de rit. celebr. tit. 5. n. 2.
Col. param. rub.



SAK

Q. 2

NO

NOTANDA MENSE DECEMBRI.

P A R S I.

NOTANDA MENSE DECEMBRI IN GENERE.

EXPLICANTUR §. §. III.

§. I. De numero Dierum.

§. II. De Reservatione Beneficiorum, & Alternativa.

§. III. De Horis Canonicas.

§. I.

De numero Dierum.

DECEMBER habet dies triginta super unum. Vide dicta parte 1. bujus lib. 3. c. 1. Aliquando a Veteribus hic mensis vocatur mensis decimus; rationem reddidimus in Septemb. pars. 1. sect. 5. subf. 5. n. 45.

§. II.

De Reservatione Beneficiorum, & Alternativa.

In Reservatione Beneficiorum ex Reg. Cancell. December est mensis Episcopalis, & similiter in Alternativa. Vide dicta pars 3. bujus lib. 3. c. 6.

§. III,

De Horis Canonicas.

IICIT S. C. R. 1680. 7. Decemb. 3 & 1697. 27. April. declaravit, Officia Sanctorum, quæ de mense Decembri aliquando supersunt, transferri posse, & fieri in prima die non impedita anni sequentis, apud Caval. to. 1. c. 6. decr. 1. hujusmodi vero declarationi derogatum est per alia posteriora Decreta, quæ nos dabimus, & expomemus tamquam opportuniore loco in Appendix ad calcem Diarii c. 1. §. 1. In casu igitur quo alicubi nonnulla Sanctorum Officia supersunt de mensa Decembri, quibus infra annua non fuerit locus: quid fieri debeat? Videntur sunt quæ ibi notabimus.

P A R S

P A R S I I.
M E N S I S D E C E M B R I S.
NOTANDA SINGULIS SIGILLATIM DIEBUS.

C A P U T I.

N O T A N D A I . D E C E M B R I S.

ARTICULUS UNICUS.

De Horis Canoniceis.

- 1 N Cal. Rom. Offic. de fer. occur.
I Vesp̄æ de sequenti Festo S. Bibiana V. & M. semid. ut in communi V. & M. propr. & si venerit in Adventu , fit commemoratio feria.
- 2 Si hodie sit Sabbatum ante Dom. i. Advent. quid animadvertisendum pro S. Bibiana ? Vide sequenti die art. i. n. 2.
- 3 Si Festum S. Andreae Ap. venerit in Dom. i. Adv. hodie fit de eo : nisi fuerit dies impedita Festo novem lectionum ; & nota hic : quod Officia translata, que tamen sint ejus-

dem ritus , & dignitatis , reponuntur juxta ordinem translationis , ut scilicet prius celebretur Officium ab ante translatum ; deinde fiat de alio secundo loco translato : & sic successere . Ab hac tamen regula excipitur semiduplex occurrentis in Festo babente Octavam , vel in Dominica infra Octavam , vel in Festo duplice infra Octavam : quod semiduplex in praefatis tribus casibus transfertur in diem immediate sequentem , (in qua alias agendum esset Officium de die infra Octavam :) protrabendo ad aliam diem non impeditam aliud quocunque duplex , etiam prima classis , prius translatum . S. R. C. 2. Septembr. 1741. ex Regest. ejusd. S. C. apud Cavali. ro. 2. c. 27. d. 10. in d. 9. n. 3.

C A.

C A P U T A III.

N O T A N D A . II . D E C E M B R I S .

E X P L I C A N T U R . A N T U C O R I S . II .

A R T I C U L U S . I .

De Horis Canonicis .

- ¶ In Cal: Romi. S. Bibiana V. & M. se mid. lect. 1. noct. de Script. ec-
cūr. 2. noct. prop̄. 3. noct. Thesau-
ro, de communi S. Mart. tantum;
reliqua de communi V. & M. Or.
prop̄ & si venerit in Adventu, fit
commemor. feria. Vesp.: de sequen-
ti. festo S. Francisci Xaverii Confi-
duplicem ut in communi Confessio-
nem P. Or. prop̄ commemoror. pre-
ced. & feria Adventu.
2. Incidente Festo S. Bibiana in Dom.
1. Adventi transferitur in primam
diem non impeditam. Vide dicenda
tr. 1. 1. part. II c. 2. nn. 9. &
transl. post Vesperam post idem 17.
Decembr. Vide: dicenda 17. hujus
n. 5. Si autem non sit locus trans-
lationi, fiat de ea commemoratione
in ipsa Dominica, juxta ea, quæ
docebimus in Appendice ad calcem
Diarii c. 1. §. 1. ubi agemus de Sā-
etis, qui in fine anni supersunt;
ibique etiam docebimus; hujusmodi
commemorationem faciendam esse ad
modum semiduplicis: hoc est, in
Laudibus, & in 1. ac 2. Vespere,
atque adeo ubi sequens festum est
duplex minus, vel majus, facienda
est in dicto casu commemoratione S.

Bibiana in his enim Vespere post
Commemorationem Dominicæ. Ubī
verò sequens festum est duplex sequen-
tiae clasib; non est in dicto casu fa-
cienda commemoratione S. Bibiana in
his 1. illius Vespere, sed solius Do-
minicæ præcedentis: quia dupl. 2.
cl. respuit in 1. Vesp. commemora-
tionem semiduplicis præcedentis. In
eodem tamen dicto casu, quo de
S. Bibiana fiat commemoratione in
Dominica; non legetur nona lectio
de eadem laudata S. M. juxta Rubr.
gen. Brev. tit. 9. n. 30. quia cum
dicendum sit novum Responsorium
vice hymni: Te Deum, illud non
bene quadrat lectioni de Festo, sed
bene lectioni de homilia; & ideo
nona lectio erit de eadem Domini-
ca ut notavit Gavantus in Rubr.
Brev. fass. 3. c. 12. nn. 33. Confer
dicenda tr. 2. l. cit. n. 2.

A R T I C U L U S . II .

De Missa .

- ¶ In Festo S. Bibiana V. & M. se-
mid. Missa: Me expectaverunt,
ut in communi V. & M. 2. loco;
2. Or. A cunctis. 3. ad libitum.
Si autem venerit in Adventu, fit
commemor. feria. 3. Or. de Sancta
Maria. Col. param. rub.

C A-

C A P U T I I.

N O T A N D A : III.

E X P L I C A N T U R

Art. I. De Horis Canoniceis.

Art. II. De Missa.

ARTICULUS: IV.

De Horis Canoniceis.

IN Cal. Rom. S. Francisci Xaverii Conf. dupl. lect. n. o. de Script. occur. 2. & 3. noct. & tr. prop. reliqua dei communii Conf. non Pontif. & sit commemoratio feria: Adventus. In 2. Vesp. a capit. de sequ. Festo S. Petri Chrysologi Ep. Conf. dupl. ut in communii Conf. Pontif. Antiphona ad Magnific: *O Doctor.* Or. propria, & in qua, & in antiphona predicta an supprimendum sit cognomentum *Chrysologi?* Vide 2. April. art. 1. n. 2.) & in hymno: *Iste Confessor,* in his Vesperis recitato pro S. Petro dic. meruit supremos: sit commemoratio praecedentis, & feria: Adv. ac S. Barbarae V. & M. Simpl. Or. *Déus,* qui inter cetera, ut in communii V. & M. i. loco. Q. ubi autem de S. Barbara recitatur sub ritu dupli, Festum S. Petri transfertur; vide dicenda die sequenti, art. 1. n. 2.) Si tamen sequatur Dominica secunda Adventus, tunc secundæ Vespere erunt integræ de eodem Festo S. Xaverii, & sicut commemoratione sequ. Dominicæ, ac S. Barbaræ; Festum vero S. Petri transfertur.

2 Sanctum Franciscum Xaverium Patronum eque principalem, (confer

D E C E M B R I S.

ARTICULUS: II.

Mediatum m. 2. fest. 3. c. 12. n. 2. q. Aliquando.) cum festo de praecipto, Regno Navarræ dedit Alexander VII. Bulla 34. *Sacrosancti.* to. 3. Bullar. Rom. edit. Lugdun. Sed principaliorem, & Protectorem Indianorum Orientalium declaravit Benedictus XIV. atque sub hoc titulo cum Officio duplici prime cl. & Octava ejus Festum colendum ab omnibus, qui tenentur ad horas canonicas in iisdem Regionibus, mandavit Bulla 5. *Indiarum Gentibus,* in suppl. ad to. 3. Bullar. ejus. Addita insuper facultate Episcopis; transferendi Festum eum Indulgentia in praedictis Indiis, ubi opus fuerit: Bulla Apostolice procurationis. §. 25. sub 6. Octobr. 1753.

S. R. C. interrogata: an Archiepiscopo Civitatis Bahiæ, alias S. Salvatoris nuncupatae, liceret declarare per litteras Pastorales, Sanctam Franciscum Xaverium esse Patronum principalem Civitatis Bahiensis rite constitutum: adeoque imposterum pro Patrono principali habendum, & colendum sub eo ritu, qui Patronis principaliibus Civitatum conceditur; ita ut infra annum in Officio Divino, quando dicuntur Suffragia Sanctorum, de eo, ut Patrono principali, fieri debeat commemoratione loco competenti: & propterea in Missa; quando dicitur Officio:

ratio: *A cunctis i. sub littera N. ejus nomen exprimi debeat?* Respondit: *Licere pro ut in dubio: dummodo non omittatur in Metropolitana commemoratio Sanctissimi Salvatoris, tamquam Titularis ejusdem;* & ita declaravit, ac servari mandavit die 16. Februarii 1754. in Bahien. ad 2. dub. apud Caval. to. 5. in Collect. recentior. *Decretor.* Confer dicenda in Appendice ad calcem Diarii c. 5. de Tit. Eccl. art. 2. nu. 21. Cur de S. Xaverio Indiarum Apostolo, Apostolorum ritu non recitetur Officium? intelligi potest ex dictis 11. Junii art. 1. n. 4. Festum S. Francisci Xaverii prius celebrabatur die secunda Decembris, qua laudatus Sanctus migravit ad Dominum; deinde vero ad diem hanc tertiam perpetuo transtulit supradictus Pontifex Alexander VII. Bulla 144. *Cum, sicut accepimus.* to. 5. Bullar. cit. edit. Lugdun. Nota autem hic: quod *In Officio pro Sanctis Confessoribus, quoties eisdem fixa dies est assignata, que non est dies obitus eorumdem, recitari non debet ad hymnum:* Iste Confessor &c. meruit beatas: sed dicendum: meruit supremos laudis honores:) & eadem regula servanda est, si transferatur Festum Sancti Confessoris ad diem, que non sit sui obitus. S. R. C. 11. Junii 1701. in una Tertii Ordin. S. Francisci apud Caval. to. 2. par. 2. c. 39. d. 1. Unde non sunt audiendi Sarnellius litt. Ecclesiast. lib. 5. lit. 19. & alii, qui oppositum docuerunt; confer Meratum to. 2. sect. 8. c. 3. n. 1. Videri autem possunt dicta 17. Septembr. n. 8. & 10. At vero Quando contingit, transferri Festum alicujus Sancti Confessoris a die sui obitus in diem proxime sequentem, si fieri a Capitulo de ipso, tunc in pr-

mis suis Vesperis dicitur in hymno: Meruit beatas scandere sedes, & in reliquo Officio diei sequentis debet continuari idem versus. S. R. C. 13. Junii 1682. apud. Merat. ind. Decr. Brev. n. 128. & apud Caval. l. cit. d. 2. confer etiam Meratum supra cit. e. 3. nn. 2. Hinc licet Sanctus Xaverius obierit die 2. Decembris, & Festum ejus celebretur die 3. tamen non solum in 1. Vesp. sed etiam in Matutino dicendum est: *Meruit beatas scandere sedes.* Rursus in 2. Vesperis, ubi haec sint integræ de eodem, adhuc dicendum est: *Meruit beatas scandere sedes.*

Item licet in hymno Iste Confessor pro Sanctis Confessoribus, juxta Decretum 11. Junii 1701. mutetur tertius versus, quoties eorum Officium recitatur extra diem obitus ipsorum: Verum praedicta mutatio non fiet, quando Officium Festivum Sancti Confessoris babentis Octavam, non ultra Octavam ipsam transfertur: quia tota Octava nil aliud est, quam extensio ipsius Festi; & ideo versus idem per reliquos Octave dies, qui forte superfluent, retinebitur. S. R. C. 2. Sept. 1741. apud Caval. l. cit. d. 3. Dicitur: Confessoris babentis Octavam: quia, ut animadvertis Gavantus in Rubr. Brev. sect. 8. c. 3. n. 7. mutandus est tertius versus, si Sanctus non habeat Octavam, et si transferatur intra spatium octo dierum a die natali, seu obitus ejusdem: quia Octave nomine intelligitur Octava Festi, non autem Octava simpliciter dierum, intra quam translatum festum celebrari contingat; & hoc sat is indicat idem Decretum. Ex quo autem sequitur, quod occurrente Dominica 1. Adventus in die 3. Decembris, ii, qui celebrant Festum S. Xa-

S. Xaverii cum Octava, adhuc debeat in hymno: *Iste Confessor*: dicere: *Meruit beatas scandere sedes*, si de eo recitent infra Octavam, puta die 4. Decembris; secus tamen ii, qui celebrant sine Octava.

Triplinem vero esse rationem computandi diem natalem Sanctorum, ex Guyeto notat Cavalerius to. 1. c. 11. in *Decr. unic.* a n. 14. & to. 2. par. 2. c. 39. in d. 2. n. 4. Videlicet a media nocte ad medium noctem; ita ut dies ille pro Natali ejus assignetur Sancto, in cuius aliqua hora a media nocte ad medium noctem obiisse contigerit. Altera ratio computandi diem natalem Sanctorum est a Solis occasu ad occasum. Tertia denique, a primis Vesperis ad secundas; ita ut, si quis obierit e. g. die 1. Aprilis post horam Vesperarum: vel post Solis occasum; natalis ejus consignari possit non diei primæ Aprilis, sed secundæ proxime sequenti.

4 Ex his autem rationibus licet prima sit ab usu communi magis exhibita: at vero cum nostram non sit, natalem diem Sanctis prescribere, sed Sedis Apostolicae: idcirco quamcumque ex dictis rationibus haec secuta fuerit; dies illa, quæ pro natali ab eadem Apostolica Sede determinata fuerit, censeretur debet natalis dies, in eaque dicendus erit versus: *Meruit beatas*: & non in proxime sequenti, nisi transferatur in eam, & simul saltet a Capitulo fiat de eodem: quemadmodum disponitur in supra allegato Decreto die 13. Januarii 1682. Sic licet Sanctus Franciscus de Paula obierit die 2. Aprilis hora circiter 21. & consequenter juxta tertiam computan-

di rationem, natalis ejusdem tradi potuisse tertia diei Aprilis; adhuc quia juxta rationem primam consignatus fuit diei secundæ, in hac dici debet: *Meruit beatas*: non autem si transferatur ad diem tertiam: nisi primas integras, vel dimidias habeat Vespertas. Sanctus Philippus Benitius die 22. Augusti ad vitam evolavit æternam hora 24. ad pulsationem Salutationis Angelicæ, & juxta secundam computandi rationem, natalis ejusdem statutus fuit die 23. sequenti, & ideo in hac dicetur: *Meruit beatas*: qui versus & diceretur die 22. si juxta primam computandi rationem, natalis ejusdem prædictæ diei 22. cum non fuisset impedita, consignatus extitisset; ut observat Caval. to. 2. l. cit. Item Sanctus Hyacinthus licet obierit die 15. Augusti, & ejus Festum celebretur die 16. & in præcedenti die 15. non fiat a Capitulo de eo: nihilominus in Breviario Romano, quo ego utor, non signatur mutandus esse tertius versus in hymno: *Iste Confessor*: fortasse quia obiit die 15. boris canonice persolutis: atque adeo juxta prædicta, rite potuit ejus natalis dies consignari diei 16. sequenti. Etsi Gavantus ad diem 16. Augusti, & Cajetanus Merati tom. 2. ubi de ordin. recit. Offic. not. 13. versus præfati mutationem signent.

ARTICULUS II.

De Missa.

Tu Festo S. Francisci Xaverii Conf. 5
A Dupl. Missa propria, & fit Com-
memoratio ferie Adventus. Col.
param. alb.

TOM. IV.

R

C A.

C A P U T I V.

N O T A N D A I V . D E C E M B R I S .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I .

A r t . I . *D e H o r i s C a n o n i c i s .*A r t . I I . *D e M i s s a .*

A R T I C U L U S I .

D e H o r i s C a n o n i c i s .

DIE quarta Decembris recitari debet sub ritu duplici Officium S. Petri Chrysologi Ep. & Conf. cum Oratione, & lectionibus propriis, & respective Missa celebrari ab omnibus tam Secularibus, quam Regularibus utriusque sexus, qui ad horas canonicas tenentur: ex Benedicto XIII. in Decr. Urbis, & Orbis 10. Februar. 1729. apud Merat. to. 2. in Gavant. sect. 7. c. 2. ad hanc diem. Itaque in Cal. Rom. S. Petri Chrysologi Ep. & Conf. dupl. lect. 1. noct. Fidelis sermo, ut in communi Conf. P. 1. loco. secund. noct. propr. 3. noct. *Vos estis sal.* ut in Communi Doctor. Or. propria; reliqua ut in communi Conf. Pontif. In hymno: *Iste Confessor:* mutatur tertius versus, & fit commemoratio feriae Advent. ac S. Barbaræ V. M. Or. Deus, qui inter cetera, ut in communi V. M. 1. loco. 2. Vesp. de eodem Festo, antiph. ad Magnific. O Doctor. Fit Commem. feriae, ac sequentis Festi simplicis S. Sabbæ Ab. Or. Intercessio, ut in communi Ab.

2 Ubi celebratur Festum S. Barbaræ sub ritu duplice, etiam sine speciali solemnitate, fieri de illa Officium, assignando aliam fixam, & perpetuam diem

S. Petro Chrysologo. S. R. C. 5. Maji. 1736. in Einsidlen. apud Caval. to. 1. cap. 9. dec. 13. videri possunt dicenda in Appendice ad calcem Diarii c. 1. §. 2. n. 19. Quod si repositio non remanserit locus infra annum; vid. dicenda cit. c. 1. §. 1. & in specie ibi num. 7. Rursus Quaestum vi: an Festa Diocesana occurrentia eadem die cum Festis Romanis, preponebantur sint Festis Romanis ejusdem ritus, & solemnitatis? e. g. die 4. Decembris Festum Diocesanum S. Barbaræ occurrit cum Festo duplice Romano Sancti Petri Chrysologi: dubitatur, & quaritur, quale Festum sit prius celebrandum? Et responsum fuit: detur Decretum sub die 12. Julii 1704. Ita S. R. C. 25. Junii 1736. in Burgen. Et idem confirmatum fuit die 16. Februar. 1737. in Mechlinen. apud Caval. to. 2. c. 26.. d:9. Decretum vero, quod hic dari præcipitur, emanatum sub die 12. Julii 1704. est, quod sequitur: In occurrentia Festi Calendarii particularis & Festi Calendarii universalis cum paritate ritus & sine excellentia majoris dignitatis; faciendum est de primo, translatato secundo. S. R. C. 12. Julii 1704. in una Urbis, & Orbis, apud Caval. 1. cit. d. 8. Id etiam expressius habet sequens Decretum: In occurrentia Festorum ejusdem ritus, & alias quoniamdecumque parium, primum locum habere.

babebit Officium Ecclesiae particularis : secundum Ordinis , seu Religionis : tertium Diaecesis : quartum Nationis : quintum Ecclesiae universalis . S. R. C. 23. Junii 1736. apud Caval. l. cit. dec. 10. (In quo autem sensu procedant hujusmodi decreta ? vide in supracit. Append. c. 7. de SS. Patronis n. 44.) Qui tamen ordo non attenditur in repositione Festorum e diverso die translatorum : sed prius fit de prius translato , ut in sequenti Decreto : Pro translatione Festorum talis ratio habeatur , ut prius fiat Officium de prius descripto in Calendario ; nullo habito respectu , quod Officium translatorum sit Ecclesiae particularis : Ordinis , seu Religionis : Diaecesis : Nationis : & Ecclesiae universalis . S. R. C. 5. Maji 1737. in Einsidlen. apud Caval. t. 2. cap. 27. d. 5. Quod vero Decretum intelligendum est cum limitationibus ut in sequenti : Officia translati , quae tamen sint ejusdem ritus , & dignitatis , reponuntur juxta ordinem translationis , & sic successive . Ab hac tamen regula excipitur semiduplex occurrentis in Feste habente Octavam , vel in Dominica infra Octavam , vel in Feste duplice infra Octavam , quod semiduplex in prefatis tribus casibus trans-

fertur in diem immediate sequentem : (si qua alias agendum esset Officium de die infra Octavam :) protrabendo ad aliare diene non impeditans aliud quocunque duplex etiam 1. classis , prius translatum . S. R. C. 2. Septembr. 1741. ex Regestis ejusdem S. C. apud Caval. l. cit. d. 10. :

ARTICULUS II.

De Missa .

TN Feste S. Petri Chrysologi Ep. & 3. Conf. dupl. Missa de communione Doct. Or. propr. & fit commemor. feriae Advent. ac S. Barbaræ V. & M. ut in Missa : Loquebar : de communione V. M. I. loco ; & dicitur Credo : ex Bened. XIII. 10. Februarii 1729. confer Meratum to. I. par. I. tit. II. n. 7. & videri possunt dicta 14. Januar. art. 2. n. 34. Col. param. alb.

Si dicenda sit Missa de S. Barbara : Loquebar : l. cit. Commemor. feriarum , & non dicitur Credo , nisi aliunde dicendum sit , puta ratione aliquius Octavae occurrentis . Col. param. rub.

C A P U T V.

N O T A N D A V. D E C E M B R I S.

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I.

*De Horis Canoniciis.*propria, & Commemor. fer. Ad-
vent.

A R T I C U L U S I I.

*De Missa.**T*N Missa de feria Advent. 2. Or. 2
S. Sabbae Ab. ut in communi
Ab. 3. Or. de B. V. Col. param.
Violac.

C A P U T VI.

N O T A N D A VI. D E C E M B R I S.

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I I.

Art. I. *An Festum S. Nicolai Episcopi & Confess. fit calendum ex præcepto
in foro?*Art. II. *De Horis Canoniciis.*Art. III. *De Missa.*

A R T I C U L U S I.

*An Festum S. Nicolai Ep. & Conf.
fit calendum ex præcepto in foro?**T*E FERT Baronius in not. Martyro-
log. Rom. ad hanc diem: in
Constitutione Emmanuelis Imperato-
ris apud Theodor. in Nomoc. Phorii-
ti. 7. cap. 1. haec verba scripta esse:
*Sexta dies Decembris Festiva est pro-**pter miraculis infirmorum, & unguento-
rum fragrantia scatentem Nicolaum.
Nihilominus dicendum est: in Eccle-
sia Latina Festum S. Nicolai Epi-
scopi nullo jure praescribi sub gravi
præcepto servari: uti testatur Suarez
de Relig. 10. 1. tr. 2. lib. 2. cap. 9.
n. 22. fine, Azor. Instit. moral. p. 2.
lib. 1. c. 25. qu. 8. Deinde hujus-
modi obligationem nequaquam ad-
esse, constat ex Constitutione Urba-
ni*

ni VIII. incip. *Universa.* an. 1642.
ubi recenset omnia, & singula Fe-
sta ex obligatione gravi universaliter
observanda; nullam vero mentionem
facit Festi hujus. Et licet in pleris-
que locis sit consuetudo servandi; non
tamen ex obligatione sed ex devo-
tione servari, putant Angelus, &
Sylvester, quibus consentiunt Azor-
rius, & Suarez; & ita dicendum est
post laudatam Constitutionem Ur-
bani. Confer dicenda in Append. ad
calcem Diarii. c. 7. de SS. Patro-
nis art. 2. n. 5.

ARTICULUS II.

De Horis Canonicas.

2 **N** Cal. Rom. S. Nicolai Ep. &
Conf. dupl. min. lect. 1. noct.

de Script. occur. 2. noct. propr. 3.
noct. *Homo peregre*, ut in communi
Conf. P. 1. loco; reliqua de eodem
communi; Or. propr. Commemora-
tio feria Advent. In 2. Vesp. a ca-
pit. de sequ. Festo S. Ambrosii Ep.
Conf. dupl. ut in communi Conf.
P. antiph. ad Magnific. O Doctor
Or. ut in communi Doctor. in hy-
mno: *Iste Confessor*: mutatur tertius
versus, & fit Commemoratio præce-
dantis, & feria Adventus.

ARTICULUS III.

De Missa.

N Festo S. Nicolai Episcopi & 3
Confessoris dupl. Missa propria,
& fit Commemoratio feria. Col. pa-
ram. alb.

C A P U T VII.

NOTANDA VII. DECEMBRIS.

EXPLICANTUR ARTICULIS IV.

Art. I. *An Festum S. Ambrosii Episcopi Confess. sit servandum ex præcepto
in foro?*

Art. II. *De Horis Canonicas.*

Art. III. *De Missa.*

Art. IV. *De Jejunio.*

ARTICULUS I.

*An Festum S. Ambrosii Ep. Conf. sit
servandum ex prec. in foro?*

2 **F**ESTUM S. Ambrosii Ep. Conf. &
Doctoris Ecclesiae non esse ex
præcepto universaliter servandum in
foro, docuimus 12. Martii art. 1.

ARTICULUS II.

De Horis Canonicas.

N Cal. Rom. S. Ambrosii Episc. 2
Conf. & Ecclesiae Doctor. dupl.
min. lect. 1. noct. *Fidelis sermo*. ut
in communi Conf. P. 1. loco. 2.
noct. propr. 3. noct. de communi
D.

Doctor. Or. ut in eodem communi reliqua ut in communi Conf. Pontif. In hymno : *Iste Confessor* : mutatur tertius versus ; & fit Commemoratio feriae. Vesperæ de sequi. Fesso Conceptionis B. M. V. dupl. 2. cl. ut in propr. Commemoratio præcedentis, antiph. *O Doctor.* & Commemfer. In fine hymni Complet. *Iesu tibi... Qui natus es.*

Ubi autem Festum Conceptionis celebratur sub ritu dupl. 1. cl. ut in Regno utriusque Siciliæ, fit sola Commemoratio feriae.

3. Concurrente Dominica secunda Adventus die 7. Decembri cum Fesso Conceptionis B. M. V. & die Octava Sancti proprii, debet fieri prius Commemoratio de Octava Sancti proprii ; deinde de Dominicis, juxta dispositionem Tabellæ secundæ de concurrentia Dominicæ majoris fæcie primæ, sive secundæ classis cum die Octava, ut ibi regula tertia ; quemadmodum præcise docet Rubrica Breviarii Romani de Commemorat. 1. S. R. C. 10. Januar. 1693. in una Galliar. apud Cavall. 2. c. 18. d. 3.

ARTICULUS III.

De Missa.

4. **V**N Festo S. Ambrosii Ep. & Conf. & Eccl. Doct. dupl. Missa ut in proprio. Commemor. feriae Advent. *Credo.* Rubr. gen. Miss. tit. 11. Col. para m. alb.

ARTICULUS IV.

De Jejunio.

5. **N**ONNULLÆ Civitates, seu Populi quidam consueverunt in com-

muni vorere jejunium universale pro loco suo in Vigilia Conceptionis, seu die præcedente Festum Conceptionis B. M. V. ut perpetuo custodiendu singulis annis, etiam a successoribus & posteris Civitatis, seu loci chas- dent. Januero de hujusmodi jeju- nio.

Qu. I. An opus sit, quod singuli & Civis Votum promunent Jejunandi?

R. Negative, sed sufficit, quod ita solum, qui præcipue representant Civitatem, puta, quod Populi Re- dores, ut tales, Votum emittant, reliqui vero Civium in Votum illud consentiant, jejunandi onus accep- tent, obligationemque suscipiant : hæc enim est tacita emissio Voti. Vid. Suar. de Relig. 10. 2. tr. 6. de Voto. lib. 4. c. 9. n. 2. 8. & 12. Castropol. part. 3. de virt. Relig. tr. 15. disp. 1. pu. 15. n. 3. Tancredi de Relig. tr. 4. lib. 2. disp. 13. q. 3. n. 19.

Qu. II. An opus sit, ut singuli & Civis in Votum consentiant, ut dici possit, Civitas jejunandi Votum emisisse?

R. Negative, sed sufficit pars ma- jor. Vid. Suar. l. cit. n. 8. in med. Castropol. loc. cit. Tancredi loc. cit. n. 21. Salmanticens. tom. 4. tr. 17. cap. 1. quaest. 4. §. 3. num. 120.

Qu. III. An illi, qui in Votum & prædictum non consentiant, seu po- sitive dissentiant, illudque non accep- tent, obligentur nihilominus etiam sub gravi ad jejunium?

R. Plerique absolute assertant, teneri ; & quidem etiam ex Voto, sicuti cæteri, qui in illud consentiunt. Alii vero docent, teneri so- luta ex præcepto Episcopi: ex sup- positione quod accedat Episcopi ap- probatio, & præceptum; ita ut præ- cepto.

cepto suo cogat omnes ad Votū acceptationem , quo ad ejus obligacionem : vel saltem ad observantiam jejunii promissi a parte populi majoris . Ex quo sequitur , quod isti non jejunando , minime violant Votum , nec committunt proprium peccatum infidelitatis contra Deum , sed solum contra obedientiam , vel contra virtutem temperantiae , ad quam pertinet jejuniū . Vid . Suar . l. cit . a n . 5 . ad 11. inclus . Catropal . l. cit . Tancredi n . 19 . Salmantic . l. cit . Bonac . vñ . 2. disp . 4. quest . 2. pñ . 5. § . 2 . n . 20 .

Huic posteriōti sententia standum est , atque adeo dicendum : eos , qui non voverunt , seu in votum non consenserunt , nec consentiunt , nequam obligari (ex vi simpliciter Voti) ad jejuniū , quod major pars Civium vovit , sed ad illud teneri tantummodo eos , qui Votum emiserunt , seu in votum hujusmodi consenserunt ; cum Pittono Meratus iud . decret . Brodar . n . 197 .

Huic sententiae faveat Declaratio Sacrae Congregationis Rituum , quæ in una Panormitana interrogata : An sit validum votum emissum anno 1726 . in Civitate Thermenana ob liberacionem a ruinis terramotus : primo , celebrandi tria Festa de præcepto , scilicet diem primam , secundam , & tertiam Septembres . Secundo ; jejunandi die præcedente predicta Festa . Tertio , numquam admittendi mulieres in Scenis bistrionum , & theatris ? S. R. C. I. Februar . 1744. respondit : Votum sustineri quo ad personas tantum , quæ illud emiserunt . apud Caval . 10. 2. c. 13. d. 2. in append . ad cap . prædictum , posita post decr . 7.

9 Licet autem , si Episcopus præcepto suo cogeret omnes , servare je-

juniū , quod major pars Civium vovit : esset obligatio parendi ; attamen animadvertisendum est ; populum non esse cogendum ad hujusmodi Vota emitenda , seu acceptanda : nec ad ea servanda obligandos eos , qui non consenserunt in illa : cum Pittono Meratus loc . cit . Recole responsum S. Congr . relatum a nobis sub die 30. Julii art . 3. Et alias sèpius eadem S. C. rogata pro confirmatione Votorum hujusmodi ab Universitatibus emissorum , renuit : ut vide re est apud Ferrar . Biblioth . to . 3 . V. Festa . n . 3. Caval . 10. 2. c. 13. in decr . 1. n . 8. & videri possunt dicenda in Appendice ad calcem Dia- rii c. 7. art . 2. n . 5. Cæterum vide etiam infra dicenda qu . 5. Ex his facile solvitur quæsitus sequens .

Qu . IV. An Posteri teneantur sub gravi , servare jejuniū , quod Majores loci , seu Antecessores in communione voverunt , ut perpetuo singulis annis custodiendum in tali Civitate sua ; ita ut voluerint ad illud obligari Cives etiam Successores suos : an teneantur , inquam , prædicti Posteri , quamvis in hujusmodi votum non consentiant , aut etiam positive dissentiant ?

¶. Affirmant communiter Doctores ; qui tamen non conveniunt in assignanda ratione , ex qua teneantur ; alii enim volunt , teneri eodem Voto Antecessorum suorum , qui illud emiserunt . Alii dicunt , obligari ex vi pacti , & promissionis , quæ in universalem successorem pertransit . Alii putant , teneri ex vi consuetudinis . Alii denique docent , obligari ex vi præcepti Epicopaloris , ex suppositione quod Episcopus Votum Civium approbaverit , & in tali Civitate , seu loco , mandaverit

sta-

stabi præcepto servari ab omnibus tale jejunium: secundum dicta q. 3. Vide Suarez l. *supra cit.* a n. 4. ad 21. inclus. Castropal. n. 2. & 3. Bonac. l. *cit.* Tancredi n. 19. Salmantic. n. 117. & 118. Azor. *Instit. moral. par. I. lib. II. cap. 15. qu. 15.* Em. Rodriqu. *in sum. p. 2. c. 101. n. 13.* Filliuc. to. 2. tr. 26. cap. 6. q. 2. n. 162. Tambur. *de præc. Eccl. tr. I. c. 7. n. 24.* Pelliz. *man. Regul. to. I. tr. 5. c. 5. qu. 22. n. 53.* Caval. *tom. 2. cap. 13. in decr. I. a n. 9.*

Prædicta ultima sententia tenenda est, atque adeo dicendum: Posteros non obligari ad jejunium, cui aliquando Cives antecessores se obligarunt ex Voto, tamquam perpetuo custodiendum eo loci; nisi forte accesserit præceptum Episcopi, tunc enim tenebunt ratione præcepti: vel nisi votum Antecessorum Civium libere acceptent, atque confirment: tunc enim obligarentur ex vi voti personaliter emissi. Caval. l. *cit. n. 14. & 17.* Huic sententiae favet eadem supra allegata Declarationis S. C. R. *in Panormitana:* pro Civitate Thermitana; & conformiter ad prefatam Declarationem laudatæ S. C. jejunium, de quo in ea Declaratione fit mentio., servatum in prædicta Civitate Thermitana ab iis solum, qui illud emiserant, seu in illud consenserant, quando Regulares illius Civitatis illud publice protulerunt nomine Civium; minime vero a Successoribus Civibus: ipse vidi, cum in illa Civitate morarer.

II Qu. V. An Regulares teneantur servare jejunium, ad quod Civitas, in qua degunt, se obligarit ex Voto modo prædicto?

R. Communiter Autores docent, teneri etiam exemptos a jurisdictione Episcopi, saltem ratione vitandi scandali. Dicendum est: quod, cum hujusmodi Vota non obligent nisi eos tantum, qui illa emiserunt, secundum dicta qu. 3. reliquos vero, secundum ibidem dicta, nonnisi pro casu, quo Episcopi præceptum accesserit: hinc Regulares non tenentur jejunia servare prædicta, quemadmodum nec servare tenentur Clerici sæculares, aliisque laici, qui hujusmodi vota non emiserunt; & ita practicari vidi in Civitate Thermitana, recurrente jejunio ex Voto Civitatis, de quo supra facta est mentio: servabatur enim jejunium ab iis solum, qui olim Votum emiserant, ab aliis vero, etiam Regularibus non servabatur, nisi ab iis, qui tunc quando Votum emissum fuerat, aderant, eique assensum praestiterant, seseque obligaverant.

Si tamen accesserit præceptum Episcopi, tunc Regulares tenebuntur, etiam exempti a jurisdictione Episcopi, saltem ratione vitandi scandali. Quod si in aliqua Regulare Communitate consuetudo etiam invaluerit antiqua, servandi jejunia, quæ Episcopus sive in Synodo sive extra Synodum aliquoties indicet: non est dubium, Communitates hujusmodi Regulares teneri jejunia prædicta servare ratione consuetudinis, quæ vim legis habet. Vid. Pelliz. l. *cit. quest. 21. n. 52.* Dian. *edit. coord. tom. 4. tr. 6. Regul. 41.* Bonac. l. *cit. Castropal. n. 2.* Azor. *Instit. moral. par. I. lib. 7. c. 19. qu. 2.* Benedict. XIV. *de Synod. Diæces. lib. 13. c. 4. n. 6. & 7.* ubi affert duo exempla verbis his: *In Synodo Diæcesana Cardinalis Capponii*

ar-

Archiepiscopi Ravennatis , habita anno 1627. titulo de observatione dicorum Festorum n. 17. habentur hæc verba : Prædecessor noster (Petrus videlicet Cardinalis Aldobrandinus ,) unanimi totius Cleri acclamatione , habitoque in pleno Senatu Sapientum , ac totius populi antiquæ Civitatis Ravennæ assensu , pervigilium Sancti Apollinaris Protectoris , ac Patroni jejunio ab omnibus nostræ Dieceesis celebrandum in prima Synodo statuit , ac prænunciavit . Et hoc ipsum in subsequentibus Synodis Archiepiscoporum confirmationem obtinuit , & jejunium prædictæ dies obser-vatur in universa Dieceſi tum a Sæcularibus , tum a Regularibus . Sanctæ Memorie Clemens XI. ut singulis annis celebraretur memoria liberassionis a periculo terramotis , quo Urbs Ro-mana afficta fuit ; statuit , jejunium quotannis esse servandum pridie dies Festi Purificationis Beate Marie Vir-ginis ; uti legitur in ejus vita edita Urbini anno 1727. lib. 2. n. 36. pag. 98. Et quamevis hoc jejunium fuerit a dicto Pontifice demandatum uti Ur-bis Episcopo , usque ad presentem diem obseruatuerunt a Sæcularibus , & Regula-ribus in Urbe degentibus . Hæc lauda-tus Pontifex .

83 Qu. VI. An Civis loci , in quo est jejuniam ex Voto , teneatur je-junare , si inveniatur alibi ?

R. Vel personaliter se obligavit : vel non . Si obligavit se personaliter ; rursus distinguendum : vel obli-gavit se sub conditione tantum , quod maneret in loco , in quo sui Civis jejunant : vel obligavit se absolute , & simpliciter . Si hoc secundo modo ; tenetur jejunare , ubicumque in-veniatur : quia obligatio est perso-nalis . Si tamen primo modo : non

TOM. IV.

tenetur : quia cessante conditione , sub qua se obligavit , obligatio ces-sat ; votum enim non obligat ultra intentionem votantis : ut omnes do-cent .

Quod si non obligavit se perso-naliter , non tenetur , quia non te-netur ex voto , etiamsi maneret in eodem loco : secundum dicta qu. 3. Nec tenetur ex præcepto Episco-pi , etiamsi hoc forte accesserit Vo-to Civium ; quia hujusmodi præcep-ta sunt localia ; atque adeo non obligant extra locum . Et in termi-nis faciet Diana edit. coord. tom. 4. tr. 6. R. 41. §. 1. Nota tamen , quod hujusmodi Vota præsumuntur sem-per ex natura sua esse localia , nisi aliter constet de expressa intentione votantis .

Interrog. Quid ? si Voto Civita-tis accesserit præceptum Episcopi , & Civis sit in alia Civitate , in qua tamen simile adsit locale præceptum jejunii .

R. Communior sententia docet : teneri peregrinum servare leges , consuetudines , & præcepta specialia loci , ad quem venit , si eadem ha-beantur in Patria sua ; ut si hodie sit in sua Patria aliquod speciale festum , & veniat in locum , ubi ser-vetur aliud speciale Festum . Ita Sua-rez to. 1. de Relig. tr. 1. l. 2. c. 14. n. 15. Th. Sanch. de Matrim. to. 1. l. 3. disp. 18. n. 3. & in Decalog. to. 1. l. 1. c. 12. n. 21. Bonac. to. 2. tr. de legib. disp. 1. quest. 1. pu. 6. n. 52. Castropal. par. 1. tr. 3. de legib. disp. 1. pu. 24. §. 3. num. 6. Quamvis oppositum , dicant , esse probabile , Tamburinus in Decalog. l. 4. c. 2. §. 2. n. 13. & in 4. prec. Eccl. c. 2. n. 35. atque La-Croix lib. 1. de legib. qu. 112. n. 686. Qui-

S bus

bus meo judicio favet intrinseca validissima ratio, quod natura præcepti localis ea est, ut eo solvatur qui loco excedit, nec ipso ligetur, qui in loco est peregrinus, dummodo cætera adsint, quæ quoad hanc exemptionem peregrinorum requiri soleant. V. dicta 23. Jul. n. 19. & dicenda tr. 2. l. 2. par. 1. c. 2. n. 5. versu *Tertio est sententia*: tum hic qu. seq.

15 Qu. VII. An Civis loci, in quo non est jejunium, teneatur jejunare, si sit in loco, ubi celebretur jejunium ex præcepto locali.

R. Satis probabile esse, quod, secluso scandalo, non teneatur, docet cum Del-bene Thomas Tamburinus in 4. præc. Eccl. c. 2. n. 28. dummodo sit in transitu per unum, vel paucos dies: unde reprehendit tamquam nimis laxam opinionem Pasqualigi putantis, id verum esse etiamsi per multos dies ibi consistat. Videri similiter possunt dicta 23. Iuli art. 3. qu. 4. n. 19. initio; & dicenda tr. 2. l. 2. par. 1. c. 2. n. 5. versu: *Tertio est sententia*.

16 Qu. VIII. An obligentur ad hujusmodi jejunium ii, qui alias excusantur a jejunio ex præcepto universalis Ecclesiæ? puta propter æatem, vel laborem nimium corporalem: ut notum est.

R. Si personaliter se voto obstrinxerint, tenentur; secus non tenentur ratione solitus præcepiti Episcopi, quod voto Civium accesserit: quia hujusmodi obligatio præcepti imponitur ad normam similis Ecclesiastici præcepti universalis de jejunio. Vid. Tambur. de præc. Eccl. tr. 4. c. 3. n. 33. Th. Sanch. in Consil. lib. 5. cap. 1. dub. 2. n. 7.

17 Qu. IX. An, qui tenentur ad hujusmodi jejunium simpliciter ex vo-

to, possint comedere carnes, si justa aliqua de causa excusat a jejunio seu ab unica refectione servanda?

R. Pro resolutione V. dicta lib. 2. ubi de Dominica n. 93.

Qu. X. An Rectores Populi, qui publice, ut solet in hujusmodi Votis nomine Civitatis emissis, pronunciant formulam Voti de jejunio servando, teneantur etiam intendere, se personaliter Voto illo obligare ad talis jejunium?

R. Negative; quia sunt veluti procuratores Civitatis, seu populi ventis jejunium. Porro Votum fieri potest per alium quoad exteriorem prolationem. Vid. Suar. de Relig. 10. 2. tr. 6. de Voto, lib. 4. c. 9. n. 12. Castropal. par. 3. de Virtut. Relig. tr. 15. disp. 1. pu. 15. n. 2. & 3. fin. Salmantic. l. supra cit. n. 119. Tenentur tamen, accedente Episcopali præcepto, Votum Civitatis confirmante, seu obligante ad jejunium eos etiam, qui Votum non emiserint; tenentur, inquam, & ipsi jejunare sicut cæteri ex Civibus, qui in Votum illud forte non consentiant; secundum dicta qu. 3.

Qu. XI. An hujusmodi Votum jejunii possit ab Episcopo revocari?

R. Cum distinctione; enim vero tale Votum, ut personale, est respectu singulorum Civium, qui illud emiserunt, seu in illud consenserunt, revocari non potest ab Episcopo, nisi per medium justæ dispensationis. Ut autem obligat totam Communatatem, potest quidem ab Episcopo revocari, sicut alia præcepta particularia suæ Dioecesis: quia respectu Communatatis non habet hujusmodi Votum vim, nisi in ratione præcepti Episcopalis; secundum dicta qu. 3. & 4. Quod præceptum ab Epi-

sco-

scopo potest abrogari: ut docet Suarez *l. cit. n. 11. fine.* & Layman, quem citat, & sequitur Pellizarius, *l. supra' cit. qu. 22. n. 53.* Addit etiam Suarez, talem abrogationem validam fore, etiamsi frat sine causa sufficienti ad dispensationem Voti, quia, inquit, per illam non tollitur propria obligatio Voti, sed alia, quæ per eamdem jurisdictionem, & potestatem Ecclesiasticam fuerat introducta. Sed hoc verificatur solum quo ad eos, qui Votum non emiserunt, nec in illud consenserunt: atque adeo non sunt obligati ad tale jejunium nisi ratione præcepti ab Episcopo lati. Quo ad alios autem, qui Votum emiserunt, & in illud consenserunt, & accedente Episcopali præcepto tenentur tum rationes voti, tum ratione præcepti; si hoc præceptum ab Episcopo abrogetur, remanet obligatio Voti personalis ad idem jejunium; neque hoc Votum ab Episcopo revocari potest, nisi per medium justæ dispensationis, quemadmodum dicebamus, per quam tollitur propria obligatio Voti. Deinde animadvertis Pellizarius, æquum non esse, illum irritationem, seu abrogationem fieri sine justa causa.

20. Qu. XII. An hujusmodi Votum jejunii possit commutari per Bullam Cruciatæ?

R. Quid si hujusmodi Votum respiceretur ut Votum Civitatis, seu Populi in communi, non posset commutari per Bullam Cruciatæ, quia Bulla prædicta conceditur personis particularibus; ut cum aliis docebinius tr. 2. l. 4. par. 1. c. 2. nu. 172. Unde si nomine Civitatis, seu populi acciperetur unica Bulla Cruciatæ, haec non valeret; atque adeo privilegiis ejus uti non posset Civitas universa, cunctusve populus. Si tamen hoc Votum spectetur, quemadmodum spectandum est, ut personale, seu personaliter emissum a talibus singularibus personis, quæ jejunare voverunt, vel in Votum jejunii consenserunt, potest quidem illud commutari virtute Bullæ Cruciatæ illis personis singularibus, quæ Bullam acceperint: etiam omnibus, & singulis Civibus, si omnes, & singuli Votum emiserint, omnesque, ac singuli Bullam acceperint.

Quemadmodum autem, abrogato Episcopali præcepto, remanet obligatio Voti ad jejunium, quo ad eos, qui Votum emiserunt; ut quæstione præcedenti dicebamus: ita & hic contra, sublata obligatione Voti virtute Bullæ Cruciatæ, remanet obligatio ad illud idem ratione præcepti Episcopalis: ex suppositione, quod hoc præceptum Voto Civitatis accesserit; nec fuerit abrogatum.

C A P U T VIII.

N O T A N D A VIII. D E C E M B R I S.

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. Not. in Feso Conceptionis B. M. V.

Art. II. Not. infra Octavam Concept. B. V.

A R T I C U L U S I.

Not. in Feso Conceptionis B.
Marie Virg.

EXPLICANTUR SECTIONIBUS VI.

Sect. I. De institutione, & obser-
vantia Festi Concept. B.
V. Pontificisque Decretis
in materia prefatae Con-
ceptionis. Ubi de ratio-
ne celebrationis plurium
Festorum de præcepto in
honorem laudatæ SS. Dei
Genitricis.

Sect. II. De Horis Canonieis.

Sect. III. De Missa.

Sect. IV. De Functionibus Pontifica-
libus.

Sect. V. De Indulgencieis.

Sect. VI. Not. tempore Interdicti.

S E C T I O I.

De Institutione, & Observantia Festi
Concept. B. M.

Ubi

De ratione celebrationis plurium Festo-
rum de præcepto in honorem
SS. Dei Genitricis.

FESTUM Conceptionis Beatæ Ma-
rie Virginis est universaliter ob-
servandum etiam in foro ex præ-

cepto gravi, quod pro universa tu-
lit Ecclesia Clemens Papa XI. 6.
Decembr. 1708. Constit. 120. t. 10.
Bullar. Rom. Mainardi, que incipi-
t: *Commissa nobis divinitus*. Ho-
diernum vero Festum jam olim re-
ceptum etiam fuisse sub gravi obli-
gatione plerisque in locis ex confue-
tu dine particulari ante Constitutio-
nem Clementis, referunt Azorius In-
stit. moral. par. 2. lib. 1. c. 21. qu.
1. Baron. in not. Martyrol. Rom. ad
hanc diem. Quam consuetudinem
approbaverat Sixtus IV. Constitutio-
ne edita, incipiente: *Cum præexel-
sa*, que habetur inter Extravagan-
tes communes tit. de Reliquiis, &
veneratione Sanctorum, & confirma-
verat Alexander VII. Constit. incip.
Solicitude omnium Ecclesiarum, quam
ad verbum dabimus infra; per quam
etiam innovavit Constitutiones &
Decreta Sixti IV. & aliorum Pon-
tificum prædecessorum suorum in fa-
vorem sententiae afferentis: Antipapa
Beatæ M. V. in sui creatione, &
in corpus infusione, Spiritus Sancti
gratia donatam, & a peccato ori-
ginali præservatam fuisse. Nota ta-
men: apud Veteres nomine Festi
Conceptionis B. V. venisse etiam,
Festum Annunciationis, cum Illa
concepit in utero Verbum de Spi-
ritu Sancto: quod etiam observavi-
mus die 25. Mart. n. l.

Por.

2 Porro laudatus Pontifex Sixus IV. in altera sua Constitutione incipient. *Grave nimis*, quæ habetur eodem cit. tit. de Reliq. alia insuper decrevit ad hoc mysterium pertinentia; enimvero motu proprio, & certa scientia, atque Apostolica auctoritate, excommunicatione ipso facto incurrenda ferit Prædicatores omnes, præsumentes affirmare; eos, qui crederent, aut tenerent, Dei Genitricem ab originalis peccati macula in sua conceptione præservatam; propterea alicujus hæresis labi pollutos fore, vel mortaliter peccare; aut Conceptionis Officium celebrantes, & sermones illorum, qui, eam sine hujusmodi macula conceptam esse, affirmant, audientes, alicujus peccati reatum incurrere. Prædictas assertionses utpote falsas, & erroneas, & a veritate penitus alienas, editosque desuper libros id continentibus, quo ad hoc, Auctoritate Apostolica tenore hujuscem Constitutionis suæ reprobat, & damnat; ac motu, scientia, & auctoritate prædictis statuit, & ordinat, quod Prædicatores verbi Dei, & quicunque alii cujuscumque status, gradus, aut ordinis, ac conditionis fuerint, qui de cætero, ausu temerario, præsumperint in eorum sermonibus ad populum, seu alias quomodolibet affirmare, hujusmodi sic per eum improbatas, & damnatas assertionses veras esse, aut dictos libros pro veris legere, teneare, vel habere, postquam de hac sua Constitutione scientiam habuerint, excommunicationis sententiam eo ipso incurvant: a qua ab alio, quam a Romano Pontifice, (nisi in mortis articulo) nequeant absolutionis beneficium obtinere.

Attamen motu, scientia, & au-

ctoritate similibus, simili poenæ ac censuræ subjicit eos, qui ausi fuerint afferere, contrariam opinionem tenuentes; videlicet Gloriosam Virginem Mariam cum originali peccato fuisse conceptam: hæresis crimen, vel peccatum incurre mortale; cum nondum sit a Romana Ecclesia, & Apostolica Sede decisum.

Synodus Tridentina Sess. 5. in Decreto de peccato originali, fine statuit, ut observentur præfatae Constitutiones editæ a Sixto IV. de Conceptione B. Virginis, & eas innovat sub poenæ contentis in eis.

Deinde Pius V. aliam edidit Constitutionem incipientem: *Super speculam*, publicatam 7. Decembr. 1570. ubi confirmat allegatas Constitutiones Sixti IV. quas Synodus Tridentina probavit; & præcipit, ut nemo cujuscumque Ordinis, gradus, conditionis, & dignitatis existat, in popularibus Concionibus, vel ubicumque promiscue virorum, ac mulierum multitudine consenire solet, de hujusmodi controversiæ alterutra parte disputare, vel Doctorum auctoritate, afferendo propriam sententiam, & contrariam repellendo, aut impugnando, vel de hac ipsi questione, cujusvis pietatis, aut necessitatis praetentu, vulgari sermone scribere, vel dictare præsumat. Eum qui contra fecerit, suspensionis poena, absque nova declaratione ipso facto incurrenda, condemnat; si modo fuerit in Sacris constitutus: & quocumque præterea gradu, sive dignitate, vel administratione fungatur, illis omnibus esse vult ipso jure privatum, & ad ea, vel similia munera obtainenda, vel obeunda, vinculo perpetuæ inhabilitatis ipso facto obnoxium: super quibus, nisi

a Ro-

a Romano Pontifice pro tempore existente, dispensari sive absolvi non possit.

Et licet quamdiu per Apostolicam Sedem altera pars definita non fuerit, permiserit viris doctis in publicis Academiæ disputationibus, sive Generalium, sive Provincialium Capitulorum, vel ubi alias interessent, qui rem capere possent, nec scandali ulla subesset occasio, de illa quæsione differere, & argumentis contra utramlibet partem vel afferere, vel impugnare: dum tamen neutra veluti erronea prædicaretur; ac servarentur illa omnia, quæ a Sixto Prædecessore suo statuta fuere, supra relata; quorum singula, etiam quantum ad alias poenas innovavit per laudatam constitutionem suam: attamen deinde Paulus V. hujusmodi publicas disputationes, & conclusiones adversus Immaculatam Conceptionem B. M. V. interdixit, ut statim notabimus.

Itaque laudatus Pontifex Paulus V. Motu proprio incipiente: *Regis pacifici.* 6. Julii 1616. præfatas Prædecessorum suorum Constitutiones confirmavit, auxitque poenas Concionatoribus, ac Lectoribus transforis ipso facto incurendas: privavit scilicet Officio publice legendi, seu docendi, & interpretandi facultate, ac voce activa, & passiva in quibuscumque electionibus, ac perpetuo declaravit inhabiles ad prædicta munera. Item Pontifex idem in Decreto Inquisitionis Romanæ incipiente: *Sacellissimus Dominus Noster.* 31. Aug. 1617. ipsas publicas disputationes, atque conclusiones adversus præfatam assertionem interdixit eisdem prædictis censuris, & poenatis. Decrevit igitur contra eos, qui

in publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus, & aliis quibuscumque actibus publicis afferere audeant: B. Virginem cum originali peccato conceptam fuisse. Verum §. 5. ejusdem allegati Decretū poenas eisdem extendit ad eos, qui trahentur in publicis Actibus B. Virginem in peccato originali minime conceptam fuisse: si oppositam sententiam impugnant, aut de illa aliquo modo agant, vel tradcent.

Deinde Gregorius XV. sub iisdem poenis Prædecessorum suorum, Beatam Virginem in peccato originali conceptam afferere, vetuit non solum in Actibus publicis, verum etiam privatim: (sine Pontificis licentia speciali: quam per speciale Breve idem concessit Dominicanis inter se dumtaxat, & non inter alios, raut cum aliis; ut videlicet in quibuscumque privatis eorum colloquiis, seu conferentiis inter se dumtaxat, & non inter alios, aut cum aliis de materia ejusdem Conceptionis Beatae Mariæ Virginis differere, & tradere, absque ullo poenam in dictis Decretis contentarum incutsu libere, & licite possent atque valerent:) vetuit, inquam, in Decreto 19. incip. *Sanctissimus Dominus Noster.* an. Dom. 1622. 4. Maji, & public. 2. Junii ejusdem anni: extatque to. 3. Bullar. Rom. Cherub. pag. 314. edit. Rom. ex typograph. R. Cam. Apostol. an. 1638. Quod etiam legi potest apud Bonac. to. 1. tract. de censur. disp. 3. pu. §. 1. n. 37. & in opere Merati ad calcem tomī 3.

Tandem Alexander VII. Prædecessorum suorum Constitutiones, & Decreta confirmavit in Bulla tenoris sequentis.

A L E.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

SO L I C I T U D O omnium Ecclesiarum, quam licet meritis, & viribus longe impares, Dei Optimi Maximi voluntate, & providentia gerimus, in id Nos anas tenet intentos, & vigilantes, ne scandala, que inter Fideles, pro humanae natura corruptione, & fragilitate, necesse est, ut eventiant, quantum fieri potest, paucissima exoriantur; atque exorta quam celerrime, & quam diligentissime amo-veantur; nam iis, per quos veniunt, certam peccati perniciem; quibus vero præbeantur, præsens afferunt labendi periculum; quorum Nos pro Nostro Pastoralis officii debito, & damnum summo-pere doleremus, & discrimine assidue urimur.

Sane vetus est Christi Fidelium erga Beatissimam Virginem Mariam pietas sentientium, ejus Animam in primo instanti creationis, atque infusionis in corpus fuisse speciali Dei gratia, & pri-vilegio, intuitu meritorum Jesu Christi ejus Filii, humani generis Redemptoris, a macula peccati originalis præservatam immunem; atque in hoc sensu ejus Conceptionis Festivitatem solemni ritu colentium, & celebrantium; crevitque horum numerus, atque bu-jusmodi cultus post editas a felic. rec. Sexto Papa IV. Prædecessore Nostro in ejus commendationem Apostolicas Constitutiones, quas S. Conc. Trid. inno-vavit, atque observari mandauit.

Aucta rursus, & propagata fuit pietas hec, & cultus erga Desiparam post erecta hoc nomine, approbantibus Romanis Pontificibus, Religiosum Or-dinem, & Confraternitates; ac conces-

sas ab iisdem Indulgentias; ita ut accedentibus quoque plerisque celebriori-bus Academis ad hanc sententiam, eam sere omnes Catholicci jam comple-tantur.

Et quia ex occasione contrariae af-sertions in concionibus, lectionibus, conclusiōibus, & actibus publicis, quod nempe eadem Beatissima Virgo Maria fuerit concepta cum peccato ori-ginali: oriebantur in populo Christia-no, cum magna Dei offensa, scanda-la, iurgia, & dissensiones; recolend. mem. Paulus Papa V. etiam Prædecessor Noster vetuit, horum opinionem, præfatae sententiae contrariam, publice doceri, aut prædicari.

Quam prohibitionem pie memorie Gregorius Papa XV. similiter Prædecessor ad privata etiam colloquia ex-tendit, mandans insuper in favorem ejusdem sententiae, ut in Sacrosancto Missæ Sacrificio, ac Divino Officio ce-lebrandis, tam publice, quam priva-tim, non alio quam Conceptionis no-mine uti, quicunque debeant.

Nihilominus, pro ut Venerabiles Fratres Episcopi sere omnes Hispaniarum cum Ecclesiarum suarum Capitu-lis, datis ad Nos litteris, exposue-runt, accedente etiam insinuatione charissimi in Christo filii nostri Philippi earumdem Hispaniarum Regis Catho-lici, qui speciale super hoc misit ad Nos Oratorem Venerabilem Fratrem Lu-dovicum Episcopum Placentinum, per quem etiam delatae fuerunt ad Nos supplicationes earumdem Hispaniarum: pergit aliqui, contrarie illius opini-onis assertores, contra præfatas pro-bibitiones, tum privatim, tum publi-ce, præfatae sententiam aut impu-gnare, aut vellicare; & favorem a Romanis Pontificibus cultui, & Feste secundum illam præstitam, ita interpre-tari,

tari, ut fruſtrentur; imo Eccleſiam Romanam huic ſententiæ, & cultui juxta illam Beatae Virgini exhibito, favere, negant: pios Christi fideles e ſua pacifica quaſi poſfeſſione deturbare conando; unde offenſiones, ſcandala, & jurgia, quibus obviare voluerunt Paulus V. & Gregorius XV. nostri Prae-deceſſores, perdurant abduc; & ex occaſione eorumdem adverſantium majora bis incommoda impostaſerum prudenter, & merito timentur.

Quapropter ſuper hiſ tam praefati Epifcopi cum Eccleſiarum ſuorum Capitulis, quam memoratus Philippus Rex, ejusque Regna Nobis pro opportuno re-medio instantes ſupplicari fecerunt.

Nos conſiderantes, quod Sancta Ro-mana Eccleſia de intemerata, ſemper que Virginis Mariæ Concep-tione Feſtum Solemni-ter celebrabat; ſpeciale, ac proprium ſuper hoc Officium olim ordinavit juxta piam, devotam, & laudabilem institutionem, quæ a Sixto IV. Prae-deceſſore noſtro tunc emanavit; volentesque laudabili huic pietati, & devotioni, & Festo, ac cultui, ſecun-dum illam exhibito, in Eccleſia Ro-mana, poſt ipſius cultus institutionem numquam immutato, Romanorum Pon-tificum praedecessorum noſtrorum exemplo favere; nec non tueri pietatem, & de-votionem hanc colendi & celebrandi Bea-tam Virginem, præveniente ſcilicet Spi-rituſ Sancti gratia, a peccato ori-ginali praefervatam; cupientesque in Chriſti Grege unitatem ſpiritus, in vincu-lo pacis, ſedatis offenſionibus, & jurgiis, amotisque ſcandalis, conſervare: ad praefatorum Epifcoporum, cum Eccleſiarum ſuarum Capitulis, ac Phi-lippi Regis, ejusque Regnorum obla-tam Nobis instantiam, ac preces; Conſtitutiones, & Decreta a Romanis Pon-tificibus praedecessoribus noſtris, & pra-

cipue a Sixto IV. Paulo V. & Gre-gorio XV. editas in favorem ſententiæ afferentis: Animam Beatae Mariae Vir-ginis in ſui creatione, & in corpus in-juſtione Spirituſ Sancti gratia dona-tam, & a peccato originali praeferva-tam fuiffe; nec non & in favorem Feſti, & cultus Concep-tionis ejusdem Vir-ginis Deiparae ſecundum piam iſkam ſen-tentiā, ut praefertur, exhibiti, in-novamus, & ſub censuris, & poenis in eisdem Conſtitutionibus contentis ob-ſervari mandamus.

Et inſuper omnes, & ſingulos, qui praefatas Conſtitutiones, ſeu Decreta ita pergent interpretari, ut favorem per illas dictæ ſententiæ, & Feſto, ſeu cultui ſecundum illam exhibito fru-ſtrentur; Vel qui hanc eamdem ſen-tiam, Feſtam, ſeu cultum in diſputa-tionem revocare, aut contra ea quoquo-modio directe, vel indirec-te, aut ſub quo-vis praetextu, etiam definibilitatis ejus examinandæ, ſive Sacram Scripturam, aut Sanctos Patres, ſive Doctores gloſſandi, vel interpretandi, denique alio quo-vis praetextu, ſeu occaſione, ſcrip-tio, ſeu voce, loqui, concionari, tra-Elare, diſputare, contra ea quicquam determinando, aut afferendo, vel ar-gumenta contra ea afferendo, & inſo-luta relinquendo, aut alio quo-vis ex-cogitabili modo diſſerendo, auiſ fuerint: preter poenas, & censuras in Conſtitutionibus Sixti IV. contentas, quibus illos ſubjacere volumus, & per praefentes ſubjicimus: etiam concionandi, publice legendi, ſeu docendi, & inter-pretandi facultate, ac voce activa, & paſſiva in quibuscumque elec-tions-bas, eo ipſo, abſque alia declaratio-ne, privatos eſſe volumus: nec non ad concionandum, publice legendum, do-cendum, & interpretandum, perpetua inabilitatis poenas ipſo facta incurre-re,

ne; absque alia declaratione; a quibus paenitentia non nisi a Nobis ipsiis, vel a successoribus nostris Romanis Pontificibus absolvitur, aut super iis dispensari possint: nec non eisdem aliis paenitentia nostro, & eorumdem Romanorum Pontificum successorum nostrorum arbitrio infligendis pariter subjacere, volumus, prout subjicimus per praesentes, innovantes Pauli Quinti, & Gregorii Decimiquinti superius memoratas Constitutiones, seu Decreta.

Ac libros, in quibus praefata sententia, & Festum, seu cultus secundum illam, in dubium revocatur, aut contra ea quomodocumque, ut supra, aliquid scribitur, aut legitur: seu locutiones, conciones, tractatus, & disputationes contra eadem continentur, post Pauli V. supra laudatum Decretum edita, aut impostorum quomodolibet edenda, prohibemus sub paenitentia censuris in Indice librorum prohibitorum contentis, & ipso facto, absque alia declaratione, pro expresse prohibitis haberi volumus, & mandamus.

Vetamus autem, Sixti Quarti Constitutionibus inherentes, quempiam asserere, quod propter hoc contrariam opinionem tenentes, videlicet gloriosam Virginem Mariam cum originali peccato fuisse conceptam, heresis crimen, aut mortale peccatum incurram: cum a Romana Ecclesia, & Apostolica Sedis nondum fuerit hoc decisum: pro ut Nos nunc minime decidere volumus, aut intendimus: quin potius contrariam illam opinionem heresis, aut peccati mortalis, aut inpietatis damnare audentes, propter paenas, quibus eos subjecit Sextus Quartus, aliquae praedecessores nostri Romani Pontifices, gravioribus aliis paenitentia subjicimus, quas

TOM. IV.

in contrafacentes huic nostrae Constitutioni superius infliximus.

Volentes, quod contra bujus nostra Constitutionis transgressores, etiam Regulares cuiusvis Ordinis, & Instituti, etiam Societatis Jesu, & quomodolibet exemptos, & alias quascumque Ecclesiasticas, & Seculares personas cuiuscumque status, gradus, Ordinis, aut dignitatis, tam Ecclesiasticæ, quam Seculariæ, ut præfertur, tam Episcopi, & Praelati Superiorum, aliquæ locorum Ordinarii, quam hereticae pravitatis ubique locorum deputati Inquisidores procedant, & inquirant, atque in eos stricte animadvertant. Nos enim iis, & eorum cuilibet, contra eisdem transgressores procedendi, & inquirendi, ac paenitentia coercendi, & puniendi liberam facultatem, & autoritatem, iisdem auctoritate, & tenore tribuimus, & impartimur, eosque, ut præfertur, procedere, inquirere, & punire, districte præcipimus, & mandamus.

Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac quibusvis indultis, & litteris Apostolicis, quibusvis personis quomodocumque qualificatis, & in quacumque, etiam Cardinalatus, Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, & quavis alia dignitate, & bonore constitutis, etiam quod contra eos procedi, interdici, suspendi, vel excommunicari negeat, quomodolibet concessis.

Quibus omnibus, & eorum singulis, etiam pro sufficienti illorum derogatione de eis, ipsorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per generales, etiam id importantes clausulas, mentio habenda, aut alia exquisita forma observanda foret, tenores bujusmodi, ac si de verbo ad verbum inserti forent,

T

præ-

presentibus pro sufficienter expressis ;
Et insertis habentes, barum serie specialiter, Et expresse derogamus, categorique contrariis quibuscumque.

Ut autem hæc nostra Constitutio, Et premissa omnia ad eorum omnium, quorum interest, notitiam congruentius pervenire possint, in virtute sancta obedientie, sub pena privationis ab ingressu Ecclesie eo ipso incurrienda, precipimus, Et mandamus omnibus, Et singulis locorum Ordinariis, ac eorum Vicariis, Suffraganeis, Et Officialibus quibuscumque, Et aliis singulis, ad quos quomodolibet spectat, Et pertinet; quatenus hujusmodi nostram Constitutionem singulis sua Diocesis, vel Districtus Predicatoribus, Et aliis, quibus expedire judicaverint, opportune insinuant, Et publicent, ac insinuari, Et publicari faciant; ne quis imposturum quoquomodo ignorantiam de premissis possit pretendere, aut se contra premissa valeat excusare.

Volumus, Et similiter eadem auctoritate decernimus Et mandamus, quod presentes Litteræ per aliquos ex nostris Cursoribus in Basilicarum S. Joannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum, Et Cancellaria Apostolicae Vallis, ac in Acie Campi Flora de Urbe, de more, publicentur, Et affixio, Et publicatio ita omnes, Et singulos, ad quos spectat, afficiat, Et arctet; ac si illis personaliter intimata fuissent; Et quod illarum transumptis etiam impressis, manu Notarii publ. subscriptis, Et sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus in judicio, Et extra illud adhibeantur, que eisdem presentibus adhiberentur, si forent exhibite, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctam Ma-

riam Majorem sub Annulo Piscatoris die 8. Septembris 1661. Pontificatus Nostri Anno VII.

S. Ugolino.

Qu. hic cum plures per annuum 3 Festivitates B. M. Virginis etiam sub præcepto universali sint celebratae, cur Ecclesia hoc consueverit respectu laudatæ SS. Virginis, quod non fecit pro ceteris Sanctis, quos unicum, Et principale Festum constituit sub præcepto?

R. Id esse primo, quasi in singulare signum excellentiae adorationis hyperduliaz, quæ Beata Dei Genitrici specialiter debetur, ut notat Suarez de Relig. to. 1. tr. 2. lib. 2. cap. 9. num. 8. De qua adoratione videri potest idem Suarez to. 2. in 3. par. disp. 22. & Benedict. Plaza Devotion. vindicat. par. 1. cap. 4. & num. 27. Hanc rationem significat etiam Durandus in Ration. Officior. lib. 7. c. 7. initio, eamdemque inuit Sanctus Fulbertus sermone de Nat. B. V. initio, ubi sic: Inter omnes Sanctos memoria Beatissime Virginis eo frequentius agitur, atque Festivus, quo majorem gratiam apud Dominum creditur invenisse. Potto Deus plus amat Virginem, quam reliquos Sanctos omnes: quemadmodum affirmat, probatque Suarez to. 2. in 3. par. disp. 18. sect. 4. post medium. Et vero ut S. Joannes Damascenus ait sermone 1. de Dormitione B. V. infinitum Dei servorum, ac Matris discrimen est. Etenim ut docet D. Thomas 1. par. quest. 29. art. 6. ad 4. Humanitas Christi, en hoc, quod est unita Deo... Et Beata Virgo, ex hoc, quod est Mater Dei, habent quamdam dignitatem infinitam ex bono infinito, quod est Deus, Et ex

ex hac parte non potest aliquid fieri melius eis, sicut non potest, aliquid melius esse Deo. Pro excellentia verae gratiae ejusdem Beatæ Dei Genitricis supra omnes Sanctos, videri potest testimonium Sancti Bernardini Senensis, quod allegavimus 25. Martij num. 4. Pro excellentia autem gloriae videantur dicta 15. Augusti num. 6.

4. Secunda ratio est, quia cum Ecclesia Festivitates Sanctorum constituant ratione gratitudinis in Deum, ob collata Sanctis suis cœlestia dona; & erga ipsos Sanctos, ob accepta ab iisdem beneficia: (videantur dicta 10. Augusti n. 3.) merito in honorem Beatae Virginis plura instituit Festa; ad significandum, longe plura nos ab eadem Cœlorum, & Sanctorum omnium Regina beneficia suscepisse; aequa adeo majora deberi Deo, & ipsi Beatae Virginis gratitudinis signa. Hanc rationem significat S. Bernardus Abbas sermone in Nativ. B. V. de Aquazduetu, ubi inquit: *Intueamini quanto devotionis affectu a nobis eam: voluerit honorari, qui totius boni plenitudinem posuit in Maria: ut proinde siquid spei in nobis est, siquid gratia, siquid salutis, ab ea noverimus redundare.*

5. Tertia ratio est, quia Festivitates Sanctorum celebrantur, ad implorandum eorum patrocinium apud Deum, & ut beneficiis nobis collatis alia superaddant. Id autem posteriori ratione speramus a Sanctissima Dei Genitrice propter suæ excellentiam potestatis; ut enim ait Divus Thomas: *Beata Virgo piena fuit gratia etiam quantum ad refusonem in omnes homines. Magnum enim est in quolibet Sancto, quando habet tan-*

*sum de gratia, quod sufficit ad salutem multorum: sed quando haberes tantum, quod sufficeret ad salutem omnium hominum de Mondo, hoc esset maximum. Et hoc est in Christo, & in B. Virginie. Nam in omni periculo potes salutem obtinere ab ipsa Virgine gloriosa: unde Canticorum 4. Mille Cypri, id est remedia contra pericula, pendunt Eccl. Item in omni opere virtutis potes eam habere in adjutorium, & ideo dicit ipsa Ecclesiastici 24. In me omnis spes vitæ, & virtutis. Hæc Doctor Angelicus opusc. 8. exposit. salut. Angel. Ideo itaque tertio in honorem ejusdem Beatissimæ Virginis celebrantur Festivitates plures: quia cum Festivitates Sanctorum celebrentur ad implorandum eorum patrocinium apud Deum; & ut beneficiis nobis collatis alia superaddant: id autem potiori ratione speramus a laudata Dei Sanctissima Genitrice propter suæ excellentiam potestatis; & quia sicut ipsa apud Deum omnibus est potior, ita quoque pro nobis apud Deum omnibus Sanctis est sollicitior: ut post Divum Augustinum ait S. Bonaventura 10. 2. spec. B. V. c. 6. Hoc ultimum manifeste significat Durandus docet supra cit. ubi notat: Ecclesiam plures Festivitates instituisse in honorem Beatae Virginis: de hoc autem rationem assignans, inquit: *Omnis enim tempore ipsam (Beatam Dei Genitricem) in memoriam habere debemus, quæ omni tempore ad Filium suum pro nobis peccatoribus intercedit. Et hinc etiam est, quod in Missa saepissime secunda Oratio sit de B. V. ut notavit Gavantus in Rubr. Miss. par. 1. tit. 9. n. 6. ubi hæc habet: In his, & sequentibus, quando in Officio cessant Commemorationes de Sanctis, & de Pace, cessat etiam (in**

Missa) oratio A cunctis . Sed quia B. Virgo numquam cessat orare pro nobis , & Festa Filii sunt etiam Matris , neque a Sanctis quicquam obtinemus , quod a Deo per manus Mariae prius non donetur : ideo tempore Paschalis , infra Octavas Ascensionis , Corporis Christi , & Sanctorum , in eorumque vigiliis (vide tamen dicta 23. Februar. art. 2. num. 14. & 1. Novembr. art. 2. sect. 2. n. 13.) secunda oratio est de Beata Virgine . Hæc Gavantus .

Eadem prorsus docet , & rationem eamdem assignat Suarez to. 2. in 3. par. disp. 23. sect. 2. fine , & sect. 3. fine ; ex eo etenim quod Ecclesia ad Beatam Virginem invocandam , plures dies Festos habeat illudicatos , colligit ; Ecclesiam sentire , Virginis intercessionem , & orationem præ omnibus aliis sibi esse utillem , ac necessariam . Rursus , ideo Ecclesiam sanctam , ait , præstantoribus modis Virginem orare , eam vocando Spem nostram : Dulcedinem : Matrem misericordiae : &c. & frequenterius , ac instantius ad illam , quam ad reliquos Sanctos orare : nullus enim est dies , in quo non illi publicas orationes offerat , vel in Horis canonicas , vel in Missæ Sacrificio , vel signo publice dato semel , aut bis , aut ter in die , ut universus populus Virginem deprecetur ; de qua consuetudine nos ex professo egimus lib. 1. c. 5. ideo , inquam , assertit Ecclesiam sanctam sic Beatissimam Virginem orare , quia ipsa est invocanda præ omnibus Sanctis . Primo , quia oratio ejus dignior est , & efficacior , & ipsa quo nos magis amat , & humilior est , eo promptior est , & solicitior pro nobis . Secundo , quia ejus oratio universalior est ; nam

quidquid alii impetrant , aliquo modo per Virginem impetrant , quia , ut Bernardus dixit , illa est media-trix ad mediatorem , & veluti colum , per quod influentias capitum ad corpus descendunt , & ideo epist. 174. monet idem melissinus Doctor , ut quidquid Deo offerre volumus , per Mariam offeramus , ut eodem modo ad largitorem gratiae gratia redeat , quo fluxit . Et serm. Signum magnum . inquit : Totum nos habere voluit per Mariam . Et Germanus serm. de Zona : Nemo est , cui donum concedatur , nisi per te . Et ideo vocant illam : Refugium nostrum ; Nauphantium pertinum : & similibus encomiis , quæ passim apud Patres inveniuntur . Et hinc ortum est , ut inter alios Sanctos non utamur uno ut intercessore ad alium , quia omnes sunt eiusdem ordinis ; ad Virginem autem , tamquam ad Reginam , & Dominam alii adhibentur intercessores : quo sensu Angelicam Salutationem aliis Sanctis recitamus , ut nimis eam pro nobis Virginis representent . Rursus hinc etiam fit interdum , ut nonnullos Sanctos ad hæc vel illa specialia beneficia obtainenda singulares advocatos habeamus , ut constat ex usu Ecclesiarum , & indicavit Augustinus epist. 137. Virginem autem ad omnia habemus universalem advocatam , quia in omnibus est potentior , quam cæteri in singulis actibus . Hæc laudatus Suarez cit. sect. 3. Praecedenti quoque sect. 2. fine affirmat : ideo Ecclesiam & frequenterius , & altiori quodam modo orare ad Virginem , quam ad reliquos Sanctos , ut jam dictum est , quia Beata Virgo non solum intercedit pro nobis , sed etiam ejus intercessio est omnium efficacissima ; quod ibi

pro-

probat rationibus, & auctoritate Sanctorum: cum quibus etiam existimat, a Beata Virgine in hac potestate, & efficacia non solum Santos singulos, sed omnem etiam cœlestem Curiam superari. Itaque, ait, si cogitatione fingamus, B. Virginem aliquid postulare, totamque Curiam Cœlestem illi resistere; potior esset, majorisque efficacia, & valoris apud Deum, Virginis, quam reliquorum Sanctorum omnium oratio; quod profecto est dignitati Matris maxime consentaneum, & perfectissimæ gratiæ, & charitati Beatæ Virginis quodammodo debitum. Ita Doctor eximius; videri etiam potest Benedictus XIV. de Festis B. V. cap. 13. & Benedictus Plazza Devot. vindic. par. 2. c. 5.

6 Quarta denique ratio esse potest illa, quam indicat Plazza cit. par. 2. c. 8. n. 18. ubi ait: in Apostolica Sede studium deprehendi Beatissimæ Virginis Festa multiplicandi, ad augendam Fidelium in Dei Parentem devotionem. Cur autem Ecclesia studeat Fidelium devotionem hujusmodi promovere, & augere? facile patet ex tribus præcedentibus rationibus.

7 Ad hæc, antequam Festum Conceptionis B. M. V. fuerit institutum ex præcepto pro Ecclesia universalis; Auctores graves apud Suarez de Relig. to. 1. tr. 2. lib. 2. cap. 5. n. 3. volebant: quatuor solemnies Virginis Festivitates in quatuor anni temporibus celebrari: Annunciationem in Vere, Purificationem in hyeme, Assumptionem in Æstate, Nativitatem in Autumno; ut ita in omnibus temporibus Virgo colatur, & vicissim omnia tempora Virginis solemnitatibus ornentur, & protegantur.

tur. Idipsum affert Azorius *Instit. moral. par. 2. lib. 1. cap. 17. qu. 1.* qui item addit: prædictas quatuor Virginis Festivitates celebrari in quatuor anni temporibus, ut sint veluti quatuor gemmæ in corona anni mirabiliter constitutæ; quod quidem dixit Hostiensis allegatus a Spinello in lib. *Maria thronus Dei. cap. 29. n. 12. fine.* Item ut quatuor B. Virginis Festivitates totum annum fœcundent, sicut quatuor flumina Paradisum irrigabant. Præterea ut quemadmodum venti principales quatuor Mundi partes perflant, sic quatuor Festi dies Deiparæ Virginis quatuor anni tempora illustrent, & exornent; & nos ejusdem Virginis meritis, & precibus per quatuor anni tempora recreemur, foveamur, & servemur incolumes. Hæc Azorius.

S E C T I O II.

De Horis Canonicis.

FESTUM Conceptionis B. M. V. 8 celebrandum est in Ecclesia universalis sub ritu dupl. 2. cl. Rubr. gen. Brev. tit. 9. n. 6. & in duab. tabell. excerpt. ex Rubr. gen. Brev. & cum Octava pro Ecclesia etiam universalis, ex Innocent. XII. 15. Maij 1693. Constit. In excelsa, ut refert Meratus to. 2. ad banc diem, & seq. 3. c. 8. n. 1. Caval. to. 2. c. 18. in d. 3. num. 5. & in d. 11. n. 1. Omnia ut in propr. & Officio parvo ejusdem B. M. & in Laudibus fit Commemoratio feriæ Advent. In 3. noctur. loco antiphonæ: Post partum: dicitur antiphona: Angelus Domini. Rubr. Brev. hic: quia sumus in Adventu, in quo hæc Antiphonæ.

Antiphona congruentius dicitur: ut observabimus tr. 2. lib. 1. p. 1. c. 2. v. 1. In R. br. ad Primam dicitur: Qui natus es. Rubr. gen. Brev. t. 28. n. 3. & in fine hymnorum: Jesu Christi. Qui natus.

Secundæ Vesperæ de eodem Festo, ut in t. Vesp. præter Antiphonam ad Magnificat, & fit Commemoratio feriæ Adventus.

Si Festum Conceptionis occurrerit in Dominica secunda Adventus, & celebretur sub ritu dupl. 2. cl. transferatur in feriam secundam, & in Sabbato sequenti serventur ea, quæ notabuntur sub die 14. b. i. n. 4. Ubi autem celebretur sub ritu dupl. 1. cl. fit de Festo cum Commemoratione Dominicæ 2. Advent. & 9. i. est. de ea: eruitur ex reg. gener. Rubr. gen. Brev. t. 10. de translat. Fester.

Hoc autem Festum est dupl. 1. cl. in Regno Siciliæ, quia Beata Virgo sub hoc titulo est ejus principalis Patrona ex declaratione Benedicti XIV. Qui etiam ad preces nutriusque Siciliæ Regis, & Reginæ, Neapolitano Regno eamdem B. Mariam Virginem Immaculatam sub ejus Conceptionis titulo primam, & principiam Patronam, assignavit: ut apparet ex Decreto Sacrae Congregationis edito 12. Septembris an. 1748. & resert Plaza Devot. vindic. p. 2. c. 13. n. 13. atque adeo etiam in Regno Neapolitano est duplex 1. cl.

Festo igitur Conceptionis sub ritu 2. cl. occurrente in Domin. 2. Advent. hodie Vesperæ erunt de sequenti Festo translato Conceptionis: cum Commemor. Dom. 2. Adv.

S E C T I O . III.

De Missa.

TN Festo Conceptionis. B. M. V. 10. dupl. 2. cl. Missa ut in propr. & fit Commemor. feriæ Advent. Creda. Rubr. gen. Miss. tit. I. Praefat. de B. V. V. Et te in Conceptione. Col. param. alb.

Ubi celebratur sub ritu dupl. 1. cl. si venerit in Domin. fiat Commemor. Dominicæ, & ejusdem Evangelium legatur in fine.

An, & quale peccatum sit, non dicere Praefationem propriam? & an possit, aut debeat suppliri, ubi error advertatur? videbimus tr. 2. ini Dom. Resur. art. 3. qu. 1. & 2.

S E C T I O . IV.

De Functionib. Pontificalib..

CAPPELLÆ Pontificiae celebratio 11 decernitur in Basilica S. Mariæ Majoris die Festo Conceptionis B. Mariæ Virginis; ex Benedicto XIV. to. 2. Bullar. ejus in Append. n. 9. pag. 47..

S E C T I O . V.

De Indulgentiis..

TN Festo Conceptionis B. M. V. 12. Indulgentia plen. in Ecclesiis Patrum Carmelitarum. Clem. X. Constit. 131. §. 18. pag. 220.

In eodem Festo Ind. plen. in Ecclesiis Monasteriorum sub invocatione Conceptionis, quæ sunt sub regulâ & subjectione Fratrum Minorum de Observantia. Sixtus V. Bul. la

Ia 1. in Bullar. Regularium Emmanuelis Roderici. Et rursus Benedictus XIII. 12. Decembris. 1729. Declar. incip. Ad augendum concessit Indulgentiam plenariam perpetuam hodie visitantibus aliquam ex Ecclesiastam Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia, & Reformatorum: quam Monialium ejusdem Ordinis; apud Luc. Ferrar. V. *Fest. n. 71.*

14. Item Indulgentia plenaria in Ecclesiis, Cappellis, & Oratoriis Clericorum Regularium Theatinorum pro iis, qui devotionis causa erga Mysterium Conceptionis B. M. V. gestant Insigne famulatus Beatae M. V. sub titulo Conceptionis: seu ferunt habitum, ut vulgo dicunt, Conceptionis, coloris cœrulei, benedictum, & distributum a dictis Religiosis. Clem. XI. Constit. 141. p. 234. to. 10. p. 1.

15. Sixtus IV. iis, qui hodie celebra- rent Missam, aut recitarent Officium Conceptionis, aut adessent recitationi, concessit omnes Indulgentias, quæ ab Urbano IV. Martino V. & aliis Pontificibus concessæ fuerant ob Festum SS. Corporis Domini: quas Indulgentias notabimus feria v. post Dom. I. Pentec. ubi de eo. Feste agemus. Et licet S. Pius V. mutaverit formam Officii, & Missæ, quam probaverat Sixtus IV. non ideo tamen abrogatas fuisse prædictas Indulgentias, docet P. Valentia tom. 4. disp. 2. quest. 1. pun. 2. §. *Neque enim putare.* Eo quod Indulgentiae fuerint principaliter concessæ non propter illam determinatam Missam, & particulare Officium, verum ut celebraretur solemnius tale Festum: quæcumque futura fuisset forma Missæ, & Officii, quæ juxta

temporum varietatem, seu circumstantiarum diversitatem, Ecclesia instituisset in honorem Conceptionis B. M. V. Consentit Plaza de Parag. par. 2. art. 5. §. 10. ubi de Indulg. hodiern. vide etiam Raynaldum tom. 8. tract. de piet. Lugdun. erga Immac. Concept. tractation. card. 1. versus fin. licet oppositum doceat Cavalerius comment. in Decr. Sacr. Congr. Rit. 10. 2. c. 18. in deor. 3. num. 4.

S E C T I O VI.

Nos. tempore Interdicti.

VN Hyspania tempore Interdicti localis suspenditur Interdictum in Festo Conceptionis B. V. & per totam ejusdem Octavam, ex concessione Leonis X. Videatur Sylvester V. Interdictum 3. in Addit. Avila de censor. par. 5. disp. 4. sect. 2. dub. 11. conclus. 2. Filliac. to. 1. disp. 5. de Interd. pu. 4. n. 13. Sa. V. Interd. num. 28. Lezan. V. Interd. Regular. n. 30. Chiavet. consult. 143. n. 10. & consult. 151. n. 10. Tolet. Instruct. Sacer. c. 53. n. 6. Raynaud. tom. 8. tract. de piet. Lugdun. erga Immaculat. Concept. tractation. card. 1. versus finem. Emmam. Roderic. tom. 1. q. q. Regular. qu. 57. art. 3. & 5. Henricus Henriquez in sum. lib. 13. cap. 47. n. 2. Pro nonnullis dubiis, quæ possint occurere in hac materia, videantur dicenda in Dom. Resur. art. 7.

A.R.

ARTICULUS II.

Not. infra Octavam Concept. B. V.

EXPLICANTUR SECTIONIBUS II.

Sect. I. De Horis Canoniceis

Sect. II. De Missa.

SECTIO I.

De Horis Canoniceis.

17 **O**TAVIMUS n. 8. Festum Conceptionis B. M. V. celebrandum esse cum Octava in Ecclesia universalis. Infra Oct. rit. semid. lect. 1. noct. de Script. occur. (nisi occurrat Fer. IV. Quat. tempor.) 2. & 3. noct. propr. reliqua ut in Festo. Commemor. feriae Advent. in laudib. & Vesp. In 3. noct. pro Antiphona: *Post partum*. dicatur Antiphona: *Angelus Domini*. sicut in Festo: quia eadem militat ratio. In R. br. ad Primam: *Qui natus es*. etiam in Dominica infra Octavam: ut animadvertisit Gavantus in Rubr. Brev. sect. 5. c. 14. n. 3. & Cavalierius t. 2. c. 15. comment. in decr. 4. n. 4. & 10. 5. c. 14. n. 15. Ita quidem ex Rubrica Breviarii descripta in Officio Dominicæ primæ Adventus, ubi de R. br. ad Primam, designato versu proprio pro Adventu: *Qui venturus es in mundum*; subdit: *Sic dicitur quotidie usque ad Nativitatem Domini, etiam in Officio de Sanctis, praterquam in die Conceptionis B. M. & per Octavam*. In Officio item Conceptionis ita habet Rubrica: *Ad Primam in R. br. dicitur V. Qui natus es de Maria Virgine. Et sic dicitur per totam Octavam*,

etiam in Festis, & quando fit de B. Virgine. Ubi non excipitur Dominica infra Octavam. Sed & Rubrica gen. tit. 28. n. 3. sic habet: *In Respons. brevi ad Primam loco vers. Qui sedes; in Adv. dicitur: Qui venturus es in Mundum tam in Dominicis, & feriis, quam in Festis, excepto Feste Conceptionis B. M. & per Octavam: ... In omni Officio B. M. tam novem, quam trium Lectionum, etiam infra ejusdem Octavam fiet de Feste, vel de Dominica, dicitur: Qui natus es de Maria Virgine*. Sic Rubricæ: quæ etiam Cavalierius locis citatis legit ita, ut adhuc expressus habeant; versum *Qui natus es dicendum esse in Dominica infra Octavam Conceptionis*. Nescio autem, an ex aliquo Breviario ita scripsiterit, vel ex defectu memorie ita crediderit; quemadmodum 10. 4. c. 21. de Sab. Sancto fine: assignaverat tempori Paschali finali Antiphonam: *Ave Regina*: cum notum sit dicendam tunc esse Antiphonam: *Regina Cœli*.

In fine hymnorū: *Jesu tibi*: qui 18 sint ejusdem metri, & non habeant ultimam strophen propriam: etiam in Festis occurrentibus, & in Dominica infra Octavam. Rubr. Brev. hic. Atque adeo in dicta Dominica in hymno: *Creator alme*, & in hymno: *En clara vox*, in fine dicitur: *Jesu tibi &c.* vide dicenda in Sab. post Dom. 28. Pentec. seu ante Dom. 1. Advent. n. 4. Porro ea, quæ sunt propria temporis, cedunt iis, quæ sunt propria Festi occurrentis, vel Octavæ. Vid. Caval. t. 5. l. cit. Nisi quid excipiatur expresse vide dicenda tr. 2. l. 1. p. 1. c. 3. n. 5. & in Dom. 2. Advent. n. 4. Ad Primam, & Completorium non dicuntur Preces.

Nona

Nona lectio non legitur de die infra Octavam, quando de ea fit Commemoratio in Dominica vel aliquo Feste, licet habeat Evangelium proprium, & homiliam. Rubr. gen. Brev. tit. 9. n. 10.

19 Quando occurrit feria Quatuor temporum infra Octavam Conceptionis B. M. V. Officium recitatatur de die infra Octavam, uti dicemus 14. hujus. n. 3. & hic etiam infra significabimus n. 22.

Quando duæ Octave simul occurrent, quarum una sit Patroni principalis sub ritu duplice prime classis, altera Beatae Mariae Virginis sub ritu duplice secundæ classis, recitandum est Officium de Patrono principali cum Commemoratione B. M. V. S. R. C. 19. Iunii. 1700. in Curien. apud Caval. 2. c. 18. d. 9. Vide dicta 8. Septemb. n. 11.

Pro Sanctis, seu Officiis ad libitum infra Octavas occurrentibus, vide dicta 19. Januar. a n. 4.

S E C T I O II.

De Missa.

20 INTRA Octavam Conceptionis semid. Missa ut in Feste. 2. Or. feriae Advent. 3. de Sp. S. ob rationem assignatam 1. 2. in Sabbato. n. 31. nisi facienda sit Commemoratio simplicis occurrentis: tunc enim de eo erit 3. Or. Rubr. Miss. bic. Similiter si occurrat fieri Commemorationem alterius diei infra Octavam alicujus Festi duplicitis 2. cl. inferioris dignitatis. Dicitur Credo. Rubr. gener. Miss. tit. 11. Præfat. de B. V. v. O te in Conceptione. Col. parament. alb.

21 In Missa Dominicæ occurrentis in TOM. IV.

fra hanc Octavam dicuntur duæ tantum Orationes, una de Dominica, altera de Octava Conceptionis; tercua oratio omittitur ad majorem solemnitatem: quod est commune ceteris Octavis. Gavant. in Rubr. Miss. par. 1. tit. 1. n. 10. Nisi occurrat Commemoratio Simplicis, tunc enim dicetur de eo tercia oratio. Similiter si occurrat, fieri Commemoracionem alterius diei infra Octavam inferioris dignitatis; & in eadem Dom. adhibetur color proprius temporis Advent. videlicet violaceus. Vide dicenda tract. 2. lib. 1. part. 1. cap. 3. num. 5. & in Domin. 2. Advent. num. 4.

Quando occurrit Vigilia, aut feria 22 Quatuortemporum infra Octavam Conceptionis B. M. V. debet recitari Officium de die infra Octavam; Missæ autem sive una cantetur, sive legantur, sunt de feria Quatuortemporum cum secunda Oratione de Octava, & tertia de Spiritu Sancto, quæ semper dicitur infra Octavas B. M. V. juxta tit. 9. de Orat. n. 7. & 9. Nam Oratio, quæ ibi præscribitur dicenda secundo loco, ponitur tertio loco; cum Præfatione de Octava. S. R. C. 23. Junii 1736. in Einsidlen. apud Caval. 10. 2. c. 15. d. 4. & ibi n. 3. & apud Merat. ind. decr. Miss. n. 687. Hæc sunt conformia Rubricis Breviae, & Missalis; vid. Caval. in cit. d. 4. n. 1. & 2. Merat. 10. 1. p. 4. tit. 2. n. 4. Dicitur autem in descripto Decreto: quando occurrit Vigilia: hæc ramen universalis non potest occurrere infra Oct. Concept. ut constat. Vel feria Quatuortemporum: Hæc utique potest occurrere infra Octavam Conceptionis, est autem sola feria quarta Quatuor temporum, quæ potest incidere in diem

décimam quartam Decembris , atque adeo in diem septimam infra Octavam Conceptionis : ut ibi notabimus . *Debet recitari Officium de die infra Octavam* : Nisi alicubi faciendum sit de aliquo Festo dupli . Si igitur Officium recitetur de die infra Octavam , *Missa autem sive una cantetur* ; (Nam occurrente Vigilia , seu feria privilegiata infra Octavam in Cathedralibus , & Collegiatis cantandæ non erunt duæ Missæ , sed una dumtaxat de feria , cum Commemoratione Octavæ . Vid. 23. Jun. n. 5.) *Sive legantur* : Occurrente Vigilia , vel feria Quatuortemporum seu feria privilegiata infra Octavam , si fiat Officium de die infra Octavam , Missæ etiam privatæ erunt de Vigilia , vel feria Quatuortemporum seu feria privilegiata . Ita quidem in Octavis communibus , cuiusmodi est Octava Conceptionis ; alia vero est dispositio pro Octavis privilegiatis , cuiusmodi est Octava Corporis Christi : ut suo loco dicetur . *Cum Præfatione de Octava* . Non dicetur tamen *Gloria* , & *Credo* ratione Octavæ , quia Missa est ferialis vid. Caval. in cit. d. 4. n. 6. Merat. to. 1. par. 1. tit. 11. num. 14. & par. 4. tit. 2. n. 4. & dicta in Septemb. par. 1. n. 14. In predicta vero Missa de feria dicendam esse Præfationem Octavæ , notat etiam Rubrica in recentioribus Missalibus die 14. hujus ; ut observat Meratus cit. n. 14. &

Caval. to. 5. c. 14. n. 60. ubi docet : hinc generalem regulam inferi ; in feriarum , & Vigiliarum Missis , quæ infra Octavam celebrantur , dicendam esse Præfationem de Octava , si hæc eam habeat propriam , & solum eam , quæ *Communis* dicitur , quoties eadem Missæ incident in diem Octavam , aut Festum aliquod duplex , vel semiduplex . Porro in eo casu duæ cantantur Missæ ; una nempe de Festo post Tertiam , & altera de feria , aut Vigilia post Nonam . In Missa Festi fit Commemoratio Octavæ , & ejusdem dicitur Præfatio propria , si eam habeat ; nisi Festum , de quo celebratur Missa , Præfationem quoque propriam habeat , tunc enim dicetur Præfatio Festi ; & non Octavæ .

Missæ vero feriæ , aut Vigiliæ cantatur sine Commemoratione Octavæ , & cum Præfatione cummuni , & non ejusdem Octavæ , perinde ac infra Octavam minime occurreret . Caval. in cit. c. 14. num. 42. Merat locis cit. & par. 3. tit. 11. n. 4. in descr. 14.

Quinam color sit adhibendus , quando Officium , & Missa discordant ? vid. 2. Novembr. n. 81.

Si celebretur Missa Votiva de B. Virgine eo diè , quo fit de aliquo Festo semiduplici infra Octavam ejusdem B. V. videantur dicenda 11. hujus n. 3.

CA-

C A P U T I X.

N O T A N D A I X. D E C E M B R I S.

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I .

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I :

De Horis Canonicis.

1 *¶N Calend. Rom. de die infra Octavam Concept. semid: lect. 1. noct. de Script. occur. 2. & 3. noct. propr. ut 2. die ; reliqua ut in Festo , & commem. feriae Advent. 2. Vesp. de eadem die infra Oct. commem. feriae, ac S. Melchiadis P. & M. Or. Infirmitatem.*

2 *Ubi cras celebrabitur Festum Translationis Almae Domus B. M. V. ibi hodie Vesp. de sequ. prædicto Festo dupl. maj. ut in prop. commemor. fer. ac S. Melchiadis , & non fit commem. Octavæ Concept. ut animadvertis Meratus sub die 10. hujus; & Cavalerius statim laudandus; hoc enim Festum inter Festa B. Virginis collocatur ex Decreto 23. Aug. ann. 1725. quod dedimus 23. Januar. n. 2. ut videre ibi est , & notat. Cavaler. to. 2. c. 30. in decr. 1. n. 3. fine ; ubi etiam animadvertisit, id ipsum insinuare , quæ in fine habet lectio sexta ejusdem Officii. Adde , hoc ipsum manifestius argui ex Præfatione de B. Virgine , quæ in Missa Festivitatis hujus dicenda præfigitur cum versu: *O te in Festivitate.* Unde dignoscitur, Præfationem de B. Virgine in dicta Missa recitari non solum ob Octavam Conceptionis , ra-*

tione cujus diceretur versus: *O te in Conceptione:* sed adhuc peculiari ratione hujus alterius Festivitatis ejusdem Virginis. Porro ex Rubr. Miss. Præfatio de B. V. dicenda est in omnibus Festis ejus ; Confer dicta 25. Martii art. 1. sect. 1. n. 3. Concludendum itaque cum laudato Cavalierio: dubium non esse , in hoc Officio fieri non debere commemorationem Octavæ Conceptionis B. Virginis , ne de eadem Deipara Officium simul , & commemoratione fiat . Videri possunt dicta 15. Septembr. n. 3. Hinc etiam habes , quod in casu , quo hodie recitetur de Festo Conceptionis , translato a die præcedenti , eo quod occurrit Dominica 2. Adv. recitandas sint 2. Vesp. de Concept. sine commem. sequentis Festi Translationis Almae Domus.

La-Croix lib. 4. de bor. canon. qu. 3 205. §. 3. hæc habet . Dubitatum est: an v. g. Geista ultimis diebus infra Octavam S. Xaverii , cuius propter Titulum Templi est I. cl. debeat legi de Octava S. Xaverii ; an vero de Octava Conceptionis B. V. cuius Festum ibi tantum est secunda classis? B. Agendum esse de Octava S. Xaverii cum commemoratione Octavæ Conceptionis ; nam licet S. Congregatio voluerit, ut dies Octavæ Festorum B. Virginis sint duplex majus ; S. Xaverii autem Octava sit duplex minus , tan-

men nihil prorsus immutavit circa dies infra Octavam, qui secundum generatem, & constantem regulam apud Cavantum c. 8. de Octavis. (idest, in Rubr. Brev. sed. 3. c. 8. de Octavis.) n. 6. si respondeant Festo prima classis, prevalent diebus infra Octavam respondentibus Festo 2. classis, & non respiciunt diem Octavam post se sequentem, sed ipsummet Festum antecedens, cujus sunt continuatio. Hæc La-Croix. Utique ubi Festum S. Xaverii est duplex 1. cl. cum Oct. & Festum Conceptionis 2. cl. recitandum esse de Octava S. Xaverii cum commemoratione Octavæ Conceptionis; omnino confirmant Decreta S. C. a nobis tradita 8. Septembr. n. 11. vid. ibi dicta. Quod autem idem La-Croix hic dicit: Sacram Congregationem voluisse, dies Octavas Festorum B. Virg. esse ritus duplicitis majoris: non est ita. Porro La-Croix id affirmat innexus euidam Decreto S. C. R. edito 11. August. 1691. etenim eadem qu. citata §. 5. fine hæc habet: Notandum: quod dies Octava Assumptionis, Nativitatis, vel Conceptionis B. V. per Decretum anno 1691. sunt duplicitia majori. Illud autem Decretum sic se habet: Quæcumque dies Octava B. M. V. debet habere integras utrasque Vesperas in concurrentia cum Officio dupliciti minori. Quod Decretum nos allegavimus 21. Aug. n. 2. & die 15. Septembr. n. 2. una cum sequenti: Dies Octavarum Assumptionis, Nativitatis, aliarumque Festivitatum B. M. V. Octavam habentiam, concurrentes cum Officio dupliciti minori habere debent integras Vesperas: ut disponit Rubrica ultimo posita in Officio Octave Conceptionis; si concurrat cum S. Lucia. Per hujusmodi tamen Declarationes, ut locis citatis notavi-

mus, non declarantur dies Octavæ Festorum B. Virginis esse ritus duplicitis majoris, ut cum Halden animadvertisit etiam Meratus t. 2. sect. 3. cap. 8. num. 21. sed solum quod habeant integras utrasque Vespertas, si cum eis occurret Festum duplex minus, sive eadem concurrent cum sequenti duplice minori; & hoc propter majorem dignitatem intrinsecam laudatæ Dei Genitricis, quam, supponitur, habere præ Sancto, seu Festo sequenti, vel præcedenti: quod est juxta Rubricas generales de cursu duorum Festorum æqualis ritus, sed dignitatis intrinsecæ inæqualis. Quapropter, ut locis citatis animadvertisimus, si Festum duplex maior concurrat cum die Octava B. Virginis: vel dies Octava B. Virginis concurrat cum duplice majori etiam Sancti inferioris dignitatis intrinsecæ; Vespere integræ sunt de Festo cum commemoratione Octavæ B. V. Sunt ergo dies Octavæ Festorum B. Virginis ritus duplicitis minoris.

Ubi Festum S. Xav. celebratur cum 4 Oct. hodie Vesp. de sequenti die Oct. laudati Sancti, ut in 1. Vesp. Festi de communione Conf. non Pontif. or. propria, commemoratio Octavæ Conceptionis, & feriæ, ac S. Melchadiis P. & M. Quod si hodie sit Dominica 2. Advent. Commemoratio Dominicæ fiet ante Commemoracionem Conceptionis; vid. dicta 14. Januar. art. 1. n. 25.

Si autem cras erit Dom. 2. Adventus, & hodie recitatum fuerit de die infra Octavam Conceptionis: Vespere usque ad Capitulum exclusive erunt de Conceptione, & a Capitulo fiet de Dominica cum Commemoracione prius Conceptionis; deinde Octava S. Xav. ut in 1. Vesp. Fe.

Festi, & S. Melchiadis. Vid. dicenda tr. 2. lib. 1. par. I. c. 2. n. 12. Quod si recitatum hodie fuerit Officium de die infra Octavam S. Xav. puta ubi est dupl. 1. cl. & Conceptio 2. cl. in praedicto casu Vesperæ dicuntur de Sabbato ut in Psalterio, & a capitulo fit de Dominica cum Commemoratione diei Octavæ Sancti Francisci Xav. ut in 1. Vesp. Festi, deinde Oct. Concept. & S. Melchiadis, sine precibus. Vid. dicenda loco cit. In eodem casu, si alicubi recitatum hodie sit de Festo dupliciti, 2. Vesp. erunt de eodem Festo cum commemoratione prius Dominicæ, deinde Octavæ S. Xav. postea Conceptio, denique S. Melchia-

dis. Si tamen alicubi occurreret Festum semiduplex, 2. Vesp. forent de eodem Festo usque ad Capitulum exclusive; a Capitulo fieret de Dominica cum Commemoratione prius praedicti festi semiduplicis, deinde Octavæ Sancti Xaverii, Conceptionis, S. Melchiadis. Vid. rursus dicenda l. cit.

ARTICULUS II.

De Missa.

Missa de die infra Oct. Concept. 5. IV. 2. or. de fer. Adv. 3. or. de Sp. S. Credo. Praef. de B. V. V. Et te in Conceptione. Col. alb.

C A P U T X.

NOTANDA X. DECEMBERIS.

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. *De Horis Canoniceis.*

Art. II. *De Missa.*

ARTICULUS I.

De Horis Canoniceis.

1. In Cat. Rom. de die infra Oct. Concept. semid. lect. 1. noct. de Script. occur. 2. & 3. noct. propr. ut tertia die, reliqua ut in Festo. In Laudib. commemor. fer. ac S. Melchiadis P. & M. Or. *Infirmitatem*. In 2. Vesp. a capit. de sequ. Festo S. Damasi P. & Conf. semid. ut in communi Conf. Pontif. or. propria, commem. Oct. Concept. & feriæ Advent.

2. Ubi de S. Melchiade fit Festum

novem lectionum, dicatur VIII. R. *Domine prævenisti*: quia, ut notat Gavantus sub hac die, ex Martyrologio multa quidem est passus, non tamen effudit sanguinem, dicitur, hoc est, morte violenta sublatus: adeoque non est dicendum Responsorium: *Hic est Martyr, qui pro Christi nomine sanguinem suum fudit*. Confer dicta 16. Januarii n. 2. Profecto laudatus Sanctus Pontifex obiit, Ecclesia pace gaudente; quia tamen multa fuerat sub Maximiani persecuzione perpessus, Martyrum Choro fuit adscriptus. Quemadmodum in fa-

favorem etiam quorumdam aliorum Sandorum Ecclesia consuevit. Vide dicta 11. Novemb. n. 3.

- 3 In toto Statu Ecclesiastico: & alibi hodie recitatur Officium Translationis Almæ Domus B. M. V. dupl. maj. omnia ut in proprio; octava benedictio: *Cujus Festum colimus, ipsa Virgo Virginum &c.* In Laudibus fit commem. feriæ, ac S. Melchiadis tantum. In 2. Vesp. omnia ut in 1. Vesp. præter Antiphonam ad Magnific. & fit commemoratio sequentis Festi S. Damasi, ac feriæ Adv. tantum; porro de Octava Conceptio- nis B. V. non fit commemoratio in Officio Translationis laudatæ Do- mus, secundum dicta die præcedenti, ob rationem assignatam ibidem. Hoc Officium pro toto Statu Ecclesiastico concessit Benedictus XIII. Vide dicta 23. Januar. n. 2. ubi etiam nonnulla alia adhuc pro hoc Officio no- tanda invenies. Pro celebratione au- tem hujusmodi Festi videri potest Be- nedictus XIV. de Festis B. V. c. 16.

- 4 Ubi hodie sit dies Octava Festi S. Xaverii, si occurrat Dominica se- cunda Adventus, Officium fit de Dom. cum Commemoratione de die Octava S. Xaverii, 3. or. Oct. Concep. & 4. S. Melchiadis. In eodem casu in 2. Vesp. concurrente Domini- nica prædicta cum sequenti Festo se- miduplicet S. Damasi: de Octava S. Xaverii fit Commemoratio ante præ- dictum semiduplex.

Si vero Dominica prædicta alicui- bi concurrat cum Festo duplii 1. cl. de Octava S. Xaverii fit Com- memoratio post Commemorationem Dominicæ. Vide dicenda tr. 2. I. 1. par. I. c. 2. n. 12.

- 5 Pro iis, quos respicit, notamus De- cretum sequens: *Exponit Clerus Sacri*

Ordinis Hierosolymitani qualiter de an- no 1659. fuerit facta quædam fundatio ab N. pro decantandis in Pontificali pri- mis Vesperis, & Missa votivis de Sancto Francisco Xaverio, assignata pro adim- plemento sue dispositionis die 10. De- cembribus cuiuslibet anni: ne impediatur, ut creditur, Festum ejusdem Sancti, quod magna cum pompa, & populi concursu die 3. ejusdem mensis celebra- tur in Ecclesia PP. Societatis Jesu Ci- vitatis Valletæ; unde prædictus Cle- rerus ad tenorem dictæ piae dispositionis consuevit usque adhuc post solutam pen- sam Officii currentis decantare primas Vesperas, & Missam, in quibus inter- venit Eminentissimus Magnus Magister & Venerabil. Consil. ideoque interpel- lat, ut possit solitum servari, qui- buscumque non obstantibus. Quo ad Vesperas S. R. C. rescribendum, cen- suit, negative, & transferatur Festum Sancti Francisci Xaverii in perpetuum ad diem 10. Decembribus. Ita prædicta S. R. C. 16. Septembribus 1730. in una Ordin. Hierosolymit. seu Melit. apud Caval. to. 2. c. 41. d. 8. Hoc Decretum favorable est Clero Or- dinis Hierosolymitani: abinde enim indulget propositis precibus, dum fa- ta translatione Festi S. Xaverii ad hanc diem, Vespere de odem San- ctæ decantari conceduntur, & tali- ter, quod ubi prius erant votivæ, evadant Festivæ, hoc est currentis Officii. Cur itaque dicatur, Sacra Congregatio rescriptisse negative? ex- plicat Cavalerius comment. in reci- tatum Decretum; qui videri potest.

A R.

ARTICULUS II.

De Missa.

6 MISSA de die infra O&t. Concept. fit Commemor. fer. Advent. ac S. Melchiadis P. & M. Or. *Infirmatatem*. ut in communī un. M. P. I. loco. *Credo*. Præf. de B. V. *¶ te in Conceptione*. Col. alb.

7 Ubi autem fit de Translatione Almæ Domus B. M. Virg. Missa ut in proprio, & Commemor. feriæ Advent. ac S. Melchiadis tantum. *Credo*. Præfat. de B. V. *¶ te in*

Festivitate. Videri potest Cavalerius to. 5. c. 14. n. 38. Col. alb.

Ubi hodie recitatur de die O. 3 &ava Sancti Francisci Xaverii, Mis- sa de eodem Sancto, ut in ejus- dem Festo, Commemoratio Octavæ Concept. feriæ Adv. ac S. Melchiadis. *Credo*. Præfatio de B. V. *¶ te in Conceptione*. Col. par. alb. Si autem occurrat Dominica 2. Ad- vent. Missa de Dominica, Comme- moratio diei Octavæ S. Franc. Xav. & Conceptionis, ac S. Melchiadis; Præfat de Concept. Col. param. vio- lac. Vide dicenda tr. 2. l. 1. p. 1. c. 3. n. 5.

C A P U T XI.

NOTANDA XI. DECEMBERIS.

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

Art. I. De Horis Canonicis.

Art. II. De Missa.

ARTICULUS I.

De Horis Canonicis.

gnific. *Dam* effet *semper* *Pontifex*.
& Commem. feriæ Advent.

TN Calendario Roman. S. Damasi P. & Conf. semid. lect. 1. noct. de Script. occur. 2. noct. propri. 3. noct. Vigilate. ut in communī C. P. 2. loco; reliqua ut in eodem com- munī. Or. propria, & fit Comme- moratio Octavæ Concept. ac feriæ Advent. In fine hymnor. ejusdem metri: *Jesu tibi*. in B. br. ad Pri- mā: *Qui natus es*. In 2. Vesp. a capit. de die infra O&t. Concept. ut in 2. Vesp. Festi, & fit Comme- ratio precedentis, antiphona ad Ma-

ARTICULUS II.

De Missa.

TN Festo S. Damasi P. & C. se- 2. mid. Missa ut in propri. Comme- moratio O&t. Concept. ac feriæ Ad- vent. *Credo*. & Præf. de B. V. *¶ te in Conceptione*. Col. param. alb.

Quoniam Festum S. Damasi, ut 3. potest semiduplex, & Octava Concep- tionis ut potest communis, seu non privilegiata, permittit Missas votivas etiam

etiam privatas; nota hic: quod qui in Sabbato infra aliquam Octavam B. M. V. recitat Officium de aliquo Sancto eo die occurrente, volens celebrare Missam votivam de B. V. tenetur quidem dicere Missam Festivam cum Gloria, sed sine Credo. S. R. C. 2. Decembr. 1684. in una Canon. Regul. Lateran. apud Merat. ind. decr. Miss. n. 474. Tenetur dicere Missam Festivam: id est ut in respectivo Festo, cuius est Octava: puta Missam ut in Festo Conceptionis; & quidem Missa ut in Festo dicenda est infra Octavam, sive in Sabbato, sive extra Sabbatum dicatur uti Votiva: quemadmodum habetur ex Decreto 2. Decembr. 1753. in Vilnen. Confer dicta lib. 2. in Sabbato n. 40. fine. Doctrinam conformem tradit Gavantus par. 1. tit. 4. n. 3. lit. p. Meratus ibi n. 18. versu: *Si petatur Missa votiva*. sibique cohæret p. 4. tit. 17. n. 2. In Regno Poloniæ tamen cum maxima solemnitate, & concursu populi cantari ab immemorabili tempore in Adventu Domini singulis diebus Missam votivam de B. Virgine, quæ incipit: *Rorate*, habetur in Decreto S. C. quod dabimus tr. 2. l. 1. p. 1. c. 3. n. 11. Quomodo autem Missa ut in Festo sit in casu prædicto Votiva? intelliges ex dictis in Sabbato cit. n. 40. versu: *Profecto Missæ votiva*.

Quo ad omittendum semper Credo: & dicendum Gloria in Sabbato in hujusmodi Missa Votiva: confer Rubr. Missal. de Miss. votiv. Gavant. par. 1. tit. 4. fine. Merat. ibi n. 18. 31. 32. & 46. viderique posunt dicta in Sabbato n. 32. & confer Decretum de an. 1744. in Cracovien, quod dabimus tr. 2. cit. c. 3. n. 9. in quo quidem Decreto con-

ceditur Gloria in Missa votiva de B. Virgine non solum in Sabbato, verum etiam in diebus infra Octavam ejusdem B. Virginis; etsi Meratus loco proxime citato n. 32. statuat, non esse dicendum Gloria in excelsis extra Sabatum in Missa de Festo B. Virginis, quæ tamquam votiva dicitur infra Octavam ejusdem; immo n. 18. tradiderat, a S. R. C. fuisse declaratum 2. Decembr. 1684. quod qui celebrat Missam de B. M. V. ea die, quo fit de aliquo Festo semiduplici infra Octavam ejusdem B. M. V. debet dicere Missam de Octava, sed more votivo sine Gloria, & sine Credo, nisi fuerit Sabbatum, quia sine dicenda erit Gloria, sine Credo. Decretum hujusmodi Meratus affirmat a se datum in suo indice (videlicet Decretorum quo ad Rubricas Missalis) sub num. 479. (ita in editione, qua ego utor:) subditque: eidem esse conforme aliud ejusdem S. C. Decretum a se etiam præfato in indice datum sub n. 474. estque illud, quod in princip. hujus num. descriptimus: *Qui in Sabbato &c.* Est autem conforme solum in eo quod declarat: Symbolum esse tacendum: & in Sabbato Gloria in excelsis recitandum. Deinde neque sub eo numero 479. neque sub aliis legitur apud Meratum Decretum a se allegatum. Dat quidem Meratus sub n. 475. Decretum hujus tenoris: *Qui in Sabbato recitat Officium de B. M. volens celebrare Missam votivam de aliquo Sancto, non debet dicere Gloria, neque Praefationem B. M. V. sed communem.* S. R. C. 2. Decembr. 1684. in una Canon. Regul. Lateran. Quod Decretum nos dedimus l. 2. in Sabbato n. 32. Verum in eo Decreto, quo ad tacendum Gloria, non dicitur:

tur: qui *infra Octavam*: sed qui in *Sabbato*, & quod interest: in eo declaratur longe diversum: non enim est sermo, ut per se patet, de eo, qui celebret Missam de B. Virgine, cum recitet Officium de Sancto: sed contra, est sermo de eo, qui celebret Missam de Sancto, cum recitet Officium de B. Virgine. His positis veremur: ne Meratus hallucinatus fuerit, memoriaque defecerit in recitatione præfati Decreti sub cit. n. 18. a se allegati, atque descripti.

Missa votiva de B.M.V. cum Glorio & Credo sed sine Officio potest celebrari in aliqua die ob publicam causam, & ratione concursus. S.R.C. 8. Junii 1658. apud Merat. ind. decr. Miss. n. 328. Sermo autem est de Missa votiva solemni. Confer Rubr. Missal. de Miss. votiv. & dicenda tr. 2. I. i. p. i. c. 3. n. 9.

Ex Decreto allegato in *Cracovien*. hæc concessio intelligi dabit pro diebus non privilegiatis; vid. dicta l. 2. in Dominica n. 52.

In hujusmodi Missa votiva infra Octavam B. Virginis Præfatio erit Octavæ respectivæ, puta *Conceptionis*; quæ item Præfatio, dicetur, si celebretur Missa votiva de aliquo Sancto, seu Festo non habente Præfationem propriam: quia habet rationem de tempore; vide Merato. I. par. I. tit. 4. n. 47. & confer dicta 15. Augusti n. 21. & dicenda tr. 2. infra Octavam Ascensionis n. 54. Non dicetur tamen Credo, neque *Gloria in Missa votiva de Sancto*, juxta Rubr. de Miss. votiv. confer dicta I. 2. in *Sabbato* n. 32. Nisi forte legatur Missa votiva de SS. Angelis: vide dicta I. 2. in feria 3. n. 1.

C A P U T XII.

N O T A N D A XII. D E C E M B R I S:

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I .

Art. I. *De Horis Canoniscis.*

Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I

De Horis Canoniscis.

IN Calend. Rom. de die *infra Octavam*. Concept. semidupl. lect. I. noct. de Script. occur. 2. & 3. noct. propr. ut quinta die: reliqua ut in *Festo*, & *commemoratio feriæ Advent.* Vesp. de seq. *Festo S. Luciae*

TOM. IV.

V. & M. dupl. Antiph. ad Psalm. & ad Magnif. propr. orat. *Exaudi*, ut in comm. V. non M. addito titulo *Martyris*, reliqua ut in communi V. M. & sit *Commemoratio Octavæ Conceptionis*, & feriæ *Adventus*.

X

AR-

ARTICULUS II.

De Missa.

de Spiritu Sancto. Credo. Praefat. de
B. M. V. W. Et te in Conceptione.
Col. param. alb.

² MISSA de die infra Octav. Concep-
tionis. Commem. fer. 3. or.

C A P U T X I I I .

N O T A N D A X I I I . D E C E M B R I S .

EXPLICANTUR ARTICULIS IV.

Art. I. An Festum S. Lucia V. & M. sit colendum in foro ex precepto?

Art. II. De Horis Canoniciis.

Art. III. De Missa.

Art. IV. De consuetudine, quae alicibi est, comedendi trituum elixum, seu coctum in aqua, aut latte, die bac 13. Decembr. quod Siculi vocamus Cuccia, & ab Ital. dicitur Coliva.

ARTICULUS I.

An Festum S. Lucia V. & M. sit colendum in foro ex precepto?

ri etiam potest Azor. Instit. Moral.
par. 2. lib. 1. c. 25. qu. 8.

ARTICULUS II.

De Horis Canoniciis.

¹ CONCILIO Oxoniense in Anglia celebratum an. 1222. observari præcepit Festum S. Lucia V. & M. Illa tamen lex privata fuit illius Diœcesis, vel Provincie: ut notat Suar. de Relig. to. 1. tr. 2. lib. 2. cap. 9. n. 23. Et licet multis in locis servandi hoc Festum consuetudo fuerit, non tamen universalis, Deinde colligitur etiam ex Comstat. Urban. VIII. incip. Universa an. 1642., in qua recensentur omnia, & singula Festa ex obligatione gravi servanda in foro universaliter: nulla tamen Festi hujus mentio fit. Non est ergo obligatio servandi illud in foro, nisi ubi sit Patrona principalis loci; vid. dicenda in Append. ad calcem Diarii cap. 7. art. 2. Vide-

Calend. Rom. S. Lucia V. & 2 M. dupl. leæt. 1. noct. de Communi Virg. 1. loc. 3. noct. Thesauro de communi non Virg. leæt. 2. noct. & R. primi nocturni, Antiphonæ ad Laudes & ad Bened. propr. or. Exaudi, ut in communi Virg. non M. addito titulo Martyris. Reliqua de communi Virginum, & Martyrum. Commemorat. Oct. Concept. ac feriæ. Hymni termin. Jesu tibi, qui sunt ejusdem metri: In R. brev. ad Primam: Qui natus es; propter Octav. B. M. V. Secundæ Vesperæ de eodem Festo, ut in primis Vesp. ejus, & ut in 2. de communi Virginum, Antiphona ad Magnificat pro-

propr. Commemoratio Octavæ , & feriæ.

In Festo S. Luciæ , ubi accedit Festum simplex babens Lectionem propriam , potest legi nona Lectio Simplicis . S. R. C. 23. Junii 1736. & 16. Febr. 1737. apud Caval. to. 2. c. 34. d. 23. Profecto nihil obstat , quominus legatur , cum non sit diendum Responsorium , sed Te Deum post ultimam lectionem in Officio S. Luciæ : ratione cuius Responsorii omittitur quidem in Dominicis , & feriis Adventus lectio de simplici , si de eo in illis occurrat fieri Commemorationem . Vid. dicenda tr. 2. l. 1. par. 1. c. 2. n. 2.

Quando Festum S. Luciæ occurrit in Dominica tertia Adventus , transferendum est in diem sequentem . Rubr. Brev. bic , & juxta Rubr. gen. de Domin. Advent. nisi ubi sit rit. dupl. 1. cl.

ARTICULUS III.

De Missa.

3 **T**N. Festo S. Luciæ V. & M. dupl. A Missa , ut in prepr. Commemor. Octav. Concept. & fer. Credo propter Octav. & Praefatio B. M. V. **V.** Et te in Conceptione . Ubi autem celebratur sub rit. dupl. 1. claf. fit Commemorat. fer. tantum ; quod si sit Dominica ; præter Commemorationem ejus , ibidem legetur ejusdem Domin. Evangelium in fine Missæ . In Canone in Orat. Nobis quoque peccatoribus , ad nomen Luciæ inclinetur caput , & ubi alias nominetur , ex Rubr. Miss. de rit. celebr. tit. 15. num. 2. vide dicta 18. Januar. art. 2. num. 7. & die 16. Septembr. art. 2. Col. param. rub.

Nota hic : nomen Lucia penulti- 4 ma syllaba longa , seu acuta : Lü- cia : (et si ea brevis sit ,) pronun- ciari consuevit a Latinis in ora- tione soluta , quemadmodum a Græ- cis , testatur Emmanuel Alvarez In- stit. ling. latin. l. 3. c. 15. præc. 3. in append. n. 2. Quod & fieri con- suavit in pluribus aliis nominibus , seu vocibus puta in Matbia , An- drea , Ananis , Maria &c. quæ licet brevem habeat apud Latinos pe- nultimam syllabam , nihilominus ea nomina acuta penultima multi Viri docti , more Græcorum , in soluta oratione pronunciant , teste eodem Emmanuele loc. cit. & c. 2. præc. 1. fine . Et ita ea expedit a Clericis pro- nunciari in populi conventu , apud quem usus est eadem pronunciandi penultima longa . Profecto ex eodem laudato Auctore cit. cap. 15. præc. 4. in append. n. 2. Si qua erit vel in Hæbreis vocibus , vel in Græ- cis , cuius verus accentus , propter in- solentiam , vulgi aures graviter offendat ; in ejusdem vulgi Conventu satius videtur (id , quod fecisse se Cicero di- cit in Oratore :) scientiam sibi reser- vare , usum populo concedere .

ARTICULUS IV.

De consuetudine , quæ alicubi est , co- medendi triticum elixum , seu co- etum in aqua , aut lacte , die bac- 13. Decembris , quod Siculi voca- mus Cuccia , & ab Italibus dicitur Coliva .

DIE 13. Decembr. alicubi est cou- 5 suetudo comedendi frumentum , seu triticum elixum , hoc est , co- etum in aqua , aut lacte , quod Si- culi vocamus Cuccia , ab Italibus au-

X 2 tem

tem dicitur *Coliva*: ex Delbono in vocab. Sicul. ad voc. *Cuccia*.

Jam vero quæri posset: utrum hujusmodi consuetudo sapiat superstitionem, &, ut talis, sit reprehendenda, & extirpanda. Ratio sic dubitandi est, quia populus dicitat, se id facere in honorem S. Luciae V. & M. cuius celebrites hac die occurrit. Quænam autem ista devo-tio est, aut unde desumpta, comedendi hujusmodi frumentum in honorem prædictæ Sanctæ, & qua ratione hoc in ejus cedat honorem; non appetet.

R. Si vulgus existimat, prædictam consuetudinem servari ratione S. Lucia, & in honorem hujus S. Virginis, in hoc quidem fallitur; illius tamen ignorantia, & imperitia nequaquam efficere potest, ut de superflitione aliqua prædicta consuetudo arguatur, cum ipsa per se sit admodum pia, & religiosa, si fiat ex eo fine, ex quo vere fuit inducta.

Pro qua re sciendum est, inter alia Juliani Apostatae, ad circumveniendos Christianos, vafra consilia, illud fuisse, cuius meminere Nestorius Constantinopolit. orat. de S. Theodoro. Baron. ad ann. Christi 362. Juliani autem Apostatae an. 2. n. 43. Natal. ab Alex. bish. Eccl. sec. 4. n. 1. Synop. n. VII. Raynaud. t. 17. de Apostat. c. 4. ubi de Juliano Apost. prop. finem, & alii. Videlicet quod aliquando Constantinopoli sub initium Quadragesimæ jussit Julianus Imperator, cibaria in foro venalia inquinari Idolothyiis, hoc est ex iis quæ idolis prius oblata, ac more Gentilium consecrata fuerant; ut Christiani, vel cibis immolatiis vescerentur, sive cultum detulisse viderentur Idolis; vel certe fame pe-

rirerent. Verum S. Theodori M. monito fraus illa vulpis illius detecta fuit, ejusque consilio laqueus confissus. Enimvero Fideles laudati S. Martyris apparitione moniti sunt, atque suasi, ut panis loco, elixum, hoc est, coctum in aqua frumentum in cibum sumere contenti essent.

Christiani itaque cœlesti hujusmodi revelatione admoniti, loco panis, hujusmodi cocto frumento, seu tritico uti cœperunt. Julianus autem videns se, suumque inane consilium ita delusum, impium illud statim revocavit edictum, permisitque cibaria in foro, ut prius, Idolis videlicet non immolata, apponi Fidelibus. Quibus deinde placuit, ut in memoriam tam gloriose de Apostata partæ victoriae, & ob grati animi significationem in honorem S. Theodori M. in pervigilio ejus martyrii, occurrente hac die 13. Decembri, elixum, hoc est, coctum in aqua frumentum, seu triticum erogarent in pauperes; ut scribit Baronius licitat.

Illa vero piissima, ac religiosa consuetudo ex Constantinopoli, una fortasse cum Græcis Fidelibus, emanavit, aut certe fama ferente, in alios quoque Christianos populos introducta, durat adhuc, maximeque in nostra Sicilia viget, ubi quotannis hac die 13. Decembri solent quamplurimi, elixum frumentum seu triticum, in aqua, vel latè coctum comedere, pauperibus quoque partem præbere; aut, si bene conditum, amicis etiam offerre, gratum munus. Hoc autem elixum frumentum Siculi vocamus *Cuccia*, corrupto nomine ex greca voce Κόκκος vel Κόκκινος latine granum, & in numero plurali Κόκκια latine grana; Est au-

autem granum, propriæ frumentum, seu semen frugum, ut tritici, hordei, & hujusmodi: & licet frumenti vox generaliter comprehendat omnia semina, quæ falce metuntur, seu quæ habent cultum, & aristas, & grana, sine siliquis; nihilominus per antonomasiam significat triticum, ut notat Suarez in 3. p. *disput.* 44. *sect.* 1. initio, & videri etiam potest La-Croix lib. 6. par. 1. qu. 78. §. 1. n. 420. atque ita est in casu nostro. Jamvero, ut ad argumentum redeamus; quamvis consuetudo prædicta ortum haberit ex grata Fidelium religione erga S. Theodorum; tamen cum Vigilia S. Theodori (qua die Veteres religionem illam factitabant) in ipsum Festum incidat S. Luciæ; celebrioremque habeant Siculi memoriam S. Luciæ Siculæ, quam S. Theodori; hinc vulgaris error apud ipsos invaluit, id fieri in obsequium S. Luciæ. Hoc ipsum optime notarunt Laurentius Migliacius, *opusc. de voto propugn. Immacul. Concept. B. V. dissert. 8. c. 3. pag. 257.* & P. Joseph Gravina *Apol. Prob. p. 1. dial. concl. 38. n. 373.* Quamvis hic hallucinatus fuerit in eo quod scripserit, Vigiliam S. Theodori M. incidere in Vigiliam S. Luciæ; non enim in Vigiliam hujus S. Virginis, sed in ipsius Festum incidit Vigilia S. Theodori, cuius porro S. Natale celebratur sequenti die 14. Decembr. ut videre est in Martyrologio Rom.

Resert autem Caval. *comment. in decr. S. R. C. tom. 3. c. 15. d. 13. n. 7.* in Melitensi Insula prædictum ritum observari solum in funeralibus, in quibus prædictum granum, ut supra coctum, & benedicatum distribuitur.

Verum ex ipso hoc populari errore instauratur quæstio: Utrum de superstitione arguendus sit saltem populus, dum prædictum frumentum elixum non pro S. Theodoro, pro quo exposita pietatis ratio facit, sed pro S. Lucia intendit comedere; & quidem in ipsa ejus Festiva die. Profecto in Festo S. Luciæ apud plerosque, maxime de vulgo, est consuetudo in honorem laudatæ B. Virginis abstinenti a pane, & comedendi frumentum elixum; nec desunt, præsertim inter Mulierculas, in hoc Festo S. Luciæ, in honorem hujus S. Virginis rigorose jejunantes ita, ut vescantur tantummodo hujusmodi frumento cocto in aqua.

R. Hujusmodi praxis, sumpta ex animo sese affligendi, & castigandi in honorem S. Luciæ, in ipso ejus Festivo die, videtur quidem potius indecens, & per consequens reprehensibilis. Ratio est, quia, etsi jejunium & hujusmodi carnis mortificatio possint ex religione suscipi, & offerri Deo in honorem S. Luciæ; sicut & cujuslibet alterius Sancti; suscepta tamen in ipso die Festivo Sancti illius, quem quis colere velit, abhorrent ab usu Ecclesiæ; quæ hujusmodi poenitentia & mœroris argumenta in Vigiliis Sanctorum usurpare consuevit, ad præparationem Festorum; in quibus deinde ex Spiritu Ecclesiæ gaudere convenit, non tristari. Et ita sentit Theophil. Raynaud. *to. 15. par. 1. sect. 3. pu. 3. de elect. Sanctor. n. 27.* & videri possunt dicenda *tr. 2. l. 5. p. 1. c. 4.* ubi videbimus, ideo a Paschali tempore jejunium fuisse jure communis remotum. Interim laudatus Raynaudus id confirmat egregie ex Nicolao I. ad consulta Bulgar. c. 5. ubi

ubi ait, in die Natali Sanctorum, quem quis celebre velit, non esse suscipiendum jejunium, nisi adsit obligatio: Nam, (inquit Pontifex:) quad Sancta Ecclesia, ut Fidelis anima, in Festivitate eorum jejunia, vel abstinentias, que non sunt perpetuo voto propositae, solvere debeat: Dominus testatur in Evangelio dicens: Mulier cum parit, tristitiam habet... cum autem pepererit puerum, jam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in Mundum: Mulierem dicit Sanctam Ecclesiam. Sicut enim Mulier, nata in hunc Mundum homine, lætatur, ita Ecclesia in vitam futuram Fidelium populo migrante, digna exultatione repletur; pro qua ejus Nativitate multum laborans, & gemens in praesenti, quasi parturiens dolet. Nec novum debet cuiquam videri, si natus dicitur, qui ex hac vita migraverit. Quomodo enim usitato more dicitur nasci, quando quis ex utero materno procedens in hanc lucem exit, sic quoque jure, natus appellari potest quilibet ab his saeculi tenebris ad lumen pertingens viventium. Pro quo ergo re, apte consuetudine tenetur Ecclesiastica, ut solemnies Beatorum Martyrum, vel Confessorum Christi dies, quibus de hoc Mendo ad regionem migrare vivorum, nuncupentur Natales: sed & eorum solemnia, non funebria, tamquam morientium, sed (utpote inversa vita nascentium) Natalia vocantur. Ergo si tunc nati sunt, utique Deo, cui omnia vivunt, in cujus manu justorum animæ posse sunt, quando eis sunt oculis insipientium mori: Mulier Sancta jam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in Mundum, idest in lucem

æternam. Quod si de ejus nativitate lætatur, non jejuniis, non abstinentiis, non denique aliis debet ipso vacare die mæroribus. Hæc laudatus Summus Pontifex. Et videri etiam potest vulgariter Alcuinus lib. de divin. offic. c. de parœuv. versus finem. Hanc incongruentiam & indecentiam procul dubio vitare volentes fideles illi, qui hujusmodi abstinentiam in honorem S. Theodori M. ob expositam causam primi instituerunt, illam idcirco non ipso laudati S. Martyris Festivo die, sed in ejusdem hodierna Vigilia suscepereunt.

Confirmatur adhinc data responsio ex eo, quod S. Gregorius Thaumaturgus, ut refert Nyssenus in ejus vita; & S. Gregorius Magnus respondens Angustino Anglorum Apostolo; autores fuerunt, ut dies Festi SS. Martyrum per Neophytes exigerentur, instruendis moderatis conviviis, & exhibita omni lætitiae significacione, a quibus procul abest jejunium: ut notat Raynaudus l. cit. fine, qui num. sequenti concludit: Quæ igitur ista, ut quam mitissime dicam, simplicitas est horum, qui quem maxime Festivum agere velint diem Sancti, quem sibi delegerint specialem patronum, exigunt jejuni?

Intentioni autem prædictæ hujusmodi abstinentiam servandi, occasione dat error putandi, frumentum elixum sumi hac die 13. Decembri ob rationem, & honorem S. Luciæ; de quo errore si populus moneatur, fortasse intentionem prædictam deponet, sive mutabit: consuetudine simul pia, ac religiosa retenta, atque servata.

CA-

C A P U T X I V.

N O T A N D A X I V. D E C E M B R I S.

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I.

De Horis Canoniciis.

1 *T*N Calend. Rom. de die infra Oct. & Concept. semid. lect. 1. noct. de Script. occurrit. 2. & 3. noct. propri. ut septima die, reliqua ut in Festo. & fit Commemorat. fer. Adv. Vesp. de die Oct. Concept. dupl. ut in 1. Vesp. Festi, & fit Commemoratio fer. Adv.

2 Quando Festum S. Luciae occurrit in Dominica tertia Adventus, transferendum erit a die 13. in hunc diem 14. ut die praecedenti art. 2. dictum est, & in hoc casu 2. Vesperæ dicuntur de Octava Conceptio- nis, ut in 1. Vesp. Festi, cum Com- memoratione S. Luciae, ac feriæ. Rubr. Brev. in calce Officii S. Luciae 13. Decembr. Similiter faciendum, si alicubi hodie celebretur aliquod aliud Festum sub ritu duplice minori, ut constat ex sequenti Decreto: *Dies Octavarum Assumptionis, Nati- vitatis, aliarumque Festivitatum B. M. V. Octavam babentium, concurren- tes cum Officio duplice minori, babere debent integras Vesperas, ut disponit Rubrica ultimo posita in Officio Octa- vae Conceptionis (idest, ad calcem Officii S. Luciae:) si concurrat cum S. Lucia. S. R. C. 1. Martii 1681. in una Canonice. Regul. ad 3. dub.*

apud Caval. rom. 2. cap. 18. d. 11. Vid. dicta p. hujus n. 3. Et nota interim ex Rubr. 11. de Concur. n. 1. Concurrentiam attendi in 2. Vesp.

Si hodie occurrat fer. IV. Qua- 3 ruor temporum, officium recitatur de die infra Octavam. Lect. primi nocturni de parabolis Salomonis, *Ego Sapientia*, ut in Festo ad Ni- ves 5. Augusti. Rubr. Brev. hic. 2. & 3. noct. ut in propri. septima die. lectio 9. de homilia feriæ, & ejusdem Commemorat. in Laudib. cum orat. propri. sed non dicuntur preces ex privilegio Octavæ. Vesperæ, ut supra n. 1. & fit Commemoratio feriæ Adventus cum oratione Do- minicæ praecedentis.

Si hodie sit Sabbathum, quoniam 4 sequenti die Dominica III. Adven. non fiet de die Oct. Concept. nisi sola Commemoratio; ita si recita- tum sit Officium de septima die infra Oct. Conceptionis, Vesperæ di- cuntur de feria cum Psalmis Sabba- ti ut in Psalt. & a Cap. fit de Do- minica cum Commemoratione diei Octavæ Conceptionis, ut in prim. Vesp. Festi, Rubr. Brev. bic. Et videri possunt dicenda tr. 2. l. 1. p. 1. c. 2. n. 12. ubi de die Oct. occur- rente in Dom. privileg. Si autem hodie recitatum sit officium de Fe- sto duplice; 2. Vesperæ erunt de eo- dem

dem Festo cum Commemoratione Dominicæ , deinde Octavæ Conceptionis.

Si vero hodie recitatum sit Officium de aliquo Festo semiduplici ; 2. Vesperæ usque ad Capit. exclusive erunt de eodem Festo , & a cap. de Dominicæ cum Commemoratione , prædicti semiduplicis , & deinde Octavæ Conceptionis . Vid. dicenda l. cit. ubi etiam dicemus , quid facendum , si cras occurrat alicubi in diæo casu Festum duplex primæ classis , vel occurrat dies infra aliam Octavam .

ARTICULUS II.

De Missa.

5 MISSA de die infra Oct. Concept. Nro 2. orat. feriæ Adventus , 3. de Spir. S. Credo . Præf. de B. V. Et te in Conceptione . Col. param. alb.

6 Si hodie sit feria iv. Quatuor temporum , & fiat Officium de die infra Oct. Concept. Missæ etiam privatæ erunt de feria Quatuor temporum cum 2. Orat. de Octava & & 3. de Spir. Sancto , cum Præfat. de Concept. Confer Merat tom. I. p. I. tit. 3. n. 5. & tit. 12. n. 7.

sed non dicetur *Gloria* , nec *Credo* , quia Missa est ferialis ; vid. dicta 8. hujus n. 22. & in fine Missæ : *Benedicamus Domino* . Col. violac. Si autem fiat Officium de aliquo Festo , tunc dicitur Missa de Festo in colore eidem convenienti , *Gloria* , & *Credo* , & Præfat. de Concept. nisi Festum habeat propriam , & Commemoratio Octavæ , & feriæ Quatuor temporum , & quidem feriæ legatur Evangelium in fine Missæ ; vid. dicta in Septembr. par. I. n. 14. Pro Missis autem Conventualibus videantur dicta 8. hujus n. 22.

Si quis recitans hodie Officium de Oct. vellet (occidente feria Quatuor temporum) dicere Missam votivam de B. V. deberet legere Missam , ut in Festo Concept. , sed sine *Credo* . An item sine *Gloria* ? vide II. hujus n. 3. In hujusmodi Missa 2. Or. de feria Quatuor temporum : 3. de Spir. S. Præfat. de Octava , & in fine Missæ Evang. S. Joannis : *In principio erat Verbum* . Merat. s. I. p. I. tit. 4. n. 51. Confer dicta II. hujus l. cit. & dicta l. 2. in Sabbato artic. 3. Cur autem hujusmodi Missa licet concordans Officio , esset nihilominus votiva ? vid. in eodem Sabbato art. 4. n. 40. versu *Profecto Missæ votiva* .

CA.

C A P U T X V.

N O T A N D A X V . D E C E M B R I S .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I .

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canoniciis.

1 **T**EN Calend. Rom. de die Oct. Concep. dupl. lect. 1. noct. de Script. occur. 2. & 3. noct. propri. ut Octava die; reliqua ut in Festo, & fit Commemoratio feriae Adventus. In 2. Vesp. Commemoratio sequentis Festi S. Eusebii Ep. & M. Or. Deus qui nos, ut in communi unius Mart. Pont. 2. loco, & fit Commemoratio fer. Adventus. Si alicubi sequatur Festum dupl. min. Vesperae adhuc erunt integræ de Octava Concept. cum Commemor. sequent. dupl. min. vide dicta die præcedenti n. 2.

2 Si hodie occurrat fer. IV. quatuor temporum, Officium erit de die Octava Concept. lect. 1. noct. erunt de Parabol. Salomonis: *Ego sapientia;* ut in Festo ad Nives 5. Augusti. Rubr. Brev. bic: lectio nona exit de homil. fer. & fit ejusdem commemoratione in laud. or. propri. In 2. Vesp. Commemorat. fer. Adventus cum orat. de Dominica præcedenti.

Si hodie sit Dominica tertia Adventus, Officium fit de ea, simplex autem Commemoratio fit de Octava Concept. cuius privilegio tamen non dicuntur preces ad Primam, & Completorium, & in R. br. ad Primam

TOM. IV.

dicitur: *Qui natus:* & in fine hymnor. *Iesu tibi.* In eodem casu in 2. Vesp. Commemoratio Octavæ Conceptionis, deinde sequent. semid. Si autem alicubi sequatur Festum duplex: Vesperæ erunt de sequenti, & fit Commemoratio Dominicæ, deinde Octavæ Conceptionis. Vid. dicenda tr. 2. lib. 1. p. L c. 2. n. 12. ubi etiam habes, quid faciendum, si in dicto casu occurrat alicubi Festum dupl. primæ clas.?

In Ecclesia Parisiensi hodie in 2. 4 Vesp. incipiunt Antiphonæ majores. Vid. dicenda 17. hujus. n. 3.

A R T I C U L U S I I .

De Missa.

1 **T**EN die Octav. Concept. dupl. Missa ut in Festo, & fit commemoratio Fer. Adv. Credo. Præfat. B. V. V. Et te in Conceptione. Col. patram. alb.

Si Feria Quatuor Temporum occurrat in die Octava Conceptionis; omnes Missæ privatae dicentur de Octava, cum Commemoratione feriae. Missa autem solemnis, qua dicitur post Tertiam, erit de ipsa Octava sine Commemoratione feriae; cum de ea cantari debeat alia Missa post Nonam sine Commemoratione Conceptionis. Dicenda autem sunt orationes assignatae in ipsa Feria, nempe: Deus, qui de B. M. V. utero:

Y & ter.

& tertia Ecclesie; vel pro Papa, cum Praefatione communi. S. R. C. 13. Junii 1736. in Einhard. apud Caval. to. 2. c. 15. d. 4. & apud Merat. ind. Decr. Miss. n. 687. confer eundem to. 1. par. 1. tit. 3. n. 5. & sis. 12. n. 7. & par. 4. tit. 2. n. 4. Cum Praefatione communi: id ipsum fuerat declaratum an. 1626. in simili casu, Feriae videlicet quartae quatuor temporum occurrentis in die Octava Nativitatis ejusdem B. M. V. ut notavimus 15. Septembr. n. 5. Missa de feria sine Gloria, & sine Credo: vid. Caval. 1. cit. num. 6. cum Praefati-

tione communi. In Missa vero de die Octava Gloria, & Credo, & Praefatio propria Octavæ. In Missa privata de die Octava Evangel. feriae in fine.

Si Octava Conceptionis venerit in 7 Dominica tertia Adventus; Missa erit de Dom. & sicut simpliciter commemoratio de die Octava Conceptionis, & non dicetur tertia oratio, ob privilegium, quod non deperdit Octava. Praefatio erit de B. V. y. Et te in Conceptione. Color autem paramentorum. violaceus. vid. dicenda tr. 2. l. 1. part. 1. c. 3. n. 5.

C A P U T XVI.

N O T A N D A XVI. D E C E M B R I S.

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S III.

Art. I. *De Horis Canonicas.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De Numero novem Candelarum, seu Lampadarum, que in novem diebus ante Nativitatem Domini confuerunt accendi.*

A R T I C U L U S I.

De Horis Canonicas.

De Sancto Eusebio Episcopo Vercellensi, & Martyre siebat sola Commemoratio, & quidem praecedenti die 15.; sed integrum Officium sub ritu semid. ab omnibus, qui ad horas canonicas tenentur, recitandum hac die 16. cum lectionibus 2. noct. propriis, & Missam respective celebrandam, statuit Benedictus XIII. 7. Julii 1728. apud Merat to. 1. in Gavant. sec. 7. c. 2. sub hac die. Itaque in Calend. Rom. S.

Eusebii. Ep. & M. semid. lect. 1. noct. de scrip. occur. 2. noct. propri. 3. noct. Si quis vult; ut in Comm. un. M. 2. loco. Octavum Resp. Domine prævenisti. Rubr. Brev. vide dicta 16. Januar. n. 2. & videri etiam possunt dicta 11. Novembr. n. 3. or. Deus, qui nos. ut in Comm. un. M. P. 2. loco, reliqua ut in eodem Communi, & fit Commem. fer. Adv. 2. Vesp. in Calend. Rom. de eodem Festo, & fit Commem. fer.

Si hoc Festum venerit in Quatuor Temp. lect. 1. noct. erunt A Mileto; ut in comm. un. M. P. & 9. lect. erit de homil. fer. & ejusdem Commemoratio sicut

fiet in Laud. cum or. prop. In 2. autem Vesp. pro Commem. fer. Adv. dicitur or. de Dom. præced. Si venerit in Dom. transferatur in fer. 2. seqüientem non impeditam Festo novem lectionum; vide dicta 1. hujus n. 3.

- 3 Si cras occurrat alicubi dies Octavae Festi habentis Octavam, hodie in pridianis Vesperis nihil fiat, neque Commemoratio de Octava: cum in sequenti die, ut ibi dicitur n. 11. nihil item sit de ea faciendum; profecto non convenit, ut habeat in primis Vesperis aliquid illud Festum, quod nihil omnino debet habere in Laudibus, & Vesperis secundis; videri possunt dicenda tr. 2. in fer. 4. Cin. n. 7.

ARTICULUS II.

De Missa.

- 4 ~~IN~~ Festo S. Eusebij Ep. & M. sec. mid. Missa Sacerdotes Dni. ut in communi un. M. P. 2. loco. 2. or. fer. 3. or. de B. V. Si venerit in Quatuor Tempor. legatur in fine Evang. feria. Col. param. rub.
 5 In novem diebus ante Nativitatem Domini, ubi adeat antiquissima confusio, vel concursus, potest decantari

unica Missa votiva solemnis B. M. V. quamvis in ipsis occurrat Festum S. Thome Apostoli, & Dominica tertia, vel quarta Adventus; non omissa tamen Conventuali statuta hora decantanda. Sc. R. C. 28. Septembr. 1658. In Agren. apud Merat. ind. decr. Miss. n. 719.

ARTICULUS III.

De numero novem Calendarum, seu lampadarum, quæ in novem diebus ante Nativitatem Domini consueverunt accendi.

Q. An sit superstitione in novem diebus ante Nativitatem Domini accendere novem candelas, vel novem lampadas ante Altare, vel aliquam Imaginem B. V.?

R. Negative, si id fiat, ut quidem fieri intenditur, in honorem Jesu infantis, qui novem mensibus clausus mansit in purissimo, ac Virginali utero Sanctissimæ suæ Genitricis; atque adeo in honorem ejusdem Beatissimæ Virginis, quæ divinum infantem praedicto mensum numero gestavit. Budentbaum p. 3. par. 1. tr. 1. c. 1. dub. 4. Resp. 4. Resol. 2. Tambut. in decal. Mo. 2. c. 6. §. 1. n. 48.

C A P U T X V I I .

N O T A N D A X V I I . D E C E M B R I S .

ARTICULUS UNICUS.

De Horis Canonicas.

HODIE incipiunt Antiphonæ pro priæ feriales, dicendæ ad Laudes, & per Horas in Officio feriali in sex serijs ante Vigiliam Nativitatis, & sunt positæ per ordinem ferialium in Breviario post Officium Dominicæ tertie Adventus. Dicuntur hodie Antiphonæ, quæ conveniunt, & designantur feriæ occurrenti: ut, si sit feria secunda, quæ ibi ponuntur pro feria secunda; Si hodie sit feria quinta, dicantur, quæ ibi describuntur pro feria quinta; similiter & aliæ in propriis feriis recitentur. *Rubr. Brev. l. cit.* Si vero hodie fuerit Dominicæ, Antiphonæ ferales prædictæ inchoantur cras, *Rubr. Brev. l. cit.* Antiphonæ autem, quæ dicendæ essent die, in quo occurrit (extra Sabbathum) Festum S. Thomæ Apostoli, seu quo recitatur Officium ejus, etiam translatum; dicuntur in Sabbatho (si hiat Officium de feria:) cum Psalmis Sabbati, quarta Antiphona prætermissa, cuius loco dicitur Antiphona *Expectetur*: nisi Vigilla Nativitatis venerit in Dominicæ; quo casu Antiphonæ de Laudibus, quæ occurrunt in die Santi Thomæ, eo anno prætermittuntur. *Rubr. Brev. l. cit.* sed in Sabbatho fieri, quemadmodum dicemus 23. iij. art. 1. n. 2. Antiphona vero prædicta *Expectetur* ideo in Sabbatho dicitur, eique reservatur, & quarto loco inter Antiphonas de Laudibus col-

locatur, ut concordet cantico Sabatino, de quo sumpta est, & bene Dominico quadrat Adventui: ut observat Gavantus in Rubr. Brev. sect. 6. c. 2. n. 6.

Antiphona ferales ad Laudes ante 2 Nativitatem omitti possunt in Feste solemniter celebrato, ut contingit in Feste S. Thomæ. S. R. C. 7. Novembr. 1607. in Burgen. apud Caval. to. 2. c. 35. d. 1. Hoc Decretum procedit ex hypothesi ritus antiqui. Nunc enim certo omittendæ sunt: ut dicitur in alio Decreto allegando sequenti die n. 3. In Feste solemniter celebrato, vel etiam non solemniter; cum enim his diebus fieri valent etiam de Officio semiduplici, & in hoc propriæ ad Laudes diti debeant Antiphonæ, utique in eodem licet non solemniter, si ve sine pompa celebrato, Antiphonæ ferales dici non valent. Caval. l. cit. n. 8. Olim vero, ut ex Grayanto notabimus n. 11. recitabantur in Festis etiam occurrentibus, additis ideo Laudibus ferialibus. Prædictæ Antiphonæ igitur in dictis Festis omittuntur, ut contingit in Feste S. Thomæ, non autem possunt similiter transferri, ut transferuntur Antiphonæ occurrentes in Feste S. Thomæ, nec quidem debent anticipari, sed plane omitti. Quod si Gregorius XIII. concessit Hispanis celebrantibus Festum Expectationis die 18. ut anticiparent die 16. Antiphonas ferales in eodem Feste occurrentes; privilegium fuit, ab aliis non usurpandum; vide Caval. l. cit. n. 9.

Hodie in 2. Vesp. ad Magnificat 3. in.

Incipiunt Antiphonæ Majores habentes initium ab O. numquam omituntur, & duplicantur, seu recitantur integræ ante, & post Magnificat. Dicuntur in singulis Vesperis per ordinem, ut in Breviario, usque ad diem iinclusive ante Vigiliam Nativitatis. Si vero Festum fuerit, dicuntur post orationem Festi pro commemoratione Adventus. Rubr. Brew. bic.

A die 17. Decembr. iinclusive usque ad Vigiliam Nativitatis Domini exclusive, fieri potest quodcumque Officium duplex, vel semiduplex, occurrens, vel translatum: sed in utrisque Vesperis pro Commemoratione feriæ dicantur Antiphonae majores tunc occurentes. S. R. C. 17. Maj. 1692. in Florentina: idem statutum fuerat 17. Martii 1644. in Neapolitana; apud Caval. to. 2. c. 35. d. 2. Antiphonae majores ante Nativitatem etiam in Festis solemnis dicendæ sunt ad Magnificat. S. R. C. 7. Novembr. 1607. in Burgen. apud Caval. cit. c. 35. d. 1.

4 Hodie dicitur Antiphona: *O Sapientia*: quam primam Antiphonam majorem conceinere, ex usu esse, notat Raynaud. to 7. tr. de *O Parascev*: in Argum. n. 3. Hæc prima Antiphona proponit Divinam in mysterio Incarnationis Sapientiam, & Adventum Christi ad docendum nos viam præudentiæ: Raynaud. l. cit. prel. 3. §. 7. quemadmodum Deus per Isaiam Prophetam promiserat: *Ecce testem populis dedi eum, Dacem, & Praeceptorem Gentibus*. Isai. c. 55. v. 4. Christus quidem Adventu suo factus est nobis Doctor contra ignorantiam. ita Raynaud. ibid. §. 3. Durand. in Ration. Offic. lib. 6. c. 11. n. 5. Et Honorius in Gemma lib. 3. c. 5. super hæc Antiphona inquit: *Ipse quisque est Sapientia, in qua Pater fecit om-*

niam, qui venit in spiritu sapientiae dare nos viam prudentiae, Vide etiam dicenda hic n. 9. fine.

In Ecclesia Parisiensi usus canendi 5 has Antiphonas, initium sumit a die 15. Decembris, ut ibi indicavimus; quia adhibet alias duas super illas, quibus utitur Ecclesia universalis; teste Raynaudo l. cit. fine: quarum Sexta in honorem S. Thomæ Apost. in ejus Festo, his verbis concipitur: *O Thoma Didyme, qui Christum meristi tangere, succurre nobis miseris, ne damnemur cum impiis in adventu iudicii*. Nona & ultima in honorem B. Virginis, sic habet: *O Virgo Virginum quomodo fiet istud, quia pec primam similem visa es, nec babere sequentem? filia Hierusalem quid me admirasti?* *Divinum est mysterium hoc, quod cernitis*. Quæ Antiphona dicitur etiam ad Magnificat in 2. Vesperis Festi Expectationis partus B. M. V. quod alibi celebratur sequenti die 18. ut infra notabimus. Scribit quoque Raynaudus, has Antiphonas Lutetiæ ter repeti: quod videlicet primo canantur ante Magnificat; tum secundo in fine ejusdem cantici ante Gloria Patri: tandem tertio post Gloria Patri. solam sextam Antiphonam temel tantum concini, refert. Peculiares usus ab aliis Ecclesiis non usurpandi; vide dicenda n. 9.

De hisce Antiphonis majoribus quæ 6 ri possunt plura; nimirum primo, cur vocentur Majores & secundo, quare Cantico Deiparæ potius, quam Zachariæ, alterive parti Officii Ecclesiastici adnectantur? Tertio, cur singulis præmittatur interjectio *O*, singulaeque integre præcinantur, ac postponantur? Quarto, an aliquod contineat mysterium earum numerus, & ordinis dispositio? Ultimo quis eas sic

sic concinnarit, & disposuerit? ad quod quæsumus pertinet, quanto ab hinc tempore sint in usum industæ?

Ad hæc autem respondeo ex Amalario, Durando, Raynaldo, & Gavanto, & ad primum dico: prædictas Antiphonas vocari *Majores*: quia ipsæ cedunt semper Antiphonæ propriæ alius diebus assignatae, & nunquam omituntur. Item cum majori solemnitate, quam ullæ toto anno Antiphonæ concini solent, nec sine extraordinario aliquo apparatu in variis Ecclesiis vario, quem in Audientibus sensus pietatis solito major ob cursum circumstantiarum Sancti Mysterii, quod præferunt, excipere solet. Aliqui putant, Antiphonarum majorum nomen his Antiphonis advenisse, eo quod communis usus obtinuerit, eas & Majoribus in Choro inchoari.

7 Cur autem ad Canticum Virginis potius, quam ad Canticum Zachariæ, aut alibi concinnantur? non est, incongrua illa Amalarii ratio lib. de Ordin. Antiphon. cap. 13. initio: videlicet, quod hæc Antiphonæ cum sint de mysterio Incarnationis, seu de Conceptione activa, & partu Beatæ Virginis, potius congruant, ait, hymno Sanctæ Mariæ, quam Zachariæ. Nec illa iterum ratio est contempnenda, qua utitur Durandus in Ration. lib. 6. c. 11. n. 5. fine: quod scilicet canantur ad Vesperas, quia Dominus, vergente Mundi Vespere, salva honestissima Virginis Matris clausula, in hanc lucem egressus est. Optima omnium ratio videtur, quod Officium vespertinum multo soleat esse celebrius, & fidelium laicorum utriusque sexus concursu magis frequenteretur, quam Officium laudum; ut proinde non abs re, Can-

ticum Deiparae vespertino Officio, non autem laudibus sit addictum. Hoc autem Deiparae Canticum, sive Auditorem, sive materiam attendamus, esse præstantissimum, longeque præcellentissimum aliisquebusvis Canticis, latè prosequitur Canisius lib. 4. de Deipara t. 5. & Jacobus De Valentiæ, Bensonius Valentinus Gerardus, Petrus Leloyerius suis in hoc Canticum lucubrationibus, præter Interpretes Lucæ 1. Merito igitur eamdem ab causam adeo nobiles, ac piæ Antiphonæ Cantico potius Deiparae nobilissimo, & piissimo sunt præfixæ, quam Canticum Zachariæ, ullive alteri parti Officii Ecclesiastici. Raynaud. loc. supr. cit. §. 2.

Singulis vero Antiphonis hujusmodi præmittitur interjectio *O*, quæ est admirantis, ad indicandum, in his diebus celebrari mysterium quoddam admirabile. Amalar. l. cit. Idem. significat Honorius infra laudandus. Aliam rationem mox indicabimus.

Duplicantur prædictæ Antiphonæ, seu recitantur integræ ante, & post Magnificat ob earum solemnitatem: id quod æque in omnibus duplicibus Officiis habent Antiphonæ eamdem ob causam, ut notat laudatus Raynaldus l. cit. Placet quoque specialis alteratio, quam hujus reduplicationis pro Antiphonis majoribus assignat Durandus l. cit. n. 4. quem sequitur Gavantus in Rubr. Breve. sect. 6. c. 2. n. 2. qui vult, Antiphonas majores duplicari, & iterari, ad explicanda iterata suspiria Sanctorum Patrum de Adventu Christi Redemptoris; sicut litter intrepretatur Azor. Instr. moral. par. 1. lib. 1. c. 23. fine, & enim eo Benedictus XIV. de Festis B. vi c. 17. Hinc dici etiam potest: si idem Antiphonis præmissi interjectiones O. quæ

O, quæ sit Optantis, & Invocantis, ad indicanda prædicta suspiria, seu desideria Patrum de Salvatoris Adventu; & ut etiam dicit Cavalierius *to. 2. c. 35. in decr. I. n. 1.* quasi ad Salvatorem adjurandum, ut venire destinet, ad liberandum nos a peccato. Porro Ecclesia sic orando, tales retrotrahit preces ad tempus Prophetarum: & per eas intendit sibi applicari fructum mysterii olim facti. Videantur dicenda *tr. 2. lib. I. par. 1. c. 1. fine.*

9 De numero autem, & ordinis dispositione dico: septenarium esse harum Antiphonarum numerum. Octavam licet de Deipara addiderit, seu addi posse, docuerit Amalarius de *Ordine Antiphon.* *supr. cit. c. 13.* Alicubi etiam, ut scribit Durand. in *Ration.* *lib. 6. c. 11. n. 5.* canebantur novem, addita & alia in honorem Gabrielis Internuncii. De usu Ecclesie Parisiensis canendi novem Antiphonas, addendo unam in honorem S. Thomæ Apost. alteram in honorem S. Dei Genitricis; diximus supra. Alibi quoque cantari solitas duodecim, testatur idem Durand. *I. cit.* innuitque Honorius in *Gemma lib. 5. fine*, ut nimirum exprimerentur duodecim Prophetæ, qui prænuntiarunt de adventu Justi. Tamen fere universalis usus, ut testatur Raynaudus, tulit, quod non nisi septem Antiphonæ majores canerentur, quas Romanum habet Officium.

Harum, dejnde septem Antiphonarum ordinem Durandus *n. 4.* Amalarius & Honorius *ll. cit.* ita disponi docent, ac septenarium donorum Spiritus Sancti. Putant enim, per hunc numerum Antiphonarum denotari septenarium numerum donorum Spiritus Sancti; & per has Antiphon-

nas Dona Spiritus Sancti eodem ordine, quo illa recenserent solent; quod singulis diebus in singulis hisce Antiphonis reponendis observabimus ex Honorii sententia: sicut fecimus supra in prima Antiphona. *Septem O* (ait Honorius loco supra cit.) admirando potius, quam vocando cantantur. In quibus septem Dona Spiritus Sancti notantur, per quæ bæc administratur Incarnatio, & per quæ Christus ab Eccl. sua invitatur. Et Durandus *I. cit.* *Septem sunt* (Antiphonæ majores) propter septem Dona Spiritus Sancti, quæ Christus veniens largitus est mundo, & per quæ expectantes illuminati sunt. Et Amalarius loc. cit. Quoniam praesentes Antiphone dulcedine sua decorant septem ferias, vel otio, in quibus recolitur septiformis Spiritus, qui in Christo bonice semper habitavit, ex quo cœpit homo esse &c. Licet Raynaudus velit, ordinem harum Antiphonarum esse arbitratum; & numerum septenarium positum fuisse, non tam ad denotanda septem Dona Spiritus Sancti, quam quia ad vegetandam, & roborandam ad proximam Christi Nativitatem, fidelium pietatem, (quem esse, inquit, harum Antiphonarum scopum) satis fuit, tantum tempus ante Nativitatem Christi hac solemnitate antecupare: Octava enim dies, five pævigilium Nativitatis, quandoquidem in eo a primis Vesperis celebratur solemnissime Christi Nativitas, non eguit hoc pietatis excitamento: ita Raynaud. Profecto etsi totum Adventus sacrum tempus dici possit Præparatio ad exceptionem advenientis Christi, ut ex Durando notabimus ubi de Adventu *tr. 2. lib. I. par. 1. c. 1. n. 4.* at-tamen, ut Honorius in *Gemma lib. 3. c. 4.* & idem Durand. in *Ration. lib.*

lib. 6. c. 11. n. 6. notavit; jam olim septiduum hoc proxime præcurrrens Nativitatem Domini, specialiter di-
quum fuit *Hebdomada præparationis*: ex eo nimirum quia, cum propior sit nostra salus, & Adventus Salvatoris, magis fervore debeat in uno-
quoque fidelium præparandi pectoris studium, ad tantum Hospitem con-
grue excipiendum. Hinc Antiphonæ majores in hoc septiduo ab his pri-
mjs Vesperis recitatæ, aliud revera non sunt, quam scintillæ, & facultæ pietatis nostræ circa mysterium Incarnationis, ut ex consideratione tan-
ti Sacramenti, quod Christi Nativitatem antecessit, aptemur ad Christum naſcentem pie, ac digne exci-
piendum, & præparemur in occur-
sum illius.

Admodum quoque arridet, quod Durandus n. 5. dicit de iis Antiphonis multiplicatis; hoc est, Ecclesiam in iis septem Antiphonis, ostendere multiplicatatem morbi sui, & ad quamlibet petere remedium sui morbi; nam inquit, ante Dei filii adventum in carne eramus ignorantes, sive cœci pœnis æternis addicti, servi Diaboli, mala peccati consuetudine vincti, tenebris obvoluti, exules a Patria expulsi. Ideoque indigebamus Doctore, Redemptore, Liberatore, Eduatore, Illuminatore, Salvatore. Unde in prima Antiphona, quæ hodie ponitur, clamamus: *O Sapientia: de aliis autem dicemus singulis diebus sequentibus, quibus singulæ sunt attributæ.*

10 Denique ad illud, quod ultimo quærebatur de hisce Antiphonis majoribus: quis nimirum eas sic concinarit, ac disposuerit, & consequenter, quampridem sint in usum induæ? Respondeo item ex laudato

Raynaudo: constare quidem, has Antiphonas non esse inventum novitum: nam Amalarius, qui sub annum Christi 800. Ludovici Pii ætate vixit, & scripsit, earum, tamquam non tunc primum industarum, diserte meminit; ut constat ex dictis. Dico secundo: verisimilium esse, eadem fuisse hujus usus initia, ac ipsius Adventus Domini peculiari ritu, & officio Ecclesiastico celebrandi; quod quando præcise acciderit; ægre definiri potest: videtur tamen ante tempora S. Gregorii non viguisse: nihil enim est, quod illud doceat. Dico tertio: non esse inverisimile, ipsum Sanctum Gregorium, qui tam multis modis Ritus sacros amplificavit, & Ecclesiastica Officia expolivit, atque perfecit, hujus item Officii, & Antiphonarum institutorem fuisse. Ita quoad hæc omnia sentit Raynaudus. Confer dicenda tr. 2. lib. I. par. II. c. 1. n. 3.

Ab hac die 17. inclusive usque 11 ad Epiphaniam, seu usque ad diem sextam Januarii inclusive, excluduntur Octayæ, quæ non habentur in Breviario, & siquæ inchoatæ fuerint, non complentur, sed hac die adveniente cessant, & abrumpuntur. Rubr. gen. Brev. tit. 7. n. 1. & in not. post tabell. occur. in Breviar. Caval. to. 2. c. 19. num. 8. & 10. De quo dat rationem Gavant. in Rubr. Brev. sect. 3. c. 8. num. 9. Et pro tempore quidem ante Nativitatem, ne, inquit, omittantur quotannis Antiphonæ privilegiatae (confer dicta num. 1. & 2.) quas recitabant Antiqui in Festis occurrentibus, adit is ideo laudibus. Videri potest idem Gavantus sect. 6. c. 2. n. 5. & Caval. to. 2. c. 35. committent. in decr.

decr. 1. s. 8. & in decr. 2. Rationem vero aliam pro tempore post Nativitatem dabimus tr. 2. lib. 2. par. 1. c. 1. n. 2. Igitur in praecedenti die decima sexta quæcumque expirant Octavæ, itaut si fuerit dies infra Octavam, secundæ Vesperæ erunt de S. Eusebio cum Commemoratione diei infra Octavam, & ferie; & non amplius fit de Octava. Si autem fuerit dies septima infra Octavam, secundæ Vesperæ erunt de S. Eusebio, & non fiet Commemoratio Octavæ, quæ cessabit post Laudes Officii S. Eusebii, in quibus Laudibus fiet Commemoratio diei infra Octavam, & deinceps nihil. Vid. Caval. 10. 2. c. 19. n. 2. & dicenda in feria tertia post Dominic. Quinquages. n. 16. Usque ad Vigiliam vero Nativitatis exclusive fieri posse quodcumque Officium duplex, vel semiduplex, occurrens, vel transla-

tum, habes ex declaratione S. C. R. an. 1692. quam dedimus supra num. 3.

Olim die 18. Decembris, ut ibi 12 notabimus, celebrabatur in Hispania Festum Incarnationis, seu Annunciationis, initio Festi ducto a 1. Vesperis, scilicet a Vesperis hujus diei 17. Decembris. Ejus autem loco in eadem Hispania successit Festum Expectationis partus B. V. eadem die celebratum. Cujus Festi Officium recitatur etiam in toto Dominio Veneto, in toto Statu Ecclesiastico, in Regno Siciliæ, & alibi. Itaque in hujusmodi locis hodie Vesperæ de sequenti Festo Expectationis partus B. V. dupl. maj. ut in propr. Omnes hymni terminantur: *Virtus honor. &c.* & fit Commemoratio Adventus per Antiphonam majorem occurrentem supradictam.

C A P U T X V I I I .

N O T A N D A X V I I I . D E C E M B R I S .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I .

Art. I. *De Horis Canonicis.*
Art. II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canonicis.

I Si hodie fuerit feria secunda, vel **S**abbatum, quid specialiter nontandum sit pro Antiphonis ferialibus dicendis ad Laudes, & per Horas in sex feriis ante Vigiliam Nativitatis: vide die precedenti n. 1.

TOM. IV.

In 2. Vesperis Antiphona maior: *O Adonai.* Quæ secunda Antiphona ex majoribus proponit Christum Duceum domus Israel, expressum in Rubo incombusculo, ejusque Adventum ad redimendum nos in brachio extato efflagitat. Porro Christus est Redemptor noster a peccatis æternis. Raynaud. 10. 7. tr. de *O Parascev. praelud. 3. §. 3. & 8. Atque Honori-*

Z

- rius in *Gemma lib. 3. c. 5.* in hanc Antiphonam inquit: *Ipse Adonai, quod nomen Moysi indicavit, cui legem in Sina dedit, qui venit per Spiritum intelligentie nos redimere.* Quia ignorantates eramus, Christus Sapientia venit, doceat nos viam prudentiae: ut in prima Antiphona heri dictum fuit. Quia verum parum prodesset, si doceremur, & non redimeremur, ideo in hac secunda Antiphona ab ipso redimi postulamus; ut notat Durandus in *Ration. lib. 6. cap. 11. num. 5.*
2. Sicut Urbanus IV. Festum SS. Corporis Christi, seu Eucharistiae voluit celebrari feria v. post Octavam Pentecostes, & non in Cœna Domini, quia tunc Ecclesia tristis est, & moerens ob mortem Christi, ob eamdem rationem Concilium Toletanum X. Provinciale in Hispania saeculo septimo celebratum c. i. decrevit: Festum Annunciationis loco suo movendum: scilicet a die 25. Martii transferendum propter Officia Quadragesimæ, aut Passionis, vel Resurrectionis Domini: & aliud tempus celebrationi illius stabiliter designandum. Porro in Hispania olim non celebrabantur Sanctorum Solemnitates intra Quadragesimam: ut constat ex eodem Concilio: *Nihil de Sanctorum solemnitatibus, (tempore Quadragesimali) sicut ex antiquitate regulari cautum est, convenit celebrari:* ut refert Micrologus c. 48. & Benedictus XIV. de Festis B. Virg. c. 3. §. 2. & c. 17. initio. Nimirum Natalitia Sanctorum in Quadragesima celebrari vetuit Concilium Laodicenum in Oriente celebratum, Can. 51. cui conformis est consuetudo Ecclesiarum Ambrosianarum: ut testatur Micrologus loc. cit. & Radul-
- plus apud eundem Benedictum XIV. cit. c. 3. Concilium igitur Toletanum voluit, Festum Annunciationis transferri ad diem hanc 18. Decembris, tamquam tempus opportuus, & congruentius ad resolendam memoriam Mysterii Incarnationis Dominicæ: cum omnia temporis hujus Officia de eadem resonent Annunciatione: ut observat Micrologus loco cit. Festi initio duxto a primis Vesperis scilicet 17. Decembris. Sed etiam extra Hispaniam aliquibi idem mos viguit celebrandi Festum Annunciationis die 18. Decembris, teste Raynando citat: *traſ. de O Parafœv. in Argum. n. 3.* & affirmatur expresse a laudato Concilio Tolentino, verba recitat Suarez de Relig. to. 1. tr. 2. lib. 2. c. 5. n. 4.
- Nunc vero apud omnes obsoletus usus ille, omnes enim, etiam Hispani, sanctissimum Ecclesiarum Romanorum, quæ Magistra omnium Ecclesiarum, & Mater est, institutum sequentes, Festum Annunciationis celebrant die 25. Martii. Ejus autem Festi loco successit tam apud Hispanos, quam apud alios Festum Expectationis Partus B. Virginis; quod in Hispania nuncupatur *Festum Dominae nostræ de la O.* ex eo quia in hoc Festo a primis Vesperis ad Magnificat recitari incipiunt Antiphonæ majores feriales incipientes ab O. ut heri notavimus. Vid. Benedictus XIV. de Festis B. V. c. 17. quod quidem Festum diversum est, & alio spiritu agitur, ac Festum Annunciationis. Concessum insaper fuit Officium Expectationis B. V. seu Expectationis partus B. Virginis Statui Veneto; ex Decreto S. C. R. 3. Septembr. 1695.; extensum deinde fuit pro Statu Ecclesiastico ex Benedicte XIII.

22. Augusti 1715. Item pro Regno Siciliæ, & alibi sub ritu duplice majori ; vide dicta 23. Januarii art. 1. Celebratur autem hoc Festum, ut plebs Christiana apæctus ad excipendum Christum mox in carne ventrum .. Confer dicta precedentia die n. 9 post medium.

3 Ubi hodie recitur officium Expectationis partus B. V. rit. dupl. maj. omnia ut in propr. & fit Commemoratio Feriar. In Festa Expectationis partus B. M. V. hymni sunt concludendi cum versibus : Virtus, honor, laus, gloria &c. Et breve Responsorium at Primam debet esse : Qui venturus es in mundum S. R. C. 26. Novembr. 1735. Et 23. Junii 1736. Et 16. Febr. 1737. apud Caval. t. 2. c. 30. d. 9. Et ibi num. 1. & Rubr. particular. hujus Offic. Congruentia videri potest apud etiudem Caval. commentar. in cit. decr. 9. Itaque omnes hymni hujus Officij etiam ad horas concludendi sunt modo prædicto. Ubi die 18. Decembris celebratur officium de Expectatione B. M. V. omittenda sunt ad laudes Antiphona illa, quæ occurunt in hac feria in proprio de tempore. S. R. C. 12. Maii 1692. apud La-Croix ind. decr. n. 300. nisi habeatur particularis concessio : videri potest Caval. tom. I. par. 2. c. 35. Comment. in decr. I. n. 10. Vide etiam dicta die præced. art. 1. num. 2.

Secundæ Vesperæ de eodem Festivali, ut in propr. & fit Commemoratio feriar. per Antiphonam majori occurrentem supradictam..

4 Si prædictum Festum Expectationis venerit in fer. IV. Quatuor temporum ; nec erit dicenda nona lectio in Officio, nec legendantur ejus Evangelium in fine Missæ, sed illud S. Joannis, ideoque

de feria sola fiat Commemoratio in Officio, & Missa. S. R. C. 12. Maii 1692. apud La-Croix ind. decr. n. 301. Non erit dicenda nona lectio : hoc est in tertio nocturno non sunt legendæ lectiones de Feste Expectationis cum nona lectione de Homilia feriae IV. prædictæ ; sed loco homilia Festi legendæ sunt lectiones Homilia ejusdem feriar. Rubr. Brevic. Porro in eo casu textus Evangelii Festi Expectationis est idem, ac Evangelii feriar. quartæ prædictæ. Vide dicta 30. Octobr. n. 3. Sed cur potius non legitur homilia Festi ? Profecto sicut Officium Festi occurrentis præferentiam habet super Officium feriar. ita & expositio , seu homilia , quæ Feste assignantur, non minus præferenda videtur in conspectu Homilia feriar. & accessoriis quippe sequitur suum principale : sed respondeat Cavalarius to. I. c. 4. in decr. 17. fine , docens : quod quando idem est Evangelium Festi occurrentis , & feriar. sed diversa expositio , seu Homilia : si Homilia Festi non sit ex approbatis pro Ecclesia universalis , deber ea omitti , & eius vice legi homilia feriar. , seu Vigilie ; quia Officia universalis Ecclesiar. ut pote castigatoriæ , & magis examinata , atque uniformitatem cum Ecclesia universalis inducentia , semper præferriri debent propriis ; & ideo Rubrica hujus Festi Expectationis præscribit , ut legatur homilia feriar. Si autem etiam Festum sit ex indultili universalis Ecclesiar. runc homilia Festi legenda est , & ea feriar. vel Vigilie deber omitti ; & hoc suradet ratio exposita in interrogatione proposita ; ita Caval. Igitur si Festum Expectationis partus B. V. venerit in fer. IV. Quatuor temporum , om-

mes lectiones tertii nocturni erunt illæ, quæ ponuntur in Homilia feriæ illius; Responsoria vero erunt ea, quæ ponuntur in ipso Officio Expectationis in 3. nocturno, ut ibi monet Rubrica. Si autem hoc Festum venerit in alia feria Quatuor temporum, in tertio nocturno legitur homilia Festi cum nona lectione de homilia feriæ: quia deficit ratio praedita, quæ solum militat pro feria IV.

Si hoc Festum venerit in Dominicæ, transfertur in sequentem feriam secundam. Quid adhuc pro hoc Officio sit notandum? vide 23. Januar. art. 2.

A R T I C U L U S II.

De Missa.

Sicut celebratur Festum Expectationis partus B. M. V. dupl. maj. Missa ut in proprie. & fit Commemoratio feriæ. Credo. Praefat. B. V. **V. Et te in expectatione B. M. Videri potest Caval. to. 5. c. 14. n. 38. Col. param. alb.**

Si hoc Festum venerit in feria ry. Quatuor temporum, fit quidem Commemoratio Feriæ prædictæ in Missa, sed ejusdem Evangelium non legetur in fine, quia idem omnino est ratione festivitatis occurrentis jam leatum post Epistolam. Porro, ut articulo præcedenti notavimus, in hoc casu Festum, & feria eundem habent Evangelii textum; ne itaque textus idem Evangelii repetatur, legatur in fine Missæ Evangelium consuetum S. Joannis: ut ex S. C. R. notavimus art. præc. n. 4. vid. dicta 30. Octobr. n. 3. & dicta 25. hujus n. 80. fine. Non est autem omittenda Missa Conventualis de feria prædicta post Nonam, quæ licet in aliquibus cum Missa Festi conveniat, in multis tamen differt ab illa. Vid. Zachar. in d. decret. n. 1027. Caval. to. 2. c. 15. in decret. 4. n. 13. Si vero hoc Festum venerit in alia feria Quatuor temporum, tunc in Missa hujus Festi legetur utique occurrentis illius feriæ Evangelium in fine, quia tunc illa duo Evangelia sunt diversa.

CA-

C A P U T XIX.

N O T A N D A X I X . D E C E M B R I S .

A R T I C U L U S U N I C U S .

De Horis Canonicas.

- 1 **S**i Festum S. Thomæ venerit in feria secunda, hodie erit ejus Vigilia, in qua quid notandum? vide sequenti die: Pro Antiphonis autem serialibus anticipandis in hoc Sabb. vid. 17. hujus n. 1.
- 2 In 2. Vesperis Antiphona major *O Radix Jesse*. Hæc tertia Antiphona exhibet Christum, ut Radicem Jesse stantem in signum populorum, quem Gentes deprecabuntur, & super quem continebunt Reges os suum: id est, ei plene subiecti erunt, ac ne hiscere quidem coram eo audebunt.

Raynaud. 1. in præcedentibus cit. §. 9. Super hac Antiphona Honorius in Gemma l. in præcedentibus item laudato inquit: *Ipse Radix Jesse, qui in signum populorum stetit; dum per signum Crucis ubique adorari voluit; qui in Spiritu consilii nos liberare ve. ntit*. Profecto Christus est Liberator a servitute Diaboli. In prima Antiphona majori postulavimus Præceptorem seu Doctorem; in secunda Redemptorem: sed quia nihil prodesset, si essemus docti, & redempti, & adhuc post redemptionem teneremur captivi; ideo in hac tertia petimus liberari: ut notat Durandus in *Rationali lib. 6. c. 11. n. 5.*

C A P U T XX.

N O T A N D A X X . D E C E M B R I S .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S III.

Art. I. *De Horis Canonicas.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De Jejunio.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canonicas.

- 1 **V**IGILIA S. Thomæ Ap. nihil de ea in Officio, sed totum Officium est de feria Adventus; vid. dicenda. 2. lib. 1. par. 1. c. 2. num. 7. & 8.

Si Vigilia S. Thomæ Apostoli incidat in feriam Quatuor temporum; Officium erit de feria Quatuor temporum, nihil autem de Vigilia in officio, Vid. dicta in Septembr p. 1. sect. 5. subl. 1. Si vero in Vigilia S. Thomæ occurrente in feria Quatuor temporum fiat Officium de aliquo Feste novem lectionum, dicitur no-

mona lectio, & Commemoratio de Quatuor tempor. nihil autem in Officio fit de Vigilia: vide dicta in Septembr. l. cit.

3 Si hodie sit Sabbathum, & fiat officium de feria, dicendæ sunt ad Laudes, & horas Antiphonæ feriales feriae secundæ post Dom. iv. Adventus cum Antiphona Expectetur, si in illa feria reponitur Festum S. Thomæ translatum a prædicta Dominica iv. Vide dicta 17. hujus n. i. Ubi autem Festum S. Thomæ est dupl. i. cl. puta, quia est Titulus Ecclesiæ, vel Patronus principalis, quoniā ibi non transfertur, animadvertisit Gavantus in Rubr. Brevi. fest. 7. c. 2. ad diem 20. Decembri; debere in hujusmodi Ecclesia recitari Antiphonas ad Laudes Dominicæ IV. (omissis Alleluja, exdiendis 23. hujus n. 2. fine) cum Antiphona Expectetur, & in feria secunda Antiphonas ejusdem feriarum, quia Octava non fit amplius, & Rubrica præcipit, in Sabbatho eas dici, quæ occurruunt in die, quo recitatur Officium S. Thomæ Apostoli. Vide dicta 17. hujus cit. n. r.

In Cal. Rom. hodie (si non sit Sabb.) Vesperæ de sequenti. Festo S. Thomæ Apost. dupl. 2. cl. ut in commun. Apost. sed Antiphona ad Magnificat, & orat. propr. fitque Commemoratio feriae; Antiphona major: O clavis David. Hæc quarta Antiphona Christum indigitat Clavem dominus David, vinculos educentem de domo carceris. Raynaud. i. in præcedentibus cit. §. 10. Profecto Christus est Eductor a consuetudine peccati. Honor. in Gem. l. cit. super hac Antiphona inquit: Ipse Clavis David, qui cælum justis aperuit, Infernum clausit, & per Spiritum forti-

tudinis vinculos de domo carceris educere venit. In prima Antiphona majori postulavimus Doctorem, & Ducem; in secunda Redemptorem; in tertia Liberatorem: reputamus enim nos ipsos ignorantes, sive cœcos, penitus æternis addictos, servos diaboli; sed cum simus etiam mala peccati consuetudine vincti, quid prodesset captivis, si essent docti, redempti, & liberati; & tamen non essent ab omni vinculo absolti? libere quo vellent ire, non possent: & ideo in hac quarta Antiphona petimus ab omnibus peccati vinculis educi; ut notat Durandus in Ration. lib. 5. c. 11. n. 5.

ARTICULUS II.

De Missa.

Si non occurrat Festum novem item actionum, vel feria Quatuor Temporum, dicitur Missa de Vigilia S. Thomæ Apost. quæ est ut in Vigilia de commun. Apost. fitque Commemoratio feriae Adventus. 3. or. de B. V. Deus, qui de B. M. vide dicenda tr. 2. lib. 1. p. 1. c. 3. n. 2. & 7. fine. Si incidat in feriam secundam, 2. orat. erit: Fidelium. 3. de feria: Adventus ex Dom. præced. Merat. tom. 1. par. 4. tit. 2. n. 4.. Confer dicta 29. Novemb. num. 10. Col. param. violac.

In Missa de Vigilia S. Thomæ, aut in qua fiat de ea Commemoratio, inclinetur caput in Oratione Communicantes, ad nomen S. Thomæ & ubicumque nominetur, ex Rubrica Missalis de rit. celebr. tit. f. n. 2. vide dicta 18. Január. art. 2. n. 7. Vid. Caval. to. 5. c. 10. n. 16. inclinandum esse caput in Missa ad no-

mina Sanctorum, de quibus Missa celebratur, vel fiat Commemoratio, eo quod facta fuerit etiam in Officio. Ex qua doctrina sequitur, non esse inclinandum caput ad nomen S. Thomae in Missa de ejusdem Vigilia; quia de Vigilia in Adventu nihil fit in officio. Sed nos putamus; Rubricam Missalis praescribentem capitulis inclinationem ad nomen Sanctorum, de quibus legitur Missa, vel fit Commemoratio, habere locum, etiamsi in Officio non fuerit facta de iisdem Commemoratio, dummodo Missa sit de iisdem, vel saltem Commemoratio vere, & proprietate fiat de iisdem, & non simpliciter ratione alicujus Stationis, vel aliande in Missa sint inventi, quemadmodum docebimus tr. 2. in Dominica Sexagesimæ, & fer. v. post Domin. III. Quadragesimæ. Secus in Missa votiva de aliquo Sancto, non esset inclinandum caput ad nomen illius, quia non est facta de eo Commemoratio in Officio; quod non credimus concedendum: cum Rubrica simpliciter dicat: inclinandum esse caput ad nomen Sancti, de quo Missa legatur, vel fiat Commemoratio. Nec videtur contendi posse: Missas Vigiliarum de Sanctis non esse Missas de iisdem. Satis enim esse, insinuat Collecta, Communio, Postcommunio, & partes aliae Missarum hujusmodi; etsi non sint Missæ festivæ, sed feriales: (qua de causa nec dicitur Credo, nec Praefatio propr. sed communis; confer dicta in Vigilia Assumpt. B. M. V. 14. Ang. n. 3.) utpote quæ institutæ sunt pro Vigilia Festi, seu præparatione ad illud devotius celebrandum: atque adeo ratione diversa ab ea, ex qua instituta est Missa Festi; sed tamen in

honorem ejusdem Sancti, quemadmodum est Missa Festi; ideoque principium Festi eas vocat recte Meratus t. 1. in Gavant. p. 2. tit. 1. n. 4. Deinde ex sententia omnium Rubricistarum, teste Cavalerio t. 2. c. 32. comment. in decr. 1. n. 2. & c. 33. in d. 7. n. 5. ubi illam etiam admittit: in Vigilia Patroni principalis habentis Officium Vigilæ, non est in Suffragiis communibus facienda Commemoratio illius: ne de eodem eadem die fiat Officium, & Commemoratio. Quam doctrinam, animadversionemque notabimus ubi de SS. Patronis agemus in Appendice ad calcem Dilarii c. 7. art. 5. n. 35. Ergo officium Vigilæ Sanctorum est officium eorumdem, aliquo saltem modo; quidni ergo erit & Missa? Confer dicta 14. Augusti n. 3. & 5. ubi notavimus Missam Vigilæ Assumptionis B. V. esse Missam ejusdem; quæ est sententia Rubricistarum. Denique ipso Cavalerio docente cod. pl. tom. 2. cap. 15. comment. in decr. 1. n. 18. fine: in feria majori Commemoratio Vigilæ, quæ fit in Missa, non censetur Commemoratio de feria, sed magis de Sancto, cujus festum Vigilia prævenitur. Ergo &c.

Si Vigilia S. Thomæ Ap. incidat in feriam Quatuor temporum, Missa erit de feria prædicta, & fiet Commemoratio Vigilæ secundo loco. Evangelium vero Vigilæ non legetur in fine Missæ, sed consueatum S. Joannis. Vid. dicenda tr. 2. lib. 1. par. 1. cap. 3. num. 2. Quod si in eodem casu occurrat fieri Officium de aliquo Festo; in Missa de eodem Festo 2. orat. Quatuor temporum. 3. de Vigilia, & in fine Missæ Evangelium feriæ Quatuor temporum. Vide dicta in Se-

ptem-

ptembris. p. 1. sect. 5. subf. 2. §. 1.
num. 14.

- 7 Si in Vigilia S. Thomæ extra Quatuor tempora, occurrat fieri Officium de Feste novem lectionum, admittente in Missa Commemorationem Vigiliæ; tunc in Missa de Feste 2. or. erit de fer. Advent. 3. de Vigilia. An autem legendum sit eius Evangelium in fine? Vid. tr. 2. I. cit. n. 3.

- 8 Si Vigilia S. Thomæ non venerit in Quatuor temp. in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis, occurrente in ea Feste duplici, aut semiduplici, dicuntur duæ Missæ Conventuales, una de Feste, altera de Vigilia. Commemoratio feriaæ Adventus fiet in Missa de Vigilia, quia sunt ejusdem rationis; 3. oratio deinde erit, quæ secundo loco alias diceretur. Gavant. in Rubr. Miss. p. I. tit. 7. n. 2. fine.

Si autem hæc Vigilia venerit in Quatuor temporibus, & occurrat Festum duplex &c. una Missa Conventualis erit de Feste; altera de Quatuor temporibus; Commemoratio Vigiliæ. Rubr. bis. Si vero non occur-

rat Festum novem lectionum, sed fiat officium de Quatuor tempor. dicitur Missa de Quatuor tempor. cum Commemoratione Vigiliæ 2. loco. Cur autem, occurrente hac Vigilia in feria Quatuor temporum, non dicantur duæ Missæ, de Temporibus, & de Vigilia: Id evenire, ait Gavantus in Rubr. Brew. sect. 7. c. 2. ex eo quia ambæ dicendæ forent post Nonam, nulla hora Canonica mediante inter eas; id autem maxime convenire, quod scilicet intermediet; docuerat in Rubr. Miss. par. 1. tit. 7. n. 2. Pro Missis Conventualibus videri debent dicenda tr. 2. I. 4. p. 1. c. 4. qu. 1. & duab. sequ. & videri etiam possunt dicta hoc tr. 1. I. 1. cap. 2. de celebr. Miss. qu. 6. & sequentib. interrogat.

A R T I C U L U S III.

De Jejunio.

IN Vigilia S. Thomæ Ap. est. je-
junium ex gravi præcepto obli-
gante universaliter. Vid. dicta 23.
Februari. art. 3. sect. I.

CA.

C A P U T X X I .

N O T A N D A X X I . D E C E M B R I S .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I I .

Art. I. *De Observantia Festi S. Thomæ Apost.*

Art. II. *De Horis Canonicis.*

Art. III. *De Missa.*

A R T I C U L U S I .

De Observantia Festi S. Thomæ Apostoli.

1 FESTUM S. Thomæ Apostoli , ex p̄cepto universali : Constat ex Constitutione Urbani VIII. incip. Universa , quam allegavimus 25. hujus n. 1. in ea describuntur Festa ex obligatione gravi in foro universaliter observanda , inter quæ ponitur Festum S. Thomæ Apostoli . Vid. etiam dicta 24. Februar . num. 1. & 2.

A R T I C U L U S I I .

De Horis Canonicis.

2 FESTUM S. Thomæ Apostoli dupl. 2. cl. Rubr. gen. Brev. tit. 9. n. 6. & in duabus tabellis excerpt. ex Rubr. gen. Brev. Lectiones tertii nocturni , & prima lectio secundi nocturni , & or. propr. item Antiph. ad Bened. propria , ut ad Magnificat in 1. Vesperis : at lectio secunda , & tertia secundi nocturni de communi Apostol. 1. loco . Lectiones primi nocturni , & reliqua ut in eodem communi , & in Laudibus fit Com memoratio feriæ Advent. Antiphona ferialis ad Benedictus hodie erit :

TOM. IV.

Nolite timere. Si Festum S. Thomæ venerit in Quatuor temp. nona lec-
tio legitur de homilia fariæ Qua-
tuor temp. Secundæ Vesperæ de co-
dem Festo ; or. & Antiph. ad Ma-
gnificat propr. ut in 1. Vesperis ejus-
dem Festi ; reliqua ut in 2. Vesp.
de communi Apost. & fit Comme-
moratio feriæ Adventus, Antiphona
major , O Oriens . In hac quinta An-
tiphona Christus Oriens & Sol justi-
tiæ ad nos illuminandos compella-
tur. Raynaud. loco in p̄cedentibus
cit. §. 10. Christus quidem est illu-
minator tenebrarum nostrarum. Ho-
norius in Gem. l. cit. ad hanc Anti-
phonam inquit : Ipse Oriens , & Sol
justitiae , qui venit nos illuminare Spi-
ritu scientiæ . Heri postulavit dominus Chri-
stum , ut nos educeret de carcere re-
nebroso , & umbra mortis ; sed quia
illi , qui diu fuerunt in obscurissimo
carcere , oculos habent caligantes ,
nec clare videre possunt ; hinc post
solutionem a vinculis , & educationem
e carcere hujusmodi , restat nos illu-
minari , ut videamus , quo ire de-
beamus ; & ideo in hac quinta An-
tiphona majori hoc perimus . Dur-
rand. in Ration. lib. 6. c. 11. n. 5.

Si hodie fuerit Dominica , trans- 3
fertur Officium S. Thomæ Apost. in
feriam secundam sequentem , si non
fuerit impedita ; vide dicta 1. hujus

A a

n. 3

n. 3. In hujusmodi igitur casu se-
cundæ Vesperæ de sequ. Festo in Cho-
ro S. Thomæ Apost. dupl. 2. cl. ut
in 1. Vesp. de communi Apost. sed
Antiphona ad Magnificat, & or.
propr. fit Commemoratio Dominicæ
præcedentis. Antiphona major: *O
Oriens*. Ubi autem est dupl. 1. cl.
puta quia est Titulus Ecclesiæ, seu
Patronus principalis, fit de eo etiam
in Dominica: Vid. dicenda tr. 2.
lib. 1. par. 1. c. 2. n. 1. & in præ-
dictis locis notentur etiam dicta die
præced. n. 3. In præfato autem ca-
su translationis officii S. Thomæ
Apost. in sequentem feriam secun-
dam, Antiphona ad *Benedictus* pro
Commemoratione feriæ Adventus in
eodem officio S. Thomæ in prædicta
feria secunda recitato, erit: *Dicit
Dominus*, ut in Breviario in fer. 2.
post Dom. IV. Advent. Similiter si
hoc officium transferatur in feriam
tertiam, Antiphona ad *Benedictus* pro
Commemoratione feriæ erit ea, quæ
occurrit in eadem feria tertia prædi-
cta. Hodie vero Antiphona ad *Be-
ned.* pro Commemoratione feriæ Ad-
ventus semper erit: *Nolite timere*,
sive de Festo S. Thomæ recitetur of-
ficium, sive de Dominicæ, sive de
alio Festo duplici 1. cl. alicubi oc-
currenti, idque ne enuncietur falsum
extra quintam diem ante Nativitatem;
ait Gavant. in Rubr. Brew.
fest. 6. c. 2. n. 6. Simile exemplum

habemus in Dominica Passionis in
primo Responsorio primi nocturni:
in his enim circumstantis vox *Hodie
sumitur cum omni præcisione*, &
non cum latitudine illa morali, quam
admisimus, ubi de die 17. Sept. a n. 6.
Prædicta autem Antiphona: *Nolite
timere*: est in Breviario in hebdoma-
da tertia Adventus in Rubri ante
lect. feriæ secundæ ejusdem hebdoma-
dæ tertiae Adventus.

Quid notandum pro Antiphonis,
dicendis ad Laudes, & per Horas in
sex feriis ante Vigiliam Nativitatis?
vid. 17. hujus n. 1. & 2. & die 20.
hujus n. 3.

ARTICULUS III.

De Missa.

IN Festo S. Thomæ Apostoli du- 4
pl. 2. cl. Missa propr. Comme-
moratio feriæ. *Credo*. *Rubr. gen.*
Miss. tit. 11. Præfat. Apost. In Ca-
none in orat. *Communicantes*, incli-
netur caput ad nomen S. Thomæ,
& in Evangelio, & ubicumque no-
minetur, ex Rubr. Miss. de rit. cele-
br. tit. 5. n. 2. Vid. dicta 18. Ja-
nuar. art. 2. n. 7. Color parament.
rub.

Si Festum S. Thomæ Apostoli ve- 5
nerit in Quatuor temp. præter Com-
memorationem feriæ, legitur ejus-
dem feriæ Evangelium in fine Missæ:

CA.

C A P U T X X I I .

N O T A N D A X X I I . D E C E M B R I S .

ARTICULUS UNICUS.

De Horis Canoniciis.

Si fiat officium de feria, ad Laudes, & per Horas Antiphonæ feriales propriae. In Vesperis Antiphona major: *O Rex Gentium.* Hæc sextæ Antiphona Christum proponit Regem Gentium, & desideratum eorum, Lapidemque angularem. Honor. in *Gem.* loc. in præcedentibus cit. ad hanc Antiphonam inquit: *Ipse Rex Gentium, & Lapis angularis, qui venit, salvare hominem per Spiritum pietatis.* Christus quidem est Salvator ad reducendos in Patriam exiles; cum Gentiles, ut habet hæc Antiphona penultima; tum Judæos,

ut est in septima, atque postrema. Raynaud. loc. in præcedentibus cit. §. 3. & 11.

In præcedentibus Antiphonis majoribus petivimus per Christum doceri, redimi, & liberari, solvi, & illuminari. Sed quid nobis prodeßent hæc omnia, nisi deberemus ad Regnum perduciri, & ibidem salvari? & ideo in hodierna, & sequenti Antiphona majori petitus salvari; ut notat Durandus in *Ration.* lib. 6. c. 11. n. 5.

Si heri fuit Dominica, recitetur in hac feria secunda, nisi fuerit impedita, Officium S. Thomæ Ap. dupl. 2. cl. vide dicta præcedenti die num. 3.

C A P U T X X I I I .

N O T A N D A X X I I I . D E C E M B R I S .

EXPLICANTUR ARTICULIS III.

Art. I. *De Horis Canoniciis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De Jejunio.*

ARTICULUS I.

De Horis Canoniciis.

Si Officium fiat de feria, ad Laudes, & per Horas Antiphonæ feriales propriae, ut in feria occurrit. Hodie Antiphona ad Benedictus:

*Ecce completa. Rubr. Brev. post Antiph. feriale. in hebdomad. 3. Advent. in Rubr. Sabb. & ut in fer. 6. post Dom. 4. Adven. Congruit autem diei ut ex verbis ipsius Antiphonæ patet & observat Gavant. in Rubr. Brev. sect. 6. c. 2. n. 6. Ex qua Antiphona Durandus in *Ration.* l. 6. cap. 2.*

A a. 2. n. 10.

n. 10. colligit: Vigiliam Nativitatis non pertinere ad Adventum, sed ad Natale Domini; Quod etiam dicit Joannes Beleth *de div. offic. c. 66.* Verum intelligendum non est absolute, & simpliciter, sed ex parte, & secundum quid; vide dicenda sequ. die n. 4.

2 Si cras sit Dominica, Vigilia Nativitatis quoad Officium, & Missam non anticipatur in hoc Sab. sed si fiat de feria, ad Nocturnum dicuntur Psalmi de Sabbatho cum lect. Sab. Quatuor temporum Advent. Deinde ad Laudes cum Psalmis de Laudibus Sabbathi dicuntur Antiphona de Laudibus Dominicæ IV. Advent. quarta Antiphona prætermissa, cuius loco dicitur Antiphona: *Expectetur.* Omisfa autem Antiphona quarta Dominicæ quartæ resumitur quarto etiam loco in Vigilia Nativitatis, ne ut observat Gavantus, in *Rubr. Brev. sect. 6. c. 3. n. 2.* Officium Dominicæ ullo modo pereat. In eodem prædicto casu in Officio feriali, vel pro Commemoratione feriæ Antiphona ad Benedictus: *Ecco completa:* & or. dicitur de Sabbatho Quatuor temporum. *Rubr. Brev. posita post officium Dom. III. Advent. Et in Sabb. Quat. temp. Ade.*

Ad horas dicuntur Antiphona præfatae Dominicæ IV. In prædicto autem casu, quo in Sabbatho dicuntur Antiphona de Laudibus Dominicæ IV. Adventus, omittenda esse *Alleluja*, quæ sequantur easdem, argui potest ex eo, quia Antiphona dicenda ad laudes in sex feriis ante Vigiliam Nativitatis non habent *Alleluja*: confer dicenda tr. 2. lib. 1. par. 1. c. 2. n. 4. Si cras sit Dominica, & hodie Festum sit de feria: ad Vespertas Antiphona, & Psal-

mi de Sabbatho, ut in Psalm. a cap. de Dom. IV. Adv.

In Vesperis Antiphona major: *O 3 Emmanuel.* Hæc septima, & ultima ex majoribus Antiphona representat Christum Emanuelē, Regem, Legiferum, & Salvatorem nostrum. Christus quidem, ut in præcedenti Antiphona majori diximus heri, est Salvator ad reducendos in Patriam exiles, cum Gentiles, ut habet dicta præcedens Antiphona sexta, tum Judeos, ut est in hac septima, atque postrema. Raynaud. l. in præcedentibus cit. §. 3. & 11. Honorius ad hanc Antiphonam l. in præcedentibus cit. inquit: *Ipse est Emmanuel veniens ad nos per Israel, qui venit ad salvandum nos per Spiritum timoris, dans cunctis charismata amoris.* Vid. dicta die præced. n. 1.

Si hodie sit Dominica, atque adeo cras fer. 2. an recitari debeant Vespere Defunctorum? Examinabimus tr. 2. lib. 1. par. 1. c. 2. qu. 2.

ARTICULUS II.

De Missa.

Si cras sit Dominica, hodie est Vi- 4 gilia Nat. quoad jejunium tan- tum. Gavant. in *Rubr. Brev. sect. 3. c. 7. n. 3.* fine; quapropter et si prohibitum sit, in Vigil. Nat. celebra-re Missam de Requiem, & votivam: ut dicetur die sequ. art. 2. hoc tamen intellige de die ipsa, qua præscripta est legi Missa de Vigilia Na-tivit. scilicet ipsa die præcedente immediate Nativitatem, quæ dies est 24. Decembr. etiamsi fuerit Domini-na. Hinc hodie etiam in dicto ca-su possunt, quantum est ex hoc capite, quod non obstat, celebrari Mis-sas de Requiem, & votivæ.

AR-

ARTICULUS III.

De Jejunio.

Nativitatis : quænam sint notanda pro Collatiuncula vespertina? Dicimus fuse die sequ. art. 6.

Si cras sit Dominica, atque adeo
Sfiat hodie jejunium pro Vigilia

C A P U T X X I V .

N O T A N D A X X I V . D E C E M B R I S .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S VI .

Art. I. *De Horis Canonicis.*

Art. II. *De Missa.*

Art. III. *De Residentia Episcoporum.*

Art. IV. *Not. pro Indulgentia, & pro Jubileo Romano Anni Sancti.*

Art. V. *De Benedict. Mensæ, & gratiarum actione.*

Art. VI. *De Jejunio Vigiliae Nativit. Domini.*

ARTICULUS I.

De Horis Canonicis.

VIGILIA Nativitatis Domini: de ea Ad Matut. Officium est feriale: Psalmi, & eorum Antiphonæ de fer. occurrit. reliqua ut in proprio. Deinde ad Laudes, & deinceps dupl. Psalmi de Dom. reliqua ut in propri. Prima dicitur, ut in dupliscibus, & ad absolut. Capituli dicitur Capit. Nonæ. Preces non dicuntur. Vesperæ de sequi. Festo Nativit. Domini dupl. i. cl. ut in propr. In fine hymnor. *Iesu tibi Qui natus.* Antiphona finalis. *Alma Redemptoris.* ¶ *Post partum.* & *Dei Genitrix.* Or. *Deus,* qui salutis æternæ. Hæc finalis Antiphona, & quæ sublequuntur eamdem, recitantur usque ad Completorium diei secundæ Februarii exclu-

sive. Prænotata autem constant ex Rubr. gen. Brev. tit. 6. n. 5. tit. 20. n. 4. tit. 34. n. 3. & Rubr. particul. bic.

In Vesp. hujus diel, seu in primis Vesperis Nativitatis nulla præscripta est ad Magnificat Antiphona major, sicut in præcedentibus diebus præscripta fuit; rationem dat Raynaudus to. 1. tr. de O. parasc. prælud. 3. §. 4. fine, videlicet: cum in septem præcedentibus diebus ante Nativitatem antiphonæ majores positæ fuerint, ut ipse inquit, & 27. hujus n. 9. notavimus, ad vegetandam, & roborandam ad proximum Christi Ortum Fidelium pietatem: Octava autem hæc dies, sive petvigilium Nativitatis, quandoquidem primis Vesperis celebratur solemnissime Christi Nativitas; illo non eguit pietatis excitamento.

Pa-

2. Paramentorum color albus: a. Vesperis Vigiliæ Nat. Domini usque ad Octavam Epiphaniae inclusive, exceptis Festis Martyrum, quæ infra eam veniunt. Rubr. gen. Brev. tit. 18. num. 2.
3. De Vigilia Nativitatis, seu de ejus Officio sit semper eodem die, quo cadit, quocumque Festa in eo adveniente, quod transferendum erit. Rubr. gen. Brev. tit. 10. n. 1. & post tabell. occurs. Si autem non sit locus translationi ante finem Decembris, quid faciendum? vid. in Append. ad calcem Diarii c. I. §. I. De Vigilia Nativit. fit etiam in Dominica, (quoad officium, & Missam) si occurrat in ea. Rubr. gen. Brev. tit. 6. num. 2. ne si Officium anticipetur una cum jejunio Vigiliae in Sabbato Quatuor temporum, concurrent in eadem die hæc duo Officia, Officium videlicet Vigiliae Nativit. & Officium feriæ Quatuor temporum; quod esse non potest, ut observat Durandus, in Rationib. lib. 6. c. 2. n. 10: quia utraque feria primum habet Officium, & ad diversa tempora pertinet. Nam Sabbathum Quatuor temporum est de Adventu; sed Vigilia Nativitatis Domini ad tempus gaudii pertinet, hoc est, ad Natale Domini: ita Durandus. Eadem habet Io. Beléth de divin. offic. c. 66. Quod ultimum intellige in sensu mox explicando. Ob quam etiam causam dicit loco cit. Durandus: quod licet Adventus continere debeat dies viginti supra unum praeter Vigiliam Nativitatis, id est, tres septimanas integras ad minus; verum tamen per quatuor hebdomadas protelatur, quando Natale incidit in Dominicam; ne, videlicet, Nativitatis Vigilia in dicto casu oc-

currans in Sabbato, concurrat cum feria Quatuor temporum; quod accideret, si Adventus tribus absolveretur hebdomadis. Porro jejunium Quatuor temporum hyemalium intertia Adventus hebdontada est celebrandum, secundum dicta in Septembr. p. 1. sect. 5. subf. 3. n. 44.

Si Vigilia Nativitatis venerit in Dominica, quomodo ordinandum sit officium? clara est Rubr. Brev. Rom. notata ante Vigiliam Nativitatis; solum hic observamus cum Gavant. in Rubr. Brev. sect. 6. c. 3. num. 1. non legi in Officio Evangelium Dominicæ quartæ, quod ideo saltem in præcedenti Sabbato lectum est.

Si Vigilia Nativitatis venerit feria secunda, an recitandum sit officium Defunctorum? examinabimus tr. 2. lib. 1. par. 1. c. 2. qu. 2.

Si Vigilia Nativit. venerit in Sabbath. vice Psalmi Jubilate, in nocturno dicitur Psal. Bonum est, nebis dicatur, ad Matutinum, & iterum ad Laudes. Gavant. in Rubr. Brev. sect. 6. c. 4. num. 1. ut enim supra notavimus, ad Laudes dicuntur Psalmi de Dominicâ, ut in Festis..

. Porro Officium Vig. Nat. partim 4. est feriale, partim Festivum; scilicet in Laudibus, & Horis est duplex, ut supra notavimus. Est autem officium ex parte feriale, quia Vigilia est; ex parte vero est duplex, quia cum Vigilia sit illius Festi, quod est initium salutis nostræ, jure merito cum exultatione est celebra. Rursus hæc Vigilia est partim duplex, ut Officium Primæ sit solemne, in quo est annuncianta Nativitas Salvatoris cum solemni lectione Martyrologij, ut mox dicemus; ita Gavant. l. cit. n. 3. Et ideo

ideo Durandus & Belethi, ut supra notavimus, dicunt: Vigiliam Nativitatis non pertinere ad Adventum, sed ad tempus gaudii, nimirum ad Natale Domini. Quod potest admitti, si intelligatur non absolute, & simpliciter, sed ex parte & secundum quid.

In hac Vigilia Ecclesia monet, & fideles omnes invitat, ut parati jam & praefo sint ad suscipiendum Dominum Christum Salvatorem; ut notat Durandus in *Ration.* l. 6. c. 12. n. 1. Invitatorium *Hodie scietis, quia veniet Dominus, & mane videbitis gloriam eius,* imitatur versum *Ex. c. 16.* Exodi, qui versus sic habet: *Vespera scietis, quod Dominus eduxerit vos de terra Ægypti, & mane videbitis gloriam Domini.* Quæ verba Hebreis post exitum ex Ægypto, in deserto dicta a Moysi & Aaron, significaverunt; Dominum Hebreis daturum carnem, & panem; qui panis fuit Manna. Et nobis similiter Ecclesia significat, quod a Deo Patre mox dandum sit nobis suum Verbum Caro factum, quod & Manna est, seu panis Dei, qui de Cœlo descendit, & dat vitam mundo. *Ioann. 6. 33.*

5 Legitur Martyrologium cum majori, quam alias, solemnitate; pro qua videatur Meratus *to. 2. sect. 6. c. 4. n. 2.* Communiter, teste Gavanto *l. cit. n. 4.* genua fleuntur, præterquam a Lectore, ad ea verba: *In Bethebem Juda, usque ad ea, secundum carnem.* Quod etiam notatur in ipso Martyrologio Romano, & vid. Merat. *l. cit.*

Nota hic, quod numerus annorum Mundi, quo consignatur Christi Nativitas, aliter subducitur in Romano Martyrologio, juxta Septuaginta Interpretes, aliter a valde peritis:

Chronologis. In Martyrologio Romano ita annunciatur annus Nativitatis Domini: *Anno a Creatione Mundi, quando in principio Deus creavit Cœlum, & Terram, quinque mille-simo centesimo nonagesimo nono:* Quæ tamen computatio annorum innititur systemati Septuaginta Interpretum in computandis annis, quod sistema sequebantur Veteres. Verum illud repugnat editioni hebraicæ Sacrae Scripturæ, nec non nostræ editioni Vulgatae; in Versione etenim Septuaginta Interpretum habentur anni fere mille, & quingenti supra illos, qui habentur in textu hebraico; ex eo quod in versione Septuaginta Interpretum tribuantur Patriarchis primæ, & secundæ Ætatis plura annorum sæcula, quam in textu hebraico, cum quo cohaeret nostra Vulgata, quæ est omnino sequenda, Vid. Benedictum XIV. de *Fest. Dom. cap. 17. §. 4. alias a n. 40. Joann. n. 6. & 8. A-Lapid. & Raynaud. Douyat prenot. canon. lib. 5. cap. 17. l.l. mox citand. Jo. Laurent. Berti to. 1. bist. eccl. dissert. hist. 4. de vero Christi Natali n. 21. Sententia itaque magis recepta (profecto adhuc non plene constat de anno quo Christus Dominus natus sit; vide laudatum Berti, dissert. cit. a n. 2. & Ludovic. Anton. Muratori in annall. Ital. edit. Rom. 1752. tom. I. par. 1. ad annum Christi primum, & confer dicta in proemio, hujus tr. i. n. 7.) fert, Christum natum esse circa annum mundi plus minus 4000.; vid. Berti supra cit. n. 22. Benedict. XIV. l. cit. Nec tamen id quidquam elevat, & imminuit autoritatem Martyrologii Romani; hujusmodi enim annorum computatio ad substantialia minime pertinet.*

Vi-

Vide A-Lapide *to. 1. comment.* *Pentat.* post Canones, & in *Synopsi Chronol. Mundi*; & eundem in *Luc. c. 3. v. 36.* & in *c. 17. Gen. v. 5.* prope fin. Raynaudum *to. 18. t. aet. de Martyr. per pest. p. 3. c. 3. a n. 4.* Baron. in *not. ad Martyrolog. Rom.* sub hac die. Berti cit. n. 22.

Si hodie recites Matutinum, & Laudes sequentis diei, vide notanda die sequenti art. 1. sect. 3.

ARTICULUS II.

De Missa.

6 *¶ N. Vigilia Nat. Missa propria.* Non dicitur: *Gloria in excelsis.* Or. unica; quia hæc Vigilia habet rationem Festi duplicis, & solemnioris; conferantur dicta art. præc. num. 1. & 4. Non dicitur *Credo.* (vide tamen dicenda ex Caval. num. sequ.) *Præfatio communis.* In fine Missæ dicitur: *Benedicamus Domino.* Evang. S. Joannis. Parament. color violac. *Rubr. gen. Miss. tit. 18. n. 5.*

Supponendo quod Matutinum cum Laudibus recitandum sit, aut certe congruentius recitetur ante celebrationem Missæ. Vid. La Croix *l. 6. par. 2. qu. 30.* Supponendo 2. quod preces, quæ ante, vel post Missam immediate recitantur ex Missali Romano, (etsi non ex ulla obligacione præcepti. La-Croix. *lib. 6. p. 2. qu. 59. §. 3.* Caval. *to. 5. comment. in descr. S. C. R. c. 2. n. 4. fine.*) in præparationem, vel in gratiarum actionem, sequuntur conditionem Officii canonici occurrentis; Confer dicta 2. Novemb. n. 84. Dicendum est: duplicandam esse; ut in duplicibus (ex præscripto Rubricæ) Antiphonam, quæ ante, & post Psal-

mos in dicta præparatione & gratiarum actione recitatur a Sacerdote: quia licet hæc Vigilia ad Nocturnum habeat ritum simplicem, at vero ad Laudes, & deinceps gaudet ritu duplice, secundum dicta art. præced. n. 1. ob rationem assignatam n. 4.

Si hæc Vigilia occurrat in Dominica, in ipsa legitur Missa Vigiliæ *Rubr. gen. Miss. tit. 3. n. 3.*

Si hæc Vigilia venerit in Dominicæ; hæc item nota ex Rubr. & Gravanto in *Rubr. Miss. par. 1. tit. 13. n. 2.* & *par. 4. tit. 3. n. 1.* Merat. ibi num. 2. & 3. Vigilia Nativitatis non habet *Alleluja*, nisi in Dominica, ob memoriam Resurrectionis. *Rubr. gen. Miss. tit. 10. n. 4.* Igitur in Dom. post Grad. dicitur *X.* cum *Alleluja* ut in Missali pro hujusmodi occurrentia. Non dicitur tamen *Gloria in excelsis.* fit Commemoratio Dominicæ, non tamen ejusdem Evangelium legitur in fine: tum quia in Officio hujus Vigiliæ lectum non est; *Rubr. Miss. tit. 13. n. 2.* tum quia in præcedenti Sabbato Quatuor temporum fuit in Missa lectum. Vid. dicenda tr. 2. in Dom. 4. Advent. sect. 2. Non dicitur tertia oratio. Dicitur *Credo* in hac Vigilia, si venerit in Dominicæ, ratione ipsius Dominicæ. *Rubr. gen. Miss. t. 11. initio*, & cum hæc Vigilia non sit communis, seu ferialis, sed Festiva; idèo idipsum affirmat Caval. *to. 5. cap. 12. num. 17.* alias per errorem 18. pro locis, ubi esset privilegium celebrandi Octavas hoc tempore; nimis in hujusmodi Ecclesiis, dicendum esse *Credo* in Missa Vigil. Nativit. etiam extra Dom. ratione Octavæ: quia Missa non est ferialis: quemadmodum dicitur in Ecclesia, universali ratione Dominicæ; vid. dict.

dict. in Vigil. Epiph. art. 2. n. 7.
Præfat. de Trinitate.

Missa Conventualis cantatur post Nonam extra Dom. Merat. tom. 1. p. 4. t. 3. n. 1. Sed si Vigilia Nativitatis Domini venerit in Dominica, Missa Conventualis cantanda erit post Horam Tertiam, & post Aspergionem Aquæ benedictæ; quia in dicto casu eo die non jejunatur; & licet aliud videatur præscribi in Rubr. gen. t. 15. n. 2. per illa verba. *Quamvis sint dies solemnnes: de iis tamen intelligitur, in quibus & jejunatur, & duas cantantur Missæ de Festo, & de feria, quæ huic Dominicæ non convenient.*

8 Licit in Vigiliis, quæ jejunantur, omnes in Missa Conventuali, & solemniter genuflectant in Choro, etiam ad orationes &c. vid. Rubr. gen. Miss. tit. 17. n. 5. excipitur tamen Vigilia Nativitatis Domini (& quædam alia suis locis notandæ.) Rubr. cit. Diaconus, & Subdiaconus Dalmatica, & Tunicella utuntur in Vigilia Nativit. quando Sacerdoti ministrant in Missa solemnii. Rubr. gen. Miss. tit. 19. n. 6. quia prædictæ vestes indicant solemnitatem, & lætitiam, ut docebimus tr. 2. lib. 1. par. 1. c. 3. n. 15.

9 In diebus, in quibus non potest fieri de Festo duplice prohibentur Missæ votivæ de Requiem. S. R. C. 28. Augusti 1628. in una Urbis apud Caval. tom. 3. c. 9. d. 2. Hinc habes in Vigilia Nativitatis prohiberi Missas votivas, & Defunditorum. Vid. Caval. 1. cit. n. 2. La-Croix lib. 6. par. 2. qu. 72. §. 2. & qu. 73. §. 1. Gavant. in Rubr. Miss. p. 1. tit. 4. n. 3. ltt. O. Merat ibi num. 11. & par. 4. tit. 3. n. 1.

Neque pro Anniversario potest
TOM. IV.

cantari Missa de Requiem, vide in Append. ad calcem Diarii c. 9. n. 10. An autem præsente Cadavere liceat una Missa solemnis de Requiem? vid. in cit. Appendice cap. 8. nu. 22.

Qui celebraturus est primam Missam Nativitatis ante medianam noctem ex privilegio, vel legitima consuetudine; (de qua sequenti die art. 1. fest. 4. subl. 4. & subl. 6.) potest nihilominus mane hujus diei vigesimæ quartæ Decembris celebrare, ut reliqui Sacerdotes; quemadmodum docemus cit. subl. 6. q. 5.

Hujusmodi celebraturus Missam Nativitatis ante medianam noctem, non dispensatur in jejunio naturali necessario ad Missam, ut docebimus cit. subl. 6. qu. 6. n. 91. unde a pridiaria media nocte Vigiliæ, idest a media nocte, quam sequitur dies hæc usualis vigesima quarta, seu ex qua incipit dies hæc civilis vigesima quarta, jejunare debet; neque in Missa Vigiliæ, si celebrat, sumat purificationem, ut loc. cit. monemus. Poterit autem sumere Purificationem in illa Missa, quam celebrat ante prædictam medianam noctem Nativitatis, aut etiam cibam sumere post illam Missam; sed ante medianam noctem: ac deinde poterit celebrare secundam, & tertiam Missam Nativitatis post medianam noctem: ut docebimus cit. subl. 6. qu. 7.

Contraria vero esse solet praxis Cardinalis celebrantis dictam Missam Nativit. ante medianam noctem in Sacello Pontificis, ut raro notabimus, & melius examinabimus die sequ. cit. qu. 6. n. 92.

Quæ itaque dicta sunt de jejunio requisito ad prædictam Missam, non intelligenda sunt de Cardinali celebrante illam in Sacello Pontificis;

B b ipse

ipse enim in Vigilia Nativitatis solet comedere, & prandere; licet vero in collatione, quæ consuevit fieri in Palatio Apostolico, nihil sumat; vide dieenda cit. subl. 6. q. 7. n. 92. Idem si post Missam Vigilie prandebit, debet sumere purificatiōnem in illa, ut monebimus cit. q. 6. fine. Non sumit autem purificatiōnem in illa Missa, quam celebrat ante medium noctem, si vult celeb̄rare secundam, & tertiam Missam post medium noctem, ut dicemus infra n. 93.

Affistendo prædicta Missæ ante medium noctem celebratæ, an satisfiat pro die sequenti, vel potius pro præcedenti, si sit Dominica? examinabimus l. cit. qu. 3. Alia etiam, quæ de eadem Missa ante medium noctem celebrata, & audita, fieri possunt quæsita, solvemus eadem cit. subl. 6.

ARTICULUS III.

De Residentiis Episcoporum.

12 TRIDENTINUM sess. 23. cap. 1. de Reform. indulget Episcopis, ex justa causa abesse a propriis Diœcesibus per trimestre, sive continue, sive interrupte intra annum, eosque simul admonet, ne per illius temporis spatum, Dominicī Adventus, Natalis &c. diebus ab Ecclesiis suis Cathedralibus absint, nisi forte Episcopalia munia in aliis Diœcesibus suarum locis eos detineant. Vide dicenda in Append. ad calcem Dia-rij c. II.

ARTICULUS IV.

Not. pro Indulg. & pro Jubileio Ro- mano Anni Sancti.

IN Vigilia Nativitatis Domini ob. 12 tineri possunt Indulgētia Statōnum. Habetur autem hodierna Sta- tio ad Sanctam Mariam Majorem. De Stationib⁹ agetur tr. 2. l. 4. p. 1. cap. 2. art. 1. fest. 1. subl. 4. §. 2.

Nota hic: ab hac Nativitatis Do- minicæ Vigilia incipere Jubileum Rōmanum, qui dicitur Annus San-ctus, qui que recurrit hac nostra etate vigesimo quoque quinto anno: ex decreto Pauli II. in Bulla *Ineffabilis.* anno 1470.

Dixi 1. Jubileum Romanum: quia triplex est Jubileus, sive Jubileum, (nam atroque modo dici potest) videlicet Jubileum Romanum, quod Romæ celebratur vigesimo quoque quinto anno per annum integrum, qui Annus Sanctus dicitur, ut jam notavimus. Alterum vocatur Jubi- lēum Compostellana; eo quod ha- beatur Compostellæ per annum quoque integrum; illo nimirum anno, quo Festum Sancti Jacobi Majoris in- cedit in diem Dominicam, ut nota- vimus 25. Julii art. 4. Tertium de- nique Jubileum est Extraordinarium, quod nimiram concedi solet post Ju- bilēum Romanum Anni Sancti pro reliquis extra Romam locis; Rursus post Coronationem Pontificis, ac sa- pe gravibus de causis: concedi autem solet, non amplius quam per duas hebdomadas in singulis locis.

Dixi 2. Hac nostra etate; quia varius admodum fuit hujusmodi An- ni Sancti recursus, juxta diversorum Pontificum placitum: ut videre est apud

apud P. Dominicum. *Viva de Jubil.*
quæst. 1. art. 12. m. 2a

Definiri autem, seu potius describi solet Jubilæum: *Indultum Pontificis, Indulgentiam plenariam, & magna privilegia tribuens, certa opera in Brevi prescripta prefantibus.* Sic enim ut observat *Viva* art. 1. n. 3. complectitur tam Jubilæum ordinarium, quod vigesimo quoque quinto anno conceditur: quam extraordinarium, quod sëpe per quindecim dumtaxat dies concedi solet.

Ritus, quo Romana Jubilæum indicitur, est hujusmodi. Eo anno, quo a Vigilia Nativit. Domini celebrandus est Annus Sanctus; eo, inquam, anno, die Ascensionis Domini maximo apparatu in Templo S. Petri post Evangelium recitatur publice Pontificis diploma de proximâ anni Jubilæo. Vide dicenda tr. 2. in *Festo Ascens.* n. 51.

Deinde in hac Vigilia Nativitatis Domini mane habetur solemnis Supplicatio, & post meridiem a Sacello Palatii ad Ecclesiam Sancti Petri se confert Pontifex, quam omnino ecclasiam reperit: ipse vero portam muratam, quæ Sancta dicitur, percussit argenteo mallo, & bis Summus Pœnitentiarius, dum vertet preces: interim recitantur, quæ legi possunt apud Julium Lavorium de Lætino tract. de Jubilæo c. 24. n. 11. suis cœmentarii Murum discidunt, ingrediturque Pontifex Ecclesiam, ac Vesperis interest.

Tres alii Cardinales interim co-dent ritu tres alias portas Sanctas referant in tribus Basilikis S. Pauli, S. Joannis Lateranensis, & S. Mariae Majoris; etenim istæ quatuor Ecclesiaz ex antiquissimo ritu visitari debent ab iis, qui Jubilæum sunt lu-

cratyi; numerisque quaternarius significat, ex quatuor Orbis partibus omnes advocari, dum Deus misericordia sua largissime aperit.

Prædictæ Portæ Sanctæ clauduntur post Annū Sanctū in Pervigilio rursus Nativitatis Domini post Vesperas: tuoc enim præmissa solemnis Supplicatione, Pontifex, ac deinde Summus Pœnitentiarius calcem jacunt trulta, seu cochleari argenteo, ternosque lapides ponunt, ac deinde murus a Fabricatoribus erigitur, manetque integer, donec iterum recurrit Annus Sanctus. Supradictæ autem Portæ dicuntur Sanctæ, tum quia, qui per illas ingrediuntur, Indulgentiam consecuturi, sanctitatem, seu gratiam divinam obtinent; tum quia benedicuntur lapides, calix, aliaque id genus, quando post Annū Sanctū, modo dicto, clauduntur.

Denique causa, ut Jubilæus institueretur, potissima est ex Gregorio XIII. at peccatorum pondere pressis solvientiis pietatis remedium pia Major Ecclesia afferat per dispensationem Thesauri celestis in poenarum solutionem. A Clemente VI. autem dicitur institutus pro devotione Fidelium excitanda, & remuneranda; & a Bonifacio VIII. at Beatisimi Petrus, & Paulus Apostolorum Principes eo amplius honorentur, quo ipsorum Basilikæ de Urbe devotius fuerint frequentatæ; & ut ea Urbs visitetur, quæ est Mater, Magistra, & Caput omnium Ecclesiarum; & quattuor Petrus, & Paulus, ac tot deinceps Martyres incliti facro suo sanguine consecrarentur. Quæ tamen ratio Bonifacii solum militat pro Jubilæo Romano Anni Sancti. De Jubilæo agunt passim Auctores in tract. de Pœnit. Videri potest Na-

varius comment. in 2. par. Docr. comment. de Jubilao. Dominicus Vi-va opuse. de Jubilao. Quintanad-venas in singular. tom. I. in append. tr. 8. Filliuc. tr. 8. de satisfact. Sacr. Poenit. cap. 10. Diana par. 5. tr. 12. at edit. coord. tom. 4. tr. 4. Franciscus Bardi select. moral. lib. 5. La-Croix lib. 6. par. 2. a. qu. 197. Julius Lavorius de Laurino tract. de Jubilao. videri etiam possunt Barthol. a S. Fausto in thesauro Religios. de trib. vot. Relig. l.4. Theophilus Raynaudus tom. 6. tract. de prima Missa select. I. cap. 14. Azot. Instit. Moral. par. I. l. 6. cap. 21. Suarez to. 4. in. 3. par. disp. 50. sect. 4. num. 8. Plaz. in suo opere ital. de Purgator. par. 2. art. 5. §. 10. & n. 82. Videri denique possunt, dicenda hic art. 6. quest. 9. & die sequ. art. 1. sect. 9. qu. 16. & 17. & dicenda tr. 2. l. 4. p. 1. c. 2. de Bull. Cruc. art. 1. sect. 1. subs. 4. §. 4. qu. 12. & 13. & Sect. 2. subs. 6. quest. 6. Sed in primis legatur Ligorius Theolog. Moral. lib. Q. tr. 4. c. 1. dub. 4. art. 2. §. 2. & n. 536. editione. 3.

ARTICULUS V.

De Benedict. Mensa, & gratias actiones.

14 Si Vigilia Nativit. incidat in Dominicam, tunc in Coena Domini-
cata, ad benedicendam meipsum, &
gratias agendas post mensam, adhiben-
da est formula, quam sequenti
die proponemus art. I. sect. 10. Si-
militer si in ipsa Vigilia Nativ. ex-
tra Dominicam plena refectione sume-
retur, non in meridie, sed sero,
uti notavimus §. Januar. num. 15.
Porro solemnitas Natalis incipit a

I. Vesperis, non a Missa Vigilie :
confer dicenda in Dom. Resurr.
art. 7. n. 39.

ARTICULUS VI.

*De Jejunio Vigilie Nativitatis
Domini?*

Qu. I. Utrum in Vigilia Nativita-
tis Domini sit Jejunium obli-
gans sub gravi?

R. Affirmative ex precepto Juris
Communis. C. ex parte. de Observ.
Jejun. Nicolaus I. in resp. ad cons.
Bulgar. cap. 4. & est certa apud
omnes.

Qu. II. Utrum hujus Jejunii di-
sciplina servanda sit ex precepto cum
equali rigore, ac cetera per annum
Ecclesiastica Jejunia?

R. Affirmative ex Jure communis,
ex quo nulla apparet in hac re Fi-
delibus in universum facta relaxatio.
Ubi autem Lex non distinguit, ne-
que nos distinguere debemus; ex reg.
Jur. Est item, & esse debet certa
apud omnes. Auctores enim, quo-
quot ii sunt, qui minus severe de
hoc jejunio statuant, nihil proferunt
ex Jure, sed tantum ex Consuetudi-
ne, ut statim dicam.

Dixi ergo idcirco, quantum est ex
Jure communis, & que rigidam esse hujus
Jejunii disciplinam, ac aliorum quo-
rumlibet per annum. Nam si fides
non est neganda Auctoribus numero,
doctrina, & religione pollutibus;
de consuetudine universalis legitima
prudenter dubitari nequit; juxta quam,
servata, ut in aliis Jejuniis, tam
ciborum qualitate, tum per diem
abstinentia; aliquid tamen largius in
serotina refectione, huic jejunio præ
aliis indultum est. Ut omniaibus ab-
st.

Cap. XXIV. Notanda XXIV. Decembris. 197

stineam, verba proferam Academias
Salmantic. tom. 5. tract. 25. cap. 2.
pun. 3. §. 3. n. 73. ubi ad Quæsti-
tum; *An in pervigilio Nativitatis li-
cet sumere majorem collationem quam
aliis diebus jejunii?* respondetur, quod
*Circa hanc questionem conveniunt Do-
cētores in eo, quod sumi licite potest de
fructibus, erbis &c. (non vero de pa-
ne) duplo major collatio, quam aliis
diebus, quia sc̄ tenet praxis & usus
timoratorum, ut testantur Sanch. l. 5.
Cons. c. 1. dub. 26. Fagund. de 4. pra-
cept. Eccl. lib. 1. c. 4. n. 19. Azor.
l. 7. Instit. Mor. c. 8. qu. 8. Uilla-
lob. tract. 23. difficult. 7. n. 5. Tur-
rian. in Sum. 1. par. c. 256. dub. 38.
concl. 3. Trull. lib. 3. decal. cap. 2.
dub. 3. num. 9. Lezana V. Jejunium
n. 4. Diana 1. par. tract. 9. resol. 35.
Sanctius in select. disp. 52. sum. 10.
Barbosa tom. 2. in lib. 3. decretal.
cap. ex parte. de observat. Jejun. n. 3.
Haec Salmanticenses. Et infra l. cit.
Sic obtinuit consuetudo ab omnibus re-
cepta, videntibus & consentientibus Pra-
latis Ecclesie, & hoc ipsis facientibus;
quia in eorum mensis dicto pervigilio
opulente collationes fructuum, & re-
sum ex saccharo confectarum ministran-
tur. Ergo talis consuetudo legissime in-
troducta est. Haec iidem Salmanticens-
es, loquentes de consuetudine, su-
mendi in pervigilio Nativitatis Col-
lationem serotinam adhuc triplo ma-
jorem consueta, in Hispania vigen-
te: de qua infra.*

18 Porro hanc largioris collationis
consuetudinem in Jejunio Nativita-
tis Domini in Siciliæ regno vigere
nendum apud Laicos, verum etiam
apud Regulares, testantur omnes Si-
culi Anctores, quibus ego subscri-
bo; illud addens, consuetudinem
hanc etiam servari in concursu Vi-

giliæ Nativitatis cum Sabbato Qua-
tuor temporum.

Neque vero huic multorum Loco-
rum consuetudini quidquam decrescit
auctoritatis, quod ea aliis in usu non
sit, atque etiam ignota sit iis, qui
in hac morum materia minus versa-
ti sunt. Siquidem in his ipsis regio-
nibus, quæ largiorei serotinam re-
fectionem ignorant in Nativitatis
pervigilio; consuetudo consuetudine
non absunta, sed immutata dici po-
test: Immutarunt enim ejusmodi lo-
ca largiorei refectiunculam seroti-
nam in opiparam, & sumptuosam
scenam; neque id ad servandum ve-
tustæ disciplinæ rigorem (quod si
facerent, ab omni alia refectione per
diem abstinere deberent) sed ante-
vertendo in prandii horam permisæ
esurialis refectionis jus: quod nemo
negaverit, ad indulgendum in Vigil-
iæ hujus rigore novum aliud rela-
xationis genus pertinere. Atque id
in urbe ipsa Roma, sciente & non
prohibente Summo Pontifice, facit-
tur. Jamvero quid mirum, si largio-
ris refectiunculae consuetudinem igno-
rantii, quibus ea est, lautissime cœ-
nandi sub vesperum, postquam & in
meridie languentes vires nonnihil co-
medendo refecerint?

Nulli ergo scrupulum hac in re 20
injicere debemus, quo minus con-
suetudine apud suos legitime vi-
gente utatur. Est enimvero Con-
suetudo optima Legum interpres;
& docente ipso Benedicto XIV. in
materia præsertim Jejunii, & absti-
nentiarum, potissimum spectanda. Instit.
Eccl. Instit. 16. & de Syn. dicæc. l. 11.
c. 5. Tuto ergo poterit quilibet eam
refectionis serotinæ quantitatem su-
mere, quam, scientibus & non im-
probantibus Ecclesiæ Pastoribus, com-
mu-

muniis praxis, praesertim si docto-
rum & timoratorum ea sit, ad-
misit.

- 21 Hanc cum ita sint, non admodum
desudabo, in designanda quantitate
ipsa largioris refectiunculae in hoc
Nativitatis pervigilio permisae. Id
enim ipsum, ut modo ajebam, ex
legitima consuetudine pensari debet:
de qua proinde unusquisque de sua
loquens, variant Auctores. Disto
majorem ut plerumq; admittunt ii,
qui tamen pro consueta non ultra
octo uncias librae, quam vocant sub-
tilem, largiuntur. Pro hac stant Pel-
liz. in *Man. Regul.* tom. I. tr. 9.
c. 5. n. 12. Azor. par. I. l. 7. c. 8.
qu. 8. post medium, ubi ait, id abi-
que fere ex consuetudine introductum
esse. Salmantenses cum aliis Auctori-
bus apud ipsos cit. sup. n. 17. Quin
etiam usum refectioinis triplo majo-
ris in Hispania testante iidem Sal-
mantenses loc. sup. cit. Suos quis-
que consulat, & legitimo patriz mo-
re vivat. Pro quo tamen ne quis
corruptelam in Consuetudinem no-
bis opponat, salutare monitum in-
culcamus, quod ex aliis lapidatissimis
Viris derivavit Diana Refol. 116.
§. 5. *Talis consuetudo non est intelli-
genda, que viges apud vires parum
timoratos; sed illa, qua viger apud
Viros bonos, & conscientia timorata,*
ut recte notavit Fernandez de exanz.
Theatr. p. I. c. 8. §. 2. n. 9. Toletus
I. 6. c. 2. n. 4. & alii. Hinc docti-
finus Petrus Cenedo in *Qu. cat.* q. 41.
num. 4. sic afferuit: *Advertendum est
etiam circa quantitatem collationis se-
rotinae, servandam esse consuetudinem bo-
norum, & timoratae conscientiae viror-
um; non vero aliorum, etiam si dica-
tur, esse receptam a majore parte po-
puli.*

Qu. III. Undenam consuetudo ista
potuerit effluere?

Respondet ad eruditissimum magis, 22
quam ut aliquid de meo quasi fir-
mum statuam, quid alii sacerdoti.
Et Salmantenses quidem I. sup.
cit. ita scribunt: *Nec mirum, quod
Ecclesia nunc id permittat, cum quia
antiquissimis annis in Ecclesia eu[n] nocte
vigilabant, & divinis officiis intereran-
tum ob excellentiam tanti Festi. Si qui-
dem officium ipsum Vigilia Nativi-
tatis Festivum aliquid ex Ecclesie ri-
tu habet, praeter morem aliorum of-
ficiorum; cum a laudibus duplice Fe-
stivo rite, & non feriali celebretur:
hinc haud mirum si Jejunii ipsius
abstinentia aliquantulum relaxari per-
missa fuerit, ut festivam ipsam lasti-
tiam decere videtur. Neque me la-
tet prudens Tamburini monitum Ex-
plic. decal. I. 4. c. 5. §. 3. Cum le-
titiam satram audes, ne ad corporales
delicias, sed ad spiritualiter minime
adjicias: Sed aliquid est, quidquam
huiusmodi facere ex animo inten-
perantie, & inglorie, alind ex pu-
ro Ecclesie spiritu; ex quo possimus
etiam, & debemus justa Pauli mo-
nitum, sive manducamus, sive bibi-
mus in nomine Domini facere. Pri-
mum certe hominum est a vero &
puro Ecclesie spiritu aberrantium,
adversus quos facit increpatio Tho-
mae a Kenpis tom. I. p. I. serm.
ad Novit. serm. 10. *Heu miseri &
insensati amatores sacris, qui Festa
Christi, & Sanctorum bonores in convi-
via ciborum, & ludos convertitis.*
Secundum vero prius esse potest, &
laudabile, nec exemplo caret SS. Pat-
rum, qui & ipsi, cum nossent For-
itorum Christianorum spiritualem ef-
fe debere letitiam, aliquid tamen
infusa liberalitatis, relaxando &
re-*

reficiendo Corpori, soleranioribus Paschæ, Pentecostes, & Nativitatis diebus tribuebant, in ipsa Ereni austerritate. Nihil ergo cuiquam liceat ex privato spiritu adversus Ecclesiasticam severitatem in diebus jejunii inducere; at potuit laudabiliter Ecclesia ex deo spirito severitatem suam infondere, tolerando liberaliore ea in nocte Vigilie Nativitatis refectionem; sive ut promptioribus viribus Fideles interestent longioribus, quæ in ea nocte fiunt, efficiat; sive ut in ipso pervigilio proxima Festivitatis letitiam presentiant, quam ob causam officium ipsum Vigilie duplice Festivo rite permiscentur.

23 Qu. IV. An consuetudo ista favet jejunanti ex Voto in Vigilia Nativitatis; aut etiam ex poenitentia a Confessario imposta?

R. Haud favere, si Votum fuerit vage emissum, aut Poenitentia vaga imposta scilicet in aliquo die exequenda; Nam cum in mentem sic Jejunantis Jejunium veniret consuetate observante, in fraudem agit emissi Voti, qui illud studiose transfert in Jejunium largioris.

Si vero sermo sit de eo, qui votit e. g. jejunare singulis sextis feriis, aut id ex poenitentia suscepit, sexta vero feria contingat in Vigilia Nativitatis; dico, quod, excepto casu, quo ipse sciens volens omni consuetudini legitimæ remuntiare valuerit; poterit tuto jejunare ex consuetudine ipsa ab Ecclesia tolerata in loco sui domicilii: sumendo, ut ceteri, largiore refectionem. Ratio est quia etiam ille, qui Jejunium votit simpliciter, votit ad normam Ecclesiæ, ergo quemadmodum subjicit se omnibus oaribus inde provenientibus, ita neque se eximit a favoribus, qui

forte admetti poterunt. Cum itaque presentis jejunii favor omnibus in hac die jejunantibus fiat ab Ecclesia; non est, cur eo privemus jejunantem quantumvis ex Voto. Neque valet reponere, ut Doctorum aliquis habet, quod Votum sit ex Jure divino; Consuetudo autem sit ex Jure tantum positivo Ecclesiastico: Nam non hic querimus Voti naturam, sed Jejunii; esto autem Obligatio Voti ex Jure divino sit, at Jejunii norma Ecclesiæ lege & usu definitur. Unde enim, quælo, est, quod quis vertutis Ecclesiæ temporibus Votum emissee jejunandi; jejunium servare debuisset cum rigorosa unicæ comedionis observantiâ, absque alia refectione iuncta; secus autem qui novissimis Ecclesiæ temporibus adhuc ex Voto jejunat? non nisi quia Jejunium Ecclesiæ more & consuetudine taxatur. Cur ergo receptæ consuetudinis favorem in serotina vulgari refectione concedemus Jejunanti ex Voto; negabimus vero Jejunanti ex Voto in Vigilia Nativitatis, cum utroque eadem sit & Voti natura, & dispensantis Ecclesiæ Autoritas? Nonque idcirco opus est, ut Vovens expresse in mente habuerit voluntatem retinendi palem favorem in casu quo Jejunium ex Voto coincidat in Vigiliam Nativitatis; licet neque requiritur, quod Jejunans ex Voto habeat expresse apimum sumendi sero refectione iunctam, ut illam possit sumere ex consuetudine Ecclesiæ; sed sufficit quod Jejunium acceperit in communi acceptance, & usu Ecclesiæ.

Aliud est de casu in prima parte responsionis expresso, quo quis studiose rejiciat in Vigiliam Nativitatis jejunium, quod vage votit, aut

ex

ex pœnitentia e.g. a Confessario imposita solvere tenetur; hic enim age-ret in fraudem suscepτæ obbligatio-nis, quæ Jejunium absolute rigorosum respicere proculdubio videtur; & a quo prorsus arbitratu suo, & nul-la rationabili causa se eximit. Pro opinione nostra stant Th. Sanch. in Sum. t. 1. lib. 4. c. 11. n. 65. Pel-liz. in Manual. Regul. tom. 1. tr. 5. c. 5. n. 13. Diana edit. coord. t. 4. tr. 6. Resol. 114. §. 4. post Bardi l. c. qui citat pro se Fauftum, & Pasquali-gum. Idem docent Castropataus p. 3. de effent. & obligat. Voti tr. 15. disp. 1. punt. 12. n. 11. Salmanticenses t. 5. tr. 23. c. 2. punc. 3. §. 3. num. 74. fin. Thomas Tambur. explic. decal. lib. 3. cap. 15. §. 6. n. 13. & alii.

-24 Quid ergo (Quæres V.) de Re-gularibus, si forte Jejunium ipsorum ex regula vel Voto coincidat cum Vigilia Nativitatis?

R. Ipsis etiam Consuetudinem, quam a Majoribus exceperint, & constanter servaverint, valere pro le-gitima explicatione tum Voti, tum regulæ; ex qua praxi communiter evincitur, Votum & Regulam obligare ipsos ad consuetam Jejunii severitatem etiam in Vigilia Nativitatis: Quare nisi aliud constet, consuetudo loci nihil illis favet, ob peculiarem sui Voti restrictionem. Sequitur ex natura Voti, & principiis notis-simis in materia de Leg. & Con-suet. Profecto, quod sciām, nullum est Jus adversus hanc Consuetudi-nem excipiens, respectu Regularium, ut certe datur, ne iidem ex regula jejunantes fruantur privilegio vescen-dī Carnibus in Festo Nativitatis oc-currente fer. vi. Vid. 25. Decemb. num. 106.

25 Qu. VI. de Casu, in quo Vig-

lia Nativitatis coincidat cum Sabato Quatuor Temporum, num & in ip-sa valeat favor largioris serotinæ refectionis ex consuetudine permisæ?

R. Consuetudinem ipsam sese hac in re explicare; quæ nimis ita sit, ut quæ licere sibi quisque putat ex legitima loci consuetudine in Vigilia Nativitatis, eadem agat in con-cursu Sabbati Quatuor temporum. Ita qui coenas instituunt largiores in Vigilia Nativitatis loco prandii, easdem instituunt in Sabbato quatuor temporum, concurrente eadem Vigilia. Ex quo locus sit opinandi, non tam laboriosam noctis exercitationem, quam ipsam hujus Vigilie quodammodo Festivam lætitiam huic relaxacioni locum dedit. Consuetudi-nem hanc eodem legitimo jure pre-scriptam testantur iidem supra lau-dati Auctores nu. 17. Proinde cum in facto versemur legitimo, haud scrupulum movet Auctorum contra-ria opinio, quam merito respūnt Salmanticenses loquentes de ipsa hac praxi servata an. 1713. in Salmanti-ca Civitate, consilio Doctorum ejusdem Universitatis.

Qu. VII. Utrum eodem jure la-xioris refectiunculæ frui possit Jeju-nium factum in Vigilia Nativitatis ad lucrandas Indulgencias, ut opus injunctum.

R. Affirmative, excepto tamen ca-su, quo quis studiose & in fraudem jejunium, quod alia die exequi po-test, in dictam Vigiliam transferat. Ratio est, quia mens Pontificis im-ponentis pro tali die jejunium, ad lucrandas Indulgencias, est, ut quis-que morem servet Ecclesiae eodem die jejunantis; quod dicere utique tenemur, ne secus inverttere cog-a-mur variam pro varietate locorum pecu-

peculiarium Ecclesiarum disciplinam. Ergo si ea sit localis consuetudo jejunii Ecclesiastici pro tali die; huic conformare se poterit, qui lucrari velit Indulgentias. Neque valet repudnere, quod in materia Indulgentiarum sedanda sit non quævis probabilis sententia, sed etiam probabilius, & tutior: Nam nisi nomine *Tutioris sententiae* intelligere velis *rigidorem*: hæc ipsa est *tutissima Opinio*, si non ex præjudiciis, sed ex principiis obligationis legitimæ ratiocinari velis. Denique pro hac sententia stant Barudi in *Select. l. 3. qu. 4. n. 2. Gobat tom. 2. tr. 3. cap. 28. quest. 75. num. 208. Diana edit. coord. tom. 4. tr. 4. Resol. 24. §. 4.*

Et confirmatur ex eo quod, cum non lateat Summum Pontificem, aliosque Ecclesie Pastores consuetudo aliquantulo largius jejunandi in Vigilia Nativitatis, si in isto casu mentem haberent Fidelibus imponendi strictius Jejunium, de ea fese explicarent; quod si non faciunt ex certa scientia, rem integrum relinquere censemur Fidelium praxi, pro varietate locorum. V. etiam Passerini. qu. 78. a n. 504. Plaz. de Purgat. par. 2. ar. 5. §. 8. n. 5. Pro quo etiam facit, quod refert Gobat to. 2. tr. 4. p. 2. c. 38. num. 712. Mentem obligantis Pontificis in Indulgentiis impertiendis cum debita prudentia, & æquitate procedere, neque praxim evertere bonorum Fidelium, si sequantur sententiam probabilem, & communiores; atque ita respondisse Urbanum VIII.

27 Qu. VIII. An quod in aliis jejunis, ex satis tuta sententia permititur, ut possit quis ex rationabili causa in meridie sumere parvam refectionem sero fieri solitam, cœnatu-

TOM. IV.

rus deinde sub Vesperum; ita etiam liceat in Nativitatis pervigilio, extendendo meridianam refectiunculam ad largiorem quantitatem de sero permissam.

R. Negative: Tota ratio exorbitandi a Jure communi in hujusmodi materia, dumtaxat petitur a Consuetudine legitima. Proinde cum ea detur pro nocturna refectione in Vigilia Nativitatis, non vero ut anteveretur in meridie; nihil ultra sperandum est. Ita omnino Salmanticenses, contrarium improbabile vocantes: *Nota 4.* (ita illi tom. 5. tr. 23. c. 1. pun. 3. n. 83. f.) cum Sanchez. lib. 5. *Confil.* c. 1. dub. 26. n. 6. quod sequitur in *Vigilia Nativitatis* vellit ex justa causa mane aut meridie collationem sumere, & differre prandium usque ad noctem, non posset sumere majorem quantitatem Collationis, quam eam, que aliis diebus Jejunii sumi solet. Ratio est, quia Collatio licita est iuxta consuetudinem introductam; sed solum introducta est Collatio solito major in nocte Vigiliae Nativitatis. Ergo illicitum erit sumere mane, aut meridie. Et contrarium est improbabile.

Quæres tandem; Unde nam & 28 notam & Usus Collationis serotinæ in diebus Jejunii fieri solitæ promanaverit?

Dicam, quod Benedictus XIV. to. 1. *Notif.* 15. n. 8. allegatis quibusdam auctoritatibus scribit: Consuetudinem hanc ductam fuisse ex veterum Monachorum exemplo seu facto. Enimvero postquam portassent pondus diei & æstus, in operibus etiam manualibus distenti; siti compulsi, parum aquæ tantum bibeant in diebus jejunii: sed cum experti ideo fuissent aliquod salutis detri-

C c men-

mentum, deinde ne potus simplex noceret, cooperunt adhibere modicum aliquod panis fragmentum. Hanc verò refectiunculam sumebant, antequam convenienter simul ad lectio-nem, aut conferentiam, seu Collationem spiritualem, quæ solebat fieri sero ante Completorium. Hinc

nomen Collationis datum fuit hujusmodi refectiuncula serotina, quæ permittebatur in diebus Jejunii. Jam vero ex hujusmodi consuetudine originem traxisse dicitur, & nomen Collationis refectiuncula serotina, quæ nunc permittitur omnibus in omnibus Jejunis Ecclesiasticis.

C A P U T X X V.

N O T A N D A X X V. D E C E M B R I S.

EXPLICANTUR ARTICULIS II.

ART. I. Not. In Feste Nativitatis Domini.

ART. II. Not. infra Octavam.

A R T I C U L U S I.

Not. in Feste Nativitatis Domini.

EXPLICANTUR SECTIONIBUS XI.

- Sect. I. *De Institutione, & observantia Festi Nat. Dom.*
- Sect. II. *Not. tempore Interdicti*
- Sect. III. *De Horis Canoniceis*
- Sect. IV. *De Missa.*
- Sect. V. *Utrum in nocte Nativ. possit administrari Sacra Communio?*
- Sect. VI. *De Functionibus Pontificalibus*
- Sect. VII. *De Exequiis Defunctorum*
- Sect. VIII. *De Indulgentiis*
- Sect. IX. *De Permissione Carnium in Feste Nat. Domini occurrente in fer. vi. vel Sab.*
- Sect. X. *De Benedictione Mensæ, & gratiarum actione*
- Sect. XI. *De Quadam Superstitione*

S E C T I O I.

De Institutione, & observantia Festi Nat. Dom.

CAN. Pronunciandum i. dist. 3. de Consecr. & C. Conquestus de feriis, priori loco ponitur Nativitas Christi Domini. Est Festum de precepto universali, uti habetur ex traditione, & constat ex Constit. Urbani VIII. pro observat. festor. incip. Universa per orbem. dat. an. Incarn. Dom. 1642. Idib. Septembr. & public. 22. Decembr. ejusd. anni, in qua Constit. dies Nativitatis Domini recensetur inter Festivitates, ex obligatione gravi universaliter in foro colendas.

Nota hic: Festum Nativitatis Domini inter Festa, quæ Majora dicuntur, adnumerari. Quid autem hoc importet? Vide dicta 6. Januar. art. 1. sect. 1. n. 3. Hic tantummodo innuimus, ad excellentiam Festi.

vitatis hujus facere, quod Æra vulgaris Christiana, seu juxta Christianum usum, annorum tempora prænotantur a Nat. Domini. Vid. dicta in Proœmio hujus Tractatus I. num. 7.

- 2 Qu. I. Quis Nativitatis Dominiæ Festum instituérit?

R. Videtur ab ipsismet Apostolis institutum: colligitur ex perpetua traditione, cuius initium ignoratur; ut facile intelligitur ex variis sermonibus antiquissimorum Patrum in hanc Festivitatem: quod est signum, eam esse Apostolicam; ut observat Suarez de Relig. to. I. tr. 2. l. 2. c. 5. n. 5. & Azorius Instit. Moral. p. 21 lib. I. c. 9. qu. 15.

- 3 Qu. II. Quare Nativitatis Christi memoria recolatur Mense Decembri die 25.

R. Quia communis est Ecclesiæ, & omnium Sæculorum traditio, Christum Dominum natum fuisse Mense Decembri, VIII. Calendas Januarias hoc est die 25. Decembris. De qua traditione testatur S. Augustinus in Psalm. 132. Vid. Azor. I. cit. q. I. Baron. in not. Martyrol. Rom. hac die; Bened. XIV. de Fest. Dom. c. 17. §. 4. A Lapide in Luc. c. 2. n. 8. Græci quoque fatentur, hoc die, & Mense Christum esse natum, ut ait Anastasius Nicænus in lib. quæst. suarum qu. 92. & constat ex Menologio, seu Calendario Græcorum: qui quidem etsi olim solemnitatem hanc una cum Epiphania Domini, Ægyptios sequuti, die sexta Januarii celebraverint, deinde vero saeculo quarto, a tempore videlicet S. Joan. Chrysostomi, Ecclesiæ Romanæ veterem consuetudinem celebrandi Natale Domini die hac 25. Decembris, amplexi sunt; ut præter

alios intelligitur ex laudato Chrysostomo Serm. 35. de Nat. Dom. t. 5. oper. ejus edit. veter. novæ autem to. 2. & videri etiam potest Baron. I. cit. Bened. XIV. I. cit. §. 5. Meratus to. I. par. 4. tit. 3. n. 4.

Qu. III. Cur Festum Nativitatis Domini non celebretur certa, ac fixa die hebdomadæ, ut celebratur Passio, Resurrectio, Ascensio ejus in Cœlum?

R. Ut celebratur semper eadem die Mensis, scilicet 25. Decembris. Licet enim, ut tradidimus lib. 2. par. 2. c. I. de Dominica art. I. qu. 3. n. 9. ex communi Scriptorum sententia Christus Dominus natus sit in Dominica: tamen ut notat Suarez to. I. de Relig. tr. 2. lib. 2. c. 5. n. 7. Durandus lib. 6. Ration. c. 13. n. 4. & per se patet, attenta mutatione litteræ Dominicalis, non potest semper in Dominica celebrari simul cum eadem die Mensis, & ideo per omnes dies hebdomadæ mutatur.

Quare autem ad celebrandam Festivitatem Nativitatis Domini attendatur dies Mensis, non autem dies hebdomadæ, ut sit in Passione, Resurrectione, & Ascensione ejusdem Domini: unde illæ Festivitates sunt mobiles; seu non habent diem certam mensis, habent tamen diem certam hebdomadæ: secus vero hoc Festum Nativitatis, quod est immobile: Respondet Durandus l. cit. n. 4. ¶ §. ubi inquit: secundum Augustinum, hoc Festum pertinere ad memoriam tantum; alia vero Festa Domini pertinere ad memoriam, & Sacramentum, seu mysterium: unde sufficit, ait, per Festum Nativitatis memorari, quota Mensis die Christus natus fuerit; & ideo semper eodem

Cc 2 die

die mensis celebratur; licet ipsa feria varietur propter mutationem litterarum Dominicalis. Secus autem Pascha ejusdem Domini e.g. celebratur semper feria sexta, quia pertinet ad Mysterium, quod Christus passus, & mortuus fuerit feria sexta, puta ut hominem, qui in sexta feria exciderat, redimeret; & sic de aliis Festis, quae ideo oportet celebrari sub diversis Calendis, eadem tamen feria, qua quod innuit mysterium peractum fuit.

5 Præterea inquit idem Durandus, semper Pascha nostrum celebratur Dominica prima post Pascha Hebreorum, quod est semper decima quarta Luna; quia ergo 14. Luna non est semper eodem tempore, vel eadem die Mensis, imo variatur secundum annos solares; ideo & Pascha nostrum non semper est eodem tempore, nec eodem die Mensis, licet semper sub eadem feria, scilicet in Dominica celebretur.

Rursus ideo Pascha, Pentecoste, & alia Festa variabilia sunt, nec certæ diei Mensis sunt annotata, ne videamur imitari Judæos, qui semper illa celebrant in certis Calendis. Hæc Durandus.

Vulgatus Alcuinus vero lib. de div. Offic. c. 1. de Nat. Dom. dixit, quod ideo Festum Nativitatis per singulos hebdomadæ dies varietur, ut mandarentur dies Septimanæ, quas masculavit peccatum Adæ.

Denique Suarez de Relig. tom. 1. l. cit. n. 7. inquit: fuisse necessarium, quod Festo Nativ. non præfigeretur certa dies hebdomadæ, ut nimirum singulis annis, seu post-completum anni circum hujusmodi Festum posset celebrari: quod, ait, in omnibus aliis Festis immobilibus ob-

servatum est: id enim per se erat conveniens; in Paschate vero propter specialem rationem immutatum est, & consequenter in quibusdam aliis Festivitatibus, quæ ab illa pendent, & mobiles appellantur. Ita Suarez.

Ex his dico; Festum Nativitatis Domini celebrari certa, ac fixa die Mensis; non autem hebdomadæ; quia sic sere soleant Festa celebrari, in quibus communiter attenditur dies Mensis; tum quia in ea creditur peractum esse illud, in cuius memoriam sunt instituta, ut sere, licet non semper accidit; tum etiam, ut puto, ad hoc quod populus facultus nosse possit occurrentes, & celebrandas Ecclesiasticas Festivitates; tum denique quia dies Festivi, nonnullis exceptis, non in Sacramento celebrantur, non ad sacram aliquam significationem: sed tantum in memoriam revocatur illud, in cuius honorem, vel ob cujus causam sunt instituti: ad quod non est opus; attendere diem a hebdomadæ certum. Hujusmodi autem est dies Natalis Domini ex S. Augustino, epist. ad Januar. 55. alias 119. c. 1. Idem asserit S. Isidorus Hispal. Episc. de Eccl. Offic. c. 25.; fine, & consentit Durandus, ut supra vidimus. Hic primum oportet, ut noveris, (inquit Augustinus) diem Natalis Domini non in Sacramento celebrari, sed tantum in memoriam revocari, quod natus sit; ac per hoc nihil opus erat, nisi revolutum anni diem, quo ipsa res acta est, festa devotione significari. Hæc Augustinus, quem etiam laudant vulgatus Alcuinus l. cit. Azorius Instit. moral. par. 2. lib. 1. cap. 3. qn. 4, Suar. de Relig. tom. 1. tr. 2. lib. 2. cap. 6. n. 13. Bened. XIV. de Fst. Dom. c. 17. §. 5. & videri possunt di-

dicenda tr. 2. in Dom. Refur. art. 1.
qu. 5. n. 6.

Quod autem Festum Resurrectionis, hoc est Pascha, non habeat diem Mensis fixum, id est propter proprias, & speciales rationes, quæ militant pro illo Festo, quas supra inuit Durandus, & nos explicabimus in Dom. Refur. cit. quæst. 5. & 6. interr. 1. Unde cum Pascha, seu Resurrectionis Dominica Festum non possit celebrari certa ac fixa die Mensis, hinc celebratur certa die hebdomadæ, qua accidit, scilicet in Dominica.

Rursus quod Passio, Ascensio, Pentecoste non habeant diem fixum mensis, id est propter specialem rationem, quæ pro ipsis militat: illa autem est, quia pendent a Paschate, ut constat; cum ergo Pascha sit Festum mobile, sequitur, & hæc alia Festa esse mobilia.

6 Nota hic in Ecclesia Occidentali inter alia excitamenta, ad Natale Domini devotius celebrandum, inventam esse piam consuetudinem in Festis Natalitiis representandi: Natalitatem Domini in Præsepe; & ut vulgo dicitur, faciendi Præsepe, in Domibus Regularium, in Ecclesiis quoque, & in Domibus privatis. Gorii allegatus a Bened. XIV. de Fest. Dom. c. 17. fin. hujus devotionis initium assignat Sæculo decimo tertio, quando S. Franciscus de Assisi construxisse dicitur Præsepe in Silva Grecii, ubi nocte Santa Natalitatis Domini eum quidam vir conspergit brachiis suis gestantem, ac complectentem Divinum Infantem. Videri etiam potest Patruignani Opuscul. Ital. Coronæ di esempj del Bambino. Coron. 3. esemp. 1.

S E C T I O II.

Not. tempore Interdicti.

CAP. Alma Mater. 24. de sententia 7 excomm. in 6. suspenditur Interdictum locale generale in Festo Natalitatis Domini, & ideo possunt publice celebrari Officia divina cum pulsatione Campanarum. Vide dicenda tr. 2. in Dom. Refur. art. 7.

S E C T I O III.

De Horis Canonicis.

NATIVITAS Domini N. J. C. dupl. 8 i. Cl. cum. Oœ. Rubr. gen. Brev. tit. 7. n. 3. tit. 9. n. 5. & in duabus tabell. ex Rubr. gen. excerpt. Omnia ut in propr. licet in Missa facienda sit Commemoratio S. Anastasie V. & M. ut ibi dicemus; at tamen in Officio nihil fit de ea. Rubr. gen. Brev. tit. 9. n. 5. In fine hymn. Jesu tibi. Ad Primam in R. br. Qui natus es. In 2. Vesp. Commem. sequentis Festi S. Stephanii Protomart. ut in propr.

In Choro post medium noctem cantatur Matutinum; & post Te Deum cantatur prima Missa; & post primam Missam statim cantantur Laudes, Rubr. Brev. bic. & in rubr. gen. tit. 31. n. 4. & Gavant. in Rubr. Miss. par. 4. tit. 3. n. 4. & in Rubr. Brev. seqt. 6. c. 5. n. 5. & 6.

Ubi post Matutinum dicitur Mis sa in Choro, dicto Benedicamus Domino, non addatur versus Fidelium Animæ. Gavant. in Rubr. Brev. seqt. 5. c. 22. n. 4. In Choro Laudes separantur a Matutino Missa intermedia; quia valde inconveniens foret, pro-

pe

- pe medium noctem illas recitare, ait Bened. XIV. tom. I. Notis. 24. n. 6. Porro Laudes potius pertinent ad diem; quam ad noctem: cum itaque prima Missa sit propria Noctis, non diei; congrue præscriptum est, ut ea canteatur ante Laudes. Gav. in Rub. Brew. sect. 6. c. 5. n. 4.
- 10 Hac nocte, sive hac die in privata Horarum recitatione, non est obligatio separandi Laudes a Matutino; quemadmodum in eadem privata Recitatione, si Matutino statim adnectantur Laudes, omitti potest post Te Deum Oratio diei, & reliqua quæ præscribuntur in Brev. Romano: Rubrica enim illa ordinatur pro Choro, ex eo quia in Choro separari præscribuntur Laudes a Matutino hac nocte; ut modo dicebamus.
- Si autem Matutinum a suis Laudibus separetur in privata etiam recitatione, certe hac nocte post Te Deum debet in privata etiam recitatione recitari Oratio diei, & oportet reliqua dici, sicut ordinantur in Brev. hac nocte. Debet insuper recitari Oratio Dominicæ. Tambur. to. I. in Decal. lib. 2. cap. 5. §. 3. n. 11. fine. Gavant. in Rubr. Brew. sect. 4. c. 2. n. 3. La-Croix. lib. 4. de bor. Canon. qu. 211. §. 1. Sanch. apud Dian. edit. coord. to. 3. tr. 6. R. 70. §. 2.
- Dixi: bac nocte: nam pro aliis noctibus, seu diebus, quid doceant Audtores? expolui 2. Novembr. art. I. sect. 2. subs. 2. qu. 14. n. 32.
- 11 Ante Laudes divisas a Matutino Navar. & Francol. apud Gavant. in Rubr. Brew. sect. 4. cap. 2. n. 4. volunt debere recitari Pater, O Ave. Navarrum laudat & sequitur Suarez de Relig. to. 2. de Orat. lib. 4. c. 6. n. 12. At negant Azorius, Bonac. &
- Tambur. I. cit. qui laudat pro hac sententia Gavantum ex I. cit. Item negant alii ipnominatum apud La-Croix I. 4. de bor. Canon. qu. 211. §. 2. quam sententiam vocat probabiliorem. Moventur primo, quia de hoc nulla est Rubrica præscribens: secundo quia non dicuntur initio Completorii, quamvis sit hora distincta. Addit 3. Gavantus I. cit. n. 4. quia hac nocte in Choro nihil dicere jubetur, sed absolute Laudibus initium datur: ut indicatur, inquit, in Breviario in proprio loco.
- Sed mihi affirmativa sententia Navarri, Francolini, & Suarez magis placet, quam etiam docet Cavalero. to. 2. §. 84. in d. I. n. 10. & Tancredi de Relig. tr. 3. lib. 4. disp. 2. qu. 4. n. 15. et si n. sequenti contrarium, dicat, videri sibi probabilem.
- Ad rationes autem, quas pro se adducit sententia negativa, responderi posset, dicendo ad primam, quod divisis Laudibus a Matutino jam videntur ipsæ recitari, tamquam hora distincta, ut notat Suarez cit. n. 12. cuius per se habent formam; & sunt, qui talem esse contendant, apud eundem Suarez cit. c. 6. n. 3. confer. Merat. to. 2. sect. 4. c. 2. num. 2. Si autem sic; falsum est, quod nullibi præscribatur præmitti Pater, O Ave; cum aperta sit Rubrica 32. Brev. præcipiens ea semper dici ante omnes horas; ut notavit Francolinus cap. 28. n. 2. & Caval. I. cit.
- Illud autem, quod in secunda ratione asseritur; verum quidem est; sed quia expresse excipitur ab ipsa Rubrica 32. citata, quæ præscribit orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam semper dici ante omnes horas præter quam ad Completorium.

vium. Cum itaque ex una parte Rubrica loquatur universaliter de omnibus horis, & non excipiat nisi Completorium; & ex alia parte Laudes divisae a Matutino videantur recitari tamquam hora distincta, cuius per se habent formam, unde non desunt, ut notavimus, qui horam distinctam esse sustineant; male eruitur, non debere ipsis præmitti orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam, ex eo quia non hæc præmittatur Completorio. Deinde ratio ipsa desumpta ex Completorio probare videtur oppositum. Nam quia Completorium est hora distincta, idcirco ne ipsis præmittatur Oratio Dominica, opus habemus expressa Rubrica id prohibente; ergo cum hodie Laudes sumant aperte formam Horæ distinctæ, nec ulla Rub. prohibeat recitari ante ipsis Pater Noster, & Ave Maria; plane ut in aliis horis videntur hæc recitanda.

Confirmatur: quia a Legibus positivis non tenet argumentum a pari, aut a minori ad majus, ut docet Viva in prop. 38. Alex. VII. n. 9. & 12. Rursus ubi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, ait Glossa in L. de præcio de publicana: & exceptio firmat regulam in non exceptis, ut Juristæ passim dicunt, & desumunt ex variis textibus Juris Civilis, & Canonici.

Ad tertiam rationem responderi posset cum ipso Gavanto l. cit. & approbat Caval. l. cit. laudans etiam Navarrum; ideo Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam in Choro hac nocte Nativitatis non præmitti, quia hæc Laudes uniuntur Missæ; quam quidem rationem tanti facit Gavantus, ut, postquam promoverit argumentum contra; senten-

tiam affirmativam Navarri, & Francolini, quam nos sequimur, tandem eodem loco concludat; se ob hanc rationem libenter sequi Auctores prædictos: unde immerito Tamburinus laudat pro sententia negativa Gavantum; & verius eundem pro sententia affirmativa citat Meratus 10. 2. sect. 5. c. 1. n. 2. qui etiam pro eadem allegat Guyetum docentem, Laudibus a Matutino divisis præmittendam semper esse Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam, ex quadam decentia; qua, inquit, fit, ut nullum Officium, ne tridui quidem ante Pascha, quamvis illud sit valde heteroclitum, soleat inchoari, nisi prænuntiato Pater, & Ave. Licet igitur in Choro hac nocte non præmittatur Laudibus Oratio Dominica, & Salutationem Angelica; melius tamen semper præmittitur in recitatione privata, quotiescumque recitentur a Matutino divisæ. De Laudibus tamen Defunctionum a suo Matutino divisis secus loquendum docuimus 2. Nov. art. 1. Sect. 2. subl. 2. qu. 13. n. 31. 12

Ad alia facientes gradum, notamus ex Gavanto in Rubr. Brev. Sect. 6. c. 5. n. 5. & ex Rubr. Brev. hic & Rubr. gen. Missal. rit. 15. n. 4. ante secundam Missam in Aurora recitandam esse horam Canonica Preambam: atque ante tertiam Missam in die recitandam esse horam Canonica Tertiam ut in Festis. Prima vero ante tempus consuetum recitatur speciali lege; ut nimirum Missa secunda in Aurora cantari queat: neque enim debet umquam Missa cantari sine præparatione Chori ad illam per aliquam horam Canonica: ita Gavan. l. cit. & Frantol. apud ipsum.

Le-

13. Lectiones primi Nocturni de Scriptura, quæ sunt de Isaia Prophetæ, leguntur hodie sine consueto titulo. Monumentum hoc esse, dicitur, antiqui ritus, ex quo ubi inscriptio libri semel perlecta fuerat, sequentibus diebus minime repetebatur. Caval. 10. 2. par. 2. c. 34. in d. 8. n. 2. Emman. Azeved. de divin. Offic. Exercitat. 35. Merat 10. 2. Sect. 5. c. 12. n. 12. At proculdubio non sine mysterio id fuit hodiernæ Solemnitati reservatum: nimirum reticentur nomina Prophetarum, ad significandum, ut puto, quod etsi Multifariam, multisque modis olim Deus loquutus fuerit Patribus in Prophetis, nunc autem loquatur nobis in Filio, ut Apostolus scribit ad Hæbr. 1. & Ecclesia legit in Epistola tertiae Missæ hodiernæ Solemnitatis, & est item Capitulum ad Laudes hodiernas. Et ut Baruch c. 3. v. 36. & sequentibus ait: *Hic est Deus noster, & non estimabitur alius adversus eum. Hic adiunxit omnem viam discipline & tradidit illam Jacob patro suo, & Israel dilecto suo: per Prophetas suos.* Posthac autem hodie in terris visus est, & cum hominibus conversatus est. Unde ipsum Verbum Dei, quod olim loquebatur per os Sanctorum, qui a seculo sunt, Prophetarum ejus, nunc jam Caro factum, postquam apparuit nobis, hodie dicit: *Ego ipse, qui loquebar, ecce adsum.* Is. 52. 6. Quæ quidem verba leguntur in fine tertiaræ lectionis predicti primi nocturni. Cum itaque ipsemet addat, jam nobis non amplius Isaías, aut Jeremias, aut aliis quispiam ex Prophetis, sed Propheta magnus, qui surrexit in nobis, Filius Patris dilectus, verba vitae æternæ habens, audiendus erit: Idcirco ergo Isaiae nomen hodie re-

tetur, ut intelligamus; quæ ex ipso legimus, Ejus esse verba, qui in Isaia loquebatur, & hodie adest.

In Responsorio etiam post primam ¹⁴ lectionem primi Nocturni sese duo offerunt notanda, quæ scilicet mysterium aliquod indicant. Primum est, quod post *V.* dicatur *Gloria Patri*: secundum, quod post *Gloria Patri* repetatur integrum Responsorium. Et ad primum dici potest: recitari *Gloria Patri*, in Gloriam SS. Trinitatis, & in gratiarum actionem, eo quod promissum nobis tandem aliquando in terram miserit Redemptorem, quemadmodum cum Autoribus in simili dicemus tr. 2. in Dom. 1. Advent. sed. 1. n. 5. & videri potest Durand. in Ration. Offic. lib. 6. c. 13. n. 9.

Ad illud vero, quod post Versum *Gloria Patri* repetatur integrum responsorium, ait cum Durando Gavantus sect. 5. c. 13 n. 5. id fieri, ad denotandam plenam lætitiam, & perfectionem Sanctorum. Ego autem dicerem: integrum Responsorium repeti post versum *Gloria Patri*, prima ad explicandum, quare hodie specialiter demus Gloriam Deo: nimirum quia *Hodie nobis Cælorum Rex de Virgine nasci dignatus est..* Ecce ut in illo Resp. dicitur.

Secundo ad significandam ingenitem admirationem, quam concipimus, simul & exultationem, qua repleti sumus, & gaudium magnum, quo superabundamus, eo quod Virgo concepit, & jam peperit Filium, qui vocatur Emmanuel, hoc est, nobiscum Deus; & quantum ideo in Domino gaudemus, & exultemus in Deo Jesu nostro. Profecto maximi gaudii, & exultationis, vel admirationis ingentis est indicium, eadem revolvete fx.

Sæpius mente, sæpiusque ore repetere, quæ sunt concepti gaudii causa, & exultationis occasio, vel admirationis objectum.

Tertio denique dici potest, prædictum Responsorium repeti, ut commoneamur, Incarnationis Mysterium menti nostræ altius esse figendum, & jugi memoria recolendum.

- 15 In tertio nocturno frequentatur *Alleluja*; quia in tertio tempore Mundi, puta post Adventum Christi in lege gratiæ advenit Mundo gaudium magnum. Honorius in *Gem. l. 3. c. 9.* vide etiam dicta 6. Januar. art. 1. sect. 2. n. 26.

Responsoria brevia Horarum dicuntur cum *Alleluja* ad repræsentandam similiter summam lætitiam, quæ advenit tempore Gratia, nimirum post Adventum Domini; ut interpretatur Durandus in *Ration. Offic. lib. 6. c. 13.* fin. Similis ratio assignari potest pro Antiphonis Laudum similiter *Alleluja* donatis. Favent dicenda tr. 2. l. 1. par. 1. c. 2. n. 10. Porro *Alleluja* vox est exultantis animi. Vid. dicenda tr. 2. in *Sab. Sancto* n. 356.

Quamvis autem ad Tertiam, Sextam, & Nonam Responsoriis brevibus addantur *Alleluja* ad pleniorum lætitiam indicandam; non tamen adduntur ad Primam & Completorium: Quod privilegium est solius temporis Paschalis: *Rubr. gen. Brev. tit. 28. n. 5.* fortasse quia tempore Paschali significatur gaudium perfectum, & plenum cælestis Beatitudinis; contra vero in hac, & similibus Solemnitatibus gaudium indicatur militantis Ecclesiæ nondum esse perfectum, neque perpetuum. Vide dicta in simili 6. Jan. art. 1. sect. 2. n. 27.

- 16 In 2. Vesp. Nat. etiam ubi Fe-

stum sequens S. Stephani sit 1. cl. tanquam de Patrono loci aut Titulo Ecclesiæ, idem tamen fiat, quod in universalis Ecclesia; quia in pari ritu semper dignius est Festum Christi, quam Stephani; & ideo habet integras Vesperas utrasque. Gavant. in *Rubr. Brev. sect. 6. c. 6. n. 5.*

Si Festum Nativitatis Domini venerit in Dominica, nihil hodie fit de Dominica, sed die proximo post Festum S. Thomæ Ep. & M. hoc est 30. hujus. *Rubr. Brev. ante Offic. S. Thomæ Ep. & M.* Similiter si Festum Natales Domini venerit in Sabbato nihil fit de Dominica in 2. Vesp. Nativit. quia de ea habendum erit Officium die proximo post Festum S. Thomæ Episc. & M. *Rubr. Brev. Vide dicenda tr. 2. l. 2. par. 2. c. 1. n. 1.* & hic sequentibus diebus.

In Nat. Domini usque ad Epiph. in 18 fine hymnor. dicitur *Jesu tibi sit Gloria, qui natus es de Virgine.* Hymnorum scilicet quissint ejusdem metri, nec habeant ultimam stropham propriam. *Rubr. gen. Brev. tit. 20. n. 4.*

Nota denique, quod licet juxta 19 sententiam, quam Sanchez apud *Viva* in *prop. 34. Alex. VII. n. 2.* putat probabilem; possit aliquoties absque gravi culpa Officium pro Officio etiam advertenter recitari; ac si inadvertenter illud factum sit, ne sub veniali quidem sit obligatio corrigiendi errorem, ut docet idem *Viva* l. cit. n. 16. (dummodo Officium non sit ritus extraordinarii: ut si die Palmarum recitetur Officium Paschale; uti monet idem *Viva* ibidem) licet, inquam, haec recte se habeant; docet tamen Bassæus, & Reginald. apud laudatum *Viva* l. cit. n. 1. & 9. graviter peccari, si in aliqua principali Festivitate, puta, inquit, in

D d Na-

Nativitate Domini Officium mutetur; ob notabilem neglectum cultus Divini. Item ex iisdem Autoribus, & aliis docens La-Croix lib. 4. de hor. Can. qu. 200. §. 1. n. 1250. graviter peccari, si mutetur Officium cum gravi inordinatione; ponit exemplum Natalis Domini: ut si quis, inquit, in Natali Domini recitaret de Passione. Vide dicenda tr. 2. in Dom. Palm. subl. 1. n. 64.

S E C T I O IV.

De Missa.

AGITUR SUBSECTIONIBUS VI.

Subf. I. *De triplici celebratione Missarum a singulis Sacerdotibus facienda.*

Subf. II. *De Stipendio, & applicazione trium Missarum in Festo Nat. Dom.*

Subf. III. *De Missis in Oratoriis privatis.*

Subf. IV. *De Hora celebrandi Missas Nativitatis; ubi de jejunio naturali ad celebrationem requisito.*

Subf. V. *De Ritu cærenoniisque servandis in tribus Missis Nat. Domini*

Subf. VI. *De Missa alicubi celebrata ante medianam noctem.*

S U B S. I.

De triplici celebratione Missarum a singulis Sacerdotibus facienda.

²⁰ **N**ATALE Domini, quanto potest **N** splendore & apparatu, celebrat Ecclesia, singulari plane privilegio universalis consuetudinis, nocte media

Sacrum fieri in tanti Mysterii honoris concedens: eo nimitem quia cum quietum silentium contineret omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet; Omnipotens sermo tuus de cœlo a regalibus sedibus.... profivit Sap. 18. 14. Idcirco etiam quod in nullo alio Festo universaliter usurpatur, singulis Sacerdotibus tres Missas, hac eadem die celebrare concedens: ut constat ex Missali Romano; idque sive ex institutione Telephori Papæ, ut communiter creditur; sive ex mera veteri consuetudine Ecclesiae Latinæ, ut ad opinandum magis inclinare videtur Suarez to. 3. in 3. par. disp. 80. sect. 3. post initium, & Pouget apud Benedict. XIV. de Festis Domini cap. 17. §. 5. ubi interrogat: Cur in Festo Nativitatis Salvatoris ter Missarum solemnia celebrantur a quolibet Sacerdote? cui interrogationi ipsem Pouget respondet: *Hoc vestigium est antiqui Ritus, quo diebus Solemnibus plures ab eodem Sacerdote Missæ agebantur.* Et quidem Benedictus 1. cit. cum aliis enumerat plures dies Solemnies, in quibus plures Missas fulse tradit a singulis Sacerdotibus celebratas.

Huic autem posteriori opinioni objici solet, quod Cap. Consulisti. de celebratione Missar. plurium Missarum in Natali Domini tantum singulis Sacerdotibus conceditur celebratio: & Glossa ibi explicat: tres Missas in Natali Domini fore dicendas ex C. Nocte Sancta 48. distinet. 1. de consecrat. Hujusmodi autem Caput Telephoro adscribitur a Gratiano ibi: diciturque desumptum ex laudati Pontificis Epistolæ decretalis capite secundo.

Sed primo valde dubium est, utrum Epi-

Epistola illa sit re vera Telesphori. vid. Benedict. XIV. cit. c. 17. §. 5. & esse proculdubio supposititiam, sustinet, probatque Meratus to. 1. p. 4. tit. 3. n. 5. qui videri potest. Deinde, dato quod sit Telesphori; in eo tamen cap. non exprimitur trina celebratio: (ut observat Franciscus De-Lugo de Sacr. l. 5. de Missa c. 5. qu. 4. nu. 40.) sed indeterminate dicitur Nocte Sancta Nativitatis Domini Salvatoris Missas celebrens Presbyteri. Idem observat Suarez l. cit. ubi etiam testatur, se de hoc numero scriptum aliquod Decretum non invenisse; & scđt. 4. qu. 3. dicit: a Telesphoro solum videri statutum, quod tres Missæ in Natali Domini ex consuetudine Ecclesie celebrandæ inchoari possint tempore nocturno. Et id utique significari videtur in Ordine Romano antiquo, ubi dicitur: *S. Telephorus Papa per vigiles nos malens fore, Missas celebrare fecit: Nocte scilicet Nativitatis Domini.* Idipsum verbis iisdem scribit vulgatus Alcuinus lib. de div. offic. tit. 1. de Nativit. fine. Similiter Rabanus Maurus Scriptor Sæculi noni lib. 2. de inst. Cleric. c. 31. simplè ceter scribit: in nocte Nativitatis sacra Missarum solemnia celebrari ex institutione Telephori. Et omnino faver Amalarius de Eccles. Offic. l. 3. c. 41. ubi ait: *Missam, quam celebramus in nocte Nativitatis Domini, Telephorus Apostolicus constituit.* Ita scriptum est in gestis Episcopibus: Constituit, ut in Natali Domini noctu Missæ celebrarentur. Simile est testimonium Ruperti Ab. de Divin. Offic. lib. 3. c. 17. ubi solum meminit de duabus Missis in nocte Nativitatis Domini celebratis, viælicet de priori mox post medium noctem, & de

altera in Aurora; affirmatque eas celebrari in nocte ex institutione Telephori. Deinde vero c. 22. agit de tertia Missa celebrata in die usuali Nativitatis; Unde significat non numerum Missarum, sed tempus easdem celebrandi, esse ex institutione Telephori.

Nihilominus Walafridus Strabo Scriptor Sæculi noni lib. de rebus Ecclesiast. c. 21. ita testatur: *Siquidem Telephorus nonus in Ordine Romanae Sedis Episcopus in Natali Domini nocte tres Missas celebrari constituit.* Telephoro quoque tribuitur hodierna celebratio trina a Durando in Ration. Offic. lib. 6. cap. 13. n. 17. Honor. in Gem. lib. 4. c. 104. Azor. Inst. moral. par. 1. lib. 10. c. 24. qu. 6. ante medium, & p. 2. lib. 1. c. 9. qu. 4. Platina in Vita Telephori, & a plerisque aliis Scriptoribus pañim; testante Benedicto XIV. hanc esse sententiam communem; sedit vero S. Telephorus an. 139. Ceterum bene potuit Telephorus pro Universali Ecclesia constituere in Nativitate, quod pro aliis solemnitatibus peculiare erat aliquarum Ecclesiarum: adde, quod in aliis solemnitatibus esto Missæ dictæ fuerint plus quam una, potuit tamen a Telephoro constitui ut tres dicterentur in Nativitate: atque ita stare potest absque ulla contradictione quod Pouget affirmit; vestigium hoc esse moris antiqui, cum in Festis solemnioribus plures Missæ celebrabantur a singulis Sacerdotibus, & quod simul in hoc Nativitatis Domini Festo aliquid interveniat peculiariter a Telephoro constitutum. Videri possunt in hanc rem dicta a Nobis hoc tract. 1. lib. 2. n. 8. & lib. 3. 24. Junii n. 6.

21 In Festo itaque Nativitatis Domini celebrari universaliter possunt privilegio singulari Missæ tres a singulis Sacerdotibus; & hic quidem est ritus Ecclesiæ Latinæ, non usurpandus tamen universim ab Orientalibus. Profecto licet sit pervetustus, atque universim in Latina receptus Ecclesia Ritus trini Sacrificii, per unumquemque Sacerdotem Natalitio Christi die offerendi; (confer Meratum 10. 1. par. 4. tit. 3. num. 5.) tamen apud orientalem Ecclesiam nullum extat ritus præfati vestigium: legatur Epistola Benedicti XIV. t. 4. Bullar. sui num. LII. pag. 359. edit. Rom. 1757. ubi declarat, ritum hunc non esse usurpandum universim ab Orientalibus: præsertim vero ab Armenis Liburno in Portu commorantibus.

22 Qu. hic I. An singuli Sacerdotes teneantur hodie celebrare Missas tres?

R. Negative, sed merum est prævilegium potestativum, quo nemo tenetur uti. Sic Azor. Instit. moral. par. 1. l. 7. c. 3. qu. 2. fine; Suarez 10. 3. in 3. par. disp. 88. sect. 2. fine; Tolet. in sum. lib. 2. cap. 3. Franc. De-Lugo de Sacr. lib. 5. de Missa c. 3. quæst. 4. n. 40. fine; Fagund. in 1. præc. Eccl. l. 3. c. 16. n. 2. Diana edit. coord. 10. 2. tr. 1. R. 64. §. 2. & R. 100. §. 1. & 2. Pelliz. Man. Regul. 10. 1. tr. 5. c. 9. sect. 1. qu. 12. num. 23. & sect. 4. qu. 14. n. 112. Reiffenstuel Theol. moral. tom. 2. tr. 14. dist. 5. qu. 9. Concl. 3. n. 12. & est communis & certa. Cæterum ut significat Meratus 10. 1. par. 3. tit. 3. n. 15. minime congruit, nec ædificat, absque rationabili causa hujusmodi privilegio sese private. Quod si in eodem

loco, puta Civitate, vel Oppido respettive plures id facerent; in re notabili Dominicæ Nativitatis solemnitas minueretur.

Qu. II. An quotidie Celebrans ex 22 stipendio pro aliqua Fundatione, tenetur hodie tres Missas celebrare?

R. Negative; quia non tenetur applicare nisi unam ad intentionem prædictam, uti docebimus subl. sequ. qu. 3.

Qu. III. An saltē Parochus tenetur tres Missas in Natali Domini celebrare? 24

R. Affirmant nonnulli. Sed non est, unde hujusmodi obligatio Parochis imponatur. Ideo dicendum est: nequidem Parochum ad id obligari. Limita vero, secluso contemptu, & scandalo, quod quidem facile dari posse videtur, si Fideles viderint se a Pastore suo, absque legitima causa, tam sancto & communi desiderio, & pia expectatione defraudari. Communissime enim Fideles volunt hodie tres Missas audire, ut cum abundantiori fervore animi, & spirituali lætitia, secundum intentionem ipsius Ecclesiæ & universalem consuetudinem, Natale Domini celebrent. Et in hoc casu intelligo, Benedictum XIV. de Sacr. Missæ l. 3. c. 9. n. 9. putasse, sententiam affirmativam esse firmiorem: & in eodem casu quod solus Parochus adsit, asseruisse; Semper Parochum Parochianis scandalum causaturum, si, cum possit tres Missas, unicam tantummodo celebret. Multo magis admittenda est limitatio, quam vult Pelliz. cit. qu. 12. n. 23. ubi docet: hanc sententiam negantem, Parochos teneri hodie dicere tres Missas, intelligendam esse, si cæteroqui eorum Subditi possint omnes commode Missam

sam audire; unde sicut Parochus, si sufficientes habeat Reditus, tenetur ex Officio, quærere Capellatum, aut alium Sacerdotem, qui etiam celebret in ejus Ecclesia, ut sic omnes subditi Paræciae Missam de præcepto possint audire, alioqui eam omissuri: ita in die Nat. Domini Sacerdos Parochus ratione Officii, si non habeat alium, qui in ejus Ecclesia celebret, tenebitur saltem bis celebrare, ut sic commodius omnes ejus Parochiani Missam audire possint, quam alias non pauci eorum cogerehantur omittere. Hæc Pelliz.

Cæterum hujusmodi circumstantiis deficientibus, dicendum est: Parochos non teneri in die Nativitatis Domini tres Missas celebrare. Ita Fagundez in *præc. Eccl. lib. 3. c. 16. num. 2.* Franc. De-Lugo de *Sacram. lib. 5. de Miss. cap. 5. qu. 4. n. 40.* Bonac. *disp. 4. quæst. ult. pu. 11. n. 10.* Buñemb. *tr. 3. de Euch. c. 1. dub. 3. Resp. 3.* Raynaud. *tom. 10. tr. de Gladio secc. 3. §. 5.* Barbosa de *Offic. Paroch. c. 11. n. 8.* La-Croix *lib. 3. par. 1. de obligat. Paroch. qu. 173.* & *lib. 6. par. 2. de Sacr. Miss. qu. 76. §. 1.* Diana 1. superius cit. & communissime Doctores simpliciter afferentes, nullum esse præceptum dicendi tres Missas in die Natali Domini, ut notat Franc. de-Lugo 1. cit. fine.

25 Qu. IV. Cum aliquando concedatur Parocco habenti duas Parochias, posse in singulis uno & eodem die celebrare, accedente judicio, & facultate Episcopi sui: de qua re videri possunt Auctores laudandi fer. v. Majoris hebd. n. 170. & dicta l. 1. c. 2. n. 9. Quæres hic: utrum hujusmodi Parochus duarum Parochiarum, in casu etiam prædictæ

facultatis possit in Natali Domini in singulis legere Missas tres?

R. Affirmant aliqui ex eo ducti, quod Parochiani ad foventam devotionem suam, quasi jure suo pertinent tres Missas; et cum ipse Parochus in hujusmodi casu æquivaleat duobus, frui potest privilegio duorum; & ita sustinet La-Croix l. 6. par. 1. de *Sacrif. Miss. qu. 32. §. 6. n. 240.* & pro hac sententia allegat Patrem Gobat Meratus 10. 1. p. 4. tit. 3. n. 14. Verum ego cum ipso Merato & Bisso dico: tales Parochum plurium Parochiarum, si tres Parochias habeat, nonnisi unam in singulis celebrare debere; si duas Parochias, Missas duas in una, in altera tertiam; ita ut trium Missarum numerum numquam excedat. Idque deduciturex eo, quod facere plura sacra, quam regulariter sit permisum, nisi in casu necessitatis urgentis, non licet: nulla autem in tali casu est necessitas, quod in una quaque Parochia Parochus celebret Missas tres. Cum itaque pro sola necessitate adimplendi præceptum Fidelibus impositum Missæ audiendæ, data sit illa facultas Parocco; ea non erit ad casum non necessarium extendenda. V. qu. sequen.

Qu. V. An teneantur hodie Fideles audire tres Missas?

R. Teneri quidem significat Jo: Beleth *de divin. Offic. c. 64.* Verum dicendum est, nullam esse obligacionem audiendi tres Missas in Festo Nativitatis Domini, sed satisfieri præcepto audiendi sacram, per unam & per quamlibet ex tribus Missis, sive in die, sive in nocte celebratis, quia nullum extat præceptum, hujusmodi obligationem inducens. Azor. *Instit. moral. par. 1. lib. 7. cap. 3. qu.*

qu. 2. fine. Suar. tom. 3. in 3. par. disp. 88. sect. 2. fine. Raynaud. r. 10. tr. de Gladio sect. 3. §. 5. Tolet. in Sum. lib. 2. c. 3. & lib. 6. cap. 7. Franc. de Lugo l. 5. de Miss. cap. 5. qu. 4. n. 40. fine. Navar. in Miss. c. 21. n. 2. Fagund. in 1. Præcep. Eccles. lib. 3. c. 16. n. 2. Bonac. disp. 4. quæst. ult. pu. 11. n. 10. Sa V. Miss. aud. n. 8. Filliuc. to. 1. sum. tr. 5. c. 7. qu. 5. n. 207. Tambur. in decal. l. 4. c. 2. §. 1. num. 1. & est communis, & certa.

Confirmatur, quia si secundum dicta qu. 3. nequidem Parochus teneatur legere in hoc Festo tres Missas; multo minus obligabitur populus tres audire; si enim hic teneretur audire, ille teneretur etiam celebrare. Et licet nonnulli asseruerint: Parochum teneri celebrare hodie tres Missas, ut item significavimus cit. q. 3. nihilominus etiam si hoc illis daretur; non inde sequeretur, obligari fideles audire quoque tres Missas, ut recte rotat, & ostendit Bonacina l. cit. ubi inquit: Quamvis daremus, Parochum teneri in die Nativitatis tres Missas celebrare, non tamen binc sequitur, fideles teneri tres Missas in die Natalis audire; Parochus enim in sententia aliorum Doctorum tenetur tres Missas in die Natalis Domini celebrare, tum ne defraudet Fideles debitum suffragiis, & devotione, qua multi vellent tres Missas eo die audire: tum quia facile incurriter periculum scandali. Hæc Bonacina. Porro non vallet arguere ab obligationibus Parochorum ad obligationes Parochianorum. Confer La-Croix l. 6. num. 2. qu. 313. §. 8.

27 Qu. VI. Qui uno loco, ubi est novum Calendarium celebravit tres Missas in Natali Domini; si eodem

anno veniat ad locum, ubi est Calendarium vetus; an possit iterum cum his Missas tres celebrare.

R. Affirmat cum Gobat La-Croix lib. 6. par. 2. qu. 32. §. 7. potest enim, inquit, applicare sibi præsens privilegium ex ritu loci, in quo celebret. Neque obstat quod ex eodem La-Croix loc. cit. quæst. 331. §. 15. n. 23e3. si quis in loco, ubi est novum Calendarium, susceperit Subdiaconatum in quatuor temporibus Septembris, & cum dimissoriis profiscatur ad locum, ubi est vetus Calendarium, non poterit quatuor temporibus ejusdem Septembris hujus anni in hoc loco suscipere Diaconatum; quia sic censeretur eodem die suscipere duos sacros Ordines; cum utrumque Sabbatum materialiter, & physice diversum, in iudicio tamen Ecclesiæ esset moraliter idem: Non obstat, inquam, quasi vero in casu objecto similiter censi posset; quod ille talis in eadem moraliter die Nativitatis celebraret sex Missas. Nam disparitas est, quia in casu Ordinis revera non servarentur interstitia, quæ tamen stricte servari mandat Ecclesia. In casu vero præsentis quæstionis servaretur utrobique ritus, quem vere servari mandat Ecclesia in Festo Nativitatis: Sicut ergo advenienti in locum, ubi est Vetus Calendarium, licet illo die facere de Festo Nativitatis; ita licitum esse debet facere sub ritu proprio Nativitatis, adeoque cum triua Missarum celebratione.

Qu. VII. Si Sacerdos dum celebra primam Missam, sumeret Purificationem, vel ablutionem, seu vinum, vel aquam per inadvertentiam; adeoque frangeret jejunium naturale ad communionem requisitum, posset ne

ne legere secundam, & tertiam Missam?

B. Negative, etiansi inadvertenter, aut per errorem id ficeret. Est certa. Ita C. Ex parte. de cel. Miss. Innocentius III. prohibet secundam Missam Sacerdoti, qui post primam acceperit purificationem; quod etiam animadvertisunt Azor. Instit. moral. par. 1. lib. 10. c. 30. n. 2. Suarez 20. 3. in 3. par. disp. 68. sect. 4. §. dico secundo. Diana edit. coord. 10. 2. tr. 1. R. 93. §. 6. Chiavetta Instit. Jur. Canon. lib. 2. c. 1. n. 31. Gavant. in Rubr. Miss. par. 3. tit. 9. n. 4. Merat. par. 4. tit. 3. n. 12. Bened. XIV. de Miss. sect. 2. c. 4. §. 9 & rursus de Synod. Dioces. 1. 6. cap. 8. n. 11. Tolet. in sum. lib. 2. c. 3. Busemb. tr. 3. de Eucb. cap. 2. dub. 2. art. 2. Resp. 1. resol. 3. n. 3. Chiavetta 1. cit. & La-Croix lib. 6. par. 2. qu. 76. §. 3. ubi proponit, & resolvit casum sequentem: Titius in prima Missa incogitanter sumpxit in os quinque aut sex guttulas ablutionis: sed reflectens, & non audens vel ex. puere, quia sacra species erant admix. ta; nec deglutire, ne fracto jejunio impeditetur ab aliis Missis legendis; tamdiu in ore retinuit, donec ore saliva replete, nihil amplius reperiiretur de vino, sicque deglutivit tamquam salivam. Quæritur: an manserit jejonus? B. Sporer dubitavit, propendens magis, quod fractum esset jejuniū, quod omnino puto fractum fuisse; quia vinum illud non poterat dici se habere per modum saliva, ut colligitur ex dictis p. 1. n. 556. Nec saliva illa videtur potuisse sufficienter diluere vi- num, adeoque dici debuit potius saliva descendere per modum wini, quam vinum illud per modum saliva. Hæc La-Croix. Et confirmo ex S. Tho-

ma 3. par. quæst. 80. art. 6. ad 4. ubi vult quantitatem vini, vel aquæ esse valde parvam ut permisceatur saliva inseparabiliter unde in rubrica stilla aquæ nec tur. Quod etiam, eodem S. 1. laudato, monet Gavant. in E. 1. par. 3. tit. 9. n. 3.

Interrogabis hic. Utrum modice 29 Sacerdos possit celebrare secundam vel tertiam Missam, si in prima vel secunda infuderit aquam in Calicem immediate aut paulo ante consecrationem?

Ratio præsentis dubii oritur; quia, cum præceptum ecclesiasticum admiscendi aquam Vino consecrando, tantum urgeat; ut si ex oblivione, aut oscititia Sacerdos illam non infuderit tempore suo ante oblationem Calicis, statim animadvertis, infundere debeat, etiam immediate ante ipsam Consecrationem juxta Rubr. Miss. de defect. in celebr. tit. 4. n. 7. Videtur idcirco Aqua in tali casu tam modico temporis intervallo non posse in Vinum converti: Sunt autem Theologi, qui aquam in Vinum converti oportere docent, ut deinde in Sanguinem convertatur per verba consecrationis: quod si aqua, consecratione præacta, in sui substantia maneat, videri posset Sacerdos ex sumptione Calicis non manere in tali casu jejonus, ut aliam Missam celebrare licite possit.

Verum respondeo ad quæsum: ex SS. Patrum. & Theologorum calculo longe probabilius esse, Aquam absque ulla prævia conversione in Vinum, converti simul cum Vino in Sanguinem Christi. SS. Patres enim diserte doctentes, aquam Vino miscendam in calice; utrumque mixtum dicunt fieri Sanguinem Christi, nihil

hil de conversione aquæ in Vinum perhibentes. Theologi autem Conversionem istam requirentes, rem valde in arcto constituunt: enimvero si exquirunt præviam conversionem aquæ in Vinum; quemadmodum certum tempus exigunt, ut ea fieri possit, ita & determinatam Vini generositatem, & quantitatem respectu aquæ figere debent; patet enim non ex solo tempore, sed etiam ex Vini valore celeriore aut tardiorem conversionem aquæ in Vinum pensari debere. Sed de ipso tempore, rursus ambigua res esset in tanta Sacerdotum celebrantium varietate, quorum alii aliis multo celeriores sunt in celebrando; alii aliis multo minus Vini adhibent: quin etiam vina ipsa in variis locis generositate sunt varia, & alicubi valde debilia: quibus in casibus, juxta hos Doctores, nedum pro Sacerdote infundente aquam immediate ante consecrationem, sed etiam pro quamcumque Missa, & consueta ipsa aquæ infusione, esset incerta Conversio Aquæ simul cum Vino in Sanguinem: quod tamen omnino non est dicendum, cum pro certo habendum sit, Aquam Vino infusam converti in Sanguinem Christi. V. Benedict. XIV. *del Sacrificio della Messa* sect. 1. c. 15. §. 4.

Quod quis, tanquam ad confirmandam prædictorum Theologorum opinionem, proferre velit nonnullas liturgias, ut Græcorum, & quorundam Regularium, qui aquam infundunt in Calicem, antequam Missam incipient; hi certe errant, si putant id fieri, ex eo quia prædicti Græci, & Regulares velint tali prolixiori intervallo efficere probabiliterem conversionem Aquæ in Vinum:

ut optime notat ipse Benedictus XIV. ex Juenin *dissert. 4. de Sacr. qu. 2. de Euchar. §. 3.* sed fit ex mera consuetudine præparandi ipso Missæ initio omnia necessaria ad Sacrificium.

Cæterum pro casu supra posito ipse Suarez (qui tamen Theologis adhæret requirentibus conversionem Aquæ in Vinum, antequam convertatur in Sanguinem) putat, Sacerdotem prædictum posse se existimare jejunum; quia etiamsi Aqua maneat aqua, cum tamen recipiatur per modum unius Sacramenti, & ex præcepto Ecclesie, non videtur esse potus ex interdictis ad celebrationem alterius Missæ. Cohæret Vasquez, quem laudat De-Lugo *De-Euch. disp. 4. sect. 3.*

Neque tamen defuere Theologi qui putaverint ipsam hostiam consecratam frangere jejunium naturale ad Communionem requisitum, quos tamen rejiciemus infra qu. 9. n. 36.

Qu. VIII. An liceat hodie Sacerdoti communicare extra Sacrificium sive per seipsum, sive omnino more laico per manus alterius Sacerdotis; & semel, aut bis celebrare Missam?

R. Negative, quia non ad simpliciter communicandum ter in Natali Domini facultas a jure & consuetudine conceditur; sed solum conceditur, hac die Sacerdotes ter celebrare; ac per consequens ter intra Sacrificium, ad illud videlicet consummandum, & nullo modo extra illud communicare, si celebraverint, aut celebrare voluerint. Quintanadvenas in *Singul. to. 1. tr. 4. de Euch. Singul. 9. Cardinalis de-Lugo de Euchar. disp. 20. sect. 1. n. 43.* Franc. de-Lugo *de Sacram. lib. 4. de Euch. c. 9. qu. 5. n. 46.* Diana edit. coord. to. 2. tr. 1. R. 96. §. 3. & to. 3. tr. I.

*tr. 1. R. 54. §. 11. Vasquez qu. 80.
art. 11. disp. 214 c. 3. fine. Merat.
tom. 1. par. 4. tit. 3. nu. 15. Go-
bat apud La-Croix lib. 6. par. 1. de
Sacer. Mis. qu. 32. §. 8. n. 242.
Videri etiam potest Suarez to. 3. in
3. par. disp. 69. sect. 4. §. Dices sal-
tem:*

31 Hinc colliges: Diaconum Cardina-
lem, qui ministrans Summo Ponti-
fici hac Nativitatis die communicat
in Missa sub utraque specie, non
posse; si Sacerdos sit, alias duas
Missas, nec unam privatam celebra-
re, nec ante, nec post illam Com-
munionem; nisi Pontifex peculiari-
ter, & expresse cum eo dispenset.
*Diana edit. coord. to. 2. tr. 1. R. 96.
§. 2. ¶ 3. & rursus to. 3. tr. 1. R.
54. §. 11. Quintanadvenas, Fran-
ciscus de-Lugo, & Cardipalis de-
Lugo ll. cit.*

Idem dic de aliis Cardinalibus
Diaconis, qui hodie in predicta
Missa recipiant Communionem lai-
calem; & de Canonico S. Petri,
qui hodie cantat Evangelium in
Missa, & accipit Eucharistiam a
Celebrante; ac de similibus Sacer-
dotibus, qui hodie in Missa Sole-
mini Diaconi Officium gerentes,
communicant de manu Episcopi:
bit omnes ante, vel post hujusmodi
Communionem nequeunt celebrare
Missam ullam: quidquid in contrarium
affirmaverit Hieronymus Columbus
apud Diana toit. R. 96. si iustus
sententiam ibidem Diana §. 2.
dicit, esse prorsus rejecitam, tum ob
rationem supradictam; tum ob
ipsam praxim.

32 Posset quare Episcopus hanc die
ordinatus, communicare in Missa;
in qua ordinatur, & postea legere
alias duas Missas; nam in Missa,

TOM. IV.

in qua ordinatus, est etiam simul
sacrificatus. La-Croix l. cit. Diana
in edit. coord. tom. 4. tr. 8. R. 94.
§. 1. & Quintanadvenas apud eum;
cum quo etiam §. 2. consequenter
docet: Sacerdotem ordinatum in
die Nat. posse post Ordinationem
alias duas Missas dicere; & §. se-
quenti solvit difficultates, quæ fieri
possent in contrarium hujus ultimæ
Doctrinæ.

Colliges 2. Quod Sacerdos, qui 33
hodie emittere debeat Professionem
solemnem in sua Religione, etiamsi
hujus Constitutiones sub gravi pec-
cato ad Communionem obligarent
in emissione Professionis, imo etiam-
si hæc sine illa foret nulla, adhuc
non posset celebrare, si profiteatur,
& consequenter si communicet mor-
te laico. Ita Quintanadvenas l. cit.
n. 4. Non carere autem Mysterio,
quod sacra ministretur Eucharistia
mox post emissam Professionem ei,
qui illam emisit, a Sacerdote Cele-
brante, qui eamdem acceptavit: do-
cet, & explicat Peliz. in Man. Re-
gul. to. 1. tr. 31 c. 1. qu. 1. n. 23.
Cam. (inquit) Sacerdos dans Eucha-
ristiam, inditetur, se acceptare Profes-
sionem, & in suam Communionem Spi-
ritusnam Professum recipere: Deus au-
tem, & Christus seipsum principaliter
dans, auxilium suum, ad fidem sibi
datam servandam, tacito promittat;
piquantque singularis praemissis postea con-
sequendi, si ab eis non deficit, tri-
bunt Profeſſo, interim Christum ipsum
fuscipido, eum adducente grati in si-
dejusforem, Deoque offerente de fide, ac
promissione praedita servanda. Hæc
Peliz.

Rursus laudatus Quintanadvenas
l. cit. n. 7. ponit casum, quo quis
ex voto, aut præcepto teneatur ad
Ee
emi t-

emittendam professionem in die Nativitatis, (idem intellige de quo-cumque alio die Festo ex precepto:) & ad communicandum in ejus emissione: aliunde vero alicui Parochia, aut Oppido praesit; ita ut alter non sit Sacerdos, qui populo Missam dicere possit; & resolvit, hujusmodi profitentem debere omittere Communionem, & sine ea facere Professionem, nisi haec sine illa sit irrita ob singulare Religionis statutum; tunc enim transferre in alium diem Professionem, & hodie celebrare debere Sacerdotem, docet, ut populus Missam audiat: strictior est, inquit, haec obligatio utpote ex iustitia, quam emissio Professionis, vel Communio etiam voto, sive precepto ad hunc, vel alium similem, diem Festivum alligata; unde haec illi postponenda, quia tunc non obligat. Et haec strictius intelliguntur, si Professurus sit Parochus. Ita Quintanadvenas. Qui tamen docet: posse dari duos casus, quos exponit n. 6. in quibus dumtaxat, ratione dandi, aut sumendi Viaticum, licet Sacerdoti Communio laica; & eodem die celebratio Missæ; quod casus hic præterea sunt enim rarissimi, & etiam valde controversi apud Doctores; sed & nos cum communiiori alibi docebimus: bis in uno die communicare, etiamsi ex Viatico, non licere. Vide dicenda tr. 2. lib. 5. secunda parte, in ejus I. par. c. 3. sect. 2. qu. 8. nu. 19. Adde quod siliceret bis in die communicare, liceret etiam bis in die celebrare, ratione ministrandi Viatici; quod tamen cum communi sententia negavimus lib. I. cap. 2. n. 9. f.

34 An autem Sacerdos ob Commun-

zionem Laicam, & celebrationem deinde factam, accusari debeat apud S. Inquisitionis Tribunal; illudque de hoc crimine cognoscere possit? Affirmat, & probat laudatus Quintanadvenas I. cit. singul. 10.

Colliges danique 3. Multo minus posse Laicos ter, aut bis communicare in Festo Nat. ut monent Diana edit. coord. tom. 2. tr. 2. R. 36. §. 14. Cardinalis de-Lugo de Eusebar, disp. 16. sect. 3. num. 59. & alii ex laudatis Autoribus; & videri possunt dicenda tr. 2. 1. cit.

Qu. IX. An Sacerdotes communicando in secunda, & tertia Missa, quam hodie celebrant, possint dici, communicare jejuni: non obstante quod in prima Missa purificationem non sumpserint?

R. Fagund. 3. pree. Eccl. L. 3. c. 8. num. 11. supponit, Hostiam consecratam frangere jejunium naturale ad Communionem requisitum; & afferit, quod si Sacerdotibus in die Nativitatis Domini conceditur celebrare, aseque & communicare post sumptionem hostie in prima Missa, id ex privilegio sit, et si in prima Missa purificationem Calicis, & ablutionem iniunie sumpserint. Putat itaque Fagundez, Sacerdotes in praedicto casu nequaquam communicare jejunios. Et hoc quod apud nos dicitur. Verum tamquam ornaino certum mihi est: hostiam consecratam non frangere jejunium naturale, tale, quale ab Ecclesia exigitur, & quod ipsa intendit servari debet ante communionem. Sane si mens Ecclesie esset concedere privilegium Sacerdotibus in hac die, ut celebrent secundam & tertiam Missam, non jejunii, nonne importuna esset tam

se severitas, ne sumatur ablutio & purificatio in prima & secunda Missa, ad servandum jejunium requisitum pro Communione? Pluribus id confirmari posset rationibus, a quibus abstineo, cum questio mere speculativa videatur, & certe parum faciat ad praxim. Ceterum hanc sententiam in terminis defendit Thomas Hurtado, quem adducit, sequiturque Diana edit. coord. tom. 2. tr. 1. R. 128. Suarez tom. 3. in 3. par. disp. 68. sect. 4. q. dico secundo. Id supponit item La-Croix lib. 6. part. 1. de Euch. qu. 108. q. 12. Sa V. Euch. num. 29. Idque etiam optime colligi potest ex doctrinis expositis a Franc. de Lugo l. 4. de Euch. c. 7. q. 4. & quest. 9. Et apud laudatum Dianam videri etiam possunt argumenta, que pro hac sententia faciunt, & quomodo sensus communis Doctorum habeat, Hostiam consecratam non frangere jejunium naturale praedictum.

37 Qu. X. Qui unicam Missam legere velit in Feste Nativitatis, quamnam ex tribus legere debeat?

R. Posse quam maluerit, sive nocte, sive in Aurora, sive in die celebret, docent Suarez tom. 3. in 3. par. disp. 80. sect. 4. ante medium; Diana edit. coord. 10. 2. tr. 1. R. 97. Franc. De-Lugo l. 5. de Miss. c. 5. q. 6. n. 66. Reiffenstuel theol. moral. tom. 2. tr. 14. dist. 5. quest. 9. Concl. 3. n. 152. & alii apud ipsos: quia facultas legendi tres Missas in hoc Feste non limitatur ad hanc, vel illam Missam legendam ei, qui nolit utri hujusmodi privilegio, sed unicam legere velit. Ergo cum liberum sit cuilibet Sacerdoti, celebrare vel non celebrare tres Missas; non est unde obligetur ad hanc potius,

quam ad aliam. Gavantus autem in Rubr. Miss. per. 4. tit. 3. n. 6. fin. vult, illum debere legere primam, aut tertiam potius, cuius oratio cum officio concordat. Arnaud. & Lohn. apud La-Croix lib. 6. p. 2. qm. 76. q. 1. & Reiffenstuel l. cit. suadent legere tertiam ob dictam rationem. Alii vero suadent legere accommodata tempori, quo celebrat; nempe si legat in nocte, primam: si in Aurora, secundam: si de die, tertiam. Ego autem absolute dico: debere legere tertiam, quia est conformior Officio. Projecto qui non vult gaudere privilegio, debet stare coniuncti Regule: ut per se patet. Regula vero commandis habet, quod Missa, quoad fieri potest, cum officio conveniat: ut præcipitur in Rubr. gen. Miss. Rom. tit. 4. n. 3. fine: idque jam recte præcipere solent Directoria.

Qu. XI. Supposita communis Doctorum sententia, quod etiam in omissione verborum Canonis Missæ detur parvitas materiæ: puta, si omittatur unum, vel alterum nomen alicuius Sancti, aut verbum aliquod ad Sacrificii essentiam, & Sacramenti confectionem minime requiratum: (de qua re vide Dianam edit. coord. tom. 2. tr. 1. R. 192. & videri possunt dicenda tr. 2. in Dom. Resur. n. 22.) Hac supposita sententia queritur; utrum peccaret mortaliter Sacerdos, qui in singulis tribus Missis hodie omisteret in Canone materiam parvam; quæ tamen tres singulæ materiæ parvæ, si unirentur, sufficerent ad materiam gravem? Puta si in qualibet Missa omitteret quis tria Nomina Sanctorum; siquidem post ultimam Missam diceatur, omisisse in Canone Sancto-

rum nomina novem ; quæ quidem omisso, si in una tantum Missa fieret, esset utique materia gravis, ut docet Diana l. cit.

R. Ad affirmandum inclinat Bernal apud Dianam *edit. coord. to. 2. tr. 1. R. 223. §. 1.* Nam ponit exemplum de eo, qui in tribus Missis Nativitatis omittaret particulam *Enim* in verbis consecrationis. Et supposito, quod illam particulam in una Missa omittere, seculo scandalo, & contemptu, sit veniale: (quod quidem alii contra alios docent; Vid. La-Croix lib. 6. par. 1. qu. 9. §. 4. n. 43.) in illa adhuc suppositione dicit Bernal, quod in omnibus tribus Missis vocem *Enim* omittere, fortassis, etiam contemptu secluso, Doctores mortalis damnarent. Unde patet, Bernal inclinare ad dicendum, quod si in singulis Missis Nativitatis omittatur, quæ sumus unita appareat gravis, graviter peccetur. Sed hanc opinionem non videtur approbare Diana l. cit. §. 2. & multo minus approbat, si omisso praedicta fiat in tribus Missis distincto tempore juxta Rubricam celebratis. Ego quidem etiam absolute dico, quod, si in singulis tribus Missis Nativitatis adhuc successive, & sine interruptione celebratis, materia parva etiam in Canone omittatur; singulæ tres hujusmodi materiæ parvæ non coalescant ad faciendam unam materiam gravem. Ratio est, quia cujuslibet Missæ celebratio est Sacrificium, & Missa omnino distincta ab alia; quare sicut materia parva omissa hodierna die, non coalescet cum altera materia parva, quæ omittatur in Missa die crastina; ita dicendum est, nec coalescere illam, quæ omittatur in tri-

bus Missis hodie etiam successive celebratis: cum similiter semper sint Missæ inter se omnino distinctæ. Profecto si hæc coalescentia transgressionum ratione Missarum successive celebratarum admitteretur, sequeretur quod Malitia Celebrantis tres Missas in die Nativitatis in peccato mortali, etiam coalesceret in unum numero mortale, esto notabiliter gravius: quod tamen est contra communem Doctorum sensum, omnino notantium, in hujusmodi, tria numero distincta mortalia: ergo si non coalescunt mortalia; neque coalescent Venialia. Favet etiam Suarez, quem laudat, sequiturque Diana, *edit. coord. to. 8. tr. 3. R. 2. §. 3.* ubi docet, quod, si quis voleat indeterminate pro aliquo die audire tres Missas, & ex qualibet illarum omittat partem minime notabilem, non peccet mortaliter: licet illæ tres parvæ quantitates videantur forte, & de facto judicaverint aliqui, illas uniri inter se, cum sint partes materiæ ejusdem rationis, & pertineant ad unam, eamdemque materiam voti. Ergo multo minus mortale erit in nostro casu omisso non notabilis in singulis tribus Missis Nativitatis.

Qu. XII. An tres Missæ Nativitatis possint celebrari in tribus diversis Altaribus, aut etiam Ecclesiis?

R. Affirmative: si enim celebrari possunt, imo congruentius celebrantur diversis temporibus ejusdem diei: scilicet in nocte: (nunc saltem quoad primam Missam solemnem propter dicenda n. 65.) in Aurora; & orto jam Sole; non est cur afferamus debere legi in uno, & eodem Altari, aut Ecclesia; & ita tenet Chiavetta *Consult. 158.* Et confirmatur

ex

ex eo, quod notatur in Ordinibus Romanis, & refert etiam Vulgatus Alcuinus de divin. Offic. tit. I. de Nativitat. fine: Summum Pontificem in hoc Festo Nativitatis Domini celebrasse olim hodiernas tres Missas in tribus Ecclesiis diversis: nimirum primam in Ecclesia S. Mariæ Majoris: alteram in Ecclesia S. Anastasiæ, cuius hodie habetur Commemoratio in eadem Missa secunda: tertiam denique in Basilica S. Petri.

Animadvertisendum vero est primo cum Merato to. I. p. I. tit. 3. n. 14. quod in hoc casu, quo celebretur in tribus diversis Altaribus, seu in tribus diversis temporibus diei juxta Rubricam hodiernam; Calix post primam, & secundam Missam relinquendus erit super Corporale usque ad finem Missæ, ob respectum Sacramum specierum, utpote nondum purificatus: Missa vero finita, Celebrans ipse asportabit eum in Sacristiam, ubi similiter super Corporale conservatus manebit clausus in aliquo loco decenti, quemadmodum de Calice Missæ solemnis dicetur inferius n. 77. In defectu autem, Sacristiæ relinquatur super Altare modo praedicto. Poterit etiam Calix purificari vino, & ablui aqua; ac deinde abstergi de more; Purificationem vero, & ablutionem vel Purificatorio imbibitam Celebrans faciat siccari, vel in vasculo mundo reponat posito super Corporali, & Palla tecto, in Sacrarium projiciendam, postquam species sacrae penitus evanuerint; vel potius asservet, ut alia die ipse aut alter sumat in Missa. Ita La-Croix loco mox citando. Nullo autem modo hujusmodi purificatio, & ablutione dari potest Laico communicanti:

peccaret enim graviter tam Sacerdos, quam Laicus; eoquod agerent contra consuetudinem universalem Ecclesiæ Latinæ; ita cum De-Lugo La-Croix lib. 6. par. I. qu. 102. §. 2. Bened. XIV. de Sacrific. Miss. lib. 2. c. 22. num. 5. Licet oppositum putet esse probabile Cavalierius comment. in decr. S. C. R. to. 4. cap. 4. in d. 13. n. 39. dummodo non præbeatur ex Calice; fatetur tamen, ab hujusmodi purificatione præbenda Laicis omnino abstinendum esse, plurimas ob causas, & contentiones, quæ facile inter fideles exorirentur.

Animadvertisendum secundo: in eo casu, quo Calix asservatus, seu relictus fuerit super Altare minime purificatus: ne Calix prædictus Purificatorio abstergatur ab altero Sacerdote, qui illo nondum purificato ad sacrificandum utetur. Merat. l. cit. quemadmodum in prima Missa post sumptionem Calicis, & item in tota secunda, ac denique in tertia Missa ante sumptionem, & purificationem Calicis singulos Celebrantes ab hujusmodi Calicis nondum purificati abstersione abstinere debere monemus subl. 5. n. 76. & legatur etiam ibi doctrina tradenda quæst. I. num. 82.

S U B S. II.

De stipendio, & applicatione trium Missarum in Feste Nat. Dom.

Q u. I. An possit quis in Natali Domini pro tribus Missis acceptare tria stipendia?

R. Affirmative; ita Cardinalis De-Lugo de Eucbar. disp. 21. sect. I. n. 18. Pasqual. & Aversa, quos citat, sequiturque La-Croix l. 6. p. 2. qu. 12.

qu. 12. §. 14. & quidem ita ubique fere receptum esse, testatur Benedictus XIV. Constat. 61. incep. Quod expensis. to. 2. Bullar. sui.

41. Qu. II. An Parochus, aut quisvis similem curam Animarum actu-exercens, si hodie legat tres Missas, teneatur singulas applicare pro Parochianis suis?

R. Negative; sed applicata una pro Parochianis, reliquias duas potest applicare cui volet; ita cum aliis La-Croix lib. 3. par. 1. q. 173. Dixi: applicata una pro Parochianis: quia Parochus, aut quisvis similem curam Animarum actu exercens, tenetur applicare Missam pro Parochianis suis in communione, quando iste tenentur audire; nee potest illam pro aliis applicare, aut pro hujusmodi applicatione eleemosynam percipere; de qua re vide La-Croix l. cit. & Zachar. in illum locum Patris La-Croix, Lucium Ferrar. in sua Biblioth. edit. 3. Bonon. V. Mis- sa art. 3. Caval. to. 3. c. 8. in decr. 13. & duob. sequ. & tom. 5. c. 28. a n. 16. ad 24. & Constat. Benedicti XIV. incep. Cum semper in quantum limitationes, quedam apponuntur; ac quoad hoc onus implendum, regulæ præscribuntur pre-existentibus intra Italiam, quæ constitutio extat to. 1. Bullar. laudati Pontific. nu. 103. eamdem descriptam invenies apud Ferrar. l. cit. & apud La-Croix post laudatum locum in editionibus, quæ habeant inserta Additamenta P. Zachariae; & apud Cavaler. l. cit. c. 28. Videri etiam potest laudatus Benedict. de la Mis- sa sez. 2. c. 2. sub initium, alias de Sacrif. Mis. lib. 3. cap. 8. n. 2. & to. 1. Notificat. 10.

42. Qu. III. An Celebrans ex stipen-

dio pro aliqua fundatione, si legat tres Missas, teneatur singulas applicare pro Fundatore?

R. Negative: sed applicata una pro Fundatore, potest reliquias duas pro se, vel pro aliis celebrare etiam ex stipendio: nam Fundator unam Missam quotidie requisivit; nisi forsitan expresserit, & Cappellanus se fe obligaverit ad tres hodie celebrandas Missas, ac Fundatori prædicto singulas applicandas; ita Diana edit. coord. tom. 2. tr. 1. R. 64. §. 2. Francis. De-Lugo de Sacram. lib. 5. de Mis- sa cap. 11. quest. 6. num. 62. Aversa, & Fraxinetus apud ipsum & Lexana in Sum. V. Mis- sa n. 44. Benedict. XIV. de Mis- sa sez. 2. c. 2. versus finem, alias lib. 3. c. 9. n. 9. & Pasqual. apud eum, ac Pellizar. in Man. Regul. tom. 1. tr. 5. cap. 9. sez. 4. qu. 14. num. 112. qui etiam alias rationes adducit.

S U B S. III.

De Missis in Oratoriis privatis.

43. QODIE non licet celebrare in Oratorio privato. ex decr. S. C. R. 17. Noveb. 1607. quod dedimus 6. Januar. n. 38. Intellige nisi Oratorium ab Apostolica Sede infirmo concessum sit ex causa infirmitatis; tunc enim etiam hodie, sicut certis diebus, qui excipi solent, celebrare licet. Vide dicta 6. Januar. n. 36. Utrum vero possit in Oratoriis privatis celebrari Mis- sa in diebus Festivis immediate sequentibus die Natalis Domini? Examinavimus l. cit. n. 40. Ipso etiam Nativitatis die licere celebrare in Oratorio privato ex privilegio Bullæ Cruciatæ,

ciasse, docebimus tr. 2. l. 4. par. 1.
c. 2. n. 237.

44. Sacra Congr. Concilii interrogata
an in Oratorio privato, in quo ex
causa infirmitatis a Sede Apostolica
conceditur, ut Missa die Nativitatis
Domini celebretur; tres Missae ab
eodem Sacerdote celebrari possint,
vel unica tantum Missa sit celebra-
da? Respondit: ad primam dubii par-
tem affirmative; & ad secundam nega-
tive. Sc. C. C. 13. Januar. 1725.
tomus 3. Resolut. Concil. pag. 116.
edit. Urbin. an. 1739. Videri etiam
potest Benedict. XIV. Epist. Encycl.
de Orat. privat. incip. Magno. §. 18.
estque n. 81. inter ejus Constitut.
Select. p. 2. & idem de Missa sect. 2.
c. 1. §. 3. post initium; Joan. Bapt.
Garricus de Orat. domest. c. 27. n. 3.
qui monet, celebrari non posse pre-
dictas Missas ante Auroram: cum
id in ipsius Ecclesiis pro hac etiam
nocte prohibitum fuerit, vide dicen-
da subs. sequ. n. 65. Hoc eodem die
Nativitatis ex privilegio Bullæ Cru-
ciatae licere etiam celebrare tres Mis-
sas in oratorio privato; & posse etiam
legi ab uno eodemque Sacerdote,
docebimus tr. 2. l. cit. n. 238.

S U B S. IV.

De hora celebrandi Missas Nativitatis

Ubi?

De Jejunio naturali ad celebrationem

tempore noctis requiesco.

45. RUBRICA. Missalis tribus Missis Na-
tivitatis celebrandis assignat tria
tempora: videlicet primam Missam,
prescribit celebrari in nocte, secun-
dam in Aurora, tertiam in die;
seu in plena luce. Item Rubrica ge-
net. Missali tit. 15. n. 4. prescribit

de Missis Conventualibus celebrandis
in Festo Nativitatis, ut prima Mis-
sa Conventualis dicatur post medium
noctem, finito Te Deum in Matuti-
na. Secunda in Aurora, dictis Lau-
dibus, & Prima Hora Canonica. Mis-
sa denique Tertia in die; scilicet
usuali, post Horam Canonicaam
Tertiam: vel ut aliter ex dispositio-
ne Apostolica disponatur. Vide di-
cenda n. sequ. Platina quoque in
vita Telsphori scribit: tertiam Mis-
sa celebrandam eadem hora diei,
scilicet hora Tertia, quando nobis dicit
Redemptionis, & Veritatis illuxit,
Sub quanam vero obligatione in Mis-
sis Conventualibus servanda sit distri-
butio praedicta? significabimus infra.

Quæ sit Aurora? Quoꝝ diei tem-
pore fiat? vidimus l. I. c. 1. art. 4.
& 6. num. 25. & att. 9. sect. 10.
n. 47.

Noctis nomine intelligitur hic me-
dia nox, quæ pertinet ad diem ci-
vilem Nativitatis: ut aperte habet
cit. Rubr. Miss. Porro dies civilis,
quo uti solet Ecclesia, comptatur
a media nocte ad medianam noctem,
secundum dicta lib. I. c. I. art. I.
n. 5. Quanam vero noctis hora ca-
dat media nox die ista 25. Decem-
bris? Unusquisque respiciat Regionis
situm, in qua versatur, & distantiam
a Polo Boreali prosectorum variat pro
varietate altitudinis Poli praedicti &
distantiae Regionum ab eo. Videantur
Calendaria approbata, quæ pri-
mum medie noctis signare consue-
runt.

Media nox, seu ipsius initium com-
putari, & attendi debet ad mothen-
tum, & punctum Ecclesiasticum:
id est sicuti ex voluntate, & confue-
tudine Ecclesie designatur per horo-
logia communiter bene regulata, vel
per

per Calendaria approbata; videantur dicta l. i. cap. i. art. 3. & 6. Ubi autem non est media nox, quando-
nam incipi possit celebratio Missæ die ista 25. Decembr.? habes ex di-
xis cit. c. i. art. 2. Prima itaque
Missa, quæ præscribitur celebrari in
nocte Nativitatis Domini, inchoanda
non est ante medianam noctem, ut
etiam recte animadvertis Suarez l.
infra cit. Merat. t. I. p. 4. tit. 3.
n. 6. quia ante medianam noctem non-
dum adest dies civilis, qui pertinet
ad Festum, & in quo celebratur ci-
viliter Festum Nativitatis. Per se au-
tem potest inchoari statim post me-
diām noctem, ut docent Autores
communiter. Francisc. De-Lugo de Sa-
cram. lib. 5. de Miss. c. 5. quest. 6.
n. 63. De Abreu Instit. Paroch. lib. 4.
c. 13. n. 115. Tambur. method. cele-
br. Miss. lib. 1. c. 6. §. 4. num. 3.
Diana edit. coord. to. 2. tr. 2. R. 86.
§. 2.

46 Sanctus Pius V. sustulit omnia
antiqua privilegia, ex vi quorum
nonnulli privilegiati celebrabant primam
Nativitatis Missam ante me-
diām noctem: Bulla IV. to. 2. Bull.
Rom. incip. Sanctissimus. 29. Martii
1566. & meminit Benedictus XIV.
de Missa sect. 2. c. 1. §. 3. prope
finem; alias lib. 3. c. 7. num. 5.
Nimisrum perpetuo valitura Consti-
tutione, quibusvis Prælatis, Capitu-
lis, Clericis, Fratribus, aliisque Su-
perioribus, & personis eārumdem
Ecclesiarum, Monasteriorum, Con-
ventuum, Domorum, & aliorum
priorum locorum, in virtute fandæ
obedientiæ, & sub indignationis
sua, ac perpetua suspensionis a di-
vinis poena, districtius inhibuit, ne
Missas Vespertino tempore, quavis
licentia, aut prætextu, celebrate,

vel celebrari facere præsumerent;
Et est animadvertisendum, quod per
verbum illud: quovis prætextu: vi-
deatur a Pontifice abrogari etiam
quævis præcedens consuetudo in con-
trarium. Unde et si id, quod per
consuetudinem est introductum, non
venire in odiosis nomine privilegii,
neque revocari revocatis privilegiis,
doceat cum Ills. La-Croix lib. I. q. 79.
§. 3. num. 572. Dicendum tamen
est: nec privilegium, nec consuetu-
dinem valere contra allegatam Con-
stitutionem, in qua non simpliciter
de privilegio sermo fit, sed de pri-
vilegio quovis prætextu Consuetudi-
nem proinde ipsam immemorabilem
nova indigere Sum. Pontificis con-
firmatione, ut valeat. Hinc ju-
re merito Francisc. Antonius Za-
charias in sua dissert. de Casuistica
Theologiae Originibus, locis, atque præ-
stantia par. 2. cap. 3. alias de locis
Moral. theol. tr. 2. c. 2. ubi de Ro-
manorum Pontificum Decretis, eo-
rumque usu in mortali Theologia,
inter alios Canones, quos ibi sta-
tuit, hunc ponit ordine septimum:
*Privilegiorum per Pontificem univer-
salis abrogatio non impedit, quominus
alicui abrogata privilegia iterum per
alium Pontificem, aut etiam per eum-
dem concedantur.* Hinc et si communi
Scriptorum suffragio post S. Pii V.
Constitutionem: Sanctissimus in Chri-
sto: non licet ullibi celebrare Missas
in perwigilio Nativitatis ante medianam
noctem, esto ex vi præcedentium pri-
vilegiorum id olim in Ecclesiis aliquot
obtinuisse; tamen is mos etiamnum
in quibusdam Venetiarum Templis li-
cite perseverat, vel ob alia privilegia
posteriore Ævo indultas, vel ob vere-
rum privilegiorum Confirmationem. Hoc ipsum docet Benedictus XIV.
de

de Synod. Diaecf. lib. 6. c. 8. n. 9.
 & in confirmationem videri potest
 Lucius Ferraris in sua Biblioth.
 tom. 5. V. Missa. art. 5. num. 51.
edit. 3. Bonon. ubi plures notat Ecclesias præfato Venetiis gaudentes
 privilegio: inter quas etiam commemorat unam, cui novissime fuit
 hujusmodi concessa facultas a Benedicto XVI. an. 1745.

Igitur alicubi sive ex speciali dispensatione Pontificia, sive ex consuetudine retineri permitta, seu confirmata post allegatam Constitutionem Pii V. celebratur prima Nativitatis Missa ante medium noctem Nativitatis: ut Romæ in Sacello Pontificio, & Venetiis in Templo S. Marci Evangelistæ, & quibusdam aliis ibidem Ecclesiis a Lucio Ferr. l. cit. notatis: ut jam dictum est; de qua Missa ante medium noctem Nativitatis celebrata fusius agemus subl. 6. Atque hæc quidem specialis dispensatio est, & privilegium particulare; illud autem primo dictum celebrandi prioram Missam Nativitatis mox post medium noctem, constat esse commune, nisi aliter, justis de causis, a legitima Potestate dispositum fuerit: ut quidem pro Missis privatis aliter dispositum videbimus inf. n. 65.

47 Vult Francolinus de Temp. Horar. Canon. c. 40. num. 2. nec dissentit Gavantus in Rubr. Miss. par. 4. tit. 3. num. 5. ut celebratus prioram Missam mox post medium noctem Nativitatis, sit jejonus per horas circiter sex ex quadam congruentia: atque adeo jejunium naturale ad communionem requisitum incipiat ante medium noctem. Id utique exigi non potest, nisi ex mera congruentia; enim vero, quan-

TOM. IV.

tum ex vi præcepti, qui adhuc paulo ante medium uocem desisset manducare, aut bibere, nihilominus posset statim post medium noctem Nativitatis Domini celebrare, atque adeo communicare: ut recte ait Busemb. lib. 1. par. 1. tract. 3. de Eucharist. c. 2. dub. 2. art. 2. Resp. 2. resolut. 4. Diana edit. coord. tom. 2. tr. 2. R. 86. & Henriquez apud ipsum; nec non Meratus tom. 1. par. 4. tit. 3. num. 12. confer dicta tract. 1. lib. 1. cap. 1. art. 90. sect. 9. nu. 45. & art. 10. num. 86. sicutque Missale Rom. ubi de defect. in Celebr. Miss. tit. 9. num. 2. Profecto ad jejunium naturale pro Communione requisitum sufficit, quod nihil cibi, aut potus sumptum fuerit post medium noctem, ex una parte; ex alia parte vero cerium est, non opus esse, ut post sumptum cibum intercedat somnus, aut digestio cibi: uti habet communis cum D. Thoma, & Averfa apud La-Croix lib. 6. par. 1. quest. 108. §. 15. Suarez tom. 3. in 3. par. disp. 68. sect. 4. versus fin. Cardinalis de-Lugo de Eucbar. disp. 15. sect. 2. num. 38. (alias per errorem 39.) Francisc. de-Lugo de Sacram. lib. 4. de Eucbar. cap. 7. qu. 5. num. 44 Benedictus XIV. de Missa sect. 2. c. 4. §. 2. post iactum, & Missal. Rom. 1. cit. Porro absolute dicitur jejunus pro illa die, in qua urget præceptum, qui post medium noctem nihil comederit, aut biberit, quamvis cibum ante sumptum non digesserit. Nec hujusmodi digestio est aliunde necessaria, & requisita ex ullo jure, ut testatur Suarez, & Franc. de-Lugo ll. cit. Neque unquam audivimus Jejunium naturale ad Communionem requisi-

F f tum

tum aliqua horarum distantia definiti;
ri; sed tantum a media nocte diei,
quo quis communicare debet: ex quo
sequitur, tam non posse communicare
meridie, qui statim a media
nocte ejus diei aliquid gustavit,
post horarum sere duodecim inter-
cursum, quam communicare posse
post medianam noctem, qui paulo ante
te ipsam comedit aut bibit.

- 48 Nec obstat 1. quod in C. Tri-
bus. 23. dist. 2. de consecr. ex Cle-
mente Romano habeatur: Qui au-
tem residua Corporis Domini, que in
Sacrario relicta sunt, consumunt: non
statim ad communes accipiendos cibos
conveniant, ne putent sanctae portioni
miscere cibum, qui per aqualiculos
digestus in secessum funditur. Si igi-
tur mane Dominica portio editur, us-
que ad sextam jejunent Ministri, qui
eam consumperunt; & si tertia, vel
quarta hora acceperint, jejunent us-
que ad Vesperam. Ex quo videtur
colligi posse, nequidem licere post
proximam comedionem communica-
re, ad evitandam eamdem indecen-
tiam. Nam quidquid sit de auto-
ritate Canonis allegati, adscriptique
Clementi Romano: vel id, quod
ex eo prescribitur, est tantum Con-
silio; eo modo quo etiam Chryso-
stomus bomil. 17. in c. 11. Episto-
la 1. ad Cor. versus finem docet:
post Dominicum Corpus acceptum,
adhuc jejunium esse servandum,
præcesque ad Deum fundendas, &
hymnos decantandas. Quod procul-
dubio non est nisi merum consi-
lium; ut observat Azorius Inst. Mo-
ral. par. 1. lib. 10. c. 30. quest. 2.
versus finem, & ipsem Chrysostomus
profitetur ibidem. Vel, si in
allegato Canone continetur præce-
ptum; certe hujusmodi Canon est

usu jam, consuetudineque abroga-
tus: ut constat ex D. Thoma 3.
par. quest. 80. art. 8. ad 6. Cardi-
nali de-Lugo de Sacram. lib. 4. de
Euchar. cap. 7. num. 4. La-Croix
lib. 6. par. 1. quest. 107. §. 9. Azor.
Busemb. Dian. ll. cit. & aliis Do-
ctoribus. Sint itaque sua præcepto
confinia, ut non ante medianam no-
ctem jejunium naturale urgere cen-
seatur, ad Communionem quavis di-
stantia post medianam noctem facien-
dam; sed ex decentia, atque etiam
ut aptior sit Communicantis dispositio,
servenir & ipsa horarum discreta di-
stantia, ut ne scilicet paulo ante
Communionem vel paulo post, seu
cibi, seu potus quidquam sumatur;
præsertim in notabili quantitate.
Confer statim dicenda num. 50.

Dixi: quidquid sit de Auctoritate
Canonis allegati, & adscripti Cle-
menti Romano. Enimvero in Cano-
nibus, qui in Decreto Gratiani re-
periuntur, opus est critice: quia
multa sine delectu, vel ex Apocry-
phis libris, aut certe corruptis, in-
terpolatisque exemplaribus hausit;
quemadmodum animadvertisit Franci-
scus Antonius Zacharias lib. prod.
ad Theol. Moral. P. La-Croix de loc.
Moral. tr. 4. c. 3. in append. §. 3.
fine; qui etiam tract. 3. c. 2. initio
statuit, docetque: nihil evinci pos-
se ex Pontificum Decretalibus usque
ad Siricum, quas Critici omnes
explodunt. Ab eodem vero in suis
Animadvers. in Theol. Moral. ejus-
dem P. La-Croix lib. 1. quest. 143.
in append. §. 1. fine accepimus, Ca-
rolum Sebastianum Berardi Augu-
stæ Taurinorum emendare cœpisse
diligentius, quam a Romanis Cor-
rectoribus factum fuerit, Gratiani
Decretum; primique Voluminis ti-
tulum

rulum esse: Gratianus Canones genuini ab Apocryphis discreti, corrupti ad emendationum Codicum fidem exacti, difficiliores commoda interpretatione illustrati.

- 49 Nec obstat 2. quod Cap: si consisterit de accusationib: jubeatur puniri Sacerdos, qui nulla dormitione noctu præmissa, mane celebravit; quamvis Glossa addit: id factum, quia non videbatur jejonus propter indigestionem. Enim vero nec propter indigestionem, nec propter insomnium, nec propter defecatum jejunii naturalis, quasi inde provenientem, puniri jubetur. Nam neque digestio, neque somnus ulli jure præcipitur ante Communionem, ut Suarez, & Franciscus de Lugo testantur. Neque eadem obstat jejunio naturali, ratione ulla potest evinci. Vera itaque causa, cur prædictus Sacerdos puniri jubetur, est, quod post cibum nocte præcedenti sumptum in taberna, a taberna se contulerit ad Ecclesiam, moxque ad Altare processerit, ad publicam Missam cantandam. Quibus spectatis circumstantiis, patet; exemplum esse longe a controversia præsenti alienum; patet enim, prædictus Sacerdotem punitum, non quod ad celebrandum, & communicandum accesserit insomnis, aut non jejonus; sed propter scandalum, irreverentiam gravem, & fortasse præsumptionem cibi post medium noctem accepti: cum totam noctem in taberna bibulus transegerit; ita Suarez l. cit. & Francisc. de Lugo lib: 4. de Eucbar. c. 7. quest. 5. n. 44. fin. La-Croix lib. 6. part. 1. qu. 108. §. 15. quest. 574. Bened. XIV. de Missa sect. 2. cap. 4. §. 2. post initium; & apud eum Natal. ab Alex.

ac Theophil. Raynaud. legi etiam potest Epist. 19. tom. 1. Pompej Sarnelli de hac re.

Sed nonne & ipsa indigestio saepe accedit ex cibo sex & plures adhuc horas ante medium noctem sumpto? neque tamen quis dixerit, tam non esse jejunum, si cætera abstinuerit a media nocte, ut communicare possit. Pater ergo, jejunii præceptum non sese extendere ad intendendam digestionem. Etsi fateri velim; ad reverentiam debitam erga S. Communionem, & Missæ celebrationem, minime detere, ut cibum, aut potum sumat Sacerdos paulo ante medium noctem, si statim post medium noctem celebratur sit: ne & ipse videatur a Mensa ad Altare procedere, a cœna escarum terrenarum, & carnalium ad cœnam Agni immaculati, & participationem Sandissimi Corporis Domini Jesu. Hebræorum quidem Manna, quod tahiti fuit Sacramenti figura, nequaquam passus est Deus ab iisdem misceri cum cibis omnino terrenis, ut sacra testatur historia. Josue cap. 5. v. 12. Defecitque Manna, postquam comederunt de frugibus terre, nec usq: sunt ultra cibo illo Filii Israël. Non dormire autem ante communionem, vel Missæ celebrationem; & non digestisse cibum: nullo modo per se obstat reverentia erga hæc divina Mysteria. Dixi per se: quia per accidens potest insomnium, vel indigestio cibi causare aliquam indispositionem in anima, unde ipsa non valeat rite exercere potentias suas, pios actus elicere confuetos, seu devota præstare exercitia, spiritualeque meditationes habere pro communione.

stimenda , ac sumpta : pro Missa celebranda , & celebrata . Profecto propter carentiam somni , vel digestionis patiuntur homines perturbationem mensis , quæ perturbatio , ut ostendit experientia , impedit devota exercitia , pios affectus animi , & debitum actus Religionis : *Corpus enim , quod corrumpitur , aggravat animam* . Sap. 9. 15. Et tunc quidem consultum est , a celebratione abstinere , ut monet etiam Missale Rom. ubi de defect. in Celeb. Miss. tit. 9. num. 2. Cœtrum per se loquendo , præsertim Nativitatis Domini nocte , laudabile potius est , vigilare , non quidem in Iudis , & epulis , ac potationibus tam sacro indignis tempore : nec in vanis colloquutionibus , & sermonibus inutilibus : sed sanctam sacratæ Noctis vigiliam custodiendo in cœlestibus meditationibus , in Psalmis , & Canticis , & hymnis spiritualibus , piisque precibus , devote audiendo Officia Ecclesiastica , canonicosque Nocturnos a Sacerdotibus , & Clericis concimentibus . Sic vigilandum in expectatione proximi purissimi partus Beatissimæ Virginis : unde pia quælibet anima , quam præfigurat Sacrorum Cantorum Sponsa , quærat per noctem hanc sanctam , quem ipsa diligit Cant. 3. 1. dicens & ipsa ad dilectum suum Jesum parvulum : *Quis mibi det te Fratrem meum , sugen tem ubera Marris meæ , ut invéniam te foris , O deosculer te ? Rursus , ut monet Ordo Romanus antiquus , & vulgatus Alcuinus de divin. Offic. tit. 1. de Nat.* Et nos cum pastoribus vigilare debemus , ut mereamur illud suæ vissimum harmonicum , quod hac nocte primo cantatum est , audire . Unde

etiam S. Telephorus Papa per vigiles nos malens fore ; Missas celebrare fecit , scilicet in recordationem Nativitatis Christi , seu concentus Angelici .

An autem , qui primam Missam Nativitatis celebraturus est ante mediam noctem , (ubi hujusmodi ad sit privilegium , secundum supradicta :) debeat esse jejonus a pridiana etiam nocte Vigiliæ Nativitatis ? examinabimus subl. 6. quæst. 6. Interim revertentes ad Quæstionem , quam habemus præ manibus ; notamus ; absque ullo ulteriori privilegio , ex ipso Jure , & universali Ecclesiæ consuetudine licere , primam Nativitatis Missam Conventionaliter & solemniter celebrare statim post mediam noctem , intrante ipso die Nativitatis . Constat ex ipsa Missalis Rubrica , & praxi usque in hanc diem in universa Ecclesia servata . V. Bened. XIV. de Miss. sect. 2. c. 1. fin.

Dixi : Primam Nativitatis Missam Conventionaliter & solemniter celebratam : Nam de Missa privata triplex institui quæstio potest 1. An qui celebrat primam Missam solemnem statim post mediam noctem , possit , absoluta solemnî , pergere celebrando privatim alias duas Missas ? 2. An liceat tres Nativitatis Missas celebrare privatim in ipsa Noche ? 3. An saltem unam liceat celebrare privatim post mediam noctem ? De his Casibus , claritatis gratia , distinctis paragraphis agemus .

§. I.

An Qui celebrat primam Missam solemnem in nocte Nativitatis, possit, absoluta solemni, pergere celebrando privatim alias duas Missas?

51 ~~N~~EC quæstio procedit in suppositione, quod absolute licitum sit celebrare omnes tres Missas Nativitatis in ipsa Nocte, de quo sequenti paragrapho videndum; nunc ad propositum casum præcise respondendo, dico; Post celebratam solemniter in Nocte primam Missam Nativitatis, non licere alias duas Missas privatas immediate celebrare. Id prohibent peculiaria decreta Sac. Congr. Tale est emanatum an. 1686. 23. Martii in Senen. ut habetur apud Meratum ind. descr. Miss. n. 481.

Præceptum, quod in nocte Nativitatis Domini non possint successive post Missam decantatam aliæ duæ Missæ celebrari, nec communio exhiberi Eucaristica Fidelibus dependentibus; ligat etiam omnes Regulares tum Ordinum Mendicantium, tum Congregacionum Monachalium, tum etiam Patrum Societatis Jesu, tum etiam cuiuscumque alterius Instituti, etiam speciali mentione nominandos. Neque possunt excipi Confessiones in Ecclesia maxime Mulierum, durante tempore nocturno; sed exspectandum est, ut illumescat Aurora, tam pro confessionibus Mulierum excipiendis, quam pro Eucaristica ministranda Fidelibus utriusque sexus. Apud Merat. loc. cit. & Caval. tom. 4. cap. 4. dec. 5. Rursus an. 1702. 18. Decemb. Non licet in media nocte Nativitatis Dominicæ celebrare successive alias duas Missas, & in eis Sacram Communionem exhibi-

bere: sed utrumque omnino prohibitum. apud Massæum Kreslinger in addit. ad Theol. Mor. Anac. Reiffenst. t. 2. tract. 14. dist. 5. qu. 9. concl. 3. addit. 1. ubi etiam addit, quod hujusmodi Sacræ Congreg. decretis insistens Summus Pontifex Clemens XI. per speciale Edictum tam in suo proprio Bullario Romæ 1723. impresso p. 2. Constit. 5. quam in Bullario editio- nis Luxemb. Tom. 8. p. 2. constit. 5. relatum, Romæ expresse inhibuerit omnibus Ecclesiis Patriarchalibus, Basilicis, Collegiatis, Parochialibus, Nationalibus, Regularibus utriusque Sexus, nec non aliis Ecclesiis Almæ Urbis quomodolibet privilegia- tis, ne media nocte Nativitatis Do- mini legantur aliæ duæ Missæ, sed sola prima dici possit, ubi ea con- siveverit celebrari. Hujusmodi autem Edictum lingua italica editum, & promulgatum Romæ per Vicarium Generalem Urbis, est tenoris sequen- tis.

Essendosi introdotto in alcune Chiese di Roma, che nella notte del S. Natale di Cristo Signor nostro si ammisstra il Santissimo Sacramento dell'Eucaristia alli Fedeli, e dopo detta la prima Messa si celebrano anche l' altre due nell' istessa notte, il che esfendo contro la rubrica del Missale Ro- mano de hora celebrandi Missam, e contro i replicati decreti della Sacra Congregazione de' Riti, emanati sotto li 7. Decembre 1641. sotto li 9. Agosto 1653. ed in una Pisaren. 20. Aprile 1664. è successivamente ingiunta l' esecuzione di detti decreti della Sacra Congregazione della Visit. Apostolica sotto li 7. del corrente Mese. Però ordiniamo, che in tutte le Chiese Pa- triarcali, Basiliche, Collegiate, Pa- rocciali, Nazionali, Regolari dell'

uno, e l'altro sesso, ed altre di quest' alma Città in qual sivoglia modo privilegiate, si osservino inviolabilmente li detti decreti, in modo che, eccetto la prima Missa da dirsi (dove però è solito,) dopo la mezza notte, non si possano celebrare l'altre due, se non nell'ora prescritta dalla detta Rubrica e dalli nostri Editti. Di più non si permetta in conto alcuno, che li Fedeli si communicino nell'istessa notte, e ciò per evitare l'inconveniente, potendo sodisfare alla loro divozione nel giorno del S. Natale; sotto pena, in caso di contravvenzione di ciascheduna delle cose suddette, di privazione dell'Ufficio alli Superiori, Officiali, e Ministri delle Chiese, ed altre a nostro arbitrio, e li Sacerdoti, che celebreranno, o che amministreranno il Santo Sacramento dell'Eucaristia, saranno da noi sospesi per venti giorni a divinis, tutte volte ci costerà la trasgressione. Dato in Roma dalla nostra solita Residenza questo dì 18. Decembre 1702. Præfati Edicti meminit etiam Caval. to. 4. cap. 4. in d. 5. n. 3. Merat. to. 1. par. 4. tit. 3. n. 13.

Atque ita soluta manet prima Quæstio proposita de duabus Missis privatis post Missam decantatam immediate & successive celebratis. Sed quoniā id ex peculiari Rubricarum convenientia prohibitum, contendere quis posset; quæ quidem Rubrica omnimodam sejunctionem Missa solemnis primæ ab aliis duabus videtur exquirere; idcirco secunda quæstio sese offert de ipsis privatis Missis; an scilicet liceat in Nocte Natalis Domini tres Missas successive celebrare privatim, plane ad illum modum, quo jam videmus celebrari de die.

§. II.

An liceat, tres Missas in Festo Nativitatis celebrari permittas, celebrare de nocte: Ubi Antiquorum Doctorum sententia ad eruditiores referatur?

¶ absolute licitum doctuere olim 52: peritissimi Theologi tum ex Jure, tum ex consuetudine. Et ex Jure quidem tum negative, tum positive arguebant: Negative; quatenus nullum extabat Jus in contrarium: Positive, quatenus multa proferebant Jura, ex quibus trium Missarum celebratio in festo Nativitatis Domini de nocte videbatur indiscriminatim permissa. Hanc sententiam affirmativam tuerunt Suarez tom. 3. in 3. p. disp. 80. sect. 4. §. Tertio inquire Reginald. in Praxi lib. 29. n. 174. Diania edit. coord. to. 2. tr. 1. Ref. 98. §. 2. & R. 99. §. 2. Cardinalis de Lugo de Euch. disp. 20. sect. 1. n. 25. Franc. De Lugo de Sacr. lib. 5. de Miss. cap. 5. qu. 6. n. 64. Tambur. Meth. celebr. lib. 1. c. 6. §. 4. n. 3. d' Abreu Inst. Paroch. lib. 4. c. 14. n. 115. & alii quamplurimi apud de Lugo, & Dianam ll. cit. Igitur prædicta assertio affirmativa ex mente horum Doctorum his rationibus probatur.

1. Quia omnia sunt licita, quæ nulla lege, aut jure sunt vetita; uti habet Axioma apud Lohner & ex eo Zachar. in Axiom. c. 3. axioma. 1. Jam vero nulla legè, aut jure (sermo est de antiquo & communi) vetitum est, celebrare in nocte Nativitatis omnes tres Missas privatas, seu legi ante Auroram, & successive. Ergo licitum est.

Pro-

Probatur 2. ex eo, quod videatur etiam positive permisum ex ipso iure communi: nam in Cap. Nocte Sancta. 47. quod est ex Telephoro Pontifice dicitur. I. de Consecr. nec de prima Missa, nec de Missa in singulari sermo est, sed absolute dicitur: Nocte Sancta Nativitatis Domini Salvatoris Missas celebrent Presbyteri. Cur ergo limitandum hoc privilegium ad primam potius, quam ad ceteras Missas? Præsertim quia statim subditur: reliquis vero temporibus non esse Missas ante diem celebrandas. Ergo non solum una Missa hujus Festivitatis, sed absolute tempus hujus noctis excipitur, ut in eo possint Missæ celebrari, & quidem successive, quia nulla hujusmodi distinctione ponitur, vel appetet in prædicto jure.

Omnino hic favet Walafridus Strabo lib. de reb. Eccles. c. 21. ubi expresse tradit, quod *Telephorus nonus in ordine Romanæ Sedis Episcopus in Natale Domini NOCTU TRES Missas celebrari constituit.*

Probatur 3. ex eo, quia jam hoc tempus noctis designatum est ut legitimum ad sacrificandum; & non est admodum grave, vel necessarium, in Missis privatis servari illam temporum distributionem, ex Rubricis assignatam pro Missis solemnibus, seu Conventualibus. Quod fere in aliis horis, vel Officiis Ecclesiasticis semper ita servatur; ut notat, & docet Suarez l. cit. & Franc. De Lugo n. 65. Adde quod nihil ex Rubricis Missalis objectari potest adversus hanc sententiam; quod non possit similiter objectari adversus certam & vigentem consuetudinem celebrandi omnes tres Missas in plena lucce diei.

Probatur 4. ex praxi, & consuetudine legitima, quæ est optima legum, & voluntatis Ecclesiae interpres; de qua consuetudine antiquiores testantur Auctores, qui de hac re scripsierunt, tradentes: regulariter, & sineullo scrupulo Sacerdotes plerosque post medium noctem Nativitatis celebrare consuevisse ante Auroram omnes tres Missas privatas etiam successive: ita quod, uti testatur Cardinalis de-Lugo l. cit. & Franciscus De-Lugo n. 64. tam in ipsa Urbe, & sub ipsis Summi Pontificis oculis, quam in toto fere Orbe hujusmodi consuetudo recepta fuerit, ut non potuerit, inquit, de hujus sententiæ veritate tunc temporis, quo scribebat, dubitari prudenter. De hujusmodi item consuetudine, tamquam existente in nostro Regno Siciliæ scribit, testaturque Chiavetta to. 2. Consult. 158. fin., qui scripsit an. 1717.

Confirmatur Assertio ex Congruentia, nam in tanta Sacerdotum multitudine vix possent omnes eelebrare ter in hac die, quæ est brevissima, nisi per noctem etiam, quæ longior est, plures Missæ celebrentur a multis. Quod notavit quoque uterque de-Lugo l. l. cit. Quam etiam rationem insinuat Gavant. in Rubr. Mis. p. 4. tit. 3. n. 6. adhaerens & ipse sententiæ huic affirmatiyæ, licet in Rubr. Brew. sebt. 6. c. 5. n. 4. contrariam sustinuerat. Sane ex hac æquitatis ratione pro locis, ubi in die Commem. Oinn. Fid. Defunct. tres Missæ conceduntur cuilibet Sacerdoti celebrandæ, tempus celebrandi usque ad duas horas post meridiem extenditur. V. dicta 2. Nov. n. 40.

Ut verum fatear; præscindendo ab ex-

extrinseca probabilitate , quam utique huic opinioni conciliare possent Auctores tum satis multi , tum satis graves , de ipsa suorum temporum consuetudine testantes : nihil inventio satis firmum , quod adversus illam a Patronis sententiæ oppositæ objectum fuerit; dummodo a posterioribus Ecclesiæ legibus , addita etiam consuetudine in contrarium inducta , ut initio protestatus sum , litem hanc secernere velimus . Quoniam ergo ad uberiorem eruditionem placuit de hac quæstione differere : Lectorem meum haud cælabo , quæcumque adversus opinionem præfatam affirmativam Auctores contrarii objectaverint , quæve etiam responderi possent .

53 Hi ergo auctoritatem ab adversariis prætentam auctoritate elidebant : ajentes , communiorē esse apud Auctores sententiam negativam : quod absolute testatur Francolinus , non refragante ipso Suarezio , qui ceteroqui adhæret sententiæ affirmativæ . Adhuc ultra procedit Nugnus , sententiam affirmativam vocans improbabilem .

Verum si res accurate perpendatur ; non omnes , qui pro contraria laudantur opinione , illam absolute tueruntur ; sed vel salva probabilitate opinionis affirmativæ ; vel etiam id ajunt , inspecta peculiari suorum locorum consuetudine . Sic pro negativa sententia allegatur Sylvester . At Sylvester V. *Missa* 1. qu. 7. initiationem adducit Consuetudinis : *An te Auroram* , inquit , *non dicatur nisi una* , *quia ita est Consuetudo* . Sylvestrum citant Navarrus , & alii pas sim ex antiquoribus illis : qui negativam sententiam tenuere ; atque adeo ob eamdem potissimum rationem , ob quam Sylvester . Ad eamdem ra-

tionem consuetudinis , quæ erat in contrarium , recurrebant quoque aliquæ minus antiquoribus Auctoriis . Sic citatur pro negativa sententia Fagundez ; at ipse in *præc. 1. Eccl. lib. 3. c. 16. n. 3.* ob hanc solam rationem negavit , quia nimis consuetudo erat in contrarium ; alioquin que adducit Auctores , quos omnes , dicit , negativam sustinuisse sententiam , quia consuetudo non habebat . Affertur pro negativa sententia Bonacina ; sed hic Auctor t. 1. disp. 4. de *Sacram. Euch.* quæst. ult. pu. 9. n. 5. recurrat potissimum ad consuetudinem , quam etiam nequidem universaliter contrariam esse supponit ; unde expresse fatetur , atque concedit , sententiam affirmativam omnem locum habere , atque procedere in illis locis , in quibus consuetudo permittat . Idem judicium formari poterit de pluribus saltem aliis Doctribus , quos negativam sententiam docuisse , contenditur .

Sed etiæ aliquando sententia negativa fuerit fortasse communior , & fere omnium , ob contrariam Consuetudinem , quæ aliquando extiterit ; deinde vero non sicut sic ; abrupta enim fuit vetus illa contraria consuetudo , novaque inducta (undecimque id factum sit , tacentibus certe Ecclesiæ Præsidibus) cui Consuetudini cum nullum aperte relutans Jus invenirent Doctores , quinimmo & testimonia Antiquitatis aperte faventia ; idcirco affirmativam sententiam sustinere cœperunt ; ita ut hæc ipsa sententia Patronos habuerit innumeros , quorum plurimi præter laudatos §. 1. vide ri possunt citati apud Franc. de Lugo , & Dianam locis sup. indicatis . Unde La-Croix lib. 6. par. 2. qu. 76.

quod. 76. affirmativam sententiam dicit esse communem; similiter Gerlacus Vinitor apud Meratum *to. 1. par. 4. tit. 3. n. 12.* affirmat, esse communem omnium: Caspensis apud Dianam, esse communem, & sine controversia.

Denique ad illam notam improbabilitatis, quæ ex Nugno inuritur affirmativa sententia respondet Franciscus De-Lugo: Nugnum immerito illam vocare improbabilem; Diana etiam dicit, se mirari, a Nugno affirmativam tententiam vocari improbabilem; eumque ideo acriter reprehendit, subdens, hunc Autorem nimis audacter in censurandis opinionibus se gerere, maxime sapientissimi, inquit, Patris Suarez, qui quidem affirmativam sententiam tuetur, ut dictum est.

Deinde si a Nugno, & aliquibus forte aliis affirmativa sententia esse improbabilis judicatur; hæc ipsa tamen probabilis reputatur ab aliis magnæ notæ Viris supra laudatis, quibus accenseri debent Busemb. *l. 6. par. 2. tr. 3. c. 3. de Euch. dib. 3. Resp. 1. q. 4. in Nocte.* Reginald. *in praxi lib. 29. n. 174.* illam vocans satis probabilem: Securam vocat etiam Suar. *l. sup. cit.* Probabilissimam, & in praxi tutam Diana *l. sup. cit.* Et ne longior, pluribus accitis testibus, evadat responsio, audivimus supra Franciscum De-Lugo testimoniem de affirmativa sententia veritatem tunc temporis, quo ipse scribebat, haud potuisse dubitari prudenter: quod est, asserere probabilitatem non speculativam modo, sed practicam pro eo, quo ipse scribebat, tempore.

54 Secundum argumentum proferebant Adversarii ex variis Antiquitatibus.

TOM. IV.

tis testimoniis. Sic in Cap. *Nocte Sancta 47. dist. 1.* prohibetur Sacerdotibus, dicere ante Auroram plus quam unam Missam. Ergo ex jure non licet in Nocte Nativitatis celebrare successive tres Missas. Nec valet dicere; jus allegatum loqui de Missis solemnibus; nam ubi Jus non distinguit, neque nos distinguere debemus. Ita Tancredi *tom. 5. quest. Mor. par. 2. tr. 5. qu. 34. n. 8.*

Hoc alterum argumentum innixum allegato Canoni confirmatur *i. ex Glossa ibi V. Nocte lit. b.* ubi sic habet: *Tres Missæ in die Nativitatis Domini celebrentur: Una ante diem; que significat tempus ante Legem, quando eramus in tenebris: secunda, dum diescit; & significat tempus in Lege; quando nondum plena agnitus Dei habebatur: Et tertia in dñe; & significat tempus Gratiae; quando jam plena cognitio babeatur.*

Confirmatur *2. ex Amalario qui lib. 3. de Eccl. offic. c. 41.* sic loquitur: *Missam, quam celebramus in Nocte Nativitatis, Domini, Telesphorus Apostolicus constituit. Ita scriptum est in gestis Episcopaliibus: Constituit, ut Natale Domini noctu Missæ celebrarentur.* Ex quo Amalarii testimonio habemus: ex Telesphori constitutione non nisi unicam Missam singulis Sacerdotibus celebrare suisse concessam Nocte Sancta Nativitatis Domini: atque adeo ubi dicitur Telesphorus constituisse, *Nocte Sancta Nativitatis Domini Missas celebrent Presbyteri:* non ita intelligendum esse, ut concederit singulis Sacerdotibus plures Missas in nocte celebrate, sed unam.

Simile est testimonium Ruperti Ab. *de Div. Offic. lib. 3. c. 17.* ubi tradit, Telesphorum instituisse, in

G g no-

nocte Nativitatis celebrari duas Missas, puta priorem mox post medianam noctem, alteram in Aurora. Deinde vero cap. 22. agit de tertia Missa celebranda in die usuali, seu occasione Sole.

Confir. 3. Platina in Vita Telephori sic inquit: *Statuit, ut in Natali Iesu Christi noctu tres Missæ celebrentur: prima in dimidio noctis, quando Christus in Bethlehem nascitur: secunda illucescente Aurora, quando a Pastoribus agnitus est: tertia eadem hora dies, quando nobis dies redemptoris, & veritatis illuxit.* Ergo habetur lex prohibens omnes tres Missas diei in nocte Nativitatis ante Auroram.

Responderi tamen potest: his argumentis non tam Jus proferri quam Juris interpretationem ab Auctoribus factam; cuique aliæ rursus adversantur interpretationes Virorum & auditorum, & antiquitate praestantium. Et sane non video, quomodo Auctores negantes licere in nocte Nativitatis celebrare tres Missas, Telephoriano Canoni nude & per se sumpto admodum inniti possint. Nam si in eo simpliciter habetur, quod *Nocte Sancta Nativitatis Domini Missas celebrent Presbyteri*; profecto contra ipsos potius facit Axioma, quod ubi lex non distinguit, neque nos distinguere debemus: præsertim quod aliqualem violentiam sapit, explicare Missas pro Missam. Itaque ad confirmationem i. etiam Glossæ obsequendo, dici potest, quod sicuti Glossa non indicat, esse obligationem ullam celebrandi tres Missas in Festo Nativitatis, quamvis dicat: *Tres Missæ in die Nativitatis Domini celebrantur*: ita nec per verba consequenter descripta ul-

lo modo indicat, Volentes celebrare tres Missas, debere necessario illas distinctis explicatis temporibus celebrare: sed dumtaxat congruitatem denotat.

Ad 2. Confirmationem dici potest: Amalarium & Rupertum loquutos fuisse de celebratione Missæ solemnis: quam sicuti potissimum respicit Ecclesia; ita de eadem fere loqui solent hujusmodi officiorum Ecclesiasticorum Scriptores: quod de recitatione Horarum Canonarum, & Celebratione Missæ Conventualis apud omnes constat.

Ad 3. Confirmationem ex Platina deductam respondetur: illam distributionem temporis, pro legendis Missis in Nativitate Domini, in decreto Telephori non contineri, nec indicari: quod si ipse de suo addidit, concedi potest de congruitate, ut responsum est Glossæ, si vis etiam de Consuetudine; nota autem de præcepto, seu necessitate ex vi Canonis allegati. Deinde si Telephorus statuit tres Missas esse celebrandas in Nocte, ut Platina scribit his præcisiss verbis: *Statuit ut in Natali Iesu Christi Noctu tres Missæ celebrentur*: quod ipsum habet Walafridus supra relatus: implicat contendere, ex ejusdem decreti textu unam dumtaxat Missam noctu celebrari licere.

Ex quo etiam clara fit conjectura, Commentatores Canonis Telephoriani distributionem illam temporis ex congruitate, & temporis consuetudine apposuisse.

Tertium argumentum deducunt 55 Patroni sententiæ negativæ ex Missali Romano, ubi in Nativitate Domini, in ipso titulo Missarum habetur: *Ad Primam Missam in Nocte*: deinde: *Ad Secundam Missam in Aurora*:

rorum : denique : *Ad Tertiam Missam in die Nativitatis Domini : ex quibus indicari videtur lex, & præceptum celebandi has Missas prædictis distinctis temporibus, & non omnes simul, seu successive de nocte.*

Fortasse tamen adhuc facilius est hujuscemodi objecti solutio . Responderi enim potest 1. Retorquendo argumentum : *Missale Romanum præscribit primam Missam Nat. dicendam in nocte, secundam in Aurora, tertiam in die. Ergo non possunt omnes tres Missæ etiam privata seu lectæ celebrari in die. Quod tamen nemo dixit, nec ipsi Adversarii admittunt; cum omnes laudare teneantur vigentem consuetudinem celebrandi, tres Missas Nativitatis Domini simul & successive de die.*

R. 2. Rubricam Missalis intelligendam esse de Missis Conventualibus, & solemnibus, ad quas præcipue respicit ea temporum & horarum distributio; non item de Missis privatis: ita Franciscus De-Lugo l. cit. n. 65. & satis patere videtur, ex Rubr. gen. Missal. tit. 15. n. 4. ubi sermo non est, nisi de Missis Conventualibus; & de illis quidem præscribi solet, & servari determinata hora diei . In Missis autem privatis id non esse sub præcepto necessarium; ostenditur ex rationibus adductis pro sententia affirmativa .

Obj. Si in Officio Solemni prohibitum est, dicere in ipsa Nocte Nativitatis reliquas duas Missas post primam Missam cantatam; ergo similiter prohibitum esse, intelligi debet, in officio privato, seu post primam Missam privatam dicere in Nocte Nativit. reliquas duas Missas privatas .

R. 1. Retorquo argumentum: si

in Officio solemni prohibitum est, dicere in ipsa die reliquias Nativitatis omnes tres Missas solemnies; Ergo similiter prohibitum esse, intelligi debet, in Officio privato, seu omnes tres Missas privatas celebrare in die usuali Nativitatis. Quod nemo dixit .

R. 2. in forma . Nego consequentiā . 1. quia in legibus positivis non tenet argumentum a pari, aut a minori ad maius: ut notat Viva in propos. 38. *Alexandri VII. num. 9.* & 12. Secundo quia , sicut in Horis Canonicis private recitatis, ut significavimus hic, & docuimus l. 1. c. 1. art. 9. n. 57. non est gravis obligatio, se accommodandi Choro; & ut eodem eit. n. 57. fine notavimus, facile est, invenire causam adhuc ab omni culpa excusantem: unde passim in recitatione privata non servatur assignata Horarum Canonicularum distributio: ita dici potest: non esse per se gravem obligationem in his Missis privatis celebrandis, servandi distributionem temporis, designatam pro officio solemni, ac Missa Conventuali, & cantata; pro quo ut in simili dictum est de Recitatione Horarum Canonicularum, facile inveniri posset causa aliqua excusans ab omni culpa: Ut si esset aliquod incommodum, defectus temporis, instantia negotiorum &c. præcipue vero privilegium cōsuetudinis, de qua supra testantur Audtores sententias affirmativas . Ex quibus patet, in officiis Ecclesiasticis haud licere, a publica & solempni celebratione arguere ad privatam: cum possit conuentudo, aut alia excusans ratio aliquid in privata celebratione permittere, aut etiam simpliciter concedere; quod tamen non

facile in solemnni officio permittet Ecclesia. Et sane ipsa officii solemnitas jure suo exigere videtur, ut in eo celebrando, quo meliori modo fieri potest, & congruentia, & ea omnia, quæ intendit Ecclesia, significantur. Inhaerendo huic interpretationi recte Emmanuel Rodriquez in *Summa* I. par. c. 247. n. 6. ait; quod *Sicut in aliqua communitate publica esset peccatum, dicere primo Hora Primam, quam Matutinum: ita esset peccatum; si dicta Communetas voluisset dicere, & celebrare has tres Missas noctu solemniter sine distributione predicta; quod non esset, si dicerentur private.* Ita Rodriquez: ubi etiam noto, quod licet Suarez loco hic §. 1. laudato videatur innuere, esse mortale, non servare in Missis solemnibus, & Conventualibus præscriptam distributionem temporis hodiernam; (quod quidem est conforme doctrinæ ex ipso traditæ hoc tr. 2. lib. I. c. 2. n. 22. ubi egimus generaliter de hora celebrandi Missas conventuales) nihilominus aliter significat Reginaldus in *Praxi*, loco hic §. 1. citato, dum simpliciter dicit: in Missis solemnibus *confessantem esse conformari institutioni Ecclesiae*, ut scilicet prima Missa celebretur in Nocte, secunda in Aurora; tertia in die usuali.

56 Quartum argumentum, ad ostendendum, non licere tres omnes Missas Nativitatis privatim legere de nocte, erui solet ex primario, objecto iujus cærimonie, pro quo intentio Ecclesiae fuit, quod Missæ dicantur variis temporibus ob varias mysticas significationes: unde est quod solum in prima Missa dicitur: *Communicantes, & Noctem Sacratissimam celebrantes:* in aliis vero dici debet:

Et diem Sacratissimum celebrantes: quod non recte nec convenienter diceretur de nocte. Ita Pignatellus tom. 7. Consult. 25. num. 8. & paſſim Fautores sententia Negativa.

Sed hæc objectio si valet contra assertentes licere de Nocte celebrare tres Missas Nativitatis simul & successive; eodem jure valere debet contra assertores. (sunt autem omnes) licere easdem celebrare de die, & in plena luce. Et quidem non posset in plena luce diei celebrari prima Missa, tum quia ex primaria institutione Ecclesiae celebranda est de Nocte; tum quia in hac prima Missa dici debeat: *Communicantes & Noctem sacratissimam celebrantes;* quæ verba cum mendacio proferrentur a communicantibus & celebrantibus in plena luce diei: eodem plane jure, quo contenditur ab adversariis, minus recte & convenienter dici *Communicantes & diem sacratissimum Celebrantes,* a Communicantibus & celebrantibus in noctis obscuro. Ex ratione assimili celebrari non posset in plena luce diei altera Missa, quia & hæc ex peculiari mystica significatione deputata est Aurora. Adeoque remaneret pro sola tertia Missa celebratio licita de die. Nemo autem dixit: in die non posse legi omnes etiam tres Missas simul & successive, & ipsi quoque adversarii, hoc absolute licere fatentur, ut supra notavimus.

Rursus si valeret facta objectio; deduci deberet, quod si aliquis in die Nativitatis, ob aliquod impedimentum, unicam celebrat Missam, si eam noctis tempore celebraret, teneretur omnino legere primam: illa enim sola pro eo tempore

pore congruit intentioni Ecclesiaz ; quod est ex se falsum , cum ex magnæ notæ Auditoribus velint alii , posse legere quamlibet ; alii doceant , etiam congruentius , legere tertiam ; quam sententiam nos fecuti sumus , eamque ratione addita confirmavimus Subs. I. qu. 10. n. 37. Sed & ipse Pignatellus in iis , quæ sibi objicit tom. 7. consult. 25. num. 7. inter alia hæc habet : *Qui non posset dicere tres Missas , sed tantum unam , posset pro devotione sua dicere tertiam , omissis prima , & secunda , eamque noctu dicere posset .* Et addit rationem hanc : *quia privilegium non est limitatum ad Officium prima Missæ .* Ita Pignatellus sibi objicit ; ad quod tamen nihil respondet ; unde concedere videtur , celebrantem unicam Missam , etiamsi celebret nocte , non teneri legere primam.

Deduci deberet 3. eum , qui habet privilegium Pontificium dicendi Missam Votivam E. G. de B. V. non posse illam in nocte Nativitatis dicere ; quia non est illa Missa , quæ ex institutione Ecclesiaz dicensa est in nocte : quod affirmari nequit ; tum quia ex illa præcisa ratione sequeretur , hujusmodi neque in die dicere posse illam Missam , quæ certe non esset præscripta ab Ecclesia pro illo tempore ; tum quia alia sequerentur absurdæ , quæ non est hic locus , neque necessitas exponendi ; & ipse Pignatellus non videtur repugnare : nam in iis , quæ sibi objicit l. cit. adhuc hæc habet : *Si quis fortasse non posset Missam Festivitatis ea nocte dicere , posset pro sua devotione dicere Missam de Beat. Virg. eamque posset noctu dicere .* Et ad hoc etiam nihil

respondet ; unde quoque videtur admittere .

R. 2. Ratio opposita non excedit limites meræ convenientiæ , quæ non videtur posse inducere obligationem gravem , saltem in Missis privatis , de quibus est præsens controversia ; ut in simili diximus cum Francisco De-Lugo in resp. 2. ad argumentum tertium .

R. 3. Nulla incongruentia est in eo , quod celebrentur in nocte Nativitatis omnes tres Missæ privatae . Nulla est in prima ; quod non negatur ; & patet . Nec ulla est in secunda , ac tertia , ut probatur . Enim vero quod celebrata in nocte prima Missa , expectari debeat lux diei , ut celebretur secunda ; non videtur posse colligi ex illo Mysterio , seu representatione Pastorum : nam unde constat , eos non venisse ad Christum adorandum ante lucem diei ? Imo forte potius erui potest contrarium ex Lucæ 2. ubi dicitur , Angelus apparuisse Pastoribus custodientibus vigilias Noctis super gregem suum ; & statim subditur : eos festinantes venisse , videre sibi revelatum Verbum .

Secundo non videtur posse colligi ex Canone recitando in secunda , ac tertia Missa , in quo dici debet Diem Sacratissimum celebrantes : tum quia a tempore noctis computatur totus iste dies naturalis , seu civilis , ut initio subsectionis hujus innuimus & ex professo explicavimus lib. I. c. I. art. I. n. 5. tum etiam quia in divinis officiis verba non semper referuntur ad tempus , in quo recitantur , sed ad tempus , pro quo representando , & commemorando dicuntur , ut observant communiter Scriptores de officiis Ecclesiasticis , & nos

& nos notavimus lib. r. c. i. n. 59. Hinc in re ipsa praesenti absque ullo mendacio Sacerdotes celebrantes omnes tres Missas in die, seu in plena luce, dicunt, & dicere debent ad Communicantes in prima Massa: Noctem Sacratissimam celebrantes.

R. 4. Ratio congruentiae non dicitur, celebrando etiam tempore noctis omnes tres Missas. Nam Introitus secundæ Massæ sic incipit: Lux fulgebit hodie super nos. Quæ verba magis proprie dici posse videntur tempore nocturno: lux etenim non dicitur adeste, sed adfutura: fulget.

Tertia quoque Massa ex D. Thoma 3. par. quest. 83. art. 2. ad 2. potest ad generationem æternam accommodari, quia in ea Evangelium dicitur de æterna generatione; & huic rationi accedit etiam Massa celebrata in Nocte, ex eo quia illa generatio, quantum ad nos occulta est, & in divina caligine. Quod si referatur ad Nativitatem tempora. rem, quia Introitus incipit. Puer natus est nobis, haec quidem perfecta est in nocte. Ergo hac ratione non repugnabit, tertiam quoque Massam privatam nocturno tempore celebrare.

57 Quintum argumentum pro Sententia negativa est: Quod ex se mortale sit, ante diem celebrare, feu statim post medium noctem ex una parte: ex alta parte vero constitudo non permittit, nisi unicum Missam celebrare in nocte Nativitatis. Ergo non licet nisi hanc unicum celebrare hac nocte. Ita Fagundez in I. præc. Eccl. lib. 3. c. 16. num. 3. & Tancredi I. cit.

Hujus quoque argumenti conceditur prima pars antecedentis; nega-

tur vero secunda, stante Auctorum gravium, & fide dignorum contrario testimonio supra relato. Adde quod initio dictum est in probatio ne tertia opinionis contrariae affirmativæ; scilicet in hypothesi facta, jam hoc tempus noctis designatum esse ut legitimum ad sacrificandum pro Festo Nativitatis: quod ex parte fatentur omnes; in universum vero, & pro aliis Missis deducunt Auctores ex proprio & naturali sensu Canonis Telesphoriani: tum etiam dicunt, quod semel facta noctis deputatione ad legitime celebrandum, sola temporum divisio, sicut in aliis officiis Canonicis, non videtur adeo graviter urgere.

Sextum & ultimum argumentum fundatur in variis decretis S. C. R. quo ad horas celebrandi Missas Nativitatis: sunt autem quæ sequuntur.

I. Anno 1641. 20. April. Patres S. Caroli Congregationis Clericorum Registerum petierunt responderi: Aliiceat in Nocte Nativitatis Domini post cantatam primam Missam, alias duas immediate celebrari, & communicare Fideles? Et Si Congregatio respondit: nullo modo licere, sed omnino prohiberi. Refert Pignatelli tom. 7. consult. 25. nu. 10. Idem Decretum habet Cavall. to. 4. cap. 4. in d. 5. num. 1. & Meratus Ind. decr. Miss. n. 282. sic descriptum: In nocte Nativitatis Domini post cantatam primam Missam nullo modo possunt alias duas immediate celebrari, nec Fideles communicari. S. R. C. 20. April. 1641. in Pisaur.

II. Cum autem Regulares quidam id nihilominus licere contenderint, & propterea rursus in eadem S. Congregatione audiri supplicaverint: Eminentissimi Patres S. C. illis auditis,

ste-

Stetunt in Decretis, ut habetur in decreto tenoris sequentis: *Cum superioribus diebus consulta fuisset bœc S. R. C. an. esset permittendum celebrari in media nocte Nativitatis Domini post Missam decantatam, successore alias duas Missas, & in eis Sacram Communionem exhiberi Fidelibus illam depositantibus?* Respondit: non esse permittendum, sed omnibus utrumque prohibendum. Nihilominus nonnulli Regulares afferentes hoc dicere, supplicarunt audiri: *& S. R. C. ipsis auditis, cum Procuratoribus, & Advocatis, ad relationem Em. Pallotti stetit in Decretis, & respondit iterum: prohibendum tam Sacerdotibus celebrare valentibus, quam confluentibus, in media nocte ad Ecclesiam, & Communionem depositantibus: ita decrevit, & servari mandavit die 7. Decembr. 1641. apud Meratum Ind. Decr. Mis. n. 282. & Pignatell. l. cit. n. 11. Quorum Decretorum duplicita expedita fuerunt authographa die 9. Augusti 1653. Carolo, Episcopo Ostiensi Cardinali Medices Praefecto, & Bernardino Rocchio S. Rituum Congregationis Secretario; & deinceps confirmata fuisse, ut ex sequentibus constabit.*

III. Deinde anno 1681. 22. Novembr. in Lucana eadem S. R. C. edidit Decretum tenoris sequentis, apud Meratum ind. Decret. Mis. n. 458. Inhaerendo aliis resolutionibus circa celebrationem trium Missarum in nocte Natale Domini alias editis, & signanter sub die 7. Dec. 1641. iterum declaravit S. R. C. non esse permittendum usum introductum a nonnullis Canonicis, & Presbyteris Ecclesie Cathedralis Civitatis Lucanae, celebrandas tres Missas privatas immediate post decantatam Missam solemnem in media nocte Natale Domini; sed omnino pro-

hibendum. Hac die 22. Novembr. 1681. in Lucana. Idipsum declaratum fuisse an. 1668. 15. Septembris in Januen. testatur idem Meratus l. cit. IV. An. 1686. 23. Martii emanavit hoc aliud Decretum: *Præceptum, quod in nocte Nativitatis Domini post Missam decantatam non possint successive alias due Missæ celebrari, nec Communionem exhiberi Eucharistica Fidelibus depositantibus, ligat etiam omnes Regulares tum Ordinum Mendicantium, tum Congregationum Monasticism, tum etiam Patrum Societatis Jesu; tum omnes cuiuscumque alterius Instituti, etiam speciali mentione nominandos. Neque possunt excipi Confessiones in Ecclesia, maxime mulierum, durante tempore nocturno: sed excepitandum est, ut illucescat Aurora tam pro Confessionibus Mulierum excipiendis, quam pro Eucharistia ministranda Fidelibus utriusque sexus. S. R. C. 23. Martii 1686. in Senen, apud Cavat. tom. 4. cap. 4. d. 5. & Merat. ind. decr. Mis. n. 481.*

V. Denique Ani 1702. 18. Decembris simile prioribus edidit decreto S. R. C. Non licet in media nocte Nativitatis Dominicae celebrare successive alias duas Missas, & in eis Sacram Communionem exhibere, sed utrumque omnino prohibitum. Ita apud Massæum Kresslinger in addit. ad Theol. Moral. Anac. Reiffers. t. 2. tractat. 14. dist. 5. quest. 9. concl. 3. addit. 1.

Quibus responsis, sive Decretis S. C. addendum est Edictum Clemencis XI. quod lege sup. n. 51.

Ad hoc argumentum desumptum ex Decretis S. C. respondet LaCroix, quod per allegata decreta non prohibetur absolute celebratio trium Missarum de nocte, sed tam-

tum

tum celebratio continua seu successiva absque ulla intervallorum divisione: hæc enim habet, insistens in sua opinione, quod liceat tres Missas Nativitatis celebrare post medium noctem, durantibus adhuc nocturnis tenebris: *Dixi hic (n. 527.) cum communi*, (nota interim tempore La-Croixii communem apud Auctores sententiam, de qua disputamus) *Omnes tres Missas in Nativitate Chribi posse legi ante Auroram*: Et hoc stat cum decreto 221. ajente: *Non licet in media nocte Nativitatis Dominicæ celebrare successive alias duas Missas*. Dividi enim adhuc possunt illæ Missæ per plures horas; cum Sol isto die prius oriatur post octavam; adeoque Aurora prius adsit circa medium septimæ. Ita La Croix lib. 2. par. 2. qu. 310. §. 24.

Verum hæc responsio non placet. Primo quia Auctores illi omnes, qui affirmant licere in Nocte Nativitatis celebrare etiam ante Auroram omnes tres Missas; vel absolute loquuntur, & hujusmodi non requirunt divisionem: vel expresse asserunt Missas prædictas legi tunc posse successive, & sine ulla interruptione unam post alteram, ut Suar. I. cit. Quapropter si in hujusmodi Decreto prohibetur, consequenter, & successive celebrare tres Missas in nocte Nat. saltem quoad hanc partem non stat adhuc communis sententia Doctorum, quæ duo vult; nimirum primo, posse celebrari in nocte Nat. tres Missas privatas ante Auroram, & statim post medium noctem. Secundò posse tunc celebrari etiam successive, & immediate unam post alteram.

Rursus, non placet Responsio P. La-Croixii; quia in Decreto priori

loco supra descripto dicitur: *nullo modo in Nocte Nat. posse celebrari secundam, & tertiam Missam; alia Decreta id etiam saltē indicant*.

Tertio, quia non est ratio, cur Missæ in nocte celebratæ dividi debeant? Profecto id non propter Rubricam ullam; Rubrica enim non dicit simpliciter Missas Nativitatis dividendas, sed etiam designat tempus, quo celebrari debeant divisæ; nimirum Noctem, Auroram, Diem. Ergo si ratione Rubricæ dividi debeant, non servatur illa per quamlibet divisionem Missarum; sed solum celebrando illas temporibus a Rubrica præscriptis: divisio autem Missarum, facta solum intra unicum noctis tempus, non est ex Rubrica.

N.que potest dici, hujusmodi divisionem exigi propter aliquam congruentiam, quam indicat Rubrica Missalis, dividendo tres Nativitatis Missas, & assignando illas diversis temporibus diei: enimvero primo: congruentia, quam indicat Rubrica Missalis, non stat in mera divisione harum trium Missarum, sed consistit in ratione talis temporis cuique Missæ præfixi; quam congruentiam explicabimus subs. 5. quæst. 2. Adeoque congruentia divisionis Missarum, solum invenitur in Missis divisis secundum tempus a rubrica præscriptum, & non in alio tempore, nec in divisione alia.

Secundo, quia eadem congruentia, & quælibet ratio, quæ prætenditur, esse in tribus Missis Nativitatis in nocte celebratis, ad hoc, ut inter se dividantur, eadem procul dubio congruentia, & ratio prætendi posset in Missis iisdem in die celebratis: ita ut si tres Missæ Nat. in nocte celebratæ dividi inter se de-

debeant; dividi similiter debere, dicendum est, Missas celebratas in die: atque adeo Sacerdotes celebrantes in die Nativitatis seu plena luce, non posse omnes tres Missas simul legere, & sine interruptione: quod nemus dixit; & ipsi quoque Adversarii fatentur, licere quidem omnes tres Missas in die celebrare simul, & sine intercapidine. Ergo gratis praeditum Decretum a P. La-Croix allegatum, & alia decreta intelligunt ita, ut velint, Missas Nativitatis celebrari quidem omnes posse in nocte, sed celebrandas esse divisas, seu distinctis horis intra ipsam noctem.

59 Ad hoc itaque objectum ex Responsis S. C. desumptum, melius responderi posset: in iis tantummodo declarari: esse prohibitum post cantatam primam Missam solemnem, post medianam noctem, celebrari immediate alias duas ab eodem Celebrante, sive eas legendi, sive etiam cantando: in quo utique sensu nos illa allegavimus supra §. 1. respondingendo ad i. Quæsitum. Profecto exposita decreta ita se explicant: Post cantatam primam Missam nullo modo possunt aliae due immediate celebrari: quibus verbis videtur declarari prohibitum celebranti Missam solemnem in nocte Nativitatis, alias duas Missas immediate celebrare: non item ne quis Sacerdos singulas tres Missas privatim celebrare possit in nocte Nativitatis. Quod si consuetudinem locorum ipsis decretis coevam indagare velimus, quæ quidem optima est legum interpres; apparet, ea responsa non eo animo fuisse prolata, ut id absolute illicitum declararetur; sed salva locorum consuetudine legitima, ne id moris ali-

TOM. IV.

cubi, ubi nondum vigebat, induceretur. Enimvero Decretum i. loco allatum in Pisaren. in quo contenditur declarari illicitam celebrationem trium Missarum in nocte Nativitatis, editum fuit Anno 1641. At Benedictus Chiavetta Scriptor Siculus, qui scripsit an. 1717. quamvis eo Decreto utatur, ad probandum non licere, tres Missas de nocte celebrare in Festo Nativitatis; testatur nihilominus de contraria consuetudine apud Siculos tunc temporis vigente, cuius respectu non audet damnare de peccato secus facientes in sua Sicilia: en ejus verba, tom. 2. consult. 158. fine: Verum, quia consuetudo etiam bodie apud Nos est, ut dicantur in nocte tres Missæ; non adeo damnare de peccato Sacerdotem post medium noctem celebrantem omnes tres Missas. Cum vero ab Anno 1641. quo editum fuit Decretum, usque ad an. 1717. quo contraria vigebat apud Siculos consuetudo, spatium fluxerit annorum sex & septuaginta, neque Decreti ignorantia, neque inobedientia presumi possit; dicendum videtur, non animo ferendi absolvit legem, illud editum fuisse, sed cum intentione locorum consuetudini, & subditorum bono accomoda; ut solet in similibus, & notat Viva in propos. 23. inter dann. ab Alex. VII. n. 6. Quid enimvero, si alicubi spectata Sacerdotum multitudine, ut esse solet in magnis Civitatibus, temporis etiam angustia ab Aurora ad meridiem in hiemali Solsticio, cum valde incommodum esset cuilibet Sacerdoti, celebrare tres Missas diurna luce, illas de nocte permiserit legitima consuetudo? Hanc utique rationem tanti fecit ipse Ruricistarum parens Gavantus, ut quam-

H h vis

vis in Rubr. Brev. sect. 6. e. 5. n. 4. non approbaverit vel unicum Missam de nocte in locis privatis ex quadam devotione; attamen in Rubr. Mis. par. 4. tit. 3. n. 6. ex ea inductus fuerit, ad concedendum, omnes etiam tres Missas in Noche consequenter, seu successive celebrari posse. Neque alia sape ratione Pontifices Summi concedentes nonnullis Locis Hispaniarum pro die Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum celebrari posse tres Missas a quolibet Sacerdote; putarunt simul, tempus consuetae celebrationi præfixum per Rubricas, esse extendendum: extenderuntque usque ad duas horas post meridiem, ut retulimus 2. Nov. n. 40.

Conjecturæ haec tenus a me factæ videtur favere decretum supra 3. loco objectum anni 1681. ubi caute dicitur a S. C. Non esse permittendum usum introductum a nonnullis Canonici & Presbyteris Ecclesiae Cathedrales Civitatis Lucanae, celebrandi Missas privatas immediate post decantatam Missam: Ut videoas, hac in re nona proscribi a S. C. consuetudinem legitimo tempore & auctoritate præscriptam, sed noviter introductam a nonnullis Canonici & Presbyteris.

Quid? quod supra Cardinalem De-Lugo, & Francicum De-Lugo testantes habuimus de hac consuetudine, in ipsa Urbe Româ sub oculis ipsius Romani Pontificis vigente? quod argumento est, sequentibus temporibus, ex insurgentibus motivis, posteriori lege & auctoritate fuisse sublatam.

Co. Est quidem peculiare aliquod in Decreto anni 1702. quod sup. §. loco retulimus, in quo, pro ut a Kresslinger describitur, nulla sit men-

tio de Missa cantata, sed absolute prohibitum apparet, Missas celebrare privatim in nocte Nativitatis: idemque apparet in 2. parte Decreti anno 1641. & postremo in Edicto Clementis XI.

Verum & in his ipsis Decretis sermonem esse de Missa solemnitate, dici potest ex contextu petitionis factæ in S. C. Quod si, illa occasione devenit ad prohibitionem illimitatam Missarum privatarum, illa intelligenda est proculdubio pro locis, ubi illa consuetudo aut nunquam fuerat, aut jam exoleverat: ut modo notavimus pro Decreto edito in Lucana. Et sane cum in ipsa antiquitate constet, fuisse in usu celebrationem de nocte saltem unius Missæ pro quibuslibet Sacerdotibus, neque id negent ipsi adversarii, legitimate usurpatum pluribus in locis, adhuc novissimis temporibus, de quo melius dicendum §. sequ. hinc dici omnino non potest, Sacram Congregationem omnino & pro omnibus locis prohibuisse celebrationem Missarum privatarum: neque id contineri in primævo sensu ipsorum decretorum patet, quia, salva ipsorum auctoritate, gravissimi Auctores scribent pro opinione contraria, & testabantur de praxi contraria.

Quod vero attinet Edictum Clementis XI. respondetur 1. quod in illo est etiam sermo de Missa solemnitate, scilicet ne Celebrans Missam priam solemnem, pergit immediate celebrare duas alias Missas privatas: inde est quod appellat Rubricas, de Hora celebrandi Missas; & Decreta anteriores, quæ omnia, ut visum est, procedunt de Missa solemnni. Deinde eti concedi debeat, sensum Edicti includere Missas omnes privatas:

tamen Edictum præfatum videtur particulariter directum ad solam Ur-
bem Romanam, & Pontificiam di-
tionem, ut colligitur ex eo quod
fuit lingua italica editum, & vul-
gatum per Vicarium Generalem Ur-
bis, itemque ex poenis impositis
transgressoribus: sed & manifeste
patet ex toto contextu, & denique
quia illud continetur in 2. parte
Bullarii laudati Pontificis, cui se-
cundæ Parti præfixus titulus sic ha-
bet: *Edicta, Decreta, & Mandata ad*
spirituale, & temporale Urbis, di-
noscere Pontificis regimèn pertinetia.
Quibus rationibus subscribere debet
ipse Kresslinger, qui similiter argu-
mentatur in simili dispositione alia
ejusdem Clementis XI. ubi nimurum
in Instructione lingua italica edita
pro Expositione Eucharistiae, occa-
sione *Orationis Quadragesima Horarum* (a Nobis referenda in Append.
ad *Calcem Diar.* c. 3. & n. 68.)
vetuit celebrari diebus quibusdam pri-
vilegiatis Missarum Votivam etiam so-
lemnem de SS. Sacramento. Fuit
itaque allegatum Clementis Edictum
tantummodo editum pro Urbe Ro-
mana, & Pontifica ditione. Qua-
mobrem nulli mirum videri debet,
si, cum illud editum fuerit anno
1702.; nihilominus in aliis locis con-
traria vigebat consuetudo annis mul-
to posterioribus, ut de anno 1717.
in Sicilia testatur Scriptor Siculus
Benedictus Chiavetta supra relatus.
Cæterum pro re mere disputative di-
scussa; satis superque sint, quæ ha-
bentus diximus. Nam ut de praxi
jam tenenda statuamus, sequentii §.
videndum est; in quo de ipso Jure
Unius Missæ privatae per quemlibet
Sacerdotem celebrandæ in Nocte Na-
tivitatis agemus;

§. III.

*Utrum Una saltem Missa privata in
Nocte Nativitatis celebrari possit a
quolibet Sacerdote?*

Gi ex mero antiquo Jure, & qui-
dem communī, proposita quæ-
stio resolvi velit; haud dubium, quin
affirmativa deberet esse responsio.
Id enim plus quam satis efficiunt
Jura, & rationes paragrapho præce-
denū adductæ ab Auctoriis, promo-
ventibus licitam de Nocte Nativita-
tis trium Missarum celebrationem
privatam. Quin ipsi Auctores, se-
cū sentientes de celebratione trium
Missarum, unam tamen haud diffi-
cilebantur nocturno tempore celebrari
a quolibet Sacerdote posse in Festo
Natalis Domini. Néque, vero negan-
dum, multorum locorum ad nostra
usque fere tempora hujuscē ritus fuī-
se consuetudinem. Circa quam pru-
dens Sacrae Congregationis responsio
consideranda est, quæ in *Lucana* no-
vam quidem, & proprio ingenio in-
ductam consuetudinem a quibusdam
Canonicis & Presbyteris Cathedralis
Ecclesiae Lucanae reprobavit: at de
antiqua & legitima auctoritate suf-
fulta non meminit; ut supra dixi-
mus.

Verum cum in hujusmodi rebus, 63:
quæ ad meram pertinent disciplinam,
illud plerumque contingat, quod mul-
ta per se licent, quæ tamen non
expediunt; potuit Sapientissima Ec-
clesia, quod ex se licitum est, &
laudabiliter etiam ab Antiquis facti-
tatum invenitur, ob supervenientes
abusus prohibere. Id ergo cum in
Agapis, in Officiis Vigiliarum, mul-
tiisque aliis ritibus, seu cœremoniis

evene^rit; haud mirum, si in hoc ipso Natalis Domini Fes^to contingat: in quo et^s ex communi antiquo Jure ad nova usque tempora, Ecclesia permittente, seu Episcopis in suis quibusque Ecclesiis permittentibus, retento; una saltem Missa privata a quolibet Sacerdote celebrari potuerit de nocte: nunc tamen variatis proculdubio circumstantiis, & quod magis est, Episcopis in universale in f^ere prohibitionem consentientibus; id jam apparet, atque ita putandum est, Universaliter interdictum. Videri possunt dicenda sect. seq. n. 97. Profecto testatur Meratus. to. I. par. 4. tit. 3. n. 13. fine, quod Romae singulis annis per vigilio Nativitatis Domini ab Eminentissimo Cardinale Vicario transmittuntur schede ad omnes Urbis Ecclesias, probibentes cuicunque Sacerdoti celebrationem Missæ ante Aurora. Similiter alibi Episcopi, & Ecclesiarum Rectores minime patiuntur, in nocte Nativitatis Missas celebrari privatas: & allegari nunc solent pro hujusmodi prohibitione Decreta eadem producta superius ad rem hanc: ita ut præsens consuetudo haud patiatur, aliter interpretari illa Decreta; sed intelligenda esse de prohibitione universalis, & absoluta: ne videlicet ulla celebretur in nocte Missa privata; ita ut privilegium anticipandi consuetam per annum horam, saveat solum tunicae Missæ solemini; ac de una solemini privative procedat Rubrica gen. Miss. tit. 15. n. 4. manentibus Missis privatis, alligatis Rubricæ gen. ejusdem tit. 15. n. 1. ex qua videlicet celebrari tantummodo possunt infra tempus, quod fluit ab Aurora ad Meridiem: uti explicavimus lib. I. c. I. num. 47. Cum igitur consuetudo, seu obser-

vantia, quæ attendi debet, sit proxima, seu ultimi temporis, ut animadvertis cum Luca La-Croix l. I. qu. 137. §. 5. ideo vetus illa consuetudo favere desivit, standumque præsenti, ac vigenti, ita ut Episcopi non sinant aliter usurpari.

Ecclesiæ nihilominus cupientes præfato veteri privilegio frui, celebrandi unicam saltem Missam privatam mox post medium noctem Nativitatis: solent habere recursum ad Sanctam Sedem: quæ tamen nec facile facultatem impertitur hujusmodi; & ubi precibus annuit, nobis constat, non in perpetuum, sed ad aliquod tempus, puta ad triennium consueisse permettere. Exemplum ante oculos exponere juvat verbis iisdem, quibus in libello quodam supplici, authentico, & originali, quem præmanibus habui, legebatur.

Fuit autem expositus Summo Pontifici Clementi XIV. a Monialibus Monasterii S. Joannis Civitatis Lypiarum (Lecce) in Regno Neapolitano tenoris sequentis.

ALLA SANTITA' DI NOSTRO
SIGNORE CLEMENTE
P.P. XIV.

BEATISSIMO PADRE.

L'Abbadessa, e Monache del Monastero di S. Giovanni della Città di Lecce umilissime Oratrici della S. Voluta, di votamente espongono, desiderare per loro spirituale consolazione, far celebrare la Messa nella mezza notte del Santo Natale, e in essa Santa Messa comunicarsi: come la S. V. si è degnata accordare con suo benigno Re scritto una simile grazia alle Monache di S. Chiara della suddetta Città,

- Sup-

Supplicano pertanto la S. V. che voglia degnarfi, concedere alle Oratrici l'opportuna licenza; che ec.

*Ex Audientia Sanctissimi die 20.
Maij 1774.*

*Sanctissimus remisit preces arbitrio
Ordinarii, cum facultatibus ad esse-
tum, de quo agitur, necessariis, &
opportunis. Contrariis non obstantibus.
Ad triennium tantum.*

Macedonius Secretarius.

S U B S. V.

*De Ritu, cœremoniisque servandis in
tribus Missis Nat. Dom.*

65 **N** die Nat. Dom. paramentorum color albus ex Rubr. gen. Miss. tit. 18. n. 2. quoniam Christus natus est mundus, idest carens originali peccato. Ascendit enim Dominus super nubem levem, ut dicit saias 19. 1. idest assumpit Carnem a peccatis immunem; & ingressus est Aegyptum, idest venit in Mundum. Ita Dur. in Ration. Offic. lib. 3. c. 18 Gavant. in Rubr. Miss. par. 1. tit. 18. n. 2. lit. F. Alienum quippe ab hac Nativitate est (ut Leo I. ait serm. 1. de Nat. Dom.) quod de omnibus legitur: *Nemo mundus a sorde, nec infans, cuius est unius dies vita super terram.* Nihil ergo in istam singularem Nativitatem de carnis concupiscentia transiit, nihil de peccati lege manavit.

Potest etiam dici, colorem album adhiberi propter partum Virginum seu Virginis puritatem singularem ante partum, in partu, & post partum.

Non esse obligationem legendi tres Missas, diximus subl. 1. qu. 1. n. 22. & eadem subl. 1. quæst. 10. n. 37. examinavimus: quamnam Missam legere debeat, qui legit unicam?

Si legantur duas, vel tres Missæ: in secunda Missa fiat Commemoratio S. Anastasiæ. Quæ Commemoratio fit etiam in secunda Missa solemniter celebrata: immo & qui legit unicam Missam, quamcumque legat, debere in ea facere prædictam Commemorationem S. Anastasiæ; vult La-Croix lib. 6. par. 2. qu. 76. §. 1. etsi Meratus tom. 1. par. 4. tit. 3. n. 15. dicat, non esse faciendum ab eo, qui hodie celebret Missam unicam; nisi hanc celebret in Aurora, legatque secundam, ex tribus in Missali descriptis. Verum ego opinor, quod sicut Commemoratio hæc certe non est affixa temporis Auroræ: (aliter facienda non esset ab iis, qui secundam Missam celebrent in die, seu plena luce) ita nec sit omnino affixa secundæ Missæ, ut oporteat prætermitti ab eo, qui unicam celebret quovis tempore, licet ordine secunda non sit.

Ad nomen Anastasiæ caput inclinetur in Canone in Oratione: *Nobis quoque peccatoribus:* & ubi alias nominetur in eadem Missa, in qua de ea Commemoratio fit, juxta Rubr. Miss. de rit. celebr. tit. 5. num. 2. Idque ex suppositione, quod non simpliciter ratione Stationis in Missa fuerit inventa. Confer statim dicenda, ac dicta 18. Januar. art. 2. num. 7. & 20. Decembr. art. 2. num. 5.

Ex hodierna Commemoratione S. Anastasiæ in Missa orta est (ut observat Baronius in not. ad Martyrol. hac die in *Anastasia;* & Bened.

XIV.

XIV. de Fest. Nat. §. 3.) anilis fabula illa ; quod nimirum S. Anastasia interfuerit sanctissimo Virginis puerperio . Plane fabula : cum S. Anastasia temporibus Diocletiani vixerit , & Martyrium consummaverit . Deinde in partu Virginis nulla ibi obstetrix , nulla muliercularum sedulitas intercessit : ipsa pannis involvit Infantem , ipsa Mater , & obstetrix fuit : ut monet Hieronymus adversus Elvidium . Quidquid in contrarium in quibusdam veteribus Ecclesiæ præsertim Græcæ ; monumentis appareat . Vide Bened. XIV. cit. §. 3. ubi quidem meminit hujusmodi cujusdam monumenti , quod in nostra Sicilia conspiciatur in majori Ostio Ecclesiæ Cathedralis Monregalensis , & similiter in quadam musiva pictura ejusdem Ecclesiæ .

¶ Si autem quæras : cur de S. Anastasia fiat Commemoratio in Missa , cum Festum Nat. Dom. sit dup. 1. cl. qui ritus respuit Commemoracionem Festi simplicis ? Exceptionem esse præfatæ Regulæ generalis , putat Bissus . Quem rejicit Meratus to. 1. par. 1. tit. 7. num. 2. Auctor vero Micrologi c. 4. hanc reddit rationem : In Nativitate Domini ad Missam in mane Romani orationem de S. Anastasia adjiciunt , quia Stationem in Ecclesia ejusdem Martyris ad eamdem Missam agunt . Et nos quoque illos in illa adjectione imitamur , licet non eamdem adjectonis occasionem habere videamus . Profecto secundam Missam Nativitatis , in qua fit Commemoratio S. Anastasiæ , celebrare consuevit Summos Pontifices in Ecclesia ejusdem laudatæ Sanctoræ , testatum haberi ex vulgato Alcuino , & ex vetustissimis etiam Romanis ordinibus , rotavimus subs. 1. num. 39.

Alii vero tradunt , hoc esse monumentum veteris ritus , ex quo olim in publicis precibus Commemorantum siebat Sanctorum ; donec eorum Festis in ampliorem numerum excrescentibus , plures rationes eorumdem officia peragendi fuere ad inventæ . Vid. Emmam. Azeved. de div. offic. Exercitat. 11.

Sed ratio potior , & ulterior esse 68. videtur ; quod laudata Sancta fuerit celeberrima Romæ , quemadmodum testatur Baronius loco cit. ita ut hodierna Missa secunda olim a Summo Pontifice in illius Ecclesia fuerit celebrata ; ut jam diximus ; immo & ipsam Missam , est qui credat , aliquando fuisse de eadem ; et si deinde congruentius visum sit , hanc quoque Missam sieri de Nativitate Dominica ; cum Commemoratione S. Anastasiæ . Vide Meratum t. I. p. 1. tit. 7. n. 2. & par. 4. tit. 3. n. 5. & 9. & Lucium Ferrari in sua Biblioth. to. 7. edit. 3. Bonon. V. Vigilia . n. 28. Notat itisuper Baronius l. cit. duas fuisse Anastasiæ Martyres , unam Virginem seniorem dictam , quæ Sirmii passa legitur , et atque Constantinopoli celebris , cuius memoria celebratur die 28. Octobr. Alteram Viduam (sed & hanc Virginem , tradit Metaphrastes apud Ribad. Fl. Sanctor. 25. Decembr.) juniores , Romæ celeberimam ; quæque in Insula Palmaria temporibus Diocletiani Martyrium consummatum , & de hac hodie prædicta singularis Commemoratio habetur in Missa .

In singulis tribus Missis dicitur 63 Gloria in Excelsis . Confer dicenda tr. 2. l. 1. par. 1. c. 3. n. 15. versus : tempore Adventus . Item Credo . Rubr. gen. Miss. tit. 11. Præf. pro- pr.

pr. de Nat. usque ad Epiph. præterquam in die Oct. S. Joa. Ap. & item Communicantes propr. usque ad Oct. Nativ. Dom. inclusive, & non ultra.

- 70 In tribus Missis Nativitatis Domini Celebrans in Missa solemini, quando cantatur in Choro: *Et incarnatus est: si sedeat, surgit; & genuflectit.* Rubr. gen. Miss. tit. 17. num. 3. Genuflectit in infimo gradu Altaris laterali a parte Epistolæ. Caval. to. 5. cap. 12. n. 65. (alias per errorem 66.) Merat. t. 1. p. 4. tit. 3. n. 6. Genuflectit autem utroque genu, & cum profunda capitum inclinatione, ad specialem reverentiae significationem in die, qua specialiter recolitur Incarnatio, & Nativitas Salvatoris; in die, qua Pater æternus, *Cum iterum introducit Primumogenitum in orbem Terræ, dicit: O adorant eum omnes Angeli Dei.* ad Hebr. 1. 6. quia: *semetipsum exinanivit formam servi accipiens; in similitudinem hominum factus, O habitus inventus ut homo.* ad Philip. 2. 7. Confer Merat. to. 1. par. 2. tit. 6. n. 40. In Missis vero privatis genuflexio fit de more, unico tantum genu. Vide Caval. 1. cit. num. 63. (alias per errorem 64.) Merat. cit. tit. 6. n. 13. fine, & par. 4. 1. cit. Item Celebrans genuflectit in tertia Missa, etiam privata, tum in primo Evangelio ad illa verba: *O Verbum Caro factum est: tum in ultimo Evangelio, quod est de Epiph. ad illa verba: O procidentes adoraverunt eum.* Et quidem Celebrans in Missa privata genuflectit unico genu versus ipsum librum, & dum genuflectit, innititur Altari, utraque manu hinc inde extensa; Confer Meratura to. 1. par. 2. tit. 6. n. 7.

fine. At Celebrans in Missa solemini, dum Diaconus cantat prædicta verba, genuflectit (Confer dicenda sect. 6. n. 100. initio) versus Altare, similiter & omnes alii præterquam Diaconus, qui genuflectit versus librum; Subdiaconus vero tenens librum, & Acolythi tenentes candelabra omnino non genuflectunt Rubr. gen. Miss. tit. 17. n. 1. & 4. Quid notandum pro genuflexione Cantorum? Vide 25. Martii n. 11. In fine vero ultimi Evangelii, quod solus Sacerdos legit in Missa solemini, hic genuflectit versus librum, vel tabellam: similiter Diaconus & Subdiaconus; juxta Gavantum. Cæteri tamen de Choro genuflectunt versus Altare. Vide Merat. tom. 1. par. 2. tit. 12. n. 17.

Quamvis guttæ vini interne adhærentes calici, melius excludantur ab intentione consecrandi: intentio enim habenda circa materiam Calicis, est, ut Sacerdos intendat consecrare tantum illud, quod per modum unius continui potabile existit intra calicem: ut docet Suarez in 3. par. to. 3. disp. 43. sect. 6. Reginald. ac Laym. quos citat, & sequitur Diana tom. 2. edit. coord. tr. 1. R. 210. §. 4. & R. 211. §. 1. Tamen in his duabus primis Missis, guttas vini, etiam non vicinas fundo Galicis, melius in intentione consecrandi includi, docet La-Croix lib. 6. par. 2. de Sacr. Miss. qu. 76. §. 4. n. 53c. ne, inquit, postea sumatur aliquid non consecratum, per quod frangatur jejunium. Verum non explicat in quanta distantia adhærente debeant fundo Galicis, ut in intentione prædicta includantur. Profecto non videntur guttæ valde remotæ a fundo Galicis in intentione con-

consecrandi esse includendæ, si non sit periculum, miscendi illas cum speciebus consecratis, quando hæ sumendæ erunt. Si autem dicatur, quod non omnes guttæ interius inhærentes Calici includendæ sint in intentione consecrandi, sed solum illæ, quæ sunt vicinæ quantitati vini per modum unius continui existentis in Calice; & item guttæ, quæ a prædicta quantitate non sunt valde remotæ: tunc hæc sententia patitur difficultatem eamdem, quam ex Layman movet Diana contra sententiam Ægidii Koninch, qui docet; in consecratione Calicis non solum consecrari illam quantitatem vini, quæ per modum unius continui est in fundo Calicis, sed eas quoque vini guttas, quæ intra Calicem prædicto continuo liquori proxime adhærent ita; ut levi calicis agitatione reliquo vino misceri possint. Contra hanc doctrinam hæc opponit ex Layman Diana edit. coord. to. 2. tr. 1. R. 211. §. 2. Quod autem tenet Koninch de Sacram. q. 74. art 2. dub. 3. n. 43. eas quoque vini guttas consecrari, quæ intra Calicem reliquo liquori proxime adhærent, ut levi Calicis commotione admisceantur: difficultatem etiam babet secundum Layman loco citato: nam determinari non potest, quanta omnino esse beat talium guttarum propinquitas; fatetur enim ipsomet Koninch, remiores non consecrari. Neque vero potest consecratio, (sicut neque alterius Sacramenti consecratio,) pendere a futuro eventu contingente, at nimirum eæ solum guttæ consecrentur, quas postea contingat Calicis agitatione reliquo liquori commisceri. Hæc Diana. Cæterum nos infra n. 79. dicemus: guttas in infusione vini, & aquæ resilientes, &

interius Calici inhærentes, si remotæ sint a fundo Calicis, abstergendas esse purificatorio ante oblationem, etiam in secunda, & tercia Missa; dummodo non impegerint in partem Calicis, quam species consecratæ recether in præcedenti Missa tetigerint: quæ non sunt Purificatio abstergendæ.

Si vero vicinæ fundo Calicis fuerint guttæ, modica ejusdem Calicis inclinatione reliquo vino uniantur. Hujusmodi autem diligentia primum ante oblationem adhibita, & iterum, si oportuerit, renovata immediate ante consecrationem, videtur dicendum: ad evitandum periculum prædictum frangendi jejunium per sumptionem specierum minime consecratarum; Celebrantem debere in primis hodiernis duabus Missis intendere totum id consecrare, quod consecrabile existit intus in Calice. Merat. 10. 1. par. 4. tit. 3. n. 9. fine. Quod de vini, & aquæ guttis fundo Calicis non vicinis docuerat La-Croix, idipsum, ait, suaderi posse fortasse de panis partibus, quæ in eo Corporalis loco jaceant, unde postea particulæ colliguntur, & cum sanguine sacro sumuntur; nam, si non fuerint consecratæ etiam frangunt jejunium; ita ille; subdit ramen (quod ego valde amplector) quo ad has Ecclesiam non videri, jejunium adeo requirere scrupulose. Favet Vasquez relatus subs. 1. n. 29. fine.

In Canone in oratione Communi- 72 cantes in prima Missa dicitur: **O** noctem Sacratissimam celebrantes qua **O**c. At in secunda, & tercia Missa dicitur: Communicantes, **O** diem Sacratissimum celebrantes, quo **O**c. Si Missas tres omnes quis celebraret in

no-

nocte ante Auroram : adhuc in secunda , & tertia Missa ad Communicantes dicere deberet : diem Sacratissimum celebrantes . Sicuti e contra , qui omnes tres Missas celebrant in plena luce , in prima Missa ad Communicantes dicant adhuc : Noctem Sacratissimam celebrantes . Caval. to. 5. c. 14. n. 24. Merat. tom. 1. par. 4. tit. 3. n. 10. Nec id esse mendacium , ostendimus subf. 4. §. 3. n. 59. versu : Secundo non videtur . Qui autem celebrat unicam Missam ; quamcumque legat , (V. sup. n. 37.) si est in nocte , dicat : Noctem Sacratissimam celebrantes . Si autem celebret in aurora , aut in die , seu plena luce post ortum Solis , dicat : diem Sacratissimum celebrantes : Etiam si legat Missam , quæ in Missali hodie est ordine prima ; quia licet in Missali ad primam Missam præscribatur , dici : Noctem Sacratissimam , & ad secundam , & tertiam : diem Sacratissimum ; tamen non hoc præscribitur propter officium talium Missarum , sed propter tempus , in quo per se legi præscribuntur hæ tres Missæ ; quod quidem tempus pro prima Missa est nox ; pro secunda est Aurora ; pro tertia denique est dies , seu plena lux post ortum Solis . Si ergo legatur unice prima Missa prædicta post noctem : ita ut non sit voluntas celebrandi aliam Missam in hoc Festo : jam ipsa non consideratur amplius ut prima Missa , (in ordine ad tempus ,) sed ut secunda si legatur in Aurora ; vel ut tertia , si in die , seu plena luce . Ergo in ipsa dicendum est : diem Sacratissimum celebrantes , quo . Similiter , si legatur unice secunda , aut solum tertia Missa in nocte , & non sit voluntas celebrandi aliam Missam in

TOMO IV.

hoc Festo ; jam ipsa non consideratur ut secunda , vel tertia , (in ordine ad tempus ,) sed ut prima . Ergo in ea dicendum est : Noctem Sacratissimam .

Nec valet 1. opponere , quod qui celebraret in nocte omnes tres Missas , ad secundam , & tertiam deberet dicere : diem Sacratissimum : Et qui omnes tres Missas celebrant in die , in prima Missa deberet dicere : Noctem Sacratissimam ; etenim longe diversus est casus , in quo celebrantur omnes tres Missæ in nocte , vel in die , a casu , quo celebretur unica Missa in Festo Nat . Nam qui celebrat omnes tres Missas in nocte , vel in die : in uno & eodem tempore noctis , vel diei , simul repræsentat , & commemorat tria tempora ; nimirum tempus noctis , auroræ , & diei , pro quibus temporibus designatae sunt Missæ legendæ . Repræsentans igitur , & commemorans in prima Missa tempus noctis , in ea debet dicere : Noctem Sacratissimam , etiamsi legat in die ; & similiter in secunda , & tertia repræsentans , & commemorans tempus Aurora , & Lucis , in eis debet dicere : diem Sacratissimum : licet illas legat in nocte . Contra vero est in secundo casu , quo celebretur unica tantum Missa in hoc Festo ; tunc enim unicum tantummodo tempus repræsentatur , & commemoratur in illa : hoc autem congruentius est illud , in quo celebratur ; nimirum si in nocte , nocturnum ; si in Aurora , aut in die , seu plena luce , matutinum , vel diurnum . Ergo qui unicam Missam legit in hoc Festo , si celebret in nocte , utpote repræsentans solum tempus nocturnum , debet dicere : Noctem Sacratissimam . Si vero in

I i

Au-

Aurora, aut die, ut pote repræsentans hæc tempora, debet dicere: *diem Sacratissimum*.

74 Nec valet 2. opponere, quod in Missa Sabbati Sancti, quæ olim celebrabatur in nocte, et si eadem nunc celebretur in die, nihilominus adhuc dicatur ad *Communicantes: Noctem Sacratissimam celebrantes*. Nam similiiter respondetur: in Sabbato Sancto unicam Missam celebrari, & in ea unicum tempus, illudque noctis suisse repræsentantum, seu commemoratum, & repræsentari, seu commemorari; at vero in Nativitate Domini tres Missæ celebrantur, & in eis tria tempora recoluntur, videlicet noctis, auroræ, & diei. Qui tamen tantum unicam celebrat Missam, unicum commemorat tempus; hoc autem congruentius est, quod sit illud, in quo celebrat.

75 Qui vero duas tantum Missas celebrat, quaslibet legat, & quovis tempore, ad primam Missam, quam legit, debet profecto dicere: *Communicantes, & Noctem*. Ad secundam: *Communicantes & Diem*: quia repræsentant duo tempora, quæ clarius indicantur nomine noctis, & diei.

76 Ad primam, & secundam Missam sumpto sacro Sanguine, & diligenterius hausto, deponitur super Altare in loco suo Calix; & manibus junctis ante pectus, dicitur utraque precatio, dici solita in purificatione Calicis, & ablutione digitorum: nimirum: *Quod ore: &: Corpus tuum Domine:* Gavant. in Rubr. Mis. p. 4. tit. 3. n. 4. Meratus ibi n. 7. La Croix lib. 6. par. 2. qu. 76. Ante præfatas autem orationes expedit, cooperire Calicem Patenam, & Palla patra Patenam Merat. l. cit. ad vietandum periculum, ne muscae inven-

lent in Calicem, vel aliquid aliud decidat in eundem, sacras species continentem nondum exsiccatas. Confer infra dicenda n. 79. initio.

Præfatis Orationibus recitatis, fit ablutio digitorum in Vasculo aqua pleno. Gavant. par. 3. tit. 9. n. 4. Merat. l. cit. & præparato, ac locato supra Altare prope Corporale a parte Epistolæ. Ablutio Calicis non sumitur, ex Innocentio III. C. Ex parte. de celebr. Miss. & Calix ipse nullo modo purificatur, ex declar. S. C. R. huius tenoris: *In prima, & secunda Missa, que celebratur in die Feso Nativitatis D. N. J. C. non debet fieri purificatio Calicis. S. I. C. 16. Septembr. 1702. apud Merat. ind. Decr. Miss. nu. 563.* (si vero non immediate celebretur alia Missa, quid fieri possit; Vide Subs. I. qu. 12. n. 39.) Neque idem Calix purificatorio tergitur, nisi in fine tertiae, seu ultimæ Missæ post purificationem, & ablutionem illius. Gavant. in Rubr. Mis. p. 4. tit. 3. n. 4. Merat. ibi n. 7. sicut etiam nec os Sacerdotis: sed facta ablutione digitorum in supradicto Vasculo, præparatur, seu ponitur super Patenam hostia pro alia Missa, & cooperatur Calix de more.

In prima Missa solemni, post summationem Calicis, Subdiaconus illum defert sine purificatorio ad paryam mensam, seu Credentiam, de more: ubi supposita saltem Palla (vide autem infra dicenda n. 79.) decenter reservabitur usque ad secundam Missam. Poterit etiam a Credentia in Sacrarium per aliquem alium Ministrium Sacrum deferri, ibique in loco decenti, & clauso custodiri, modo præfato usque ad alteram Missam. Merat. l. cit. n. 8. vel

vel certe relinquatur cum Corporali extenso super Altare prope tabellam Secretarum, ne impedit incensationem Altaris faciendam in Laudibus: & hoc postremum magis probat Gavant. in Rubr. Miss. par. 4. tit. 3. n. 4. Alicubi autem consuevit Calix purificari vino, & ablui aqua, ac deinde abstergi de more: Purificatio tamen, & ablutio conservari in Vasculo mundo posito super Corporale, alterum ab eo, in quo celebratur, & palla testo, in Sacrarium projicienda, postquam sacras species penitus evanuerint. Vid. dicta subl. I. qu. 12. n. 39.

78 In Natali Domini in tribus Missis post sumptionem Sanguinis, eundo, & redeundo in medium Altaris, non est facienda genuflexio, vertendo se Celebrans ad Dominus vobiscum: & ad dandam benedictionem, debet renes vertere ad Altare, licet species vini non sint exsecatae in Calice; & serventur Rubricæ Missalis Romani de ritibus servandis in celebratione Missarum 11. & 12. n. 2. S. R. C. 29. Julii 1686. in Angelopolitana apud Merat. Ind. Decr. Miss. n. 487. In idipsum collimat sequens decretum: In transiendo de una ad alteram partem Altaris in prima, secunda, & tercia Missa Nativitatis Domini serventur Rubricæ Missalis, quæ nullam præscribunt genuflexionem ante Calicem esse faciendam. S. R. C. 2. Aug. 1698. apud Merat. ind. Decr. Miss. n. 537. Confer eundem Merat. tom. I. par. 4. tit. 3. n. 11.

Si Sacerdos in prima, auf secunda Missa frangat jesunum ad communioni requisitum: puta sumendo purificationem Calicis: non posse celebrare aliam Missam, monuimus subl. I. qu. 7. n. 28.

In secunda, & tertia Missa ad oblationem hostie, Calix nudum purificatus non removetur a Corporali; sed maneat super illud collocatus parumper versus cornu Epistolæ. Merat. par. 4. tit. 3. n. 9. Nec relinquatur discooperitus, sed expedit, illum interim cooperire palla parva: (quæ a Patena est removenda in actione præfata:) ad vitandum periculum supra dictum, ne Muscae involent in Calicem, vel aliquid aliud decidat in eumdem, quem Sacras species nondum exsecatas adhuc continent, certum moraliter est Merato l. cit. n. 8. ad quod utique periculum removendum Rubricæ Missalis quoties disponunt discooperiri Calicem, eundem faciunt quantocius cooperiri. Profecto ut animadvertis Meratus to. I. par. 2. tit. 8. n. 23. in celebratione Missæ Calix cooperitur Palla ante, & post consecrationem, ne musca, aut quid simile intrerit in illum. Facta oblatione hostie in eadem secunda, & tercia Missa, ad vini infusionem, idem Calix elevatus fertur ad cornu Epistolæ, ob respectum earumdem Sacrarum specierum: ibique non collocetur super nudum tobal Altaris seu tobaliam, sed manu teneatur elevatus, vel certe reponatur super Pallam parvam: si tamen hæc in parte superiorius contexta sit auro, vel serico, (quod otii licere concedat Busemb. lib. 6. par. 2. tr. 3. c. 3. dub. 5. versu 6. Palla: & ita communis consuetudo habeat in nostra Sicilia: attamen S. R. C. in una Camald. Monitis Coronæ 22. Januar. 1701. declaravit: in Sacrificio Missæ non esse adhibendam Pallam a parte superiori drappo serico cooperit; apud Caval. t. 5. c. 7. §. 22.

I i 2 & apud

& apud Merat. *ind. decret. Miss. num. 552.*) collocetur Calix super ejusdem Pallæ partem inferiorem in qua apparet corporale. Propter easdem sacras species non abstergitur Calix purificatorio, antequam infundatur vinum, & aqua; nec postea abstergitur a guttulis interne forte adhaerentibus, ne simul cum eis abstergantur præfatæ species consecratae nondum exsiccatae; nisi aliqua guttula satis remote a fundo Calicis resilierit, & non impegerit in partem, quam recenser tetigerint species consecratae; tunc enim erit abstergenda talis illa guttula; & ideo optimum erit, si Celebrans, quando sumit in prima Missa Sanguinem sacram, iacet illam partem Calicis, per quam illum sumit: non quidem signum aliquod apponendo Calici, quod non decet; sed per aliquid jam existens, inhærensque ipsi Calici, puta notando aliquam sculpturam in prædicta parte, quemadmodum consuevit ad ornatum extra Calicem, ut figuram Angeli, vel speciem floris; & ex eadem parte Calicis deinde in secunda, & tertia Missa sumat Sanguinem, atque adeo purificationem, ablutionemque in tertia Missa. Conetur autem Celebrans, quantum potest, ne ad infusionem vini, & aquæ, guttulæ ullæ resiliant; quod videtur facile impediri posse, si Calix parum inclinetur, & supra latus inclinatum, & prope fundum Calicis infundatur vinum, & aqua. Quod si aliqua guttula vini, vel aquæ prope fundum Calicis impegerit, parva ejusdem Calicis inclinatione reliquo vino misceatur: quæ etiam diligentia renovetur immediate ante Consecrationem, juxta superius dicta n. 71,

Præparato Calice cuna vino, elevatus reportatur ut supra ad medium Altaris; vel si fuerit collocatus supra Pallam parvam supradictam, poterit Celebrans de more manibus junctis procedere ad medium Altaris & ibi manu dextera de more extensa accipiat Calicem, & faciat oblationem ejusdem.

Ad Consecrationem Calicis quænam intentio haberi debeat consecrandi? docuimus supra n. 71. In secunda, & tertia Missa Sanguis sumatur per eamdem partem Calicis, per quam in priori: & per eamdem sumatur purificatio, & ablutio in tertia, seu ultima Missa, ut modo supra monuimus.

In fine tertiae Missæ legitur Evangelium Epiphaniæ, non autem S. Joan. *In principio erat Verbum. Rubr. gen. Miss. tit. 13. n. 2.* ne in eadem Missa legatur bis idem Evangelium. Legitur autem Evangelium Epiphaniæ potius quam aliud, quia convenit Nativitati Christi, & in fine suæ lectionis occasionem præbet adoranditum genuflexione. Verbum Incarnationis, & Natum: ut superius notavimus. n. 70.

Animadvertendum est hic ex Ga. 82 vanto in Ruby. *Mis. par. 3. tit. 9. n. 4. & par. 4. tit. 3. n. 4.* ablutionem digitorum, (de qua supra n. 76.) quæ facta fuit in prima, & secunda Missa in separato vasculo, si eam non sumat idem celebrans in tertia Missa: (ut cæteroqui disponit Meratus *to. 1. par. 4. tit. 3. num. 10.* ubi vult, quod Celebrans, sumpto Sacro Sanguine, & ejusdem Calicis purificatione peracta consuetu ritu: deinde præfatam aquam ablutionis digitorum e vasculo suo im mittat in Calicem prædictum purifica-

ficatum, & sumat, ac denique faciat de more in eodem Calice ablutionem digitorum, & postquam extiterit Calicem, etiam Vasculum, in quo fuit aqua ablutionis præfatae purificatoria extergat:) sumendam ab iis, qui tunc forte communica- verint, vel in Sacrarium esse fundendam; quemadmodum juxta Rituale, faciendum est pro ablutione digitorum, quæ in vasculo a Calice separato fiat in communione ad ministrata populo. Vid. Caval. t. 4. in d. 13. n. 37. Gavant. in Rubr. Miss. par. 3. tit. 9. n. 4. & par. 4. tit. 3. n. 4.

An possit ministrari Eucharistia in nocte Nativitatis? Vide sect. 5. De specialibus notandis pro Missa, quæ alicubi celebratur ante medium noctem Nativ. differemus subs. sequ. An, & quale peccatum sit omittere Præfationem propriam, & *Communiantes* proprium? Item, an, qui hæc ex obliuione omisit, sed recitavit de communi, debeat deinde supplere, ubi errorem adverterit? Examinabimus tr. 2. in Dom. Resurr. art. 3. qu. 1. & 2. Hic autem

82 Qu. I. An peccaret mortaliter Sacerdos, qui hodie in prima, & secundam Missa advertenter abstergeret purificatorio sacras species, quæ remanserunt post sumptionem Calicis?

R. Abstergere purificatorio species consecratas, mortale esse supponit Diana tom. 2. edit. coord. tr. 1. R. 210. §. 3. Quod si ita est, ad quæstionem propositam respondetur affirmative: Videlur enimvero in hoc gravis committi irreverentia.

83 Qu. II. Utrum numerus ternarius & Officia Missarum hodiernæ Festivitatis, nec non tempora diversa

præfixa ex Rubrica Missalis ad hujusmodi Missas, saltem solemniter celebrandas, aliquid in se contineant mysterii?

R. Affirmative: nam ex D. Thoma 3. par. qu. 83. ar. 2. ad 2. & Joanne Beleth de Dizin. Offic. c. 69. per tria Sacra significantur tres Christi Nativitates: scilicet Æterna, qua nascitur Deus ex Patre: Spiritualis, qua nascitur in cordibus nostris per gratiam: Corporalis, qua nascitur homo ex Matre.

Prima autem omnium, quæ celebratur in nocte, significant corporalem Christi generationem, quia natus est in nocte. Vid. Azor. *Inst. moral.* par. 2. l. 1. c. 9. qu. 4. & A-Lapide in *Luc.* 2. 8. Idque, ut significetur, eum venisse incognitum. Item, uti Augustinus ait quæst. 53. inter quæst. Veteris, & novi Testam. ut significetur, quod Christus quasi Sol veritatis, & Justitiae illuxit his, qui in tenebris, & in umbra mortis sedebant. *Luc.* 1. 79. quemadmodum prædixerat Isaias c. 9. v. 2. *Populus*, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione umbra mortis, lux orta est eis.. Celebratur insuper hæc prima Missa quamprimum post medium noctem, dicto Matutino; quia Christus natus est statim post medium noctem, incipiente die 25. Decembr. Azor. & A-Lapide l. 1. cit. ob id ipsum in hac Missa cantatur Evangelium: *Exiit Edictum:* in quo talis Nativitas describitur.

Secunda Missa significant generationem Christi Spiritualem, qua in nobis per gratiam sanctificantem primo nascitur, unde celebratur in prima luce diei, seu in Aurora; & sic incipit Introitus: *Lux fulgebit hodie*

ſt.

super nos : juxta illud 2. Petri 1. 19. Donec dies elucescat , & lucifer oritur in cordibus vestris . Et Evangelium hujus Missæ loquitur de Pastoribus , in quibus per gratiam natus est.

Tertia denique Missa significat Verbi divini generationem æternam , quæ dicitur in die , seu plena luce , ad significandum illum diem æternitatis , de quo dicitur Ps. 109. 3. *In splendoribus Sanctorum ; ex utero ante luciferum genui te . Et Evangelium quod tanquam proprium hujus Missæ legitur post Epistolam , hoc fatis indicat : In principio erat Verbum . Introitus autem est : Puer natus est nobis , quia nomine illius pueri intendit Ecclesia , Nativitatem offendere .*

Alii vero mutant hunc ordinem ; & per primum Sacrum æternam generationem ; per tertium temporealem intelligunt . Vid. Durand. in Ration. lib. 6. c. 13. n. 23. & 24. Sed melius dicitur modo prædicto , ait Toletus in Sum. lib. 2. c. 3.

Denique dicit idem Toletus loco cit. ista tria Sacra significare tres Status , quibus homines salvati sunt : scilicet statum legis Naturæ : quæ per mediam noctem significatur : quia debilis erat tunc Dei cognitio in hominibus . Legis scriptæ statum : qui per Auroram significatur : quia tunc major facta est in hominibus cognitio Dei . Legis Gratiae statum : qui per diem , in quo divina Gratia , & cognitio maxime abundat . Ita etiam habet Glossa in C. Nocte Sancta . 48. dist. 1. de Consecr. & in C. Consulutiss. de Celebr. Miss. Favetque Honorius in Gemma lib. 4. cap. 104. & duob. sequ. ubi docet , Celebrari a singulis Sacerdotibus tres Missas in

Natali Domini ad significandam salutem advenientem & iis , qui ante legem , & qui in ea , & qui post eam : & videri etiam potest Durandus l. cit. a n. 17. Hugo Victor . in Specul. Eccl. cap. 4. & rursus observat. Missar. lib. 3. c. 5.

S U B S. VI.

De Missa alicubi celebrata , & audita ante medianam noctem .

RO⁺OTAVIMUS Subs. 4. n. 46. alie-
bi sive ex speciali dispensatio-
ne Pontificia , sive ex Consuetudine
permissa , celebrari primam Nativi-
tatis Missam ante medianam noctem :
ut Romæ in Sacello Pontificio , &
Venetiis in Templo S. Marci Evan-
gelistæ , & nonnullis aliis ibidem Ec-
clesiis indicatis a Lucio Ferrar. in
sua Biblioth. to. 5. V. Missa art. 5.
n. 51. edit. 3. Bonon. De hora ce-
lebrandi hujusmodi Missam in Sa-
cello Pontificio , scribit Benedictus
XIV. de Synod. Dioces. lib. 6. c. 4.
n. 14.

Quæres autem I. An satisfiat præ-
cepto audiendi Sacrum , si audiatur
Missa , tempore prædicto celebrata in
hujusmodi locis ?

R. Pasqualigus apud Franciscum
de-Lugo de Sacram. lib. 4. de Eu-
char. c. 7. qu. 6. n. 64. putat ve-
rius esse , per prædictam Missam non
satisfieri simpliciter præcepto Eccle-
siæ . Movetur ex eo , quia putat ,
præceptum audiendi Missam obliga-
re ad illam audiendam intra tem-
pus , quo de jure communi potest
celebrari . Ergo .

Verum sententia Pasqualigi vide-
tur singularis , inquit idem de-Lugo
lib. 5. de Missa c. 14. qu. 3. n. 26.
& con-

& contra communem sensum Doctorum, qui communiter fatentur: dum Sacrum fiat in Festo post medium noctem diei praecedentis, & ante medium noctem diei sequentis, ejus auditio præceptum audiendi Sacrum impleri. Præcipitur enim auditio Missæ de Festo, & hoc durat a media nocte usque ad medium noctem; sic de-Lugo; qui etiam id confirmat ex eo, quod secus sequeatur, illos excusari ab audienda Missa, qui non possunt in Festo Missam audire nisi ante, vel post tempus ex communi jure præscriptum, puta ante Auroram, vel post meridiem. Quod si Parochus vel ex malitia, vel ex ignorantia, vel ex impotentia, quia exempli gratia plures habet Ecclesias, differret aliquando Sacrum post meridiem; non teneretur populus illud audire; quod est contra communem sensum: ita Franciscus de-Lugo, qui citat Sylvestrum, & Fagundez. Cum de-Lugo sentit Diana *to. 2. edit. coord. tr. 1. R. 108. §. 4.* & Leander apud ipsum. Eamdem sententiam tamquam probabiliorem tuetur La-Croix *lib. 3. par. 1. qu. 151. §. 1.* quia, inquit, quacumque hora diei Festi a media nocte ad medium noctem audiatur Missa, verum est, Missam eo die esse auditam. Ita La Croix, & Gobat apud eum, atque alii laudandi inf. q. 3.

85 Sed dices: quod sicut solet ex privilegio celebrari Missa in Oratoriis privatis, & tamen non satisfaciunt præcepto, nisi qui habent speciale privilegium, quod possint satisfacere per Missam auditam in Oratoriis hujusmodi: ita similiter in præfatis locis privilegiatis potest esse tantummodo privilegium celebrandi Missam

ante medium noctem Nativitatis; non item vero quod audientes illam satisfaciant præcepto.

R. In opposito casu restrictionem constare ex expressa Pontificis voluntate, & dispositione; contra vero in casu prælenti: immo potius est argumentum, affirmandi, Pontificem libenter velle, per hujusmodi Missam satisfieri posse præcepto: neque enim credibile est, quod ex peculiari pietate erga hodiernum Mysterium, factum sit privilegium celebrandi Missam cum publico officio etiam ante medium noctem; simulque defraudetur populus huic publico Officio assistens, facultate adimplendi præceptum per hanc assistentiam eidem publico Officio & Missæ. V. uberioris dicenda infra n. 87.

Qu. II. An per Missam prædictam *85* auditam ante medium noctem Nativitatis satisfieri possit duplici præcepto: pro die videlicet Nativitatis, & simul pro die Nativitatem præcedente, si sit Dominica.

R. Negative. Videatur Cresp. a Borgia *in q. q. Mor. qu. 10. allegatus a La-Croix lib. 3. p. 1. q. 151. §. 2.* Lucius Ferraris in sua Biblioth. *to. 5. V. Missa art. 5. n. 52. edit. 3. Bonon.*

Pasqualigus, qui, ut vidimus *qu. 87* i. putat verius esse, per prædictam Missam simpliciter non satisfieri præcepto: etiam dicit: quod et si concederetur valere illam Missam ad adimplitionem alicujus præcepti; potius valere dicenda esset pro die Nativitatem præcedente si ea e. g. sit Dominica; ad quam utique pertinet illa media nox, in qua celebratur, ante pundum mediæ noctis pertinentis ad sequentem diem Nativitatis. Movetur eadem ratione su-
pra

pra facta. Addit etiam (apud Dianam *to. 2. edit. coord. tr. 3. R. 11. §. 1. & R. 12. §. 2.*) nihil prodefse, quod illa sit Missa de Nativitate, quia præceptum audiendi Missam non obligat audire Missam propriam diei. Nec dici posse, subdit, quod juxta mentem Pontificis per prædictam Missam satisfieri potius valeat præcepto pro die Nativitatis: quia aliud est, inquit, quod velit Pontifex celebrari illam Missam pro Festo Nativitatis: & aliud, quod velit celebrari in ordine ad satisfaciendum præcepto. Nec posse tandem dici: in Sacello Pontificis, ubi prædicta Missa celebratur, anticipari ex voluntate Pontificis diem Nativitatis: quia alioquin Pontifex non dispensaret, inquit, cum Brevi speciali, ut quotannis facit, cum Cardinali celebraturo, ut possit non jenunus celebrare. Hæc Pasqualigus.

Contra vero inhærendo responsionis datæ ad Qu. I. dicendum est, prædictam Missam celebratam ante mediam noctem Nativitatis valere per se ad satisfaciendum præcepto audiendi Missam in die Nativitatis non autem simul pro præcedenti præcepto Dominicæ: ita ut qui illam audierint, non teneantur alteram audire post medium noctem pro die Nativitatis. Ita docent Cardinalis de-Lugo *de Eucbar. disp. 15. sect. 2. fine.* Franciscus de-Lugo *de Sacram. lib. 4. de Eucbar. c. 7. qu. 6. n. 63. fine.* Diana *to. 2. edit. coord. tr. 1. R. 108. §. 5. & 6. & tr. 3. ll. cit. Salmaticen. tom. 5. tr. 23. cap. 1. pun. 10. n. 216.* La-Croix *l. 3. p. 1. qu. 151. §. 2. num. 625.* Dicastillus apud Dianam *cit. tr. 3. R. 11. §. 2.* Lucius Ferraris in sua *Biblioth. t. 5. V. Missa art. 5. n. 51.* & alii. Non

una tamen, & eadem est omnium ratio. Alii enim dicunt: prædictam Missam ante mediam noctem Nativitatis ex privilegio celebratam, censeri optime intra diem Nativitatis; Ecclesia enim quoad functiones Ecclesiasticas incipit diem a Vesperis præcedentis diei Civilis; adeoque non diem, sed horam celebrandi tantummodo anticipari in prædictis locis, sicut hac ipsa nocte anticipatur, quantum est ex Jure communi, pro omnibus locis hora communiter designata ad celebrandas Missas. Ita Dicastillus, cujus verba recitavimus *lib. I. c. I. num. 73.* Idque significat etiam La-Croix *l. cit. videri insuper possunt dicta eodem cit. c. I. n. 8.* In Sacello autem Pontificis anticipari etiam diem Nativitatis in ordine ad illam Missam, sustinet Cardinalis de-Lugo *l. cit. n. 56.* Aversa *de Sacram. Eucbar. qu. 8. sect. 8. §. decimo etiam queritur.* Magri in *Hierolexico. V. Nut. Dom. Diana* *cit. tr. 3. R. 12. §. 3.* Breve autem illud, quod Pasqualigus affirmat, a Pontifice emanari quotannis: esse falsum, & fictum testatur Diana loco *cit. §. 4.* & Benedictus XIV. *de Synod. Diœces. lib. 6. c. 8. n. 16.* Alii sustinent & probant, per prædictam Missam satisfieri præcepto pro die Nativitatis, quia talis est Pontificis præsumenda voluntas; ita Cardinalis de-Lugo, & Diana, assentiturque Franciscus de-Lugo, ac Ferraris, qui insuper allegat expressam declarationem *Sacrae Congregationis Concilii, 13. Julii 1720.* sed de rationibus his & similibus, quibus Doctores sententiam hanc tuentur, videri possunt Auctores laudati locis citatis.

Nos autem sententiæ huic subscribere minimæ recusamus, utpote quæ ra-

rationibus tatis probabilibus fundatur, & bonorum ntitur auctoritate Doctorum: dummodo ea procedere intelligatur solum pro casu, quo satisfactum jam fuerit simili præcepto Dominicæ, quando Vigilia Nativitatis occurrit in ea. Si quis enim occurrente Natali in feria secunda, non audierit Missam mane Dominicæ præcedentis, teneretur assistere Missæ prædictæ celebratæ ante mediam noctem Nativitatis: atque adeo in media nocte pertinente ad diem civilem Dominicæ: & per auditio-
nem hujusmodi Missæ non satisfac-
ret nisi præcepto Dominicæ: conse-
quenter post mediam noctem iterum teneretur Missam audire in die civili Nativitatis, ad satisfaciendum vi-
delicet præcepto pro die ipsa Nati-
vitatis. Probatur ex eo, quia, se-
cundum dicta qu. 1. in die Festo
quacumque hora diei a media nocte
ad mediam noctem audiatur Missa,
satisfit præcepto pro die præsentis ci-
vili. Ergo qui illam non audierit
mane ante meridiem, tenetur post
meridiem usque ad mediam no-
ctem. Ergo qui in dicto casu in Do-
minica ante meridiem non audierit
Missam, teneretur post meridiem
usque ad mediam noctem: atque adeo
teneretur audire prædictam Missam
ante mediam noctem Nativitatis ce-
lebratam: & per hujusmodi Missæ
auditionem satisfaceret præceptio Do-
minicæ diei, quæ adhuc durat, &
& perseverat usque ad finem mediæ
noctis. Idcirco dixi supra, Missam
hanc ante mediam Noctem Nativi-
tatis celebratam, valere per se ad sa-
tisfaciendum præcepto pro die Nati-
vitatis; non autem simul pro die Do-
minica, si forte præcedat: quia quemadmodum docuimus qu. 2. non

TOMO IV..

potest per hanc unam, & eamdem Missam satisfieri præcepto duplice, Dominicæ videlicet, & Nativitatis: a quo maxime abhorre paens Pon-
fificis dispensantis censenda est; Aliun-
de vero tenetur quis audire Sacrum
intra cursum Dominicæ, aut Festi
cujuslibet. Ita in simili dochimus I. 1.
c. 1. n. 71. quod qui Matutinum
Festi sequentis recitat, ante medium
noctem, certissime non satisfacit pro
die sequenti, nisi ante eamdem me-
diā noctem satisficerit, seu satis-
faciat pro die civili præsentis, quo
ad similem obligationem recitatio-
nis Matutini: quod si non satisfecer-
it pro die præsentis; prædicta reci-
tatio anticipata respectu diei sequen-
tis, valere quidem potest in adim-
plementum præcepti præsentis; inte-
gra tamen manente obligatione reci-
tandi pro die sequenti, de quo V.
propositionem damnatam ab Alexan-
dro VII. loc. sup. cit.

Etsi autem quavis hora diei au-
diretur Missa a media nocte ad me-
diā noctem, satisficeret præcepto
pro die civili eadem, in qua Missa
audiretur, in sententia tradita q. 1.
nihilominus non est permittendum,
ut quis, occurrente Vigilia Nativi-
tatis in Dominica, differat auditio-
nem Missæ pro Dominica usque ad
illam horam, qua celebratur Missa
prædicta ante mediam noctem Nati-
vitatis in locis prædictis privilegiatis,
ita ut ante meridiem Dominicæ non
audiatur Missam, auditurus nocte se-
quenti: non est, inquam, id per-
mittendum; quia proculdubio dilata-
tio hujusmodi non est conformis
menti Pontificis; nec credimus, eam
in locis prædictis consuetudine ulla
permitti.

Qu. III. Qui prævideat, fore ut 89
K k in

in die Nativitatis non possit audire Missam, an teneatur anticipare, & prædictæ assistere Missæ ante medium noctem Nativitatis celebratæ in locis prædictis privilegiatis?

R. Affirmative respondendum esse videtur, quemadmodum pro anticipacione crastini Matutini in Vesperis diei præcedentis, quoad eum qui prævideat, fore, ut non possit illud crastina die recitare, statuimus l. i. c. i. a n. 73. videantur etiam dicenda tr. 2. lib. 4. par. 1. cap. 2. num. 233.

90 Qu. IV. An qui celebratus est prædictam Missam ante medium noctem Nativitatis, possit mane diei vigesimali quartæ celebrare, quemadmodum reliqui Sacerdotes?

R. Affirmative: vel quia illa Mis- sa, quam celebratus est in nocte ante medium noctem Nativitatis, censetur spectare ad diem Nativitatis: Cardinalis de Lugo *supra cit. sect. 2. fin.*, Gavantus in *Rubr. Miss. par. 4. cit. 3. num. 3.* & alii. Vel quia, etsi dicatur, spectare ad diem Vigilie Nat. tamen Pontifex con- cedens prædictam Missam extra ius, non tollit, quod, qui illam celebret, habet de jure; ut ait Pasqualigus apud Franciscum de Lugo *de Sacram. lib. 4. de Eucb. c. 7. quest. 6. n. 64.* Videri etiam potest Lucius Ferratis in sua *Biblioth. tom. 5. V. Missa, art. 5. num. 49. edit. 3. Bonon.*

91 Qu. V. An qui prædictam Missam celebratus est, debeat esse jejimus a pridiana media nocte Vigilie?

R. Affirmative. Consequenter nec in Missa Vigilie, quam de more celebrat mane die 24. Decembris, debet sumere purificationem. Gavant. *loc. cit.* Merat. in eundem locum Gavanti n. 12. La-Croix l. 3.

par. r. qu. 151. q. 2. n. 625. Benes- dictus XIV. *de Synod. Dioces lib. 61 c. 8. n. 20.* Ordo quidam pro divi- ni officiis Celebrat. Romæ editus 1645. relatus a Bened. l. cit. n. 21. & a Francisc. de-Lugo lib. 4. *de Eu- ch. c. 7. quest. 6. n. 57.* & Diana 20. 2. edit. *coord. tr. 3. R. 11. §. 4.* Qui ibi de Primicerio celebrante Ve- netiis in Templo S. Marci ante medium noctem Nat. testatur, quod semper Primicerius in illa nocte cele- brat jejonus. Et inferius: *Primicerii S. Marci semper celebrant in illa no- cte Nativitatis jejuni.* Idem ex Pas- qualigo testatur Franciscus de-Lugo l. cit. Idque moneri sub die 24. De- cembr. in Ordinario etiam Patriar- chali, quod anno quolibet Venetiis evulgatur, testatur laudatus Benedi- ctus XIV. cit. n. 21. Et ratio est, quia Ecclesia dispensat quidem in eo quod in dictis locis privilegiatis di- catur prima Missa solemnis Nativi- tatis ante medium noctem: non ta- men dispensat in jejunio naturali requisito a media nocte diei civilis, in quo celebratur Missa, usque ad Communionem faciendam in Missa eodem die civili celebrata. In quo jejunio etsi Pontifex valeat dispen- sare; rarissime tamen dispensavit, teste Francisco de Lugo l. cit. n. 56. & legi etiam potest Benedictus XIV. *constit. incip. Quadam de more. 54.* 10. 4. Bullar. sui. Confer dicenda tr. 2. lib. 3. par. 2. in ejus l. par. c. 3. sect. r. qu. 2. n. 13.

Licet autem hæc ita se habeant, 92 nihilominus Cardinalis celebrans in Capella Pontificis ante medium noctem Nativitatis, solet in Vigilia Nativitatis mane comedere, & pran- dere, uti testatur Diana l. cit. R. 12. §. 4. & Cardinalis de Lugo *de Eu- ch. 2. lib. 3. par. 2. in ejus l. par. c. 3. sect. r. qu. 2. n. 13.*

char. disp. 19. sect. 2. fine. An autem, hoc non obstante, dici possit, eum quoque celebrare jejunum? affirmant de-Lugo I. cit. n. 56. & alii qui censent, cum prædicto Cardinali non dispensari in jejunio, sed ipsum, licet mane comederit, nihilominus dici debere, jejenum Missam illam celebrare in Sacello Pontificis; ex eo quia, ajunt, pro illo loco, & pro illa nocte, & pro illa Missa anticipatur aliquantulum dies civilis sequentis initium; quod quidem potest Pontifex: atque adeo in Capella Pontificis in illa nocte respectu illius Missæ, tunc incipit dies civilis Nativitatis, quando Missa incipit. Quoniam ergo cum ipsa Sacrificii celebrationē incipit dies civilis, non obstat quod ante ipsam mane comederit. Sed tamen in ipsa Palatiī Pontificiī serotina collatione jejunii fieri solita, Cardinalis celebratus Missam prædictant, nihil edere, aut bibere consuevit. Quod autem ibi anticipetur dies Civilis Nativitatis, ex pluribus incongruentiis, quæ aliter sequentur, insinuare contendit *Cardinalis de-Lugo I. cit. n. 59.* Alii vero, ut opinor, rectius dicunt in dicto casu a Pontifice dispensari, sive tacite, ut vult *Di Castillus de Sacram. t. 1. sr. 4. dub. 17. qu. 7. n. 404.* & *Benedictus XIV. infra allegandus*; sive expresse: quod autem scripsit Pasqualigus, id fieri per Brēve, quotannis emanatum; Diana, & laudatus *Benedictus XIV.* falsum esse testantur, ut supra notavimus.

Ad hæc *Franciscus de-Lugo* quicunque cit. n. 60. & 62. inquit: sibi non esse dubium, quip Pontifex potest in dicto casu vel diei anticipare principium, (confer. dicta lib. i. c. i.

n. 5.) vel dispensare cum illo Cardinali, sive ut non jejunus celebret, sive ut jejunus celebret bis in Vigilia, & bis in die Natalis. Verum facilius, connaturaliusque videri, asserere dispensationem, quam ullam diei anticipationem. Eamvero Ecclesiasticum institutum, inchoandi diem a media nocte, sic est, inquit, ubique fixum, universaliterque receptum, ut numquam, & nusquam neverimus immutari, vel dispensari: cum tamen jejunium ante Communionem sæpe non obliget, & aliquando etiam dispensetur. Rursus dispensatio, cum sit privilegium, quod ex se respicit privatam personam, potest cadere connaturaliter super specialem personam, & locum ex causa speciali: verum anticipatio diei secundum se tangit regulam universalem; cum mensura temporis ex natura sua sit omnibus communis; unde non oportet pro casu particulari variari. Accedit, quod si dies anticipetur pro tali loco, poterit alter ibidem ante medium noctem similiter celebrare: quod tamen non videtur admittendum. Quapropter in praesenti casu facilius, & connaturalius videntur, asserere dispensationem, quam diei anticipationem; speculative loquendo. Hæc fere laudatus Auctor. Qui tamen subdit, atque fatetur, quæstionem hæc valde dubiam se inventire, quia nec *Summus Pontifex* satis exprimit mentem suam, nec omnes forsan Pontifices habuerunt eamdem, nec omnes fortasse *Cardinales* in tali celebrationē præximū servant eamdem, aut eamdem sequuntur opinionem.

Denique *Benedictus XIV. de Synod. Diaecas. lib. 6. c. 8. n. 15.* tra-

Kk 2 dit,

dit; ex relatione Magistrorum Cœremoniarum in Diariis: Cardinalem, qui Sacrum obtulit, nonnumquam ad celebrandam præfatam Missam accessisse jejenum: & affert exemplum Cardinalis Leandri Collaredi, & Benedicti Papæ XII. In casu autem quod non jejonus celebret; sustinet, ut supra īnuimus, ita fieri ex tacita dispensatione Pontificis, rationi admodum consona. *Enimvero*, (ait n. 17.) cum nonniſ, præbabito Summi Pontificis affensu, statu ad Matutinum inchoandum bora definiatur, profecto Summus Pontifex hanc ignorat, quo tempore in pervigilio Nativitatis Capella incipiat, qua bora solemnis Missa, cui nonnumquam ipse met Pontifex interesse solet, celebretur. Et quoniam præterea compertum persape illè est, eum, qui Sacrum offert, non esse jejenum, & tamen nullus unquam Pontifex edicuisse fertur, ut Cardinalis ea occasione ante noctis dimidium celebrans, a præcedenti media nocte jejunium servaret; nihil ultra requirendum videsur, ad tacitam Pontificis dispensationem inducendam, aquisitatis tamen, ac rationis legibus consentaneam. Hæc Benedictus: qui etiam n. 20. subdit: quod *Ex habetnus dictis colligitur*, privilegium, celebrandi Missam in Pontificia Capella ante noctis dimidium, non quidem per necessariam connexionem secum ferre aliud privilegium exemptionis a lege jejuni; immo vero posterius hocce privilegium esse repetendum a tacita Pontificis dispensatione, quam satis probant ea rerum, ac temporis circumstantiae simul sumptæ, quas supra memoravimus. Hinc sequitur, sublatissime circumspectiis, jam nullum tacita dispensationi esse locum, ideoque ad jejunium naturale servandum teneri,

qui alibi Sacrum offerat, etiam si ex Apostolico indulto media noctis articulum in Missa celebrationē præveniat. Videri etiam potest ejusdem Pontificis supra laudata Constitutio Quædam de more, §. 9. & 10. Quæquidem cum ab eo scripta sint, qui & ipse Romanus Pontifex in Petri Cathedra sedet, neque ea unquam auctor verbo aut facto retractavit; jam pro certis habenda sunt.

Ex dictis nota: quod etsi n. 91. initio dictum sit: Sacerdotem celebraturum alicubi per privilegium, aut legitimam consuetudinem ante medianam noctem Nativitatis, in Missa Vigiliæ, quam dicit mane, non debere sumere purificationem, ut nimicum maneat, inveniaturque jejonus pro prædicta Missa Nativitatis: tamen secus dicendum de Cardinali celebraturo in Sacello Pontificis: posito quod ipsi permisum sit mane in meridie prandere; si enim post Missam Vigiliæ prandebit, non est cur non sumere purificationem in Missa Vigiliæ.

Qu. VI. An qui celebrat prædictam Missam ante medianam noctem Nativitatis, si purificationem, & ablutionem sumat in ea, possit deinde post medianam noctem celebrare reliquias duas Missas?

R. Affirmative: imo etsi cibum sumeret post illam Missam, sed adhuc ante medianam noctem; ita Gavantus l. supra cit. qui, huic sententiaz, dicit, favere communem Doctrinam Theologorum. Vid. Luc. Ferrar. in sua Biblioth. tom. 5. V. Missa art. 5. n. 50. edit. 3. Bonon.

De Cardinali vero celebrante in Sacello Pontificis, testatur Cardinalis de-Lugo l. cit. eum in prædicta Missa non sumere purificationem, & ablu-

ablutionem, si velit post medium noctem celebrare secundam, & tertiam Missam: idque ex Rubr. illius Missæ, & praxi; ac post illam Missam non cœnare.

94 Qu. VII. An qui celebravit primam Missam ante medium noctem Nativitatis, possit deinde post medium noctem celebrare tres Missas?

R. Negative, sed reliquias tantum duas; vel quia illa prima Missa speccavit ad diem Nativitatis, modis superius explicatis, juxta varias Doctorum sententias: Cardinalis de Lugo *cit. sect. 2. fine*, Diana *to. 2. edit. coord. tr. 1. R. 96. §. 4.* & *tr. 3. R. 12. §. 4.* Vel quia jus concedit celebrari tres Missas in Missali præscriptas: unde qui celebravit primam die præcedenti, potest die sequenti dicere duas alias dumtaxat: & sic accipiendam esse dispensationem, inquit Pasqualigus apud Francis. de Lugo *l. 4. de Euchar. c. 7. qu. 6. n. 64.* Alii etiam apud eumdem *n. 57. & 62.* dicunt, jus in prædicto casu concedere, celebrari duas Missas in Vigilia Nativitatis, unam mane, alteram nocte; alias duas in ipso die Nativitatis post medium noctem. Adeoque in omnium sententia stat responsio negativa.

S E C T I O V.

Utrum in nocte Nativitatis possit administrari Sacra Communio?

95 In ipsa Nativitatis Domini nocte Communionem Sacram suscipere, adeoque & aliis ministrare licere affirmavit Diana *tom. 2. edit. coord. m. 2. R. 47. §. 2.* Tancredi loco infra cit. nec improbat Busemb. *lib. 6. p. 2. tr. 3. de Euchar. c. 3. dub. 3.*

resp. 1. fine. Pro hac sententia laudari possent Doctores communiter afferentes: licere communicare qualibet hora diei, scilicet Civilis, & Ecclesiastici, atque adeo non simpliciter usualis: hoc est nomine diei intelligentes non solum plenam lucem, ut falso explicavit Bordonus loco infra cit. sed etiam noctem, ita ut quacumque hora diei civilis, & Ecclesiastici, qui computatur a media nocte ad medium noctem, secundum dicta lib. 1. c. 1. art. 1. n. 4. & 5. per se, & secluso scandalo, liceat communicare ei, qui est a media nocte jejunus. Quod expresse docet Suarez *tom. 3. in 3. par. disp. 69. sect. 4. §. 7.* Tandem inquiri: ubi inquirit, quomodo computandus sit dies, intra quem non licet plus quam semel communicare? Et respondeat: Computandum esse a media nocte ad medium noctem; & sic servato jejunio naturali, secluso que scandalo, per se loquendo, in qualibet hora diei prædicti posse hominem communicare; quia etsi frequentius soleat communio dari usque ad meridiem, eo quod illud tempus sit opportunitus: attamen nulla est lex, quæ ad hoc obliget, nec consuetudo haec tenus ita introducta est, ut præceptum induxit. Ita Doctor eximus, qui etiam citat Angelum, & Sylvestrum. Quamvis Cavalerius *to. 4. c. 4. comment. in descr. 5. fine* putaverit, legem prohibentem Sacerdotibus post meridiem celebrare, etiam militare pro reliquis Fidelibus utriusque sexus, ne scilicet & ipsi communicent post meridiem; quemadmodum, ait, iidem Fideles communiter censentur adstringi, pro non communicando bis in die, illa Sacerdotum lege, quæ hos a bina ce-
le-

lebratione prohibet; & quemadmodum ipsa Laicorum communio Eucharistica ex primæva sui institutio-ne pertinet ad ipsam Sacrificii actionem.

Dicitum est: *per se*, *seclusoque scandalō licere*: quia vitari deberet quam maxime scandalum, quod facile sequeretur, si publice communio suscipieretur extra horas, quibus sive ex jure communis, sive ex privilegio quod communiter habent Regulares, celebrari possunt Missæ. Rursus dictum est: *per se loquendo licere*: quia sunt, qui velint, ob reverentiam tanto debitam Sacramento, neque privatim communicare, permittendum esse extra prædictas horas, puta sub vespertas. Videatur Diana tom. 2. edit. coord. tr. 2. R. 37. Et R. 41. Sa V. Euchar. n. 19.

In nocte vero Nativitatis communicare licere, simpliciter negat Bordonius to. 2. Resol. 56. n. 51: ex infirmis tamen rationibus.

96. Ego autem dico primo: in nocte Nativitatis licere communicare privatim, puta januis Ecclesiæ clausis, vel in aliqua Capella privata in Dominibus Regularium: adeoque Eucharistiam aliis ministrare privatim; quia per se, & secluso scandalō, licet etiam nocte, hora maxime, quæ licet celebretur, communicare, & ministrare aliis communionem: ut iam dictum est ex communi Doctorum. Nee haecenus extat prohibitio specialis, ex qua non licet, in nocte Nativitatis communicare privatim, & privatim modo prædicto ministrare communionem. Omnia vero sunt licita, quæ nulla lege aut jure sunt vetita: uti haber generale Axioma apud Lohner, & ex eo Zacchar. in Synops. c. 3. Axiom. I.

Quod etiam absolute, & universaliter quovis alio die fieri posset, ex Suarez I. cit. per se loquendo, & secluso scandalō.

Confirmatur ex eo, quod etiam in prima Missa Nativitatis, quæ celebratur mox post medianam noctem, fit mentionio Communionis populi, verbis videlicet illis: *Ut quotquot ex hac Altaris participatione Sacrosanctum Filii tui corpus, & sanguinem sumperimus* &c. Rursus in illa quoque Missa dicitur Oratio nuncupata Post-communion, in qua fit mentio Communionis etiam a populo sumptæ in eadem Missa. Denique Concilium Tridentinum sess. 22. c. 6. de Sacrif. Missæ, absque exceptione illavat: quod *Optaret quidem Sacrosancta Synodus, ut in singulis Missis omnes Fideles adstantes, non solum spiritualiter affectu, sed Sacramentali etiam Eucharistiae perceptione communicarent*. &c. Ergo in nocte Nativitatis licet etiam statim post medianam noctem communicare, saltem privatim: quod addo, quia jam non licet communicare publice nocte hac, atque adeo Communionem publice ministrare, cum adsit prohibitio specialis. Quapropter

Dico 2. Non licere in nocte Nativitatis Eucharistiam publice ministrare fidelibus utriusque sexus: quia id est specialiter prohibitum pro hac nocte, quemadmodum declaravit Sacra Congregatio Rituum, monitque Benedictus XIV. in tract. de Missa societ. 2. c. 6. §. 3. initio. Nec iam contradicerent Diana, & alii, qui ideo affirmarunt licere, quia nondum erat aliunde prohibitum. Prohibitionis autem hujusmodi plures nos declarationes Sacrae Congregationis Rituum exposuimus subl. 4. §. 2.

§. 2. in quorum una edita anno 1686. additum, esse prohibitum in eadem nocte Nativitatis excipere Confessiones in Ecclesia, maxime mulierum: sed expectandum esse, donec illucescat aurora tam pro Confessionibus mulierum excipientis, quam pro Eucharistia ministranda Fidelibus utriusque sexus. Hæc prohibitio afficit omnes etiam Regulares, ut eadem S. C. declaravit ibidem, tum Ordinum Mendicantium, tum Congregationum Monachalium, tum omnes cuiuscumque alterius Instituti, etiam speciali mentione nominandos. Conformiter ad hujusmodi Decreta Sacrae Congregationis, eaque etiam expresse approbando; speciale Edictum edidit Summus Pontifex Clemens XI. pro Urbe, & Ditione Pontificia, nonnullis poenis impositis contra transgressores, tuus Edicti verba recitavimus l. cit.

Interdictum prefatum in Decreto allegato vocatur *præceptum*: ita enim habet: *Præceptum, quod in nocte Nativitatis Eccl. Pater Chiavetta, qui scripsit an. 1717. 10. 2. Consult. 158. sine, Simpliciter excusavit a peccato in nostro Regno Siciliæ propter consuetudinem, quæ tunc extabat in contrarium. Præcedenti sect. 4. subf. 4. §. 4. n. 66. tradidimus: quomodo Moniales Monasterii S. Joannis Civitatis Lupiarum (Lecce) in Regno Neapolitano cupientes in sua ipsarum Ecclesia Missam celebrari in Nocte Nativitatis, & in eadem sibi Communionem SS. Eucharistiae ministrari, recursum habuerunt anno 1774. ad Sanctam Sedem, quæ remisit preces arbitrio Episcopi, quo etiam consentiente, facultas non intelligebatur concessa nisi ad triennium tantum. Hujusmodi autem*

prohibitio justis facta est profecto de causis. In allegato Edicto Clemens XI. circa tempore hanc assertur, Communio prohiberi in Ecclesiis nocte Nativitatis ministrari fidelibus, ad vitanda inconvenientia: Ea prætulubus, quæ maxime iæderent reverentiam tanto debitam Sacramento: plerique enim a cœna, & variis collocationibus surgentes, Nativitatis Dominicæ nocte ad Ecclesiam veniunt tamquam ad spectaculum profanum, curiositate magis, quam pietate ducti, nec ibi debitum silentium custodiunt, nec, ut oportet, reverentiam servant, dum divina officia celebrantur.

In nocte Nativitatis ex decreto 99 supra allegato non sunt excipiendæ Confessiones maxime Mulierum, donec illucescat Aurora; posse nihilominus excipi confessiones Virorum contendit Cavaler. 10. 4. c. 4. comment. in decr. 5. n. 4. rationibus tamen nonnullis valde dubiis; cuius ideo nos opinioni non assentimur; hoc ipso enim quod Confessiones maxime Mulierum dicuntur prohiberi, Confessiones etiam Virorum simpliciter censentur prohibitas; quamvis ad denotandam maiorem inconvenientiam in excipiendis Confessionibus Mulierum, additum sit illud Maxime, itemque ad inculcandum maiorem conatum Sacrae Congr. pro illicis coercendis: manente tamen semper universaliter etiam pro viris prohibitione. Rechte vero idem Caval. animadvertis n. 5. quoad excipiendas Confessiones, tunc dici, Aurora fatis illucescere, non quando prima lux per terram diffundi incipit, sed quando ita diffusa est, ut objecta facile discerni valeant.

Nota hic, quod, si Episcopus prohibi-

- hibeat sub pena Suspensionis, ne audiatur Confessiones in Templo tempore nocturno: tunc invalide absolvit, sentit Bordonus, & Trimarchi apud Dianam to. 1. edit. coord. tr. 3. R. 43. §. 1. Sed contradicunt Aversa de Sacram. Pœnit. quest. 16. sect. 4. §. Praeterea. & Diana l. cit. §. 2. quia inquiunt, in talibus Decretis, & Editis non solet adesse clausula irritans: & intentio Episcopi tantum est, prohibere, non item irritare tale, Confessiones: quasi absque jurisdictione, vel approbatione factas; ita illi: Qui etiam ditunt: in casu Suspensionis ipso facto incurriendæ, hanc penam non statim incurri, dum Confessarius incipit confessionem audire, sed solum dum perficit, impendendo absolutionem, quia tunc completur delictum. Ac etiam post incursam suspensionem, licet Confessarius ministrando peccat, & irregularitatem insuper incurrit, tamen non esse irritas Confessiones eorum, qui bona fide accedant: sicut nec quando Confessarius est excommunicatus, donec sit publice denunciatus, & vitandus; juxta Extravagant. Ad evitanda. Hæc Diana, & Aversa.
99. Ex dictis resolves, irritum in praesenti Ecclesiæ disciplina esse Votum communicandi in Nocte Nativitatis: stantibus enim præfatis decretis S. C. non esset amplius Votum de meliori bono, ut quidem esse deberet: Quod si secus statuit quisquam ex Veteribus, ut Tancredi tract. 3. de Vot. qu. 76. fortasse aut non erat eo tempore prohibens decretum, aut nondum pro universali lege receptum: quod si alicubi de contraria consuetudine legitime vigente constaret; valor utique talis Voti pro eo loco sustineri deberet.

S E C T. VI.

De Functionibus Pontificalibus.

PEPISCOPUS ad Matutinum in nocte Na-

100

tivitatis potest sedere, vel in Sede Chori, vel in Sede Episcopali, prout melius sibi videbitur, & magis populo satisfaciet. S. R. C. 15. Martii 1608. apud Zachar. ind. Decret. n. 770.

Episcopus celebrans Missam de Nativitate Domini in Pontificalibus, vel adest cum Pluviali, vel Cappa: que eo die ob maximam solemnitatem numquam conveniret: ex quo sedens legis Evangelium, non debet genuflexere ad Verbum Caro factum est. Sed solum quando Diaconus illud cantat. S. R. C. 28. Septembr. 1708. in Bracharen. apud Merat. ind. decret. Miss. n. 636. Confer dicta sect. 4. subl. 5. n. 70.

In Feste Nativitatis Domini Functiones Pontificales; absente vel impedito Episcopo, spectant ad primam Dignitatem ex decr. S. C. R. quod recitavimus 6. Januar. n. 43. Lege ibi. Facit autem pro hac die specialiter aliud sequentis tenoris: Celebratio Missæ solemnis in diebus Nativitatis Domini; Paschatis, Resurrectionis, Pentecostes, & in die Festa Corporis Christi spectat privative ad primam Dignitatem, seu primum de Capitulo. Eo autem absente, vel impedito, non potest, alium in sui locum, ad libitum, subrogare, sed bujusmodi celebratio fieri debet privative ab illo, qui immediate succedit, non vero ab Hebdomadario. S. R. C. 23. Martii 1709. in Compagna apud Caval. l. cit. d. 12. Vide tamen dicta 2. Febr. art. 3. §. 7. n. 43. & dicenda tr. 2. in fer. V. major. hebd. n. 174. fine.

Quan-

101 Quando dies Anniversaria Consecrationis Episcopi inciderit in Dominicam primæ Classis, infra bebdomadam maiorem, in diem Paschæ, Pentecostes, Nativitatis Domini, vel aliam solemniprem, non potest dici Missa de dicta Consecratione: sed in ipsa Missa de die fieri debet. Collecta pro Episcopo sub unica Conclusione, ut disponit Ceremoniale Episcoporum. S. R. C. 4. April. 1705. in Lycien, apud Merat. ind. decret. Miss. n. 593. Vid. Gavant. par. 4. tit. 17. n. 19. & 20. ac Merat. ibi n. 4. & 5. & videri rursus idem potest part. I. tit. 4. num. 8. & confer dicta 14. Januar. n. 7. fine.

Nota hic: quod Commemoratio in Missa pro Consecratione Episcopi, quando ratione Festi occurrit dicitur. Missa de Festo habente plures Commemorationes, debet uniri cum Oratione Missæ, & dici sub unica Conclusione, juxta Rubricam Pontificalis Romani de Consecratione Electi in Episcopum, & Missalis Romani in fine post benedictiones. S. R. C. 8. Junii 1709. in Bracharen, apud Merat. ind. decret. Miss. n. 619.

Commodum insuper hic est inquirere: utrum in die Anniversaria Consecrationis Episcopi Missæ etiam privatæ a singulis Sacerdotibus respectivæ Dioecesis legi debeant de Consecratione prædicta, vel saltem sit in illis Commemoratio facienda? Ad hujusmodi quæstionem negative respondet Castaldus apud Merat. 20. I. par. 1. tit. 4. n. 9. obligans ad prædictam Missam Anniversariam celebrandam Sacerdotes tantummodo Cathedralis, non item alios Dioecesis. Affirmat vero Turrinus apud eundem Meratum I. cit. volens, omnes etiam & singulos Sacerdotes Dioec-

esis tñneri ad prædictam Missam; immo cum Papa sit Episcopus universalis; obligat insuper omnes, & singulos Sacerdotes omnium locorum, ad celebrandam Missam de die Anniversaria Creationis, & Consecrationis Papæ.

Sed contra est: nam, eodem teste Merato, contrarium habet praxis Romanæ Urbis, etiam Basilicarum ejus, nec non ipsius Basilicæ Lateranensis, in quibus videlicet in die Anniversaria Creationis, & Coronationis Papæ cantatur post Nonam, adeoque post Missam Conventualem unica tantum Missa solemnis de Creatione, & Coronatione prædicta; nec ultra hanc Missam, ab aliis Sacerdotibus, etiam earumdem Basilicarum, ulla dicitur Missa privata de tali Anniversario Creationis, & Coronationis Summi Pontificis, nec ulla fit Commemoratio ejus. Subditque Meratus: se putare, sic fieri respective in aliis Dioecesis in die Anniversaria Consecrationis Episcopi sui: cum revera, inquit, nihil aliud præscribatur a Cœrem. Episcop. lib. 2. c. 35. Verum ego puto opinionem Turrini, quoad faciendam saltem commemorationem Anniversarii prædictæ Consecrationis Episcopi communiter prædictari: in Directoriis enim ad recitandas horas, & celebrandas Missam, solet simpliciter adnotari, ut in Missa fiat Commemoratio de die Anniversaria Consecrationis Episcopi.

Iacet in Ecclesiis, ubi Titulus 102 est Ecclesiaz, vel concursus populi ad celebrandum Festum, quod transferri debet, possint cantari duas Missæ, una de die, alia de Feste: excipitur tamen dies Nativitatis Domini.

L 1 Rubr.

Rubr. gen. Miss. tit. 6. Sunt & non nulli alii dies suis locis notati, & notandi.

- 103 In Festo Nativitatis Domini Summus Pontifex priusquam auspicetur incruentum Sacrificium, benedicit Ensem, & Galerum Dualem: quibus deinde donatur aliquis ex insignioribus Principibus, si adsit; vel ad absentem hujusmodi transmittuntur. De quo quidem ritu, & cœremonia sacra videri potest Theophilus Raynaudus *to. 10. tr. de Gladio, & Pileo a Pontifice initiatiss.*

S E C T. VII.

De Exequiis Defunctorum.

- 104 **S**IQUIS in Natali Domini moriatur, nullæ sunt Exequiæ publice celebrandæ, nec consuetum ære campano emortuale signum edendum: sed officium, & preces recitentur privatim, vel cadaver reservetur in crastinum, ob reverentiam scilicet Dominicæ Nativitatis, & Festi solemnitatem, atque lætitiam. Caval. *to. 3. c. 15. in d. 3. n. 6. vide dicenda in Appendice ad Calcem Diaconi. c. 8. art. 6. & dicenda in similis, in die Paschæ Resur. art. 6.*

S E C T. VIII.

De Indulgentiis.

- 105 **N** die Nativitatis Domini habentur Indulgientiæ Stationum. Celebrantur autem hodie tres Stationes una Statio ad S. Mariam Majorem, ad Præsepe. Altera Statio ad S. Anastasim. Tertia Statio ad Sanctam Mariam Majorem. De Stationibus agemus *tr. 2. lib. 4. par. 1. cap. 2.*

de Bulla Cruciat. art. 1. sect. 1. subf. 4. §. 2.

S E C T. IX.

De Permissione Carnium in Feste Nativitatis Domini occurrente in fer. vi. vel Sabbato.

Si dies Natalis Domini inciderit 106 in feriam sextam; ob Festi excellentiam, & signum maxima lætitia cuvis Christiano, qui velit, licet vesci carnibus, dummodo non ex voto, aut regulari observantia ad jejunium, vel abstinentiam a carnibus fuerit adstrictus. Constat ex C. *Explicari de observat. jejuniior. ubi sic ait Honorius III. Explicari per Sedem Apostolicam postulasti Sc. Respondemus, quod illi, qui nec voto, nec Regulari observantia sunt adstricti, in feria sexta, si Festum Nativitatis Dominice, die ipso venire contigerit, Carnibus, propter Festi excellentiam, vesci possunt, secundum consuetudinem Ecclesiæ generalis. Nec tamen bi reprobendendi sunt, qui ob devotionem voluerint abstinere. Similiter Nicolaus L. ad Consulta Bulgar. c. 5. respondit, occurrente Nativitate Domini feria sexta, non esse obligationem abstinenti a carnibus, nec debere in ea jejunari; nisi quis aliunde teneatur ex voto. Vide Raynaud. to. 10. tr. de Gladio. sect. 3. §. 5. & to. 15. sect. 3. pñ. 3. n. 27. Reiffenst. t. 3. Jur. Canon. lib. 3. decr. tit. 46. de observat. jejun. Salmantic. tom. 5. tract. 23. c. 2. pa. 5. §. 2. n. 102. Durand. in Ration. lib. 6. c. 7. n. 12. Sylvest. in Sum. V. Jejun. qu. 10. n. 27.*

Idem dicendum, si Festum Nativitatis inciderit in Sabbatum. Syllvest.

vest. & Reiffenst. II. cit. Salmantic. n. 106. Azor. Inst. moral. par. I. l. 7. cap. 15. qu. 3. fine. Raynaud. to. 10. l. cit. Caramuel Theol. regul. par. 6. c. 3. q. 6. Quia etsi textus loquatur de feria sexta; ubi tamen est eadem ratio, ibi est eadem legis dispositio, non quidem extensive, sed comprehensive; ut communis doctrina fert apud Viva in prop. 34. Alexand. VII. num. 8.

Fuerunt olim aliæ Festivitates, quibus incidentibus inferiam sextam, vesci carnibus permisum erat: ut Epiphania, Assumptio B. V. Festum Nativitatis S. Joannis Baptiste, S. Stephani Protomartyris, nec non SS. Apostolorum Petri, & Pauli, Andreæ, atque Joannis Evangelistæ: ut respondit Nicolaus I. ad Consulta Bulgar. c. 5. supra citato. Ille tamen antiquus usus exolevit, ut notat Raynaudus to. 15. sect. 3. ps. 3. n. 28. Remansit autem, & perseverat pro sola Festivitate Nativitatis Domini.

Istud etiam privilegium ex antiquo Jure pro sola solemnitate Nativitatis Domini, usque in præsens perdurat. Siquidem C. quia dies. 31. diff. 5. de Consecr. prohibetur in Sabbatho carnibus vesci, nisi magna interveniente solemnitate: vide dicta lib. 2. in Sabbatho art. 7. de abstinentia carn. n. 52. fine. At nulla alia major esse potest quam Christi Nativitas, ut notant Salmantenses I. cit. Addunt etiam Sylvester, & Reiffenst. II. cit. Sanchez in Sum. to. I. lib. 4. cap. 11. n. 50. & Raynaud. to. 10. l. cit. quod si in die Sabbathi occurrat Nativitas Christi, liceat comedere carnes multo magis, quam in feria sexta. Dicunt autem licere multo magis: quia abstinentia feriæ

sextæ introducta & recepta est cum majori rigore, quam illa Sabbathi, ut intelligi potest ex dictis cit. l. 2. ubi de fer. 6. art. 1. & ubi de Sabbatho cit. art. 7. ubi de abstinentia illorum dierum. Pro aliquibus locis in quibus privilegium allegati Juris vigeat adhuc pro aliis Sabbathis. V. etiam ibi dicta, & dicenda tr. 2. lib. 2. par. 2. c. 2.

Qu. I. Utrum, qui vovit ¹⁰³ quam comedere carnes, possit nihilominus illas edere in die Nativitatis Domini?

R. Negat cum Panormitanæ Suarez de Relig. tom. 2. tr. 6. lib. 4. c. 20. n. 7. quia, inquit, plane motus est ex aliqua superiori, & generali ratione, & quia in hoc sensu solent talia vota, vel statuta fieri; nimirum ut diem etiam Natalis Domini comprehendant. Porro per se licere, abstinere a carne etiam in die Nat. Domini, constabit ex dictis qu. 4. n. 112.

Qu. II. Utrum, qui vovit abstinerre a carnibus in omnibus semper sextis feriis, possit nihilominus illas edere in illa feria sexta, in quam incidat Nat. Domini?

R. laudatus Suarez I. cit. dicit: considerandam esse voti occasionem nam si id vovit, quia solebat frangere abstinentiam illam, ad se corrugendum, tamquam majori fræno; vel quia versabatur inter hæreticos, ut sele in observatione Ecclesiastica confirmaret: sic recte interpretabitur, inquit, scilicet vovisse abstinentiam illam, prout observatur continuiter ab Ecclesia, puta cum exceptione illius feriæ sextæ, in qua Ecclesia non prohibet carnibus vesci; quia ad hoc tantum dicit intentio. Oppositum docet Abbas, teste co-

L 1 2 dem

dem Suarez; movetur, quia alias, inquit, votum esset inutile. Verum ut rite observat idem Suarez, hoc non sequi, satis patet ex dictis: V. par. 1. Septembr. n. 48. in simili casu.

110 Qu. III. An teneatur jejunare in die Nat. qui vovit pérpetuum, & quasi continuum jejunium?

R. Affirmat Suar. 1. cit. propter eamdem rationem supra qu. 1. explicatam, ex qua negaverat, in die Natalis Domini posse comedere carnes, eum, qui vovit, ab illis abstinerre perpetuo.

111 Qu. IV. Utrum, qui vovit jejunare in omnibus semper e. g. sextis feriis, teneatur adhuc jejunare in illa feria sexta, in qua occurrat Natalis Domini?

R. Quæstionem posse procedere de eo, qui cum votum emisit jejunandi omnibus semper sextis feriis, advertit prius, aliquando futurum, at Natale Domini in feriam sextam incideret, & quod in hujusmodi casu sit per se privilegium, carnes in ea comedendi. Et potest quæstio procedere de eo, qui ad hæc non advertit.

Jam vero si sentio sit de eo, qui advertit, i.e. sibi jus dicet, pro ut vel expressam vel tacitam habuerit intentionem sese obligandi, an non. jura enim, quæ alioquin obligant Voventes ad servandam prædictam abstinentiam, non loquuntur de eo, qui sese obligare non intenderit vel expresso, vel tacito, seu æquivalenter: ut esset Religiosus qui vovet juxta intelligentiam Regulæ: hic certe etiam non adverterit talis coincidentiaz casum; tamen si in aliquo Regulari Instituto profiteatur ubi prædictus casus excipitur; su-

nabit & ipse ab omni obligatione solutus. Nam Votum, ut omnes docent, non obligat ultra intentionem Voventis.

Si vero sermo sit de eo, qui non advertit aliquando futurum, ut Natale Domini in feriam sextam incideret, & quod in hujusmodi incidentia sit per se privilegium, carnes in ea feria comedendi: sunt qui etiam in hoc casu voventem hujusmodi negant teneri abstinere a carnis, ac jejunare: quia non est censendus voluisse, se obligare ad abstinentiam, & jejunium in prædicta incidentia; primo quia non est censendus, voluisse se obligare ad id, quod est contra consuetudinem Ecclesie, quæ nimis non abstinet a carne, & multo minus jejunat in feria sexta aut Sabbato, quandocumque in illis occurrat Natale Domini. Secundo quia non est censendus, voluisse se obligare ad jejunium, & abstinentiam cum gravi incommmodo familie, quæ non jejunat, nec abstinet a carne in dicto casu. Unde si in mentem venisset prædictus incidentia casus, illum utique diem omnino expresse exclusisset a voto. Deinde mitius atque benignius vota interpretanda sunt. Pro hac sententia excusante a jejunio, & abstinentia sunt Azorius Institut. Moral. par. 1. lib. 11. cap. 20. quæst. 3. Molina to. 2. de Contract. tract. 2. disp. 272. n. 3. Tambur. in Decal. lib. 3. c. 15. §. 6. n. 13. ¶ in 4. præc. Eccl. c. 9. n. 23. Gobat to. 3. cas. 4. num. 116. ¶ cas. 16. num. 507. Diana edit. coord. to. 4. tr. 6. R. 61. aliisque apud eum, & apud Salmantic. to. 5. tr. 23. c. 2. pu. 5. §. 2. n. 103. fine.

Contra vero alii in prædicto casu obli-

obligant ad abstinentiam , & jejunium , quia illa circumstantia occursum Natalis Domini non adeo immutat jejunium , ut faciat casum specialem . Quod videtur supponi in superius allegato C. Explicari , de observatione jejunior . Nam excipit vota , & Statuta regularia : intelligit autem de statutis , non solum quæ prohibent in universum esum carnium , seu quæ semper , & continuo obligant ad abstinentiam carnium ; nec solum de his , quæ specialiter disponunt , ut in illo etiam casu jejunetur ; quod satis manifestum erat , neque ulla consultatione indigebat : sed loquitur etiam de votis & statutis , quæ simpliciter disponunt , ut omnibus sextis feriis jejunetur , ut omnes exponunt . Unde allegatum Jus non videtur facere specialem casum hujus Jejunii , ut excipiatur a Voto . Et sane non est disparitas , ex qua , Vovens in universum toto Vitæ tempore abstine-re ; teneatur abstinere etiam in die Natalis Domini ; dispensemur vero Vovens simpliciter jejunare omnibus sextis feriis . At primum communione fere est Doctoribus ; ergo & alterum .

Item quando error non est in substantia rei promissæ , sed in aliqua extrinseca circumstantia , validum est votum , atque adeo simpliciter voventem obligat simpliciter . Quando votum est generale de tota vita , jam ibi comprehenditur casus ille , quia necesse est , ut durante vita interveniat ; neque oportet , ut hoc ipsum in speciali cogitet , quia in nullo voto necessarium hoc est . Ergo etiam quando est de omnibus feriis sextis aut Sabbatis . Unde nihil sicut oppositæ sententiæ il-

lud , quod ejus Fautores dicunt , hoc est : si in mentem venisset voventis prædictus incidentiæ casus , illum utique diem omnino expresse exclusisset a voto .

Et adhuc solvuntur , & infirman-tur aliæ rationes , quas pro se ad-ducere solent ; nam ad illud , quod etiam dicunt ; prædictum scilicet voventem non esse censendum voluisse se obligare ad id , quod est con-tra consuetudinem Ecclesiæ . Respondeatur : quod licet Ecclesiæ con-suetudo sit , non servare consuetam abstinentiam carnis in illa feria sex-ta , aut Sabbatho , in quibus occurrat Natale Domini ; hujusmodi au-tem consuetudo nullo modo est com-pulsiva , nec quidem suavis , & con-sultiva , sed omnino tantum permis-siva ; imo ipsamet Ecclesia expresse denuntiavit : non esse reprehenden-dos eos , qui in dicto etiam casu ob-devotionem voluerint a carnibus ab-stinere : ut constat ex eodem allega-to Jure , cuius verba superius reci-tavimus n. 106. & melius patebit ex dicendis nu. 115. Quapropter male objicitur : non esse censendum præ-dictum voventem voluisse , se obli-gare ad id , quod est contra con-suetudinem Ecclesiæ : quasi vero ad aliquod reprehensibile se obliget , qui in prædicto etiam incidentiæ casu ad jejunium , seu ad abstinentiam a car-nibus se obstringat . Cum contra potius sit judicandus , se obligare ad id , quod est laudabile , & ab ipsa-met Ecclesia comprobatum , ut ma-nifeste fert textus supra laudati ca-nonis . Quod animadvertisit etiam Raynaudus tom. 10. tr. de Gladio sect. 3. §. 5.

Minus etiam obest illud , quod secundo pro ratione allegatur : de

gra-

gravi incommodo Familia^r, quod causaretur. Nam hujusmodi ratio ad summum favere posset iis tantum, qui haberent familiam, seu in convic^tu viverent aliorum: sed neque his favet: nam tale onus non apparet adeo grave, ut ob id obligationem voti negemus, cum faciliter superari a quolibet possit. Denique ad illud, quod ultimo dicitur, de benigna Voti interpretatione facienda; respondeatur: utcumque votum benigne interpretetur, nihilominus semper significationem ipsius propriam salvare debemus. At vero in praesenti casu, verba predicti voti in propria significatione sumpta postulant, ut omnes ferias sextas comprehendamus; sed qui omnes dicit nullam excipit.

Hujusmodi sententiam ad abstinentiam, & jejunium obligantem in casu predicto sustinent Navar. in manual. cap. 21. n. 11. fine. Sa V. Jejunium num. 6. Suarez de Relig. 20. 2. tr. 6. lib. 4. c. 20. n. 8. Th. Sanch. in Sum. lib. 4. c. 11. n. 61. Salmantic. l. cit. n. 104. & aliis pluribus apud eosdem, & apud Dianam cit. R. 6r. §. 1. & apud La-Croix lib. 3. par. 1. qu. 104. §. 2. n. 379. Qui etiam, aliis iterum laudatis, consentit qu. 113. §. 10. n. 438. Quæ quidem sententia mihi est verior, eamque omnino suaderem in praxi: licet Gobat supra cit. n. 116. Aziarius l. supra cit. & Diana cit. R. 6r. §. 4. oppositam sententiam putent practice tutam.

¹¹³ Mea ratio est, quia predictus votens in casu posito Voti absoluti de abstinendo omnibus ferias sextis convincitur non excepisse casum concurrentia^r Natalis Domini cum fe-

ria vi. aut Sabbato. Ergo manet etiam pro tali casu.

Antecedens probatur; quia ut fert logicale Axioma: Nihil volitum nisi præcognitum. Ergo qui cum votum emisit jejunandi omnibus semper sextis feriis, non præcognovit predictum coincidentia^r casum, & consuetudinem præfataam, non potuit velle ea ut nequidem tacite. Ergo convincitur non excepisse.

Nota hic; ea, quæ hactenus dicta sunt de voto jejunandi, & carnis abstinendi in feria sexta, valere etiam pro Sabbato; & quacumque alia feria quam aliquis feligeret in honorem alicujus Sancti, vel Mysterii, vel accepti beneficii: quia aedem est ratio. An autem in Nativitate Domini occurrente in Dominica, qui vovit jejunare omnī E. G. die vigesimalia quinta Mensis possit excusari a jejunio ea ipsa die ratione Dominicæ? Videri possunt dicta lib. 2. ubi de Dominicā art. 9. qn. 4. a n. 83:

Ob. S. Epiphanius in compendiaria Doctrina postquam docuisset, quod toto tempore Paschali, & diebus Dominicis minime sit jejunandum, subdit: Non etiam in Epiphaniorum die, quando generatus est in carne Dominus, licet jejunare: etiam si in hæc inciderit quarta, aut professabatur. Quo loco ut notat Bellarminus controv. tom. 3. controv. 3. lib. 2. c. 23. Epiphanius, more græco, Epiphaniorum nomine intelligit diem Natalis Domini.

Et clarissime Gregorius II. in Capitulari ad Martinianum, aliosque suos in Bajoarium Legatos cap. 10. prescribit: ut fideles doceantur Dominicæ diebus non licere omnino jejunare propter Resurrectionis Dominicæ Sacramentum, neque in Festivitatibus

Do-

Dominica Nativitatis, aut Apparitionis, sive Ascensionis. Rursus Nicolaus I. ad consulta Bulgar. cap. 5. respondebat, quod in Natali Domini Sanda Ecclesia, ut fidelis anima, jejunia, vel abstinentias solvere debat: subditque, a Domino ipso id testari in Evangelio Ioa. 16, 24. ubi ait: *Mulier cum parit, tristitia habet, quia venit hora ejus: cum autem peperit puerum, jam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in Mundum.* Et similiter non esse in die Nat. Domini jejunandum communī consensu Patres docent, ut laudatus Bellarminus testatur 1. cit. Ergo nullo modo, nec etiam ex voto, licet jejunare in Natali Domini.

R. Prohibitum quidem olim fuit jejunium in die Natalis Domini in odium haereticorum, qui hoc potissimum die jejunabant; cujusmodi erant Priscillianistæ, qui teste S. Leone in Ep. 93. ad Turibium in Natali Domini jejunare solebant. Quapropter certe peccasset, & peccaret, qui in Natali Domini jejunasset, & jejunaret vel ex errore, ut Priscillianistæ, vel cum scandalo aliorum, ut si quis, ait Bellarminus 1. cit. unam diem jejunaturus, eligeret, sine ulla rationabili causa, diem Natalis Domini. Si quis tamen vel ad tentationem carnis superandam, vel causa morbi corporalis curandi, vel quia vovit jejunium totius anni, aut integræ Mensis, non peccabit, si etiam in Natali Domini jejunaverit. Et hanc esse Doctrinam ipsius Epiphani, Hieronymi, & Augustini testatur Bellarminus: & videri possunt dictæ lib. 2. ubi de Dominica art. 9. de jejunio qu. 1. a n. 74. ubi exa-

minavimus: an diceat in Dominica jejunare.

Sed quo ad presentem casum: res est jam extra omnem aleam quæstionis; cum Honorius III. & Nicolaus I. initio sectionis hujus n. 106. relati expresse responderint; eos qui ex voto, aut regulari observantia teneantur jejunare, seu a carnis abstinere, minime posse carnes edere, incidente Natali Domini in feriam sextam, sed manere ligatos, & obstrictos voto; aut observantia Regulari: qua responsione satis indicant laudati Pontifices, nedum licitum, verum etiam laude dignum esse jejunium etiam tali die factum: non quod tale jejunium fiat ob Natalem Domini, sed quod jejunium ex alia obligatione suscepit in ipso die exsolvatur, in quo occurrit Natalis Domini.

Sed hoc ipsum fatentur Doctores, qui sunt pro responsione negativa in praesenti quæstione: Nam & ipsi obligant ad jejunandum eum, qui Voto concepto etiam diem incluserit, in quo occurrat Natale Domini. Dubium ergo solum remanet pro eo, qui talem casum coincidentia expresse non incluserit, quia non advertit, nec etiam excludit.

Præterea laudati Pontifices expresse dicunt, posse quemlibet ob *devotionem* abstinere in ipso die Nativitatis, neque esse reprehendendum, si communī privilegio vescendi carnis nolit uti. Ex quo patet 1. in quo sensu accipienda sint supra obiecta Patrum testimonia. Patet 2. quod etsi, quando Festum Nativitatis incidat in feriam sextam, vel Sabbathum, liceat comedere carnes; non sit tamen obligatio illas edendi, sed possimus, per se loquendo, cibis tan-

tantummodo quadragesimalibus ve-
sci, aut etiam jejunare.

Id confirmari posset exemplo Religiosorum Cistertiensium, qui, ut refert Caramuel in Theol. Regul. par. 7. c. 3. n. 2014. solent in Belgii Cœnobiis a carnibus abstinere ⁱⁿ Natali Domini, Paschatis, Pentecostes, & B. Virginis solemnitatibus. Qui mos utique laudabilis est: licet enim possit intempestiva videri, & importuna abstinentia hujusmodi tristitia, quæ est apud Cistertienses, dum tota Ecclesia ob reverentiam Dominicæ Nativitatis, & jubilum, carnibus vescitur; atque adeo videri possint laudati Regulares sanctius processuri, si aliorum se ritibus accommodarent: nihilominus, ut bene observat Caramuel l. cit. non eo tendit Cistertiensium rigor, ut ve- liint Natalem Christi diem, Pascha, & solemnitates reliquas jejunii festivitate celebrare, cum nulla sit in jejunio, prudentum opinione, festivitas: (videantur dicta 13. Decembr. art. 4. n. 6.) Sed illos hoc modo ita ratiocinantes describit laudatus Author: *Aliis diebus Regulam servavimus minus exacte, multum humanae fragilitati indulsumus, multum privilegiis Pontificiis concessimus; at solemnibus diebus opus vita perfectior: Regulam igitur his diebus servemus accurate, omni privilegio, & mitigatione cedentes.* Ita Caramuel laudatos Regulares loquentes inducit; subditque: *Cum igitur bonum sit diebus solemnioribus Regulam ad litteram servare, cumque Regula ad litteram sumpta carnes solis ægris concedat, binc est, quod per accidens Cistertienses Belgæ a carnibus die Nativis, Paschatis, & aliis similibus abstineantur; quin propter hoc incurvant notam ali-*

quam singularitatis. Hæc Cara-
muel.

Non est hic quidem prætermittenda quædam de S. Francisco Assisi-
nate narratiuncula. Testatur Bartholomæus Pisanus *Conformat. Fructu* 8. (& refert Raynaudus t. 10. l. cit.) quod cum hæc controversia mota es-
set coram S. Francisco; & quidam Fr. Moricus dixisset jejunandum esse etiam in die Nativis Domini, cum esset dies Veneris; respondit S. Fran-
ciscus: *Peccas Frater Morice, diem Ve-
neris vocans diem, quo natus est nobis
Puer Jesus: Volo, quod & parietes tali
die comedant Carnes, si fieri potest;
vel deforis liniantur.* Cujus respon-
sionis S. Francisci meminit ex eodem Raynaudo etiam *G. bat* to. 3.
cas. 4. num. 115. Nihilominus jam Franciscani ex voto, & regulæ præ-
cepto obligant se ad j. junium omnibus sextis feriis custodiendum; nec tamen excipiunt (non ita vero Ter-
tii Ordinis, qui utique excipiunt:) illam feriam sextam, in qua tñ in-
cidat Natale Domini: ut videbimus qu. 8.

Antequam ad alia gradum facia-
mus, nota hæc: eos, qui in hono-
rem B. Virginis de Monte Carmelo debent a carnibus abstinere singulis
feriis quartis, & Sabbatis ad lucran-
das Indulgencias, & privilegia quæ-
dam: iis non privari, licet carnibus
vescantur in illa feria quarta, aut
Sabbato, in quibus occurrat Nata-
le Domini; sed posse in dicto casu
frui communi privilegio, atque adeo
carnibus vesci: ut novimus ex quo-
dam decreto Pauli V. quod extat in
Bullario Carmelitano p. 1. pag. 62.
edit. Rom. 1715. & p. 2. pag. 601.
Quod etiam allegat Benedictus XIV.
de Festis B. V. c. 6. & est tenotis
se.

sequentis: *Patribus Carmelitanis permittatur prædicare, quod populus Christianus possit pie credere de adjutorio Animarum Fratrum, & Confratrum Sodalitatis Beatissima Virginis del Monte Carmelo; videlicet Beatissimam Virginem animas Fratrum, & Confratrum in charitate decentium, qui in vita habitum gestaverint, & castitatem pro suo statu coluerint, officiumque parvum recitaverint, vel se recitare nesciverint, Ecclesie jejunia observaverint, & feria quarta, & Sabato a carnibus abstinuerint, nisi ubi in sis diebus Nativitatis Domini Festum inciderit, suis intercessionibus continuis, suisque suffragiis, & meritis, & speciali protectione, post eorum transitum, præcipue in die Sabbati, qui dies ab Ecclesia eidem Beata Virgini dicatus est, adjuturam.*

117 Qu. V. An, qui vovit jejunare omnibus E. G. sextis feriis pro uno tantum, vel altero anno, & tunc occurrat Natale Domini in feria sexta, quem casum non præmeditaverit; temeratur etiam in dicto casu jejuniū custodiare?

R. Omnino teneri probat eadem ratio, qua in re, & quæstione præcedenti usi sumus n. 113. Cæterum Suarez loco laudato citata quæstione præcedenti n. 112. dicit, rem hanc esse magis dubiam præcedenti, & probabile satis esse: posse in hoc casu voventem excusari, maxime quando circumstantie personæ aliquo modo favent; vel saltem dicendum esse; sine scrupulo posse prædictum voventem conformari illorum Doctorum sententiaz, qui simpliciter defendunt, licere non jejunare, & comedere carnes in Natali Domini incidente in feriam sextam, ei, qui simpliciter vovit omibus sextis fe-

TOMO IV.

riis jejunare. Subdit tamen, quod ipse nihilominus semper consuleret, sequi sententiam obligantem ad jejunium, & magis juri conformem, ac securiorem.

Qu. VI. Utrum, qui in die Natale Domini debeat jejunare ex votu, si tamen solvatur ex aliquacausa obligatione servandæ unicæ refractionis, aut aliter frangat jejunium; possit in hoc casu comedere carnes?

R. Probabile esse quod possit secundum Doctrinam traditam lib. 2. ubi de Dominica art. 9. qu. 6. & ubi de fer. sexta art. 1. quæst. 11. n. 60.

Qu. VII. Utrum, qui vovit abstinere ab ovis in feria sexta, possit comedere carnes, si sit dies Natalis Domini.

R. Absolute negant aliqui, teste Sylvestro in Summa V. *Jejunium*. qu. 10. n. 27. quia, dicunt, abstinentia ovorum includit abstinentiam carnium, licet non e converso: unde qui vovit abstinere ab ovis, etiam vovit abstinere a carne.

Verum Sylvester, Azorius inst. moral. par. 1. lib. 7. c. 10. qu. 2. Diana edit. coord. tom. 4. tr. 6. R. 61. §. 4. Th. Sanchez in sum. lib. 4. c. 11. n. 62. putant in hoc casu distinguendum esse, cum enim votum non obliget ultra intentiōnem voventis, dicendum est: posse carnem comedere, si vel expresse non intendit, vel ex circumstantiis eruietur, non intendisse, se obligare simul ad cœniis abstinentiam.

Si autem vovit simul abstinentiam a carne, tunc an, incidente Natali Domini in feriam sextam, possit comedere carnes? examinavimus qu. 2. n. 109.

M m

A-

Atqui ego puto, sententiam negativam absolute valere in hoc casu : Nam obvius sensus Voventis pro feria VI. aut Sabbato abstinentiam ovorum, est, extendere velle ad aliquid majus obligationem universalem Ecclesiae pro solis carnibus. Si quidem abstinere tantum a carnibus feria VI. & Sabbato, minus est, quam abstinere etiam ab ovis. Talis ergo vovens abstinentiam ab ovis, multo magis præsumitur se obligare ad abstinentiam a carnibus. Fallit itaque in hoc casu ratiocinium Azorii & aliorum ; quod cum minus sit abstinere ab Ovis, majus autem, & difficilius abstinere a carne, in minori obligatione non præsumitur major. Nam illud verum est pro casu obligationis distinctæ, non vero complexæ : ut si quis nihil cogitans de Carnibus, quia e. g. specialem voluptatem experitur in esu lactescinorum, voveat ob peculiarem castigationem abstinere ab illis. Utique in hoc minori non intelligitur obligatio de majori. Nos autem sumus in casu obligationis complexæ, in quo nimur quis extendit Voto suo abstinentiam carnium in feria VI. ad abstinentiam etiam Ovorum. Iste autem talis volens se ex Voto affigere magis quam reliquie fideles, multo magis præsumitur velle ex Voto abstinentiam a Carnibus.

Siquis vero dubitet : an simul intenderit abstinere a Carne? Manente dubio, licet Sylvester dicat, tuitius esse abstinere etiam a carne; attamen ipse concedit, faveri posse libertati, pro qua in hoc dubio stat possessio; & sic posse non abstinere a carne, sed tantum ab ovis. Idem concedit Azorius l. cit. ei, qui ni-

hil cogitaverit cum vovit, aut non meminit, quid cogitaverit?

Interr. An prædictus vovens abstinentiam ab ovis in omni feria sexta, vel Sabbato, possit etiam Ova comedere, occurrente Natali diebus prædictis?

R. Affirmat Th. Sanchez in sum. lib. 4. c. 11. n. 62. quia, inquit, præsumitur vovisse abstinentiam ab ovis, supposita obligatione abstinendi a carnibus aliunde proveniente diebus prædictis ex præcepto Ecclesiae: deficiente sicutur obligatione hujusmodi, deficit & illa obligatio voti. Mihi vero videtur Oppositorum ratione factum supra n. 119. §. Atque ego. Ipse vero Sanchez secus putat, si Votum fuisset emissum independenter ab obligatione abstinendi a carne, puta si quis vovisset abstinēti ab ovis in feriis sextis, & Sab. eo quod ea saperent, vel nocerent; tunc in posito casu iis vesci posse, negat idem Sanchez, qui etiam dicit, juxta prædictum alterum modum vovisse præsumi, qui vovit abstinere ab ovis aliquo die, quo carnibus vesci, licet, puta in omni feria quinta; atque adeo non posse ovis vesci incidente Natali Domini in feria quinta; & similiter si vovit abstinentiam prædictam in perpetuum, vel ad plures dies; in quo casu, occurrente Natali Domini quolibet ex illis diebus, non posset comedere ova; licet possit vesci carnis.

Qu. VIII. An Regulares, qui ex regulari observantia teneantur jejunare omnibus e. g. feriis sextis, possint carnes comedere, & abstinere a jejunio, quando solemnitas Nativitatis incidat in feriam sextam?

Responsio Negativa patet ex dictis n. 106.

n. 106. nisi excipiatur ab ipsa regula, vel ex consuetudine legitima casus incidentiae solemnitatis Nativitatis Dominicæ: quia textus juris allegatus sectionis hujus initio, hujusmodi Regulares non exsolvit, sed ligatos relinquunt obligatione sua: declarans, privilegium consuetudinis generalis comedendi carnes in feria sexta incidente in Natale Domini valere pro iis, qui nec voto, nec regulare observantia sunt adstricti ad abstinentium ea ipsa die. Salmant. 1. edit. n. 106. Sa V. Jejun. n. 6. Caramuel l. 1. infra cit. Reiffenst. 1. supra cit. qui post allatum privilegium juris prædictum, & notatam ejusdem exceptionem præfataam, hæc habet: ob quam exceptionem Doctores communiter docent, quod cum Fratres Minoreres ex voto, ac Regulæ præcepto sub mortali obligentur, singulis feriis sextis jejunare: præfato privilegio non valent frui, sed etiam in Natale Domini jejunare teneantur, si occurrat feria sexta; secus si in Sabbato. Ita Reiffenstuel Franciscanus: & pro hujusmodi obligatione Fratrum Minorum videri etiam potest Lucius Ferraris item Franciscanus in sua Biblioth. to. 3. edit. 3. Bononien. V. Jejunium. art. 1. a n. 27. Consentit Caramuel Theolog. Regul. p. 6. c. 3. qu. 5. & 6. Rursus Tamburinus in Decal. lib. 3. cap. 15. §. 6. n. 13. et si, ut diximus qu. 4. putet probabile, eum, qui vovit omnibus sextis feriis, vel Sabbatis jejunare, si tunc inciderit Nativitas Domini, posse a jejunio solvi: attamen concedit, obligari illum, qui ex professione religiosa id vovit: hoc enim, ait, æquivalet expressioni; hoc est: se habet vovens, tamquam si expresse intenderit, se obligare, ad jeju-

nandum in omnibus absolute sextis feriis, aut Sabbatis, etiam occurrente Natale Domini diebus prædictis.

Quod utique intelligendum est, procedere de eo, qui hujusmodi votum emittat in Religione, quæ non excipiat illam feriam sextam, aut Sabbatum illud, in quibus occurrat Nativitas Domini, ut supra invenimus; vide dicta qu. 4. num. 113. Quapropter Franciscanis Tertiis Ordinis viventibus in communi, hunc casum excipientibus a sua ipsorum Regula, carnes permittuntur. Ita enim dictorum Regularium Regula apud Caramuel. Theol. Regul. par. 7. c. 3. n. 2011. se habet: *Fratres & Sorores perpetuis temporibus feria secunda, quarta, sexta, & Sabbato, (excepto Dominicæ Nativitatis Festo,) carnes non comedant.*

Qu. IX. An illi, quibus prohibitum est ex Voto, aut Regula, comedere carnes in illa etiam feria sexta, aut Sabbato, in quibus occurrat Nativitas Domini: peccarent contra præceptum Ecclesiæ, illas prædictis comedendo diebus?

R. Negative, sed solum contra obligationem Regulæ, aut Voti. Et ratio est, quia Pontifex in allegato capite juris sectionis hujus initio declarat, legem abstinentiæ a carnisibus esse in feria sexta, (idem intellige de Sabbato:) occurrente Natale Domini, ex consuetudine contraria totius Ecclesiæ derogatam, & solum relinquunt obligationem obseruantie regularis, aut voti: ut patet ex textu Juris relati sup. n. 106. & docent Salmantic. I. cit. n. 106. Caramuel Theol. Regular. part. 7. c. 3. n. 2013. & Th. Sanch. in sum. to. I. l. 4. c. II. n. 64. qui alios

citat; & alios nos item landabimus sequentibus qu.

- 123 Qu. X. An illi Religiosi, qui ex vi Regulae debent in praedicto etiam casu a carnibus abstinere, illas comedendo, peccarent mortaliter?

R. Peccarent secundum obligationem, sub qua prescribit Regula: nimis si haec obliget sub mortali ad hujusmodi abstinentiam, & jejunium; peccarent mortaliter; si autem sub veniali, venialiter. Ita Salmant. & Caramuel l. l. cit. Quod si sub nulla culpa: nec ullam etiam committerent, carnes tunc comedendo. Unde Th. Sanchez l. qu. praeced. citato laudat Lud. Lop. ajentem: Fratres Dominicanos, si feria sexta aut Sabbato, in quibus occurrat Natale Domini, vescantur carnibus in Refectorio, contra suas ipsorum Constitutiones; nullius reos culpæ futuros, sed tantummodo paenæ. Quia in solam suam Constitutionem hujusmodi delinquent, quæ eos ad solam paenam adstringit.

- 124 Qu. XI. An praedictorum Religiosorum Praelatus possit cum ipsis dispensare, ut in dicto casu comedant carnes, & non servent jejunium?

R. Poterit Praelatus in hujusmodi abstinentia, & jejuno dispensare, sicut in aliis regulis observantii; iuxta facultatem sibi a Religione concessam; & tunc jam omnino licetum ipsis erit, carnibus dicta feria sexta vesci. Ita Thom. Sanchez in sum. fo. 1. l. 4. c. 11. n. 63. Salmant. & Caramuel l. l. cit. Sa V. jejuniu. n. 6. Azor. Instit. moral. par. 1. lib. 7. cap. 15. qu. 3. fine; Sylvest. in sum. V. Jejun. quæst. 10. n. 17. qui hanc dat rationem: quia omissum, cum hic sint duæ obligationes, scilicet Ecclesiæ, & Religio-

nis; sublata prima per Ecclesiæ stat solum secunda, super quam potest Praelatus. Nec obstat, inquit, quod Ecclesia cum Religiosis non dispensem in hac re: quia verum est quantum ad obligationem Voti Religionis, non quo ad obligationem Ecclesiæ. Confer dicta superius q. 9. Notamus vero hic quod 15. Decembr. an. 1725. respondit S. Congregatio Concil. hisce quæsitis Ordinis Praemonstratensis: I. An P. Vicario Generali Provinciæ Suevicæ Ordinis Sancti Norberti competat facultas dispensandi in universum pro aliquo Monasterio in eis carnium certis anni temporibus per Constitutionem sanctæ memorie Julii II. prohibito? (Bullam nempe edidit Julius II. in qua perpetuam a carnibus abstinentiam, in eo Ordine ex peculiaribus sanctionibus constitutam, ad certa tempora revocavit: ad ferias nempe IV. & VI. singulis hebdomadis, ad Adventum, & ad novem hebdomadas, quot inter Dominicam Septuagesimæ, & Dominicam Resurrectionis numerantur.) II. An eadem facultas competit singulis Abbatibus ejusdem Provinciae in Monasteriis eorum regimini commissis? III. Et quatenus negative: an saltem possint pro uno die solemnis Festivitatis in communis Refectorio, vel in aula hospitum, in qua discumbant Abbas, & Canonici commemorantes in Monasterio? IV. An saltem dispensare possint quo ad aliquos Canonicos in casibus particularibus? V. Et an quo ad Canonicos extra Monasterium in Parochiis ex obedientia degentes? Respondit: Ad primum, & secundum negative. Ad tertium negative quo ad utramque partem. Ad quartum affirmative justa subsistente causa. Et ad quintum negative: nisi ad sit justa

can-

causa; & dispensationem posse concedi ab Abbatे Monasterii. to. 3. Resol. pa. 243. edit. Urbin. anni 1739.

125 *Qu. XII. Utrum eorum aliquis, quibus est interdictus eius carnium in hac etiam solemnitate, peccaret, volendo comedere carnes, si non esset ei prohibitum?*

R. Negative. Vide dicta lib. 2. in feria vi. art. 1. qu. 18.

126 *Qu. XIII. Utrum Religiosus, qui ex Regula, aut quarto Voto substantialibus adnexo, tenetur ad abstinentiam omnibus sextis feriis, nulla excepta; si fiat Episcopus, possit comedere carnes, incidente solemnitate Natalis in fer. vi.?*

R. Quæstionis hujus solutionem omnino pendere ex illa alia quæstione, qua quæritur: utrum Religiosus factus Episcopus solvatur obligatione servandi Regulas sui Ordinis, & Vota illa, si forte emiserit, quæ in variis Religionibus, juxta eorum Statuta, tribus Votis substantialibus adnequantur? Ut in Religione B. Mariæ de Mercede emititur votum incumbendi redemptioni captivorum; sic etiam apud Mirimos Divi Francisci de Paula emititur votum quadragesimalis vitæ; & sic alia in aliis pluribus Religionibus. Hujusmodi autem quæstio difficillimæ est solutionis: unde oritur, in ea decidenda Doctores inter se minime convenire. Illam vero fusi exanimare non vacat, sed breviter ex ea, sufficiat, indicare, qualis in particulari nostro casu sit ferenda sententia? Dico itaque: affirmativam ferunt Em. Rodrig. in sum. par. 2. c. 10. n. 4. Th. Sanch. in sum. to. 2. lib. 6. cap. 6. n. 20. Diana to. 7. edit. coor. tr. 1. R. 27. §. 4. & R. 28. §. 3. & R. 29. §. 2.

Salmantic. to. 5. tract. 23. cap. 2. pu. 5. §. 2. n. 107. Nicolius in flosc. V. Jejunium n. 3. Marcus Serio in Bull. Cruc. disput. 3. difficult. 1. quæst. ult. n. 16. Horum Doctorum ratio est: quia Religiosus factus Episcopus evadit, ut dicunt, ex vi statutis, & dignitatis Episcopalis, absolutus ab omnibus Regulæ observantiis, statutis, & Votis specialibus suæ Religionis, exceptis tribus substantialibus. Ergo poterit, sicut alii fideles, uti privilegio juris canonici ad vescendas carnes in casu prædicto. Hujus quidem argumenti antecedente admisso, consequentia legitime sequitur. Antecedens autem illud admittunt, atque tuentur quamplurimi, ac maxime notæ Doctores ut videre est apud Azor. Instit. moral. par. 1. lib. 12. c. 7. qu. 4. Th. Sanch. l. cit. a n. 15. & apud Diap. ac Rodrig. l. l. cit. Pelliz. man. Regul. tr. 4. c. 1. sect. 1. quæst. 27. n. 38. Chiavet. l. 1. Instit. jur. canon. c. 14. n. 59. Bardi in Bull. Cruc. par. 2. tr. 3. c. 2. sect. 8. in addit. n. 132. Tambur. in Bull. Cruc. c. 8. §. 5. n. 10. Marc. Ser. l. cit.

Consequentiae vero prædictæ non obstat superius allegatum caput Explanari. de observat. jejun. quod, ut per se patet, loquitur de iis; qui sunt; non item qui fuerint aliquando, sed jam non sunt voto, aut regulari observantia ad carnium abstinentiam adstricti.

Quod ampliari volunt hujus sententiæ Fautores, ut procedat etiam in Episcopo ex Religione Minimorum assumpto; ita Henriquez, quem citat, & sequitur Diana l. cit. R. 28. §. 3. item Sanch. l. cit. n. 20. fine, Nicolius, Bardi, Tambur. Serius l. l. cit. & alii. Verum de his negat

Sua-

Saarez to. 4. de Relig. tr. 8. lib. 3. c. 17. n. 9. docet enim; Religiosum ad. Episcopatum promotum, solvi quidem obligatione observantiae regularum, & peculiarium praceptorum; non vero obligatione Votorum specialium sui Ordinis. Atqui Jus excipit a praedicto privilegio eos, qui tenentur Voto, ad abstinendum a carne. Ergo &c. Id ipsum iisdem Minimis mordicus negat Laurentius de Peyrinis apud Dianam l. cit. §. 1. & 2. Primo, quia, ait, tres Pontifices Summi judicarunt, Episcopum ex Religione Minimorum indigere dispensatione Pontificia, ad comedendas carnes. Secundo, quia Minimi vovent observare vitam quadragesimalem, toto tempore vitae suæ.

Sed ad hoc secundum dici potest. Minimos vovere, observare vitam quadragesimalem toto tempore vite suæ quidem: at non in casu cæteroqui rarissimo, quo ex aliqua justa causa, aut legitima dispensatione, possint, aut etiam fortasse debeant, carnibus vesci. Sic qui vovit omnibus sextis feriis e. g. jejunare per totam vitam suam, poterit nihilominus ad jejunium, & abstinentiam carnis non obligari in iisdem feriis, si infirmitur, aut alia justa causa, vel legitima dispensatione excusat. Jamvero plures, & magnæ notæ Doctores universaliter & absolute docent; Religiosum factum Episcopum exceptis tribus substantialibus votis, a cæteris omnibus Religionis regulis constitutionibus, ac votis ipsis excusari, dispensari, & absolviri ex vi status, & dignitatis ipsius Episcopalis.

Ad primum vero, quod Summorum innititur auctoritate Pontifi-

cum, respondet Diana l. cit. §. 3. dicens: de praedicto Pontificio iudicio, & eorumdem responsionibus a Laurentio de Peyrinis allatis non constare authenticæ. Vel dicendum esse: dictos Pontifices ita respondisse adhaerendo opinioni contrariae, nimis tamquam Doctores privatos; sed non inde sequi, Doctorum aliorum sententiam affirmativam sua probabilitate carere.

Cæterum in re ista consultius quidem judico, ad Summum Pontificem pro dispensatione expresse recurri; qui videtur benigne, ac facile dispensatus, supposita jam gravi auctoritate Doctorum, in terminis etiam & expresse afferentium: Religiosum qui ex regula, aut quarto voto substantialibus adnexa, teneatur ad abstinentiam omnibus sextis feriis, si fiat Episcopus, posse comedere carnes, incidente solemnitate Natatis in feriam sextam; in quo etiam privilegio includunt Episcopum ex Religione Minimorum assumptum.

Interrog. hic l. An prædicta sententia loquatur de quocumque Episcopo, et si ad suam Diœcensem ire nequeat, vel subditos non habeat, uti Episcopus Titularis, seu annualis? Item an procedat etiam de Episcopo, qui Episcopatum dimisit, vel ab eo fuit depositus? Rursus an intelligi etiam possit de Religioso Cardinali non Episcopo? Denique an etiam possit de Religioso promoto in Abbatem, aliamve dignitatem, habentem propriam Diœcensem nulli Episcopo subiectam, sed in ea gaudentem plena jurisdictione Episcopali?

R. De his omnibus affirmat Th. Sanchez l. cit. n. 26. 27. 29. 34. & 35. qui videri potest; & quo ad Cardinales, si obligatio erat ex regula vel

vel præcepto Religionis: sicut etiam Suarez de Relig. 10. 4. tr. 8. l. 3. c. 18. fine, ubi docet: Religiosum promotum ad Cardinalatum eximi ab observantiis Regulæ: quemadmodum eximatur promotus ad Episcopatum; eadem enim est, inquit, exemptionis ratio in utroque; quia nimis Religiosus factus Cardinalis, per hujusmodi dignitatem juxta institutionem Ecclesie, aequa separatur a corpore Religionis, atque Episcopus.

328 Interrog. II. An etiam procedat de Episcopo degradato, & de Religioso facto Parocho?

R. De his negat laudatus Th. Sanchez l. cit. n. 30. & 36.

329 Interrog. III. A quo tempore Episcopus Regularis possit gaudere prædicto privilegio?

R. Thomas Sanchez n. 32. estimat, non a tempore electionis, sed a die confirmationis Pontificiae.

330 Qu. XIV. Utrum in Religionibus, in quibus ex regulari observantia illicitum est Religiosis in Sabbato vesci Animalium extremitatibus, & intestinis: cum coeteroqui in Regione, in qua versantur, sit licitum vesci: ut supra dictum est de Hispanis: possint Religiosi hujusmodi Religionum, in Sabbato, in quo occurrit Nativitas Domini, vesci diuisis Animalium extremitatibus, intestinis, ac visceribus?

R. Negatiue. Ita Salmant. l. cit. n. 106. citantes etiam Rodriguez, & Sanchez. Videri etiam potest quod ex Azorio animadvertisimus l. 2. ubi de Sabbato art. 7. n. 54. Idem dicendum de illis locis Hispan. in quibus, ut diximus n. 107. nunc licet edere de omni etiam genere

carnium in omnibus Sabbatis, quæ non sint dies observantiæ quadragésim. vel alterius jejunii. Quod tamen intellige, nisi excipiatur ab ipsa regula, vel consuetudine legitima casus incidentiæ solemnitatis Dominicæ Nativitatis; vide dicta qu. 8. Ratio autem prædictæ sententiæ negativæ est, quia ex una parte obligantur, ad abstinentiam etiam in die Sabbato, uti supponimus, ex regulari observantia; ex alia parte vero jus approbans consuetudinem descendit carnis in die cæteroqui prohibito, in quem incidat Natale Domini, hujusmodi Regulares non exsolvit, sed ligatos relinquit obligacione sua. Et quamvis in textu fiat mentio solum de feria sexta, in quam incidat Natale, eadem tamen militat ratio pro Sabbato: ut recte notant laudati Salmanticenses; unde quamvis idem textus juris solum habeat, licere carnes comedere in feria sexta, in quam Natale incidat: nihilominus id ipsum licet, si incidat in Sabbathum: nimis quia eadem militat ratio: uti observavimus n. 107.

Qu. XV. Utrum occurrente Nativitate Domini in feria sexta, aut Sabbatho, teneatur jejunare, adeoque & abstinere a carnis, qui ex poenitentia Sacramentali debeat jejunare omnibus sextis feriis, aut Sabbathis?

R. Negat Amicus apud Dianam edit. coord. 10. 1. ir. 6. R. 41. §. 1. fine, dummodo transferat jejunium in aliud diem. Ratio hujus secundæ partis est; quia supponitur Confessarius designasse ad jejunium feriam sextam, aut Sabbathum non solum in memoriam Passionis Christi e. g. vel honorem B. Virginis, sed etiam,

etiam, & præcipue ac intentione primaria, in remissionem peccatorum, & remedium reliquiarum eorum. Unde quamvis finis præcepti a Confessario impositi ceteret fortasse quo ad accessorium: minime vero cessat quo ad principale. Vide Dian. cit. tr. 6. R. 39. & duab. sequ.

Prioris autem partis, in qua præsens stat difficultas, ratio esse potest, quia primo non est præsumendum, Confessarium voluisse obligare ad jejunium, & fere publicam poenitentiam in die tantæ, ac talis solemnitatis, & præter consuetudinem populi Christiani; ac poenitentem privare privilegio Canonis ipsius Ecclesiæ permittentis expresse e sum carnium in hujusmodi incidentiæ casu, & ab eo non excludentis nisi tantummodo obligatos ex voto, aut observantia regulari. Secundo, quia potest poenitens, saltem ex justa causa, transferre sine mortali culpa jejunium a die sibi præfixa ex Confessario; vid. La-Croix lib. 6. p. 2. qu. 176. §. 18. n. 1290. Atqui ipsius Ecclesiæ universalis judicio, & usu, justissima datur causa vescendi carnibus, & solvendi jejunium in feria sexta, & Sabbato incidentibus in Natale Domini. Ergo prædictus poenitens habet in dicto casu incidentiæ justissimam causam transferendi impositum sibi jejunium a Confessario. Ergo potest illud transferre.

Favent sententiæ huic Auctores illi, qui, ut diximus die præcedenti art. 6. qu. 7. n. 42. concedunt collationem pinguorem juxta consuetudinem in Vigilia Nat. etiam ei, qui in prædicta vigilia jejunare debet ex poenitentia injuncta a Confessario: qui nimur imposuerit jejunare qualibet feria sexta e. g. &

aliquando vigilia Nativitatis occurrat in feria sexta. Illi quidem Auctores multo magis coascederent e sum carnium in die Nativitatis ei, qui jejunare debeat prædicta die, eo quod Confessarius imposuerit jejunare qualibet feria sexta, & aliquando dies Nativitatis occurrat in feria sexta; enimvero hic conceditur licentia minor. Profecto concedendo collationem pinguorem in prædicto casu, fere omnino absolvitur poenitens a jejunio, seu a sumenda refæctione unica: quis enim non dicceret, duplē sumpsiſſe refæctionem, atque adeo fregisse jejunium, qui in cæteris jejunis illam quantitatē collationis sumeret? Confer dicta heri art. 6. qu. 4. n. 23. Rursus licet consuetudo permittat illam quantitatē collationis in Vigilia Nativitatis Domini, nullus attamen Canon ei suffragatur; contra vero hic suffragatur manifestus Canon Ecclesiæ, quo declaratur expresse: esse permīsum carnium e sum in Festo Nativitatis occurrente in feria sexta, nimur quolibet die, quo consueverit abstineri, etiamsi fuerit feria sexta; & ab hujusmodi privilegio non excluditur, nisi solum ille, qui teneatur voto, aut observantia regulari. Rursus quod magis est: hic non solvitur a jejunio poenitens, sed solum ei permittitur variare diem; quæ cæteroqui variatio, etiam universaliter, & absolute loquendo, licet poenitenti ex justa causa, saltem sine mortali, ut supra dictum est: quæ quidem justa causa hic non desideratur, ut etiam supra observavimus.

Qu. XVI. Utrum, si jejunium Jubilæi incidat in solemnitatem Nativitatis Domini, possit ab Episcopo

scopo commutari in aliud opus pium?

R. Negative; & ratio est, quia solemnitas Festi non est causa sufficiens commutandi jejunium in aliud opus pium. Vid. Viva de Jubilæo qu. 8. art. ult.

¹³³ Qu. XVII. An, si jejunium Jubilæi incidat in Natale Domini, possit per Episcopum transferri?

R. Affirmative: quia ex una parte est causa sufficiens; & ex alia parte Episcopi habent hujusmodi facultatem. Viva l. cit. Vide dicenda in Appendice ad calcem Diarii c. 7. art. 3. & dicta 23. Februar. n. 25. post initium. Et confirmatur exemplo Benedicti XIV. qui cum esset Archiepiscopus Bononiensis, in hoc casu jejunium Sabbati anticipavit, & transstulit in præcedentem feriam secundam; legi potest Notificatio 35. n. 6. to. i. Notific.

S E C T I O X.

De Benedictione mensæ, & Gratiarum actione.

¹³⁴ In Natali Domini ad Benedictionem mensæ Sacerdos incipit: Benedicite. & alii repetunt: Benedicite. Deinde dicit V. Verbum caro factum est. Alleluja. & alii presequuntur: Et habitavit in nobis. Alleluja. & alia de more.

Deinde in fine mensæ Sacerdos incipit: V. Notum fecit Dominus. Alleluja. Et alii prosequuntur: Salutare suum. Alleluja. Gloria Patri Eccl. & alia de more. Sic dicitur usque ad Cœnam Vigiliæ Epiphaniæ exclusive. Rubr. Brev.

TOMO IV.

S E C T . XI.

De quadam Superstitione.

Q. An sit superstition, in nocte Nativitatis Domini addiscere quadam verba, ad canes alligandos ne noceant?

R. Affirmative. Tancredi de Re-¹³⁵ lig. tr. 2. lib. 2. disp. 8. quest. 6. n. 18. La-Croix lib. 3. par. 2. q. 5. §. 2. n. 29. Sed Vide Tambur. in Decal. lib. 2. c. 6. §. 1. n. 40. Et 80. ubi explicat quomodo, & quando id sit superstition?

A R T I C U L U S II.

Not. infra Octavam Nativitatis.

EXPLICANTUR SECTIONIBUS II.

Sect. I. Not. in genere

Sect. II. Not. infra Oct. Nat. in particulari.

S E C T I O I.

Not. in genere.

EXPLICANTUR SUBSECTIONIBUS II.

Subs. I. De Hor. Canon.

Subs. II. De Missa.

S U B S . I.

De Horis Canonicis.

INFRA Oct. Nat. Domini fit de ¹³⁶ Festis occurrentibus; immo Octavam Nat. non habere privilegium excludendi duplia translata, notabimus ex Caval. die 30. hujus, art. I. n. 2. Decoratur autem hæc Octava N n spe.

specialibus aliis privilegiis. Nimisum infra Octavam Nat. Antiphonæ in 2. Vesp. sunt privilegiatae, ut numquam omittantur, etiamsi occurrat, vel sequatur Festum duplex primæ cl. quod videlicet fiat de Octava Nat. præter morem aliarum Octavarum Sanctorum, seu Festorum: & non per solam Commemorationem de eadem. Vide dicenda 26. hujus art. 2. num. 5. Gavantus in Rubr. Brev. sect. 6. c. 6. n. 6. ait: Antiphonas Nativitatis ad Vesperas infra Octavam semper recitari, ut servi cedant Domino medietatem Vesperarum, qui venit vergente Mundi vespere, pro salute nostra. Nos etiam credimus, medietatem saltem Vesperarum esse quotidie de die infra Oct. Nat. eo quod Christus natus sit Vespere, seu nocte, & in dimidio noctis: ut alibi notavimus. Porro Vespere, ut ex ipso nomine patet, proprie pertinere ad noctem; confer dicta l. i. c. i. art. i. num. 8. In gratiam itaque noctis, in qua natus est Christus, quotidie Vesperæ sunt de Nat. saltem usque ad Capitulum. Igitur infra Octavam Nativitatis in 2. Vesp. Antiphonæ, & Psalmi de Nativitate; a Capitulo de Festo occurrenti illa eadem die, sub ritu tamen duplice celebrato; additis commemorationibus Octavarum occurrentium in Breviario, ut suis locis explicabitur quotidie.

137 Si autem ab altera die post Festum Nativitatis, puta die 27. aut 28. &c. hujus occurrat alicubi Festum duplex primæ classis, tunc ibi in primis Vesperis Festi sequentis Antiphonæ, & Psalmi erunt de Nativitate sub ritu dupl. deinde a capitulo de sequenti Festo primæ cl. & fit primo Commemoratio præ-

dentis duplicitis secundæ cl. sequetur sola Commemoratio Octavæ Nativitatis, non item de aliis Octavis. Deinde in 2. Vesp. ejusdem Festi iterum Antiphonæ, & Psalmi de Nat. a Capitulo de præcedenti Festo primæ cl. & fit primo Commemoratio sequentis, etiam semiduplicis, cui additur Commemoratio Octavæ Nativitatis, quæ numquam omittitur, ut mox notabimus: non vero aliarum. Sic e. g. ubi Festum S. Joannis est dupl. i. cl. ibi in die Festo S. Stephani sub ritu duplice 2. cl. celebrato, in 2. Vesp. Antiphonæ, & Psalmi de Nat. a Capit. de sequenti Festo S. Joannis, & fit primo Commemoratio præcedentis Festi S. Stephani, deinde octavæ Nat. In ipso autem die S. Joannis, in 2. Vesp. Antiphonæ, & Psalmi de Nat. a capit. de præcedenti Festo i. cl. & fit Commem. sequentis Festi SS. Innocentium, & Octavæ Nat. sed de Octava S. Stephani non fit Commemoratio, sicut nec in Laudibus prædicti ejusdem duplicitis primæ cl. in quibus tamen fit sola Commemoratio Octavæ Nativitatis. Porro infra Oct. Nat. occurrente Festo etiam i. cl. licet non fiat Commemoratio de aliis diebus infra Octavas, semper tamen fit Commemoratio de die infra Octavam Nat. in utrisque Vesperis, & Laudibus. Rubr. gener. Brev. tit. 7. n. 3. & tit. 9. n. 6. fine, Gavant. in Rubr. Brev. sect. 3. c. 8. n. 4. & sect. 6. cap. 6. n. 6. Merat. ibi n. 3. 6. ubi Festum. Caval. 10. 2. c. 14. in d. 4. n. 10. & 12. ubi etiam animadvertisit, infra Octavam esse aliis præferendam Commemorationem octavæ illius ex prædictis Festis, quod foret duplex primæ cl. atque adeo post Commemo-

ra-

rationem Nativitatis ponendam esse Commemorationem hujusmodi Festi; id ipsum animadvertis Me ratus tom. 2. sect. 3. c. 8. n. 13. in sua tabella de Octavis fine; confer dicta 14. Januar. num. 25. Docet insuper Caval. cit. nu. 10. si infra hanc Octavam alicubi occurrat aliquod aliud Festum duplex secundæ classis, faciendam quidem in eo esse Commemorationem Nativitatis Domini, non item aliam Octavarum prædictarum. Porro duplex secundæ classis non admittit Commemorationem diei infra Octavam; quod autem Octavæ e. g. S. Stephani Commemoratio fiat in Festa S. Joannis 2. cl. casus peculiaris est, qui ad alios non est extendens: nec id, inquit Cavalerius cum Guyeto, eidem competit ex privilegio sibi facto, sed ex convenientia quadam inter ipsas tres Octavas pari ei, quæ est inter ipsam et tria Festa. Confer dicta 1. Januar. art. 2. n. 7.

138 Antiphonæ de 2. Vesp. Nat. dicuntur integræ ante, & post Psalmos in 2. Vesp. Nat. & tribus sequentibus Festis duplicitibus: deinde vero ad modum ritus semiduplicis, si occurrat, aut sequatur semiduplex: secus autem si occurrat, aut sequatur duplex; unde die 30. Decembris in 2. Vesperis dicuntur integræ, quia sequitur duplex; similiter ubi de S. Thoma Ep. Cantuar. recitatur sub rito duplice, ibidem die 29. hujus in 2. Vesp. dicentur integræ Antiphonæ prædictæ.

139 Infra Oct. Nat. in fine hymnorūm: *Jesu tibi qui natus*. Hymnorūm scilicet qui sint ejusdem metri, nec habent ultimam strephen propriam; & sic terminantur tisque ad Epiph-

niam. Rubr. gen. Brev. tit. 20. n. 4.

A Nat. Domini usque ad Epiph- 140 niam in R. Br. ad Primam: *Qui na- tus es de Maria Virgine*. Rubr. gen. Brev. tit. 28. n. 3.

SUBS. II.

De Missa.

NERA Octavam Nat. dicitur Mis- 141 sa de Festis quotidie occurrenti bus cum Commemoratione Octavæ Nat. & aliarum Octavarum; nisi occurrat Festum duplex primæ classis; in quo fieri tantum Commemoratio Octavæ Nat. quæ numquam omitti tur, ut subf. præcedenti monuimus, n. 137. Similiter omittatur Commemoratio trium Octavarum, quæ sunt in Breviario, præter illam Nativitatis, ubi occurrat aliud Festum secundæ classis, secundum dicta eodem cit. n. 137. fine.

Ponitur autem in Missali Roma no Missa cui titulus: *Missa de Octa va Nativitatis Domini*: hoc est di cenda infra Octavam Nativitatis Domini. Quoniam vero casu ea Missa dicenda sit? notabimus fæc. sequenti n. 145. & sub die 30. hujus n. 6.

Quando fit Commemoratio S. Stephani, ac S. Joannis, ad eorum nomini inclinetur caput, ut suis locis ubi de eorumdem Feste respective notabimus

Quotidie dicitur *Credo*. Præfatio 142 propria de Nat. usque ad Epiphiam, præterquam in die Octava S. Joannis Ap. & item *Communicantes* proprium de Nat. usque ad Octavam Nat. seu usque ad Festum Circumcisionis inclusive, & non ultra, cum V. *O diem sacratissimum*.

N n 2 Si

Si infra Octavam Nativitatis dicuntur Missæ votiva solemnis pro re gravi, vel publica Ecclesiæ causa, habens Præfationem propriam; vel alicubi occurrat Festum habens Præfationem propriam; dicendam nihilominus esse Præfationem de Nativitate, sustinent plurimi: quibus tamen contradicunt cum aliis Meratus to. i. par. i. tit. 4. n. 47. & iterum par. 4. tit. 3. n. 15. & Caval. tom. 5. c. 14. n. 21. assignatis ibidem rationibus, quæ videri possunt: & n. 22. assignat disparitatem ac rationem, cur in Feste S. Joannis Ap. dicatur Præfatio Nativitatis? Et quo ad Missam votivam solemnem pro re gravi adest declaratio S. C. R. hujus tenoris: *In Missis votivis solemnibus pro re gravi infra Octavam Nativitatis celebrandis dicenda est Præfatio juxta Rubricam generalem*, tit. 12. n. 4. S. R. C. 25. Septembr. 1706. & 15. Septembr. 1714. approbante Clemente XI. 29. ejusdem. Apud Caval. l. cit. n. 20. & Merat. ind. Decr. Miss. n. 628. Porro ex allegata Rubrica in præfatis Missis dicenda est Præfatio propria, si propriam habeant. Confer dicenda tr. 2. ubi de infra Oct. Ascensionis n. 54. A fortiori post Octavam Nativitatis dicenda erit Præfatio propria, si hujusmodi Missæ votivæ eam habuerint, vel Festa occurrentia; ut idem Caval. animadvertisit num. 26. Quæcumque autem Præfatio dicatur infra Octavam Nativitatis, dicendum est Communicantes proprium Nativitatis infra eamdem Octavam. Merat. par. i. l. cit. Vide rursus dicenda in Feste Ascensionis l. cit. ubi etiam notabimus: Præfationes, & Communicantes in Missali non ideo suo loco consequenter esse descripta

ut simul dicantur, vel omittantur: sed ut facilius reperiantur.

Infra Octavam Nativitatis Domini 143
prohibentur Missæ votivæ, (quæ non sint solemnies pro re gravi, vel publica Ecclesiæ causa: ut intelligitur ex præmissis:) vel pro Defunctis. S. R. C. 25. Septembr. 1706. & 14. Septembr. 1714. annuente Clemente XI. 29. ejusdem. Apud Caval. t. 3. c. 9. d. 5. & to. 5. c. 14. n. 20. & 23. & Merat. ind. Decr. Miss. n. 628. Eadem S. R. C. interrogata: utrum in Cathedrali Vilnensi, cum multæ fundatæ essent Missæ votivæ quotidianæ in cantu, haec essent prohibitæ, quando per Rubricas Missalis, ac Decreta Sacrae Congregationis prohibentur Missæ votivæ privatæ, videlicet per Octavas Nativitatis, Epiphaniæ &c.? Respondit affirmative: & pro votivis substituendas Missas de Feste in cantu; ve ex rationabili causa ab Ordinario dignoscenda, & approbanda, substituendas Missas de Feste lectas; & sic satisfieri Fundationi. 22. Decemb. 1753. in Vilnen. ad 6. 7. & 8. dubium, apud Caval. to. 5. in Collect. recentior. Decretor. Non soluna privatas de Requiem, verum etiam cantatas, atque solemnies de Requie a Nativitatis Octava exclusas esse: sola excepta solemnii, quæ dicatur præsente cadavere: docet Caval. l. 3. c. 5. in decr. 5. n. 3. & cap. 9. in d. 5.

Missa Sanctæ Crucis non debet ullo modo celebrari die Veneris infra Octavam Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, non obstante quacumque praetensa consuetudine illam Celebrandi singularis diebus Veneris infra annum, & signanter infra Octavam supradictam.
S. R. C. 12. Januar. 1609. in Fl-

ren.

rentina. Apud Merat. ind. Decr. Miss. n. 435.

S E C T I O II.

Not. infra Oct. Nat. Dom. in particulari.

EXPLICANTUR SUBSECTIONIBUS III.

Subf. I. *Not. in primo triduo post diem Nat. Dom.*

Subf. II. *Not. in Sab. infra Oct. Nat.*

Subf. III. *Not. in Dominica infra Oct. Nat.*

S U B S. I.

Not. in primo triduo post diem Nat. Dom.

§. U N I C U S

Not. tempore Interdicti,

¹⁴⁴ **C**UM, secundum dicta art. 1. sect. 2. in Festo Nat. Dom. suspendatur Interdictum locale generale quo ad Divina officia: an id possit extendi ad proxime sequentes dies tres Festivos? Vide tr. 2. in Dom. Resurr. art. 7. qu. 1.

S U B S. II.

Not. in Sabbato infra Oct. Nat.

§. U N I C U S.

De Hor. Canon. & Missa.

¹⁴⁵ **G**i Sabbatum infra Octavam Nat. occurrit die 30. hujus, tunc Officium fit de die infra Octavam

Nat. eo tamen modo, seu ritu, qui describetur die 29. & 30. hujus; ubi de hor. canon. Missa vero erit propria ut in Missali Rom. post Dom. infra Oct. Nat. descripta; vide dicenda 30. hujus n. 6.

S U B S. III.

Not. in Dominica infra Octav. Nat.

EXPLICANTUR §. §. II.

§. I. *De Hor. Canon.*

§. II. *De Missa*

§. L

De Hor. Canon.

DOMINICA infra Octavam Nativitatis est, quæ occurrit prima post Festum Nativitatis, aut etiam in ipso die Nativitatis: ut indicat Rubrica Brev. descripta ante Officium Sancti Thomæ Ep. & M. per hæc verba: *Si Festum Nativitatis Domini Eccl. venerit in Dominica, ipso die nihil fit de Dominica, sed die proximo post Festum Sancti Thomæ martyris fit de ea ut infra.* Videlicet ut post Officium S. Thomæ Martyris; ibi autem describitur Officium Dominicæ, cui titulus est: *Dominica infra Octavam Nativitatis.* Jamvero si hæc Dominica inciderit in ipsum diem Nativitatis Domini, aut in diem Sancti Stephani, vel S. Joannis Ap. aut Sanctorum Innocentium, nihil hisce diebus fit de ea; sed ea transfertur in diem immediate sequentem Festum Sancti Thomæ Cantuariensis Episcopi & M. hoc est, reponitur 30. hujus. *Rubr. Brev.* Vide dicenda tract. 2. lib. 2. pat. 1. cap. 1. num. 1. **Si**

Si autem hæc Dominica venerit in Festum laudati Sancti Thomæ M. sub ritu semid. fit de ea, & Officium S. Thomæ sub ritu semid. transfertur in feriam secundam sequentem
Rubr. Brev.

Quod si eadem Dominica venerit in diem S. Sylvesteri P. Officium fit de Sancto, & habetur de Dominica infra Octavam Nat. Commemoratio cum nona lectione, ut 31. hujus art. 2. n. 4. dicemus. Officium vero Dominicæ in hoc casu non deperit, quia lectiones primi, & secundi nocturni leguntur in præcedenti Sabbato, in quo faciendum est de die infra Oct. Nat. ut diximus subl. præced. Rubr. Brev. & Gavant. in Rubr. Brev. sect. 6. c. 6. n. 10.

De Dominicæ infra Oct. Nat. facienda est saltem Commemoratio cum nona lectione de homil. & Evangel. in fine Missæ; si tota Octava Nat. impedita sit Festis duplicibus: & Commemoratio fit eo prorsus die, quo universalis Ecclesia facit de eadem Dominicæ Officium, vel Commemorationem. Gavant. l. cit. Casch. to. 2. c. 14. in decr. 4. n. 6. & 7. ac significat item Decretum S. C. R. describendum 29. hujus art. num. 5.

⁴⁷ Quando fit Officium de Dom. infra Oct. Nat. tit. semid. Rubr. gen. Brev. tit. 2. n. 1. In 1. & 2. Vesp. quomodo ordinandum sit Officium, explicabimus a die 28. ubi de hor. capon. Ad Matutinum, & horas omnia sicut in proprio, & in Festo Nat. ut Officium instanti celebritati Nativitatis Domini concordet: ne Clerus alius, quam populus, in Ecclesiasticis hujusmodi celebratibus observet; vide Microlog. de Eccl. observat. c. 37. In hac Dominicæ le-

ctiones primi Nocturni sunt initium Epistolæ B. Pauli Ap. ad Rom. ac de ea Epistola, & aliis ejusdem Apostoli leguntur lectiones primi Nocturni usque ad Septuagesimam: quando enim lectiones primi nocturni erunt de Scriptura occurrente. Leguntur autem Epistolæ laudati Apostoli tempore prædicto, quia dum representatur Christus Mondo, novi Testamenti Præcones audiri debent: nisi notabilius tr. 2. l. 2. parte 2. in ejus 1. par. c. 1. n. 2. In Laudibus fit Commemoratio Octavæ Nat. ob rationem indicandam tr. 2. in Dom. 2. post Epiph. n. 2. & aliarum octavarum occurrentium. Non dicuntur Preces, neque sicut Suffragia Sapientorum. Rubr. gen. Brev. tit. 4. n. 2. Ad Primam non dicitur Symbolum S. Athanasii: Quicumque. Rubr. gen. Brev. tit. 33. n. 2. Sed recitaturs Primus omnino ut in Festis. R. Br. Qui natus es. Ad absolut. Capitulo dicitur Capit. Nonæ, ut in propr. de Dom. infra Oct. Nat.

§. II.

De Missæ.

* * * Dominicæ infra Oct. Nat. Mis- 143 sa propria cum Commem. Octavae Nat. & aliarum Octavarum. Dicitur Gloria in excelsis. Creda. Præfat. & Communicantes de Nat. Col. param. alb.

Si de Dom. infra Oct. Nat. facta sit in Officio simplex Commemoratio cum 9. lect. ut est in casu, quo occurrit in Festo S. Sylvesteri P. tunc etiam in Missa fiet de ea Commemoratio, cum ejusdem Evangelio in fine Missæ.

Officium Missæ Dominicæ infra Octa-

Ottavam Nati. interpretatur, expo- Offic. lib. 6. cap. 14. qui videri po-
nitque Durandus in Ration. Div. test.

C A P U T X X V I .

NOTANDA XXVI. DECEMBERIS.

EXPLICANTUR ARTICULIS VII.

ART. I. De observantia Festi S. Stephani Protomartyris.

ART. II. De Hor. Canon.

ART. III. De Missa.

ART. IV. Not. pro Functionibus Pontificalibus.

ART. V. An: babeat Vigiliam S. Joannes Ap. & Evangel.

ART. VI. De quadam vana observantia.

ART. VII. De Indulgent.

ARTICULUS I.

De Observantia Festi S. Stephani Pro-
martyris.

rr. 2. lib. 2. cap. 9. num. 12. fine &
& insinuatur ex eo, quia Orientalis
Ecclesia Festum hoc celebrabat die se-
ptima Januarii; tunc, cum Nativita-
tis Dominicæ Solemnitatem revolebat
die Sexta mensis ejusdem una cum
Festo Epiphaniarum; postquam vero,
quemadmodum die præcedenti nota-
vimus, Occidentalis Ecclesiæ usum
amplexa est, celebrandi Natale die
25. Decembris, in diem hanc 26.
transluit Festum S. Stephani; con-
fer Meratum rom. I. par. 4. tit. 3.
n. 16. Cavaler. to. 2. c. 14. comment.
in decr. 4. n. 15.

Ulterior autem ratio, ex qua se-
lectum fuerit potius Festum S. Ste-
phani, ad augendam solemnitatem,
atque lætitiam Dominicæ Nativitatis;
credimus esse, quod, eum primo
Ecclesia solemnitates tantummodo
Martyrum celebrare cœpisset, uti no-
tavimus I. Novembr. n. 2. ideo S.
Stephani Protomartyris Festum opor-
tuit locum habere primarium inter
Mar-

2 Qu. I. Cur hoc Festum hodie ce-
lebretur?

R. Verisimile est, ideo Ecclesiam
statim post Festum Natalis Domini
celebrare Festum S. Stephani Proto-
martyris, ut angeat Festi illius ce-
lebritatem; ita Suarez de Relig. t. 1.

Martyrum Solemnitates: ut observat Grancolas, quem laudat Merat. I. cit.

Dici etiam potest, propter aliquod mysterium conjungi hujus Beati Protomartyris Festum cum Natali Domini: id quidem significant Auctores veteres in suis ipsorum sermonibus in hanc Festivitatem: videri potest Joannes Beleth de divinis Officiis c. 70. & c. 143. Durandus in ratione Officior. lib. 7. c. 21. & 42. initio Gavant. in Rubr. Breviar. fest. 3. c. 8. num. 8. ubi pro hac sententia speciatim allegat Divum Bernardum. Confer dicenda tr. 2. lib. 2. par. 1. c. 1. n. 2.

Alii alias insuper rationes assignant pro quaestione proposita, quas tamen utpote plerumque petitas ex incertis auctoritatibus, vel minus solidis fundamentis innixas, praetermittimus: indicantes tantum, videri posse, praeter laudatos Auctores, Azorium Institut. moral. par. 2. lib. 1. c. 25. Baron. in not. Martyrolog. ad hanc diem, & ad diem 3. Aug.

- 3 Qu. II. Cur S. Stephanus, qui Diaconus tantum fuit, nec sanctitate superavit Apostolos, solemniori ritu Ecclesiastico colitur, quam plerique Apostolorum? Habet enim ritum Ecclesiasticum admodum solemnem, ut constat: & olim incidente ipsius Festo in feriam sextam, licet erat vesci carnibus, ut respondit Nicolaus I. ad Consulta Bulgar. c. 5. quamvis hic usus nunc exoleverit, ut constat, & animadvertisit Raynaudus tom. 15. par. 1. fest. 3. de elect. Sanctor. n. 28. Quod est indicium maximae solemnitatis, ut facile colligitur ex hujusmodi privilegio unice nunc reservato feria sexta, vel Sab. in quibus occurrat Natale Domini; ut heri notavimus.

¶. Illud esse ex eadem ratione, quam pro S. Laurentio Martyre militare diximus 10. Aug. art. 1. sect. 2. n. 3. Vide ibi dicta.

ARTICULUS II.

De Horis Canonicis.

FESTUM S. Stephani Protomartyris 4 esse secundæ classis, docet Gavant. in Rubr. Brev. fest. 6. c. 6. n. 1. tum quia, ait, sequens Festum S. Joannis non est nisi 2. cl. ut aliorum Apostolorum; tum quia Stephanus, & Laurentius in Martyrio, Officio, Octava, Sepulchro sunt patres; concordant in tertia antiphona ad Laudes, & in oratione duplice, altera in Festo, altera in die octava; ex quibus sequitur, quod haec Sandorum Festa cederent occurrenti Festo primæ classis. Habent tamen privilegium non commune aliis Festis 2. Cl. quod de die infra Octavam eorum fit Commemoratio in Festis eorumdem, ut habetur in Breviario. Haec Gavantus. Item Caval. 10. 2. c. 14. in d. 4. n. 11. ait hoc Festum S. Stephani communiter censerri nonnisi rit. dupl. 2. clas. Profecto hoc Festum S. Stephani esse 2. cl. constat ex duabus Tabell. excerptis ex Rubr. gen. Brev. Unde non sunt audiendi, qui hoc Festum putarunt esse 1. cl. apud Merat. 10. 2. fest. 6. c. 6. n. 1. & 2. Officium ut in propr. & communi un. M. & fit Commem. Oct. Nat. In fine hymnor. Jesu tibi. In Vesp. Antiph. & Psalmi de Nat. ut in 2. Vesp. Festi; a capit. de S. Stephano, & Commemor. sequentis Festi S. Joannis Ap. & Evang. dupl. 2. cl. ac deinde Octavæ Nat. Quod autem a cap. non

non frat de digniori S. Ios. Apost. ex particulari id fieri privilegio, S. Stephano congrue factio, existimat Caval. l. cit. quia, inquit, in eo primis Martyrum consecratae fuerunt; id ipsum procedere ait, quoad diem Octavam ejusdem S. Stephani relate ad diem Oct. S. Jo.

Si Festum S. Stephani venerit in Dominica, nihil hodie fit de ea, sed fieri die proximo post Festum S. Thomae Cantuar. Ep. & M. Rubr. Brev. posita ante officium S. Thomae Ep. M. Vide dicenda tit. 2. lib. 2. par. 1. c. 1. n. 1.

Ubi Festum S. Stephani, vel aliquid ex duobus sequentibus erit Patronus, vel Titulus Ecclesiae, iam diximus die præc. art. 1. sect. 3. num. 16. & art. 2. sect. 1. subs. 1. n. 136. & 137. etiam in Ecclesia propria, non habere primas Vespereas, sed illas esse de Nat. Domini; quia majus est Festum Christi, quam Stephani. Inter eadem vero Festa serventur Rubricæ generales: & Vesperæ primæ, & secundæ sint de digniori Festo, idest primæ clas., & Patroni principalis, seu Titularis cum Commemoratione minus digni, & item de Octava Nativ. cuius etiam Antiphonæ, atque adeo & Psal. ad Vespereas semper recitantur. Vide dicta l. cit. Ad Laudes vero non fit Commemoratio de die infra Octavam aliam, excepta Nativitatis Octava, de qua fit semper Commemoratio, ut in Rubr. generalibus præscribitur, & nos notavimus l. cit.

Quæ diximus de prædictis, quando sunt Titulares Ecclesiarum, valent etiam de sequentibus Festis S. Thomæ Cantuariensis, & S. Silvestri: qui tamen non habent Octa-

TOM. IV.

vam. Gayanus in Rabr. Brevi sept. 6. c. 6. n. 5. 6. & 9.

ARTICULUS III.

De Missa.

IN Festo S. Stephani Protomartyris pl. 2. cl. Missa propr. & fit Commemor. Q. d. Nat. Credo. Pref. & Communicantes de Nat. In Missa S. Stephani, & quando fit de eo Commemoratio, inclinetur caput ad ejus nomen positum in Epistola, & in Offertorio, & in Canonone in Orat. Nobis quoque peccatoribus, & ubi alias nominetur. Ex Rubr. Miss. de rit. celeb. tit. 5. n. 2. Vide dicta 18. Januar. art. 2. n. 7.

Param. color rubr. ex Rubr. gener. Miss. tit. 18. n. 2. & 3. nimirum quia est Martyr, imo & Protomartyr. Profecto in Solemnitatibus Martyrum paramentis, i.eu vestibus rubeis Ecclesia utitur (præterquam in Festo Innocentii extra diem Dominicam, ut suo loco dicetur:) propter rationem assignatam 4. Januar. n. 6.

ARTICULUS IV.

Not. pro Functionibus Pontificalibus.

IN Festo S. Stephani Protomartyris celebratio Missæ spectat ad secundum de Capitulo: ex Decreto S. C. R. 23. Martii 1709. in Compagna. Apud Merat. Ind. decr. Miss. n. 611.

O o

A R

ARTICULUS V.

*An habeat Vigiliam S. Joannes Ap.
& Evangelista?*

9 **S** Joannes Ap. & Evangelista non
habet Vigiliam, seu Missam &
Officium Vigiliæ, nec jejunium; eo
quod ejus solemnitas celebretur infra
Natale Domini: ne scilicet commu-
ni jejunio tantæ solemnitatis lætitia
minuatur. Constat ex Innoc. III.
loco citato a nobis 30. April. art. 4.
Vide ibi dicta.

ARTICULUS VI.

De quadam vana observantia.

10 **Q**u. An sit superstition, seu vana
observantia, certo credere, se
non moriturum ab alio occisum, si
die Festo S. Stephani Protomartyris
pane, & aqua jejunet, ac confitea-
tur, & communiceat?

R. Affirmative. Secus autem erit:
si a Deo cum fiducia, non autem
cum infallibilitate prædictum præfio-
letur effectum. Vide Tambur. in de-
cal. lib. 2. cap. 6. §. 1. n. 35. &
n. 44. ad 46. incl. & La-Croix L 3.
par. 3. qu. 5. §. 2. n. 29.

Verum etiam praecisa supersticio-
ne, incongruum esse, ipsum diem Fe-
stum, & Festivam Solemnitatem S.
Stephani colere jejunio, argues ex
dictis 13. Decembr. art. 4. n. 6.

ARTICULUS VII.

De Indulgentiis.

TN Festo S. Stephani Protomarty-
ris possunt obtineri Indulgencie
Stationum. Est autem hodierna Sta-
tio ad S. Stephanum in Cœlio Monte.
De Stationibus agemus tr. 2. lib. 4.
par. 1. c. 2. art. 1. sect. 1. subs. 4.
§. 2. a n. 101.



CA.

C A P U T XXVII.

N O T A N D A XXVII. D E C E M B R I S.

EXPLICANTUR ARTICULIS V.

ART. I. *De observatione Festi S. Joannis Ap. & Evang.*

ART. II. *De Hor. Canon.*

ART. III. *De Missa.*

ART. IV. *De Indulgent.*

ART. V. *Not. quod Kinum in die S. Joan. Evang. benedictum.*

A R T I C U L U S I.

De observantia Festi S. Joannis Apostoli, & Evangelista.

I FESTUM S. Joannis Ap. & Evangelistæ ex præcepto universalis, uti habetur ex traditione, & constat ex Constit. Urbani VIII. Universa, quam allegavimus die 25. hujus n. i. ubi inter Festæ universaliæ in foro servanda ex obligatio- ne gravi ponitur Festum S. Joan. Ap. Similiter C. Pronunciandum. 1. dist. 3. de consecr. & C. Conquestus. de feriis. In quibus generatim pos- suntur Festæ duodecim Apostolorum. Vide dicta 24. Februar. n. 1. & 2.

Sed etiam expresse numeratur hoc Festum in dictis duobus antiquioribus Juribus: præterquam quod universalis consuetudine observatur, & traditione adeo antiquæ, ut illius initium ignoretur, teste Suarez de Relig. 10. 1. tr. 2. lib. 2. c. 9. n. 12. a nullo enim, inquit, Scriptore Ecclesiastico traditum; & Beda in Martyrol. & omnes alii Scriptores de Sanctis, vel de officiis Ecclesiasticis, de hoc Festo, ut de antiquissimo, & solemnissimo loquantur.

Q. Cur celebratur certa die a 2 Nativitate Domini?

R. Hujus rationem aliqui esse pu- tant, quod hodie, idest vigesima se- ptima die Decembris mortuus sit Joannes Evangelista; consentit Azor. Inst. moral. par. 2. l. 1. c. 24. ubi ait: cum Ecclesia Joannem Evangelistam perpetua memoria celebret, & colat die 27. Decembr. videri id facere, quia hac die excessit e vivis Ita ille. Sed Græci in eorum Me- niologio annunciant, & ponunt mor- tem S. Joannis Evang. sexto Calen- das Octobris, hoc est, die vigesima sexta Septembris; ut refert Baronius in not. Martyr. Rom. ad hanc diem. Alii vero volunt, Joannem Evange- listam mortuum esse die vigesima quarta Junii, qua die B. Joannis Baptistæ Nativitas celebratur: & ideo translatum fuisse, dicunt, Festum Joannis Evangelistæ; ita Honorius in Gemma lib. 3. c. 13. Joa. Beleth de divin. Offic. c. 70. & c. 137. fine ac Durandus in Ration. Divin. Offic. lib. 6. cap. 7. n. 18. fine; & lib. 7. c. 42. n. 8. Sed quare in hunc potius diem 27. Decembris? Respon- dent Beleth, & Durandus; fortasse id factum vel quia hodie Sedem E-

O o 2 phe-

phesinam Joannes accepit, vel ei est Ecclesia Ephesi dedicata?

Verum inquit Suarez l. cit. hæc esse incerta; & probabile esse, Ecclesiæ non constituisse de die obitus, seu transitus B. Joannis Evangelistæ: (Confer Merat. to. 1. par. 4. tit. 3. n. 17.) ideoque hunc diem designasse, & Festum tanti Apostoli cum Natali Domini conjunxit, ad augendam illius Festi celebritatem; sicut de Festo S. Stephani verisimile esse diximus, & de Innocentium Festo dicemus. Nec etiam a proposito abluderet, opinari, (quod item diximus de S. Stephano) ad aliquod mysterium, præfens quoque Festum Nativitati Dominicæ copulari, quod tenet, explicatque Durandus cit. c. 42. qui videri potest: pro qua sententia Divum etiam Bernardum allegat Gavantus in Rubr. Brew. sect. 3. c. 8. n. 8. Vide dicenda tr. 2. l. 2. p. 1. c. 1. n. 2. & insinuant quoque dicenda infra n. 6.

ARTICULUS II.

De Hor. Canon.

FESTUM S. Joannis Ap. & Ev. de-
pl. 2. cl. Rubr. gen. Brew. tit. 9.
n. 6. Et in duab. tabell. excerpt. ex
Rubr. Brew. Omnia ut in propri. &
communi Ap. Commemor. Oct. Nativ.
ac S. Steph. In Vesp. Antiphona,
& Psalmi de Nat. a cap. de
S. Jo. & fit Commem. sequentis Fe-
sti SS. Innoc. deinde Oct. Nat. de-
mique S. Steph.

Ubi autem habet hoc Festum rit.
dupl. 1. cl. videantur dicta 23. hujus
att. 2. sec. 1. subl. 1. n. 137.

Si Festum S. Joannis Ev. venerit
in Dom. de ea hodie nihil fit, sed

die proximo post Festum S. Thomæ Canthar. Ex. & M. Rubr. Brev. 1.
supra cit. vide dicenda tr. 2. lib. 2.
par. 1. c. 1. n. 1.

ARTICULUS III.

De Missa.

In Festo S. Jo. Evang. dup. 2. cl. 4
Missa proprie. Commem. Oct. Nat.
& S. Steph. Credo. Rubr. gen. Miss.
tit. 11. Communicante de Nat. Praef.
item dicitur de Nat. ex Rubr. Mis.
& ita etiā habetur in antiquiori-
bus Missalibus; teste Gavanto in Ru-
br. Miss. par. 4. tit. 3. n. 8. Cur
autem non dicitur Praef. propria Fe-
sti occur. scilicet de Ap. sed fiat
exceptio Rubr. gener. tit. 12. n. 4.
Videri potest apud Caval. t. 5. c. 14.
n. 22.

In Missa S. Jo. & per Octavam,
quando fit de eodem Commemora-
tio, inclinetur caput ad ejus nomen
positum in Canone, in Oratione
Communicantes, & ubi alias nomine-
tur: ex rubr. Miss. de rit. celebr.
tit. 5. n. 2. Vide dicta 18. Januar.
art. 2. n. 7.

Utrum hodie inclinandum sit ca-
put in Oratione: Nobis quoque pecca-
toribus, ubi dicitur: cum Joanne Sc.
V. 24. Juniti n. 13.

Param. color alb. ex rubr. gener. 6
Miss. tit. 18. n. 2. quia de S. Joa-
ne Evang. tamquam de Virgine, &
B. Virginis filio adoptivo nunc fit Fe-
stum, nascente Christo primogenito
Virginis; ita Gavant. in Rubr. Miss.
par. 1. tit. 18. n. 2. lit. 9. Porro in
Festis de Virginibus color albus ad-
hibetur, in signum puritatis, & casti-
tatis, quæ nitori, & albedini, sicut
& liliis comparatur.

A R.

ARTICULUS IV.

De Indulgentiis.

7 **V**IS **TODIE** possunt obtineri Indulgentiae Stationum: habetur autem hodierna Statio ad Sanctam Mariam Majorem. De Stationibus agemus tr. 2. lib. 4. par. 1. cap. 2. art. 1. sect. 1. sub. 4. §. 2. a n. 101.

ARTICULUS V.

Not. quo ad Vinum in die S. Joannis Evangeliste benedictum.

8 **A**LICUBI solet benedici Vinum in die S. Joannis Evangelistæ; ut de Germanis refert Gobat loco mox citando; & quidem vinum hujusmodi benedictum ad Sacramentalia revocari, dicit Busemb. lib. 6. par. 1. tr. 1. c. 4. resp. 1. sed vide dicta a nobis lib. 2. par. 2. in Dominica art. 3. n. 47^c Hic autem

Qu. I. De origine, seu ratione consuetudinis hujus.

R. Teste P. Jacoba Gretsero l. 2. de benedict. c. 38. ortum habuit ex traditione, qua creditur laudatus S. Apostolus bibisse venenum ab impiis ei propinatum, nec tamen ipsi nocuisse: consentit Gobat to. 2. tr. 5. c. 23. sect. 5. qu. 7. n. 260. Hanc ipsam originem cum Alberto Castellano tradit A-Lapide in Mattb. 20. 22.

9 Qu. II. Nonnulli in plena Vino dolia infundunt pauxillum ex vino die S. Joannis Evangelistæ benedicto: queritur; utrum illud totum Dolium, in quod hujusmodi fuerit benedictum vinum infusum, acquirat benedictionem?

R. Negat Gobat L. cit. num. 265.

rationem assignat praecedenti n. 263. quæ videri potest.

Interrog. An igitur sit superstitione? 10

R. Negat idem Gobat cit. n. 265. quia, inquit, bona fides excusat, & simul tacita invocatio Divi Joannis potest apud Deum aliquid promereri. Et confirmat n. 268. ubi ex Grettero testatur: *Veneficas fassas esse, non patuisse sibi aditum ad illa vasa viaria, in quæ aliquid de vino S. Joannis benedicto infusum erat; nec potuisse ex illis quidquam haurire pro suis symposiis, & convivitculis.* Theophilus Raynaudus tom. 16. sect. 2. pu. 5. fin. meminit etiam hujusmodi parvæ quantitatis vini in S. Joannis honorem benedicti, atque permixti vino pleni Dolii magai: similiterque testatur de effectu prædicto, *Sagarumque repulsa.* Ait autem, præfatam hujusmodi mixtionem non ad hoc fieri, ut totum vinum, quod in Dolio est, contrahat a vino benedicto modice immisso sanctitatem & benedictionem; sed tantum, ut vinum committatur tutelæ Sancti Joannis, in cuius honorem fuit vinum benedictum.

Nota hic ex La-Croix l. 3. q. 54. 11
§. 19. n. 327. in fine mensæ bibere haustum, quem vocant benedictionem S. Joannis, esse, per se loquendo, laudabile; quia fit, vel ad significandum, quod continuanda sit mutua charitas, quam Sanctus Evangelista semper commendabat; vel ad precandum, ut intercedens, faciat non obesse cibum, & potum sumptum, sicuti ipso creditur sine damno bibisse venenum: ut supra innuimus. Sæpe tamen esse per accidens peccatum, animadvertisit cum Gobat idem La-Croix; ut si propinetur illi, qui advertitur, esse in proximo periculo ebrietatis.

CA.

C A P U T X X V I I I .

N O T A N D A X X V I I I . D E C E M B R I S .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I V .

A R T . I . *De observantia Festi SS. Innocentium.*

A R T . I I . *De Horis Canoniciis.*

A R T . I I I . *De Missa.*

A R T . I V . *De Indulgentiis.*

A R T I C U L U S I .

De observantia Festi SS. Innocent.

ESTUM SS. Infantum Innocentium recensetur C. Conquestus de festiis. & C. Pronunciandum i. dist. 3. de consecr. Non observari ex generali præcepto, sed ex consuetudine loci, indicat Cajetanus in Summa: sed contra est; esse enim sub præcepto Ecclesiastico, & universali, docent communiter Doctores, usus universalis Ecclesias confirmat, & jam constat ex Constitutione Urbani VIII. incip. Universa, quam allegavimus die 25. hujus a. r. in qua recensentur omnia, & singula Festa ex obligatione gravi universaliter in foro servanda, & inter ea hoc Festum adnumeraatur.

Id etiam arguit Suarez de Relig. 1. tr. 2. lib. 2. c. 9. n. 19. ex eo, quod Ecclesia Festum hoc celebret eadem solemnitate, qua celebrat Festum S. Stephani, & cum celebri- tate Octava. Numquam enim, inquit, inveniemus Ecclesiam celebrare, ni- mbrum universaliter, Festum alicujus Sancti cum Octava, cuius principa- lem festivitatem non præcipiat obser- vari, videlicet etiam in foro. Lex

ergo de se omnes obligat; poterit tamen in aliquo loco consuetudine esse derogata; quod aliisetiam festi- vitatibus, & legibus humanis com- mune est; ita Suarez L. cit. Idipsum docet Azorius inst. moral. par. 2. lib. 1. c. 25. Vide etiam dicenda 31. hujus art. 1. n. 2.

Etsi autem cultus erga hos San- tos Martyres Pueros in universa Ec- clesia jam inde a primis sæculis in- leverit: de simili tamen antiquitate festi in eorumdem honorem specialiter dedicati minime constat apud erudi- tos recentiores: certis, ut judicant, deficientibus veteribus monumentis: videatur Meratus to. 1. par. 4. tit. 3. n. 18. & legi etiam potest Benedicti XIV. Epistola de Canonizat. Infan- tum pro Chr. occis. incip. B. An- dreas de Pago. §. 18. & est n. 90. inter illius Constitutiones selectas par. 2.

Q u . Cur Ecclesia hodie ponat Fe- stum SS. Innocentium?

R . Joannes Beleth de dñe. Offic. c. 70. prope finem affirnat: Inno- centes pueros occisos esse quarto die à Nativitate Christi, anno revoluto: atque adeo hodiernaz die 28. De- cembri. Idem existimant Barradius, & Emmanuel Sa apud A. Lapide in Mattb.

Mattb. cap. 2. v. 16. Item Azorius instit. moral. l. supra tit. dicit, probabile esse, eos hodie occisos fuisse. Unde hi Auctores indicant, Ecclesiam ideo celebrare hac die 28. Decembr. Festum eorum. Sed A-Lapide l. cit. tradit, Infantes ab Herode occisos fuisse sub Pascha, decimoquinto canticiter mense ab ortu stellæ, & Christi. Ecclesiari tamen, ait, celebrare eorum festum mox a Nativitate; quia propter Christum faere occisi, ut Nativitatem Christi iisdem condecoreret, & exornaret. Idipsum dicit Suarez l. supra cit. n. 12. fine. Item ait Cavalierius ro. 2. c. 14. in d. 4. n. 14. Innocentium Festum fuisse coniunctum Nativitati Domini, quasi ut convergentur ad Christi tunas ii, qui primi post Christum natum passi essent, quique, ad occidendum Christum vix natum, si videlicet inter eos forte involvi potuisset, interempti fuerunt. Profecto dici etiam potest, id esse ad aliquod mysterium; ut quidem tenet, explicatque Durandus in Ration. lib. 7. c. 42. & indicant Auctores veteres in suis ipsorum homiliis de hoc Festo: pro qua sententia Divum Bernardum etiam speciatim allegat Gavantus in Rubr. Brev. sect. 3. c. 8. n. 8. Vide dicenda tr. 2. lib. 2. par. 1. cap. 1. n. 2. Nec obstat, quod in Collecta dicatur: *Deus, cuius bodierna die præconium Innocentes Martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt: ut habes ex dictis 6. Januar. art. 1. n. 16.*

Quod autem hi Infantes ab Herode occisi, vere & proprie fuerint Martyres: videri potest apud Theophilum Raynaudum rom. 18. sr. de Martyrio par. 2. c. 2. Legi etiam potest supra laudata Epistola Benedicti XIV. §. §. 10. 18. & 27.

ARTICULUS II.

De His Canonicis.

FESTUM Sancctorum Innocentium, 3 Gavantus in Rubr. Brev. sect. 6. v. 6. n. 4. dicit, se putare, esse 2. cl. cui datur Octava; & certum est ex Brev. Rom. in duab. tabell. excerpt. ex Rubr. gener. Omnia ut in propri. & communi plur. Mm. In 3. noct. ad secundum Psalmum pro Antiphona: *Tradiderunt corpora sua in mortem, ne servirent Iolos, Oe. ponitur hæc alia: Ipsi sunt, qui venerunt Oe. ut in Brev. hic: quia illa Antiphona adaptari non potest hisce parvulis Martyribus, qui sine cognitione, & delectu mortui sunt, ait Caval. ro. 2. c. 14. in d. 4. n. 14. & rursus c. 34. in d. 24. n. 4. inquit: ideo Sanctis Martyribus his non fuisse datam Antiphonam: Tradiderunt corpora sua in mortem, ne servirent Iolos: quia ipsi non ob refectionem Idolorum cultum occisi fuere, nec ob pugnam in peccatum aliquod, causa tuendæ castitatis, aut cujusvis virtutis: quam ob rationem retinetur in Martyribus quibuslibet, qui rationis usu pollebant, tum passi sunt; si de iis Officium de predicto comuni plurimum Martyrum recitetur: licet enim plerique non ob refectionem Idolorum cultum, attamen ob resurrectionem, quam propter justitiam fecerunt peccato alicui, (eujus nomine non incongrue accipitur Idolorum servitus, ut eam de avaritia speciarum pronunciavit Apostolus Epes. 5. 5.) usque ad mortem fortiter determinarunt.*

In Festo SS. Innocentium non dicitur: *To Deum: quod latitudine sonat.* Porro dies horum Sancctorum Mar-

Martyrum non admittit cantica lætitiae : & quidem putarunt vulgatus Alcuinus de *divin. Offic.* tit. de officio *Vir erat in terra. fine.* Auctor Micrologi de Ecclesiast. observat. c. 36. Honorius in *Gemma animæ lib. 3. c. 14.* Hugo Victor. de *Offic. Eccles.* c. 8. quem sequitur Benedictus XIV. de *Missa scđt. 1. c. 8. §. 3.* id esse ex eo , quia mortui sunt ante Domini Passionem , & sic ad inferos descenderunt . Sed hanc rationem merito rejicit Durandus in *Ration. Offic. lib. 7. c. 42. n. 11.* & Gavantus , licet illam admirerit , vel saltem non confutaverit in *Rubr. Miss. par. 1. tit. 10. n. 4. lit. x. & p. 4. tit. 3. n. 9.* deinde tamen rejicit eamdem in *Rubr. Brev. scđt. 6. cap. 6. num. 3.* quia pari ratione subticeri deberent in Festo decollationis S. Joannis Baptistæ ; quod tamen non fit , ut constat . Idipsum dicit Cavalierius *tome 2. cap. 34. in dist. 4. num. 13.*

Videntur itaque cantica lætitiae in Sanctorum Innocentium Puerorum Festo non admitti propter tristitiam , & ploratum , & ululatum multum Rachelis (quæ in figura præcessit Ecclesiæ) plorantis super hos innocentes filios suos , & nolentis consolari , quia non sunt . Quæ ratio est Amalarii de *Eccles. Offic. lib. 1. c. 41.* ac Durandi l. cit. eamque approbat Gavant in *Rubr. Brev. cit. scđt. 6. c. 6. n. 3. & in Rubr. Miss. par. 1. tit. 10. n. 4. lit. x. & tit. 18. n. 5. lit. v. & Cavaler. l. cit.* Hanc rationem admittit etiam ipse Benedictus XIV. l. cit. nec non ipsumet Alcuinus , Honorius , & Hugo l. l. cit. Igitur in Festo Sanctorum Innocentium non dicitur *Te Deum* ; ejus autem loco recitatur nonum Re-

sponsorium . *Rubr. gen. Brev. tit. 27. n. 2. & tit. 31. n. 1.*

In Dominica vero si accidat hoc Festum , & in die Octava dicitur *Te Deum* . *Rubr. gen. Brev. l. l. cit.* quia in Dominica lætitia Resurrectionis Domini (quæ in quavis Dominica commemoratur , ut dictum est l. 2. in Dominica art. 1. n. 5. & art. 9. n. 73.) excellit super omnes Læcimas . Dies autem Octava Battitudinem , & glorificationem significat celestem . Honor. in *Gemma lib. 3. c. 14.* Dur. l. cit. n. 12. Joannes Belth de *divin. offic. c. 71.* Gavant. in *Rubr. Miss. par. 1. tit. 10. n. 4. lit. y. & tit. 18. n. 3. lit. i.* Bened. XIV. l. cit. Caval. cit. n. 13.

An item possit extra Dominicam dici *Te Deum* in propria Ecclesia , seu cuius titulus sit Innocentium ? Concedit Gavantus in *Rubr. Brev. scđt. 6. c. 6. n. 7.* quia , inquit , si conceditur ratione Dominicæ , in qua non est dolendum , cur doleamus in Festo Titularis Ecclesie solemnii ? Eo prorsus modo , quo conceditur in Missa *Credo* Sancto Joanni Baptista , si in Dominica venerit , & quando celebratur in propria Ecclesia : quod idem dicitur in Festo S. Laurentii . Ergo idem est , fieri Festum in Dominica , & fieri in propria Ecclesia . Ita Gavantus , quem cum aliis sequitur Meratus to. 1. par. 4. tit. 3. num. 19. Consentit Caval. cit. num. 13. Ubi tamen negat cum Halden contra Baile dry , hoc Festum celebrari posse cum prædictis lætitiae signis , simpliciter eo quod habetur corpus aliquod , vel alia insignis reliquia Sanctorum Innocentium , etiamsi ideo cultus adsit publicus , quantumvis solemnis ; quod ipsum docent Gavantus , &

Me-

Meratus l. l. cit. de Ecclesiis , quæ Sanctos Innocentes habent in Altaris etiam Majoris Titulum ; vide licet neque his licere difformari a Ritu Universalis Ecclesie . Quæ sententia Halden , & Cavalerii videtur rationabilior ; licet oppositum vide rim usurpari in Ecclesia Parochiali , & Collegiata Sanctorum Faustini , & Jovitæ , quæ est Viterbii in Pontificia Ditione : qua in Ecclesia habetur Altare sub titulo Sanctorum Innocentium , atque de iisdem insignes Reliquiæ conservantur ; fitque ibi Officium , & Missa cum solitis solemnis lætitiae signis.

Quando dicitur *Te Deum* ; tunc in octavo Responsorio post particulam Responsorii primo repetitam , addendus est *V. Gloria Patri* . Et repetenda est secundo particula illæ Responsorii , ut fieri solet ad octavum , seu ultimum Responsorium post octavam lectionem , quando post nonam lectionem dicitur *Te Deum* .

Confer *Rubr. gen. Brev. tit. 27. n. 2.*

6 In Vesperis Antiphonæ , & Psalmi de Nativitate : a Capitulo de Sanctis Innocentibus .

Si hodie non fuerit Sabbatum ; in Vesperis post Orationem Sanctorum Innocentium fit primo Commemoratio sequentis Festi S. Thomæ Cantuariensis Episcopi , & Martyris semid. deinde Octavæ Nativitatis , & aliarum Octavarum . Si autem hodie fuerit Sabbatum ; in Vesperis post Orationem Sanctorum Innocentium fit Commemoratio Dominicæ sequentis infra Octavam Nativitatis per Antiphonam , & *V. ut ibi in Brev.* deinde fit Commemoratio Octavum . *Rubr. Brev. descripta ante Offic.* S. Thomæ Episc. & M. Festum vero S. Thomæ semid. transfertur .

TOM. IV.

Ubi tamen Festum S. Thomæ habet ritum duplum , non transferatur , sed de eo fit etiam in Dominica ; quapropter si hodie fuerit Sabbatum , ubi Festum S. Thomæ est duplex , ibi in his Vesperis fit primo Commemoratio de eo , quia de eo recitandum cras erit Officium in hoc casu in dicto loco ; deinde fiat Commemor. Dominicæ sequentis modo explicato ; denique aliarum Octavarum . Ubi autem haberet ritum dupl. l. cl. Vide dicta 25. hujus art. 2. sect. 1. subf. l. n. 137.

Si Festum SS. Innocentium venit in Dominica , de ea nihil fit ; sed die primo post Festum S. Thomæ Episc. & Mart. *Rubr. Brev. supra cit.* Vide dicenda tr. 3. lib. 2. par. 1. c. 1. n. I.

Ubi Festum Sanctorum Innocentium habet ritum dupl. l. cl. notetur quod dictum est supra num. 5. & videantur dicta 25. hujus , loco supra cit.

Denique notare juvat hic quæstionem , quam proponit , & resolvit Gavantus in *Rubr. Brev. sect. 6. c. 6. num. 11.* ubi hæc habet : Occurrit in Urbe N. Dedicatio Ecclesie Cathedralis in Feste SS. Innocentium : quæfum est a me , qualiter Officium recitandum erit ? Respondi : ex vi Rubricarum in primis Vesperis post Antiphonas , & Psalmos de Nativ. Capitulum cum reliquis dici debere de Dedicacione , & cum Commemoratione S. Joannis , cuius Festum est duplex 2. cl. & Nativitatis Domini ; que numquam omittitur : de S. Stephano nihil , quia de die infra Octavam nihil fit in Feste primæ Classis . In Laudibus , & Missa de Dedicacione fit tantum Commemoratio de Nativitate . In 2. Vesp. Antiphone , & Psalmi de

P p

No

Nativitate, Capitulum, Hymnus &c. de Dedicatione, Commemoratio de sequenti Festo S. Thomæ, vel Dominicæ, & de Nativitate, non de diëbus infra Octavas SS. Stephani, & Joannis ex Rubr. de Commem. n. 4. fine. Non fit Octava de Dedicatione, quia prohibita est in postrema recognitione Breviarii. Festum Innocentum regulariter celebrandum erit in die Octava eorumdem, & quia de iisdem non fit eo casu Octava, poterit dici Te Deum, cum consequentibus, una cum Ecclesia universalis; & interim nulla fiet de iis Commemoratio infra Octavam Nativitatis, quia nondum celebratum fuit Festum. Sed eo anno, quo Festum hoc occurrit in fer. V. celebrabitur in Sabbato sequenti, quod eo casu erit dies infra Octavam Nativitatis, infra quam fit de duplice, & præsertim secundæ classis, etiam translato. Eo autem anno, quo occurrit in Sabbato, tunc celebrabitur in feria secunda sequenti; quia de duobus Festis translatis, Innocentum, & S. Thomæ, de digniori prius est recitandum Officium; & Festum S. Thomæ celebrabitur prima die non impedita post Octavam Epiphanie ex vulgaris rubricis. Hæc Gavantus. Nos autem dicimus: quod si impedimentum sit perpetuum: debeat assignari dies fixa Festo SS. Innocentium, nimirum dies trigesima Decembris, quæ est prima non impedita in Calend. Rom. Quæ quidem assignatio potest fieri inconsulta Sacrorum Rituum Congregatione, quemadmodum eadem S. C. declaravit. Vide dicenda in Appendice ad calcem Diarii c. I. §. 2. n. 19. Si vero impedimentum fuerit per accidens: etiam in hoc casu deserendus est Gavantus in eo, quod docet: occurrente Festo SS. Innocentium in Sabbato, si trans-

ferri debeat ob occursum Festi dignioris, reponendum esse in feriam secundam proxime sequentem: deserendus, inquam, est: nam in illa feria reponendum erit Festum semiduplex D. Thomæ Ep. Porro Festum semiduplex occurrens in Dominica infra Octavam admittentem Officia semiduplicia, cujusmodi est Octava Nativitatis Domini, debere transferri in feriam secundam immediate sequentem, si non sit impedita alio Festo duplice, vel semiduplici occurrenti, disponit Rubrica X. de translat. Festor. n. 5. & quidem tamquam in diem propriam, eique assignatam, ita ut tantum juris habeat in ea, quod minime cedat non solum duplice secundæ classis, quemadmodum est Festum SS. Innocentium sed neque primæ classis translato: juxta quamplurima Sacræ Congregationis Rituum Decetra; ante quæ protulit, scripsitque Gavantus suam Doctrinam præfatam: ut animadvertis Cavaler. comment. in decr. S. C. R. to. I. c. 6. in d. I. n. 7. Ideoque rejicitur a Merato ibi num. 3. Deserendus iterum venit Gavantus in eo, quod etiam docet de transferendo Festo S. Thomæ ad primam diem non impeditam post Octavam Epiphaniae, atque adeo ad annum sequentem: hoc enim repugnat item posterioribus Decretis laudatæ S. C. quæ Decreta dabimus, & exponeamus in Appendice ad calcem Diarii c. I. §. I. n. I. An vero sit similiter deserendus in eo, quod etiam dicit de Sanctorum Innocentium Festo in posito casu, transferendo ad diem octavam eorumdem, atque adeo ad annum sequentem? Vide dicenda I. cit. n. 5. fine, & n. 7.

Quod autem idem Gavantus dicit non

non faciendam esse octavam de Dedi-
catione: quia prohibita est in po-
strema recognitione Breviarii: intel-
lige non simpliciter, & absolute sed
solum de posito casu: Nimis cum
in postrema recognitione Breviarii
prohibitum fuerit, celebrare Octavas
a die 17. Decembris usque ad Epi-
phaniam, uti notavimus 17. hujus
n. 11. Octavas, inquam, quæ non
sint in Calendario Romano; conse-
quenter Festum Dedicationis Eccle-
siæ propriæ cæteroqui celebrandum
cum Octava, secundum dicenda in
cit. Append. c. 4. n. 28. occurrens
tamen infra præfatos dies, celebra-
endum erit sine Octava.

Pro exposito denique casu occur-
rentiae Festi primæ classis videri etiam
possunt dicta 25. Decembris. art. 2.
sect. 1. subf. 1. n. 137.

ARTICULUS III.

De Missa.

9. IN Festo Sanctorum Innocentium
& dup. 2. cl. Missa propr. non di-
citur *Gloria in excelsis*, quia nec di-
ctum est *Te Deum*, in officio. *Rubr. Miss. hic. & in Rubr. gen. tit. 8. n. 3.* Et quidem omittitur ob eam-
dem rationem, ex qua *Te Deum*
omitti, diximus art. præc. n. 4. fit
Commemoratio Octavarum occuren-
tiū. Post Graduale, omissa *Alle-
luja*, & *V. sequ.* ob eamdem ratio-
nem, ex qua *Gloria in Excelsis*,
omittitur: dicitur Tractus. *Rubr. Miss. hic, & in Rubr. gen. tit. 10. n. 4.* Qui significat gemimum Sanctæ
Matris Ecclesiæ: Vulgatus Alcuinus
in posteriori cap. de Septuagesi. Porro
Tractus luctum indicat. Vide dicen-
da tr. 2. lib. 3. par. 1. c. 2. n. 3.

Dicitur itaque Tractus, ut flebilis
audiatur planctus ploratorum infan-
tium. *Sap. 18. 10.*

Recitatur *Credo* ratione Octavæ
Nativitatis, & S. Joannis Ev. Præf.
& *Communicantes* de Nativ. In fine
Missæ non dicitur: *Ite Missa est:* sed
Benedicamus Domino: quia non est
dictum: *Gloria in excelsis. Rubr. Miss.*
bis, & in Rubr. gener. tit. 13. n. 1.

Quod si hoc Festum venerit in
Dominica, tunc quidem dicitur:
Gloria in excelsis: quia dictum est
Te Deum in officio; & post Gradua-
le non dicitur Tractus, sed *Alleluja*
cum *V. sequenti*, & in fine Missæ
dicitur; *Ite Missa est. Rubr. Miss.*
hic, & in Rubr. gen. tit. 8. n. 3. *& tit. 10. n. 4.* ob eamdem ratio-
nem, ex qua dictum est *Te Deum*
in officio in eadem Dominica, &
explicavimus art. præc. n. 5.

In Ecclesia propria, seu cuius Ti-
tulus sit SS. Innocentium, posse di-
ci etiam extra Dominicam *Gloria*,
& cætera, quæ dici solent in Eccle-
sia universalis, quando occurrit hoc
Festum in Dominica, affirmat Ga-
vantus ob eamdem rationem, ex
qua concedit in Officio hymnum
Te Deum. Vide dicta art. præc. n.
5. secus autem sola ratione Tituli
Altaris, ut ibidem notavimus. An
ratione Reliquiæ? vide ibid. & rur-
sus infra, sequenti numero fine.

Color Parament. violac. nisi hoc
Festum venerit in Dominica, in qua
color rubeus adhibendus est. *Rubr.*
gen. Miss. tit. 18. n. 3. & 5. Color
autem violaceus extra Dominicam
videri posset (conformiter loquendo
ad opinionem Alcuini, & aliorum
relatam art. præc. n. 4.) adhiberi ex
eo, quia hi SS. Innocentes pueri pro
Christo interfici, descenderunt in

Limbū post martyrium : nondum enim erant Cæli januæ patefactæ. Sed contra est, quod etiam Sanctus Joannes Baptista descendit in Limbum, & tamen in Feste Martyrii ejus adhibetur Color rubeus. Itaque dico : Colorem violaceum adhiberi propter tristitiam Rachelis, quæ in figura præcessit Ecclesiæ Christi ; nimurum vox in excelso audita est lamentationis, luctus, & fletus Rachel plorantis filios suos, & solentis consolari super eos, quia non sunt. *Jerem. 31. 15.* Et ita sentit Durandus in *Ration. Offic. lib. 3. c. 18. n. 6.* & Cavaler. *to. 2. c. 14. in d. 4. n. 13.* Nam propter eamdem causam cantica lætitiae subticeri, dicendum est ; uti docuimus art. præc. cit. n. 4. & admittit Gavantus in *Rubr. Miss. par. 1. tit. 18. n. 5. lit. s.* et si non plane rejiciat rationem illam descensus ad Limbum, non obstante objectione petita ab exemplo Joannis Baptiste : respondet enim : Sanctos Innocentes non plene fuisse de novo Testamento. Verum Innocentes Martyres hi ad novum testamentum spectant ex Benedicte. XIV. de Canoniz. lib. 4. c. 19. n. 14. quem laudat Cavaler. *to. 2. c. 31. n. 1.* Deinde quamvis differentur spectare etiam plane ad testamentum vetus, non ideo eis Color competere violaceus, sed rubeus, Martyribus designatus. Porro si de Sanctis Martyribus Machabeis plane de veteri testamento, (quoruni commemoratio fit in Officio Sancti Petri ad vincula) integrum recitaretur Officium ; in eorum feste Color procul-dubio rubeus adhiberetur juxta Rubricas generales : nec alter credimus usurpari ab illis Ecclesiis, qui habent in usu, de quibusdam Sanctis veteris Testamenti Missam, & Oilium reci-

tare : de quibus Caval. *I. cit. n. 3.* ita ut colorem adhibeant e. g. album, & non violaceum, si de Sancto Confessore recitent veteris Testamenti. Cæterum ipse Gavantus rationem prædictam descensus in Limbum simpliciter re-jicit in *Rubr. Brev. sect. 6. c. 6. n. 3.*

Colorem autem violaceum congruum esse ad significandam tristitiam, & mœrem, notavimus *23. Febr. art. 2. n. 19.* Videri etiam possunt dicta *2. Novembr. art. 1. sect. 3. subl. 3. n. 68.*

Si tamen hoc Festum venerit in Dominica ; adhibet Ecclesia colorum rubrum ratione Dominicæ : quia nimurum Festiva est ob lætitiam Dominicæ Resurrectionis. Cavaler. *to. 2. c. 14. in d. 4. n. 13.* Porro color rubeus Festivus est ; sicut ob ejusdem Dominicæ respectum, rationemque prædictam in eodem casu adhibet Cantica lætitiae, ut art. præc. significavimus. Adhibet autem in Dominica colorum rubrum potius, quam album : quia Ecclesia habet respectum horum Sanctorum Martyrum : profecto color rubeus competit Martyribus, uti notavimus *26. hujus art. 3. n. 7.* Quem colorem etiam adhibet in eorum die Octava ob rationem, quam assignavimus ibi *4. Januar. art. 2. n. 6.*

In Ecclesia propria sub Titulo Sanctorum Innocentium adhuc extra Dominicam adhibendum esse colorum rubeum, docet Gavantus ex eadem ratione, ex qua recitari concedit : *Gloria in excelsis* : & cætera quæ conceduntur huic Feste in Ecclesia universalis, occurrenti in Dominica, ut supra dictum est. Gavanto subscribit cum aliis Meratus *to. 1. par. 4. tit. 3. n. 19.* Cavalerius cit. *n. 13.* qui

ta-


tamen monet , lætitiae signa , quæ
quoad Officium , diximus ex eodem
& Halden art. præcedenti n. 5. Fe-
sto huic concedenda non esse ratio-
ne solius insignis Reliquiæ , vel Ti-
tuli Altaris Sanctorum Innocentium:
eadem nec in Missa fore adhibenda.
De opposito autem usu Ecclesiæ Pa-
rochialis , & Collegiatae SS. Fausti-
ni , & Jovitæ , quæ est Viterbii , in
qua de his SS. Innocentibus insignes
Reliquiæ conservantur , ideoque Cle-
rus illius præfata lætitiae Signa in

Missa , sicut & in Officio adhibet :
meminimus art. præc. I. cit.

A R T I C U L U S IV.

De Indulgentiis.

Tu Festo SS. Innocentium possunt 12
obtineri Indulgentiæ Stationum .
Habetur autem hodierna *Statio ad*
S. Paulum . De Stationibus agemus
tr. 2. lib. 4. par. I. c. 2. art. 1. secl.
I. subl. 4. §. 2. a n. 101.



C A

C A P U T X X I X.

N O T A N D A X X I X. D E C E M B R I S.

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I.

A R T . I. *De Horis Canoniscis.*A R T . II. *De Missa.*

A R T I C U L U S I.

De Horis Canonicis.

- 1** *In Calend. Romano, si hodie non sit Dominica, fit de S. Thoma Cantuariensi Ep. & M. semid. lect. 1. noct. A Mileto. ut in communi un. M. Pontif. 2. & 3. noct. & orat. propr. Reliqua de dicto communi un. M. & fit Commemor. Octavar. In fine hymnor. Jesu tibi.*
- 2** *Si Festum S. Thomæ Ep. & M. sub ritu semid. non venerit in Dominica, nec in fer. sexta; quoniam die sequenti post ipsius Festum agendum erit de Dominicâ infra octavam Nat. in hoc casu hodie in Vesp. Antiph. erunt de Nat. ritu semid. cum suis Psalm. At Capit. & reliqua de Dom. infra Oct. Nat. Post Orationem Dominicæ fit Commemoratio S. Thomæ, deinde Octavæ Nat. & reliquarum Octavarum. Quare autem de S. Thoma, etsi non sit nisi ritus semid. nihilominus fiat Commemoratio ante dies infra Octavas? Rationem ex Gavanto dedimus 14. Januar. art. 1. n. 25. fine.*
- 3** *Si Festum S. Thomæ M. venerit in fer. sexta, & consequenter cras fuerit Sabbatum; in sequenti Sabbatho agendum erit Officium de die infra Oct. Nat. & hodie in Vesp. om-*

nia dicuntur ut in 2. Vesp. diei Nativ. sed non duplicantur Antiphonæ: & post Orationem Nativitatis fit commemoratio S. Thomæ Ep. & M. deinde S. Stephanæ, & aliarum Octavarum. Rubr. Brev. posita post Offic. Dom. infra Oct. Nat.

Si Festum S. Thomæ venerit in 4. Dom. & celebretur sub ritu semiduplici; fit de Dominicâ infra Oct. Nat. de qua 25. hujus art. 2. secund. subl. 3. a. n. 146. & Festum S. Thomæ transfertur in feriâ secundam sequentem. In 2. Vesp. Dom. Antiph. & Ps. de Nativ. sub ritu semid. a Capit. de Dom. & fit primo commemor. sequentis Festi S. Thomæ de communi unt. M. P. sed or. propr. Deinde Commemor. Oct. Nativit. & aliarum Octavar. Rubr. Brev. posita ante Offic. S. Tb. M.

Ubi Festum S. Thome Episcopi Cantuariensis, & Martyris celebratur sub ritu duplice, si occurrit in Domin. recitandum erit Officium de Sancto cum commemoratione Dominicæ, & die 30. Decembr. agendum de die infra Oct. Nat. S. R. C. 1. Martii 1681. in una Canon. Regul. apud Caval. to. 2. c. 14. d. 4. Quod est conforme iis, quæ docuimus in Dom. infra Oct. Nat. n. 146. In prædicto casu legenda erit in Officio S. Thomæ nona lectio de homil. Dom. Caval. 1. cit.

1. cit. n. 6. Vide dicta in Dom. infra Oct. Nat. 1. cit.

Ubi Festum S. Thomæ est dupl. primæ cl. videantur dicta 25. hujus articul. 2. sect. 1. subsec. 1. num. 137.

ARTICULUS II.

De Missa.

¶ In Festo S. Thomæ Ep. & M. semid.
Missa propt. & fit Commemor.

Octavar. Credo. Præf. & Communi-
cantes de Nat.

Ubi de S. Thoma recitatur sub ri-
tu dupl. si in officio facta sit com-
memor. Dom. oœcur. fiat & in Missa
commemor. Dom. & in fine legatur
eiusdem Evang. Vide dicta 25. De-
cembr. art. 2. sect. 2. subl. 5. n. 146.
fine, & 148. Ubi Festum S. Tho-
mæ est dupl. 1. cl. videantur dicta 25.
hujus art. 2. sect. 1. subl. 2. n. 141.

Param. col. rub. ex Rubr. gen. Miss.
tit. 18. n. 2. & 3.



C A

C A P U T X X X .

N O T A N D A X X X . D E C E M B R I S .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S I I .

A R T . I . *De Horis Canoniciis.*A R T . II . *De Missa.*

A R T I C U L U S I .

De Horis Canoniciis.

1. Si hodie fuerit Dominica ; fit de Sea , idest de Dom. infra Oct. Nat. de qua egimus 25. hujus art. 2. se^t. 2. subl. 3. a n. 146.

Si hodie non fuerit Sabbatum , nec Festum S. Thomæ Canturiensis venerit in Dominica ; fit de Dom. infra Oct. Nat. Rubr. Brev. posita ante Dom. infra Oct. Nat. In dicto casu in Vesp. Antiph. de Nat. *Tecum principium* . cum reliquis Antiph. & Ps. de Nat. & Antiph. duplicantur . A capit. fit de sequenti Festo S. Silvestri P. & Conf. dupl. minor . de com. C. P. i. loco . com. Dom. infra Oct. Nat. ut in 2. Vesp. & quatuor Octavar.

Quod si alicubi occurrerit hodie Festum duplex , in dicto casu , quo in Ecclesia universalis fiat de Dominica sive occurrente , sive translata ; fit Commemoratio Dominicæ prædictæ cum nona lectione de homilia Dom. & ejusdem Evang. in fine Missæ . Vide dicta 25. hujus cit. num. 146. fin.

2. Si hodie fuerit Sabbatum , Officium fit de die infra Octavam Nat. in i. præcedentibus Vesp. fit , ut dictum est die præced. art. i. nu. 3.

Ad Matutinum omnia dicuntur sicut in die Nat. præter lectiones primi , & secundi Nocturni , & Responsoria , quæ dicuntur ut in Dom. infra Oct. Nat. Lectiones tertii Nocturni de homil. Sancti Ambrosii . (*Vides festinare &c.*) Ut in Brev. ante Officium Sancti Silvestri . Ad Laudes omnia dicuntur sicut in Nativitate ; & post Orationem Nativitatis fit Commemoratio de S. Stephano , & de reliquis Octav. Ad horas omnia dicuntur ut in Nativ. In Vesp. Antiphonæ : *Tecum principium* , cum reliquis Antiphonis , & Psalmis de Nat. & Antiphonæ duplicantur . Capitul. & reliqua de sequenti Festo S. Silvestri P. & C. post Orat. S. Silvestri fit Commemoratio sequentis Dom. infra Oct. Nativ. deinde Oct. Nat. denique aliarum Octavar. Rubr. Brev. ante Offic. S. Silv.

Animadvertis Caval. 10. 2. c. 21. n. 1. quod cum Octavæ Nativ. non legatur factum esse privilegium excludendi duplia translata ; hinc si Dominica occurrat in sequenti die 31. & hac die 30. agi consequenter beat de die infra octavam , in hac nihil vetat reponi Festum aliquod duplex , quod alicubi posset esse translatum . Secus est autem quoties in hac die 30. reponitur officium Domini-

minica : licet hodie non occurrat ; quia in eo casu Officium Dominica est officium Semiduplex ; quod ex Rubricarum præscripto inspicendum est, tamquam si hæc die occurret Dominica ; adeoque non habet amplius locum aliud officium quodlibet translatum.

3 Si hodie fuerit feria secunda, agendum erit de S. Thoma Cantuar. semid. transl. ex heri. Rubr. Brev. ante offic. S. Thoma Cantuar. Vide dicta heri art. i. n. 4.

La Vesperis Antiph. & Ps. de Nativ. ut in 2. Vesp. quæ Antiphona duplicantur Capital. & alia de sequ. Feste S. Silvestri, cum commemor. S. Thomæ semid. deinde octavar. Rubr. Brev. ante offic. S. Thoma Cantuar. Cur autem de S. Thoma semid. fiat commemor. ante dies infra oct. rationem ex Gayanto deditus 14. Januar. art. i. n. 25. fine.

Ubi vero Festum S. Thomæ celebratur sub ritu dupl. quoniam de eo heri in Dominica ibi fieri potuit juxta declarationem S. C. R. die præc. relatam n. 5. ideo ibidem in dicto

casu hodie agendum erit de die infra qd. Nat. juxta eamdem declar. Iudicante S. C. R.

ARTICULUS II.

TITULUS De Missa.

Si hodie recitetur officium de Dom. intra oct. Nat. Missa propri. ut suo loco, ubi de illa Dominica explicatum est 25. hujus art. 2. sect. 2. rubr. 3. §. 2. n. 148.

Si hodie recitetur de S. Thoma Cantuar. Missa propri. ut heri riotavimus n. 6.

Si autem hodie recitetur officium de die infra Octavam Nativitatis ; Missa prop. designata pro infra Octavam Nativit. cui titulus, Missa de Octava Nativit. quæque incipit : Puer natus est. & describitur ac ponitur in Missali Rom. post Missam Dominicæ infra octavam Nat. Commemor. octavar. Credo. Præf. & Communicantes de Nat. Col. param. alb.

C A P U T X X X I .

N O T A N D A X X I . D E C E M B R I S .

E X P L I C A N T U R A R T I C U L I S P A R T I V .

- ART. I. *De observantia Festi S. Silvestri Papæ Confessoris*.
 ART. II. *De Hor. Canon.*
 ART. III. *De Missa.*
 ART. IV. *De fine Amissi Civilis clausi, & principio anni sequentis.*

A R T I C U L U S I .

De observantia Festi S. Silvestri Papæ Conf.

Qu. An Festum S. Silvestri Papæ & Confessoris sit ex gravi obligatione universalis in foro servandum?

B. Azorius *Institut. Moral. par. 2. lib. 1. c. 25. qu. 1.* dicit: hunc diem jure communī antiquo, & novo, ut Festum agi, quoniam inter ceteros memoratur *C. Conquestus de feriis.* & *C. Pronunciandum.* 1. dist. 3. de consecr. Sed nunc, ait, tantum Romæ servari; & consuetudine, ejus observationem alibi fuisse sublatam. Idem dicunt alii. Sed & Suarez de Relig. *tom. I. tr. 2. lib. 2. cap. 9. n. 20.* censet primo: hoc Festum non esse sub precepto Juris communis, & citat pro se Glossam in *L. omnes dies.* V. *Epiphaniarum.* (rectius V. *Apostolicae*) *C. de feriis.* Caput autem *Conquestus de feriis.* solum loquitur, inquit, de diebus feriatis in ordine ad judiciorum strepitum; & Caput *Pronunciandum* non est jus Pontificium, nec Generalis Concilii; & ideo non potuit generale jus introducere, si antea non

erat, ita Suarez. Qui secundo dicit; etiam si decur, hoc Festum fuisse ex precepto juris communis, tamen extra Romanam derogatoriam esset quod perinde est. Inquit, ac si non fuisse latum. Tandem vero concedit, quod si alicubi consuetudine observetur, ibi obligabit: si constet, talem consuetudinem non solum ex devotione servari, sed sub existimatione obligationis gravis. Ad haec, Robert Navarus in *Enchir.* cap. 45. n. 149. allegatus a Cavalier. I. multa cit. Eugenium IV. constituisse, int. 1458, qui operarentur in Festis Sanctis Gracis Maji, S. Michaelis Septembbris, SS. Innocentium, & S. Silvestri; non peccent mortaliter, nisi hujusmodi dies Dominici fuerint.

Verum dicendum est: hoc Festum obligare sub gravi universaliter ex declaratione Urbani VIII. Constitut. Universa per orbem, pro observat. Festorum dat. Idib. Septembr. an. Incarn. Domin. 1642. & public. 22. Decembr. ejusdem an. Porro Pontifex ibi §. 2. decernit, atque declarat: eos dies pro Festis ex precepto colendos esse (ibidem a se expressos, atque notatos,) quos, nempe, vel ab initio veneranda sacravit antiquitas, vel universalis Ecclesiae probavit consuetudo,

do, vel omnium gentium unanimis pietatis veneratur; inter quos describit Pontifex, atque connumerat diem **S. Silvestri Papæ, & Confessoris.**

- 2 Utrum vero in locis, in quibus ante laudatam Constitutionem Urbani hoc Festum non servabatur ex obligatione gravi, licet adhuc nec observare post eam sub obligatione praedita? Ad affirmandum inclinat Guyetus relatus a Cavaler. tom. 2. c. 13. comment. in decret. 7. num. 5. qui id existimat, admodum esse probabile. Id ipsum contendunt de quibusdam aliis Festis, in eadem Urbana Constitutione descriptis, nimirum de Festis Inventionis S. Crucis, Dedicationis S. Michaelis Archangelii, Sanctorum Innocentium, S. Joseph, & S. Annae; ac pro Meldenfi Diœcesi, de Festis S. Matthei, S. Bartholomœi, & S. Thomæ Apostolorum: & de aliis alibi. Moventur ex eo, quia Urbanus Pontifex in allegata Constitutione non intendit nova inducere Festa, immo potius tollere, & abrogare aliqua. Deinde quia idem Pontifex eorumdem Festorum omnium, quæ ibi receperit, supponit vigore præceptum; ita illi. Sed videantur dicenda in Appendice ad Calcem Diarii c. 7. n. 6. Ceterum consuetudo ubique legitima poterit esse præfatae constitutionis interpres.

ARTICULUS II.

De Horis Canoniciis.

- 3 **N** Calend. Rom. S. Silvestri P. & C. dupl. min. lect. 1. n. de Script. occur. seu de Epist. ad Rom. at 2. noct. propr. 3. noct. de comm. Conf. non Pontif. loc. Or. de

Conf. Pont. 1. loca. Reliqua de eodem cas. In Laudib. fit commemor. Octavar. occur. In fine hymnor. ejusdem metri: *Jesu tibi.* Vesp. de sequ. tantum Festo Circumcisio- nis dupl. 2. cl. ut in propr. absque illa commem. Octavar. nec quidem fit. Commentor. præced. Festi S. Silvestri dupl. min. Rubr. Brev. bic. In hoc autem habes exceptionem regula generalis; cum enim sequens Festum Circumcisiois sit duplex secundæ Classis; quatenus tale, secundum Rubricam generalem, deberet admittere in primis Vesp. Commemo rationem duplicis etiam minoris præcedentis, quale est Festum S. Silvestri; habes itaque exceptionem Regulae generalis tit. 9. n. 6. Quam quidem exceptionem innuit ibi Rubrica ipsa, sic se habens: *In Festis autem secundi Ordinis . . . (idest secundæ classis,) in primis Vesperis fit commemor. Festi duplicitis eq die celebratis; nisi aliter in propriis locis notetur.* Id ipsum præstandum est, si alicubi fiat de aliquo alio Festo dupli minori, vel etiam majori; ita Caval. tom. 2. c. 14. comment. in decret. 4. n. 9. ubi tameni docet aliter esse, si sit altioris ritus. Cur autem illud præscriptum extiterit? Idem Author existimat, forsitan ut hinc instruamus, quod vetera cuncta debeat recedere, dum in Domino innovamur.

In Offic. Circumcisionis Oratio est: *Deus, qui salutis.* Eademque oratio recitari post Antiphonam finalem ocurrat, nec est varianda; non enim hic locum habet Rubrica Breviarii de variandis orationibus similibus, quæ occurrant in Officio. Rationem dabimus tr. 2. lib. 2. par. 2. in ejus 1. pat. c. 1. n. 1.

Q q 2 Si

4 Si Festum S. Silvestri venerit infra
Dominica, Officium fit de Sancto
Anno; & illi primis ejus Vesperis fit
ut hēri dictum est n. 2. Ad Laudes
fit commemorationē de occurrenti Do-
minica infra Oct. Nat. ante commem-
orationes aliarum Octavarum, &
nona lectio erit de homilia Domini-
cā: *Vides uberem in omnes gratiam.*
Rubr. Brev. ante Offic. S. Silv. con-
fer dicta 25. iuris n. 146. fine
Vesperarē de lequ. tuncuni Festo Cir-
cumcisionis.

5 Ubi Festum S. Silvestri est duplex
primae cl. videanunt dicta 25. hujus
n. 137. & Merat. scilicet 2. scilicet. 6. c. 6.
n. 3. s. Ubi Festum S. Silv. Hic au-
tem specialiter notandum est: ex
Gavanti sententia in Rubr. Brev. scilicet
6. c. 6. n. 9. cui adhaeret Meratus l. cit.
fine: Sancto Silvestro sub ritu du-
plici primae cl. celebrato, atque adeo
culibet Festo duplice 1. cl. hodie oc-
currenti, puta Dedicationis Ecclesie;
tribuendas esse secundas Ves-
peras, integras cum commemoratione
Circumcisionis: eo quod Antiphona
Tecum principium cum reliquis anti-
phonis, & Psalmis de 2. Vesp.
Octavae Nat. terminaverint in 1. Vesp.
ejusdem Festi 1. classis. Huic vero
sententiae contradicit Guyetus apud
Caval. to. 1. c. 14. comment. in desr. 4.
n. 9. contendens in 2. Vesp. Festi
duplicis primae cl. hodie celebrati
esse dieandas Antiphonas: *Tecum*
principium. scilicet de 2. Vesp. Nat. si-
cūt in precedentibus diebus infra Oct.
& nonniſi a capitulo faciendum es-
te de occurrenti duplice 1. cl. quia
Rubrica ad calcem Officii S. Stephe-
ni, ad Vesperas prescribit, Antiphonam
Tecum principium cum reliquis Antiphonis
& Psalmis, ut in 2. Vesp. Festi Nat.
& dierum infra Oct. neque assignat
Vesperas primas, ut in Festo Nativi-

Festis infra hanc octavam. recurrentes
bus. Atqui Octava Nat. non termi-
natur nisi in die Circumcisionis,
quæ propterea prefatis Antiphonis
nihil juris admittit per hoc, quod
habeat Officium proprium; quo si
tareret, utique & Circumcisionis Fe-
stum dicas: Antiphonas admitteret.
Ergo eccl. Ita Guyetus, cui subscrivit
Cavalerius loco cit. s. 1. c. 14. n. 9.
Nos autem Gavanti, ac Meratus
Doctrinam credimus veriorem; Ru-
brica etenim allegata intelligi debet
de diebus infra Octavam usque ad
diem sextam inclusive tantum: atque
adeo non comprehendit diem septi-
mam hodiernam. Probatur. Dies
sextima Octavarum caret secundis
Vesperis, (ipso etiam Cavalerio ali-
bi observante, atque docente:) qui-
bus donatis sunt precedentes dies in-
fra easdem Octavas; ita quod Vespe-
ras in die septima non sint ut in 2.
Vesperis Festi, cuius celebratur Octa-
va, sed ut in primis: addit. quod
non defunt exempla Octavarum in
quibus vel tota, vel certe major so-
lemnitas Festi exprimit ante Vesperas
septimæ diei, ut patet in Octavis
Paschæ Resurrectionis, & Pentecostes.
Jam vero si dies Circumcisionis su-
matur, ut dies Octava Nativitatis:
(qualis tamen quo ad Officium, de
quo hic protedit quæstio, proprie-
loquendo, non est, ut infra dicemus:) in hac praecedenti die septi-
ma Vesperæ nos deberept dīgī secun-
dæ Nativitatis sicut in praecedentibus
diebus, sed primæ, ut convenienter se-
quenti dīci Octavæ. Si ergo Rubri-
ca nostra assignat Antiphonam *Tecum*
principium cum reliquis Antiphonis
& Psalmis, ut in 2. Vesp. Festi Nat.
& dierum infra Oct. neque assignat
Vesperas primas, ut in Festo Nativi-

tatis, sed Antiphonas proprias, cum Psalmis propriis ec. signum est, quod non respicit Festum Circumcisionis, ut præcise Octava est Nativitatis, adeoque nec ad diem septimam voluit extendi pro illo casu Antiphonas *Tunc principium* ec.

Quod autem in hac etiam die septima assignatae fuissent Antiphona *Tunc principium* &c. de 2. Vesp. Nat. si dies sequens Octava, seu Circumcisionis Festum proprio caruisset Officio: id affirmari, seu divinari non potest, nisi gratis, ad tuendum positum: cum plane demonstret oppositum ratio, a nobis producta, & argumentatio facta.

Fortasse tamen adhuc Neutralis aliquis dicet: Guyeti quidem, ei que adhærentis Cavalerii opinionem non bene probari; sed neque probabilem videri Gavanti, atque Merati sententiam, tribuentem integras Vesperas secundas præcedenti duplice primæ class. & nonnisi simplicem Commemorationem sequenti Festo Circumcisionis, & Octavæ Nativitatis: huic enim videtur, non esse privilegium denegandum, ceteroqui concessum ipsis præcedentibus diebus infra Octavam eamdem: ut scilicet nonnisi a Capitulo fieret de Festis occurrentibus.

Ad hoc autem respondeo: quod, licet dies sequens sit dies Octava Nativitatis, Officium tamen, quod recitatur in ea, magis est de peculiari alio quodam Fæso, nimirum Circumcisionis ejusdem Christi, quod celebratur in ea: quam de illius Nativitate; etsi Nativitatem redoleat, & de ea nonnulla retineat congruenter: certe enim hoc Officium, ut est diei Octavæ Nativitatis, non est duplex 2. class. nec

habet privilegium excludendi quodlibet aliud Festum, quemadmodum & eadem dies Octava non est in foro festiva, nisi ob respectum Festi Circumcisionis; unde in Rubric. gener. Breviarii Officium diei Octavæ Nativitatis Domini annumeratur inter Officia 2. class. sub nomine simpliciter Circumcisionis. Videantur dicta 1. Januarii art. 1. quæst. 2. Cum igitur, rigorose loquendo, ho-diernæ Vesperæ non sint primæ tanquam de sequenti die Octava Nativitatis: sed primæ de peculiari alio Festo; non est, cur, ad illud extendatur privilegium hoc singulare, proprium Octavæ Nativitatis, seu dierum præcise ad ipsam pertinientium, & ipsam spectantium; ut nonnisi a Capitulo fiat de Festo occurrenti, etiam 1. class. sed videtur, standum esse generali legi, seu dispositioni Rubricæ generalis de concurrentia Festorum, ex qua, concurrente Festo duplice 1. class. cum duplice 2. class. Vesperæ recitandæ sunt integræ de præcedenti 1. class. cum Commemoratio-ne sequentis.

Profecto eruditæ ipsi Adversarii mei, Cavalerius, & Guyetus videantur ex parte stare velle huic generali legi de Concurrentia Officiorum, etiam pro præsenti casu; inde enim est, quod in concurrentia Festi duplicitis 1. class. non audent tribuere primas Vesperas Festo Circumcisionis. Semel ac ergo Festum 1. class. concurrentis cum Festo Circumcisionis, jus habet priuandi ipsum Festum Circumcisionis primis Vesperis; undenam exsurgere potest Jus diei septimæ revindicandi sibi Vesperas proprias per Antiphonas præcedentium die-

dierum? Dicam adhuc præmissus: Ma-
jus est certe jus primarum Vespera-
rum Circumcisionis, quam sit præ-
cedentium dierum pro retinendis
secundis Vesperis Festi Nativitatis;
quod patet, quia hæc jubentur céde-
re illis. Cum ergo per ipsos ad-
versarios, primæ Vesperæ Circum-
cisionis excludantur in concursu Fe-
sti dupl. 1. class. poterit ne revivi-
scere jus minus aliarum dierum,
cadente ipso majori jure Festi Cir-
cumcisionis? Fallor, nisi hoc ratio-
cinio evidentissime adversus Cava-
lierum, & Guyetum evicerim Ga-
vanti, arque Merati Sententiam.

6. Occurrente Festo Dedicationis pro-
priæ Ecclesiæ in die Sancti Silvestri,
Officium Sancti Silvestri non est trans-
ferendum ad annum sequentem; sed
celebrandum in ipsomet die Dedicationis
cum Commemoratione ejusdem San-
cti Silvestri. S. R. C. 23. Januarii
1745. in Lunea. Sarzanen. Ordinis
Sancti Francisci de obseruant. apud
Caval. in Appendice ad caput. 6.
de Sanctis, qui in fine anni super-
funt; post finem tom. 4. Decr. 3. &
in Opere Merati in 2. Append. Decr.
Miss. num. 483. Et quamvis eadem
S. R. C. alias declaraverit apud
Caval. tom. 1. cap. 6. d. 1. & 2.
& nos innamus in prima parte hu-
jus Mensis §. 3. quod, cum sœpe
contingat, aliqua Officia Mensis
Decembris, vel unius anni non pos-
se in eodem anno celebrari: li-
ceret anno proxime sequenti ea per-
solvi; verum derogatum est illis
declarationibus ab eadem S. C.
per alia generalia, seu universalia
(Vid. Caval. tom. 1. cit. cap. 6.
Comment. in d. 3. numer. 2.) De-
creta, quæ nos dabimus, & expo-
nerimus, tamquam opportuniiori lo-

co; in Appendix ad caldem Dedi-
cationem cap. 1. §. 1. & ex ibi dicendis
habes, faciendam esse Commemo-
rationem S. Silvestri in 1. Vespa., &
Laudibus occurrentis duplicis 1. cl.
a quo integro privatur Officio; legendam insuper esse nonam Le-
ctionem de Sancto Silvestro in co-
dem casu præfato; nisi occurrat
Dominica: tunc enim de homilia
Dominicæ erit lectio nona: fiat
tamen Commemoratio Sancti Sil-
vestri ante Dominicam, & ante
diem infra Octavam Nativitatis:
quia, nisi impeditetur a Festo du-
plici 1. class. de eo esset Officium;
confer dicta 14. Januarii artic. 1.
num. 25. In secundis autem Ves-
peris quid faciendum? habes ex
dictis num. præcedenti; solum hic
animadvertisimus; quod, etsi de Fe-
sto per accidens simplici, (quale est
in casu præsenti Festum Sancti Sil-
vestri) etsi, inquam, de Festo sim-
plici per accidens facienda sit Com-
memoratio in 1. & 2. Vespere al-
terius Festi occurrentis, a quo in-
tegro privatur Officio; ut in Ap-
pendice loc. cit. videbis num. 9.
nihilominus in his 2. Vespere dupli-
cis 1. class. occurrentis, puta Dedica-
tionis Ecclesiæ, non est facienda
Commemoratio præcedentis Sancti Silvestri: quia sequens Festum non
amittit privilegium excludendi in
his Vespere. Commemorationem
præcedentis duplicitis minoris, aut
majoris; quemadmodum nec amittit
privilegium excludendi commemo-
rationem Dominicæ præcedentis;
vide dicta 14. Januarii nu. 8.
fine. Si tamen Sancti Silvestri Of-
ficium alicubi hodie impedimentum
habeat perpetuum, tan illi possit
alia dies ex præcedentibus infra an-
num

num assignari P. Mid. in Appendix ad Calc. Diar. loc. cit. num. 7.

A R T I C U L U S III.

De Missa.

7 **T**EN Festo Sancti Silvestri Papæ, & Conf. dupl. min. Missa ut in propr. Commemoratio Oratione. *Præface.* *Commemoratio de Nativ.* Col. param. alb.

Si hodie sit Dominica infra Orationem Nativ. in Missa Sancti Silvestri habet Commemoratio de Dominica prædicta ante Commemorationem Orationis varum; & ejusdem Dominicæ Evangelium legatur in fine. Vnde dicta 25. hujus num. 148.

A R T I C U L U S IV.

De fine Anni Civilis elapsi, & principio Anni sequentis.

8 **A**NNUS Civilis præsens terminat in eodem punto, quo præsens terminat dies Civilis, & Ecclesiasticus, trigesimus primus Decembris; & similiter incipit annus sequens in

eodem punto, quo incipit dies sequens Civilis, & Ecclesiasticus. Terminat autem dies prædictus in puncto media noctis; & dies incipit sequens post idem punctum. Quando nam vero reputetur esse hujusmodi punctum? quomodo computandum diei prædicti principium, ubi non est media nox? & alia dubia, quæ moveri possunt quo ad principium, finemque diei; & consequenter quo ad Anni Civilis principium, & finem: soluta manent lib. 1. cap. 1. Videantur quæ docuimus ibi, præsertim art. 1. 3. 5. 7. 8. & 10.

Qui cœpit Novitiatum die 1. Januarii, utrum possit profiteri hac die 31. Decembris in Anno Bissextili? Qui suspenitus est per Annum a celebratione, si cœpit die 1. Januarii, utrum possit celebrare hac die 31. Decembris in Anno Bissextili? Qui natus est paulo ante medium noctem hujus diei 31. Decembris ante annos 24. utrum possit ordinari hac die 31. in Anno Bissextili? & pro similibus questionibus videantur dicta 24. Februarii art. 6. quæst. 2. a n. 14.

F I N I S T O M I Q U A R T I

Primum Tractus Diarii Liturgico-Theologico-Moralis.

ERRATA

Pag. Col. lin.

4	1	15	lectionum
11	1	14	quod est
11			CAP. I. NOT. MEN-
			SE NOV. IN GE-
			NERE.
21	1	18	Rubricam qua suam,
23	1	8	argumentum consue-
			tudo
25	2	8	possi
26	2	29	præcessit
			41 canonica
36	2	ult.	dicit.
39	1	15	eorum
40	1	11	fidelium
			43 ad huc
44	2	35	ad applicandam mis-
			sam
46	2	35	pro
59	2	11	inchoatam, missam
62	2	40	propterea
64	2	26	ad Episcopos
69	1	8	metaphysice
75	1	36	recitando
98	2	5	mōmoriam
108	2	15	Festum
110	1	25	Elisabeth.
125	2	7	in festo
141	1	1	Sixus IV.
171	2	10	Calendarum
175	1	30	Gemma
198	2	25	a Kempis
256	2	ult.	minime
257	1	ult.	docuimus qu. 2.
363	2	36	coercendis

CORRIGE

lectionum

quod est

CAP. I. NOT. I. NOVEMBRIS.

Rubricam, qua suam

argumentum, consuetudo

possit

præcessit;

canonica;

dicit;

earum

fidelium;

adhuc

ad applicandam missam,

pro-

inchoatam missam

propterea

ad Episcopos

metaphysice

recitandæ

mōmoriam

Festum

Elisabeth

in festo

Sixtus IV.

Calendarum

Gemma

a Kempis

minime

docuimus initio hujus qu. 2.

coercendis.

ELEN.

E L E N C H U S

Librorum, Partium, Capitulorum, Articulorum, Sectionum, Subsectionum, Paragraphorum, Quæstionum.

T . O . M . I . Q . U . A . R . T . I

DIARII LITURGICO-THEOLOGICO-MORALIS.

NOT. MENSE NOVEMBRI.

PARS I. Not. Mense Novembri in generali.

Sect. I. De numero dierum. pag. 3
Sect. II. De Reservatione Beneficiorum, & Alternativa. ibid.

Sect. III. De Horis Canonici. ibid.

Sect. IV. Not. in Festo Patrocinii B.M.V. pag. 4

Subs. I. De Horis Canonici. ibid.

Subs. II. De Missa. pag. 5

PARS II. Mensis Novembris. Not. singularis sigillata diebus.

CAP. I. Not. I. Novembris.

Art. I. Not. in Festo omnium Sanctorum. pag. 7

Sect. I. De Institutione, & observantia Festi. ibid.

Sect. II. De Horis Canonici. pag. 9

Sect. III. De Missa. ibid.

Sect. IV. De Functionibus Pontificibus. ibid.

Sect. V. Not. tempore Interdicti. ibid.

Art. II. Not. infra Octavam omnium Sanctorum. ibid.

Sect. I. De Horis Canonici. ibid.

Sect. II. De Missa. pag. 12

CAP. II. Not. II. Novembris.

Art. I. Not. in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum. pag. 13

Sect. I. De Institutione, & observantia diei Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum. ibid.

Sect. II. De Officio Divino diei, & Defunctorum. pag. 14

Subs. I. De Officio diei. ibid.

Subs. II. De Officio Defunctorum. ibid.

Quæst. I. An sit obligatio gravis recitandi Officium Defunctorum in hac eorum generali Commemoratione? pag. 16

Tom. IV.

Interrog. I. An Beneficiarias dispensatas a recitatione Officij Divini, teneatur nihilominus hodie recitare Officium Defunctorum? ibid.

Interr. II. Utrum Beneficiarius teneatur restituere fractus Beneficii, si hodie omittat Officium Defunctorum? ibid.

Quæst. II. An committat unicum vel duo peccata mortalia, quæ in generali Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum omittat eorum Officium recitare, & simul Officium diei infra Octavam, vel alterius festi occurrat? pag. 17

Quæst. III. An in Commemoratione omnium Fidelium Def. omittens horam Canoniam ex minoribus integrari, e.g. Tertiam, possit a mortali excusatris? pag. 18

Quæst. IV. An committeret mortale qui hodie omitteret parvam quantitatem ex Officio Canonico diei, & aliam parvam quantitatem ex Officio Defunctorum, si haec duæ parvæ quantitates tantæ sint, ut inter se unitæ facerent unam quantitatem magnam, & notabilem? ibid.

Quæst. V. Utrum Matutinum Defunctorum in eorum generali Commemoratione præceptum, persolvi possit in Vespere diei precedentis? pag. 19

Quæst. VI. An prædictum Matutinum Defunctorum possit recitari prædicta separatis ab Officio, seu a Matutino, & Laudibus sequentis diei; ita ut ipsum solum Matutinum Defunctorum reciteatur prima die Novembris, sed Matutinum, & Laudes Sanctorum sequentis diei recitentur ipsa die secunda Novembris? pag. 24

Quæst. VII. An Matutinum Defunct. possit recitari ipsa die Commemoratio. R t nis

nis omniū Fid. Defunct. recitato' pri-
die Matutino, & Laudibus Sanctorum
sequentis diei? pag. 25

Quæst. VIII. An Matutinum Defunct.
possit recitari ipsa die Commemoratio.
nis eorum post Horas, sive post totum
Officium Canonicum diei, sive mane,
sive sero? ibid.

Quæst. IX. An Matutinum Defunct.
possit recitari pridie antequam termina-
tur Officium diei? ibid.

Quæst. X. An Matutinum Defunct.
possit separari a suis Laudibus? pag. 26

Quæst. XI. An quando Vespere De-
funct. & eorumdem Matutinum dicun-
tur separatim ab Horis Canonicis, seu
ab Officio diei, praemissa sit Oratio
Dominica? ibid.

Quæst. XII. An quando Vespere De-
funct. & eorumdem Matutinum dicun-
tur separatim ab Horis Canonicis, seu
ab Officio diei, dicenda sit in fine Ora-
tio Dominica? ibid.

Interrog. Quid; quando dicuntur post
aliquam Horam Canonicam? ibid.

Quæst. XIII. An, si Laudes Defuncto-
rum separantur a suo Matutino, praemis-
sita sit oratio Dominica? pag. 27

Quæst. XIV. Si separetur Matutinum
Defunctorum a suis Laudibus, quomo-
do sit terminandum? ibid.

Quæst. XV. An possit recitari Officium
Defunctorum pro vivis? pag. 28

Subs. II. De Missa Defunctorum. ibi.

Subs. I. De qualitate Missæ legendarie in
Commemoratione omnium Fidelium De-
functorum? ibid.

Quæst. I. An peccaret mortaliter Sacer-
dos, qui hodie, seu in die Commemora-
tionis omnium Fid. Defunct. non lege-
ret Missam de Requiem, sed aliam, pu-
ta, de die infra Octavam omnium San-
ctorum? pag. 30

Subs. II. De applicatione Missæ De-
functorum: ibid.

Quæst. I. Utrum in die Commemora-
tionis omnium Fid. Def. sit obligatio ap-
plicandi Missam generaliter pro omnibus
Defunctis? ibid.

Quæst. II. An obligatus quotidie ce-
lebre pro aliquo Defunto in particu-
lari, seu pro Fundatione, possit in Com-
memoratione omnium Fid. Def. appli-

cate Missam pro omnibus Defunctis in
comuni? pag. 34

Quæst. III. An possit dici Missa de Re-
quiem, quando fructus specialis ex ope-
re operato applicari debeat alicui, qui
vivit? pag. 37

Quæst. IV. An Sacerdos, qui offer-
rat, & celebraret Missam secundum in-
tentionem illius, a quo Deus sciret,
sibi dandam fore primo eleemosynam,
Missamque pefendam: posset deinde ele-
emosynam illam acceptare, & retinere
pro Missa anticipate applicata, & ce-
lebrata? pag. 44

Subs. II. De colore Paramentorum
Missa Defunct. & administratione Eucha-
ristie: ubi de communione Populi in
Missa Defunct. & an hæc proficit Defun-
ctis? pag. 54

Quæst. I. An hæc ministrare Com-
munionem Populo in Missa Defuncto-
rum? pag. 56

Quæst. II. Supposito ex iam dictis,
quod non sit prohibitum administrare
Communionem populo in Missis Defun-
ctorum: An ea ministrari possit, ante-
quam Missa ipsa incipiat? An etiam
post absolutam Missam? An dumtaxat
immediate post ipsam Celebrantis Com-
munionem? Item an ministrari possit ex
præconsecratis, & in Ciborio asservati?
pag. 59

Quæst. III. Utrum Communio proficit
Defunctis? pag. 68

Quæst. IV. Utrum in defectu Para-
mentorum coloris nigri, vel violacei
possit hodie legi Missa de Requiem
in paramentis alterius coloris caususlibet;
aut debeat hæc omitti, & legi alia Mis-
sa; pta, de die infra Octavam: Vel
neque hoc possit fieri, sed debeat omni-
no omitti celebratio Missæ? pag. 70

Quæst. V. Utrum color paramentorum
Altaris debeat hodie esse niger, vel al-
bus? pag. 72

Subs. IV. De Ritu Missæ Defuncto-
rum. pag. 73

Quæst. I. Utrum, & quale peccatum sit,
omittere sequentiam: Dies iræ in Mis-
sa Defunct. quando dicenda est? Et an,
qui ex oblivione illam prætermisit, de-
beat, aut possit deinde supplere, ubi
advertisit, omisisse? pag. 78

Quæst.

Quæst. II. An, & quale peccatum foret, si diceretur: *Gloria in cœlis*: in Missa Defunctorum? ibid.

Sect. IV. De Absolutione in Exequiis Defunctorum. ibid.

Sect. V. De Functionibus Pontificibus? pag. 78

Sect. VI. De Indulgencie in Commemoratione omnium Fidelium Defunctorum. ibid.

Sect. VII. De tempore Interdicti. pag. 79

Quæst. I. Utrum tempore Interdicti localis particularis Officium Defunctorum recitari debeat a Clericis cum illisdem conditionibus, quibuscum recitatur Officium Canonieum eodem praedicto tempore? ibid.

Quæst. II. Utrum tempore Interdicti localis sive particularis, sive generalis, in suppositione quod hoc secundum non suspendatur in hac Commemoratione omniam Defuncti possit publice, & solemniter recitari a Confraternitatibus Laicorum, ut mos est, Officium Defunctorum? ibid.

Art. II. Not. post diem Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum? pag. 80

Sect. un. De Miss. Offic. & Suffragiis Defunctorum? ibid.

Quæst. I. An sit peccatum, & quale dicere Missas Defunctorum diebus, quibus per Rubricas prohibentur? Et utrum possit aliquando licite legi diebus praedictis? pag. 82

Quæst. II. Utrum, quando Altare privilegiatum conceditur sic, ut per Octavam Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum dicenda sit Missa de *Requiem*, ad liberandas Animas Purgatorii, liceat adhuc in Dominica occurrenti Missam de *Requiem* legere? Quod si non licet; an tunc Missa de Dominica ident privilegeum habeat, & easdem Indulgencias, quas Missa de *Requiem*, ad liberandas purgantes Animas? ibid.

Quæst. III. Cum Communidades Religiosorum soleant initia hanc Octavam celebrare Anniversaria communia omnium suorum Defunctorum: utrum Religio tenetur solvere suis Defunctis Religiosis consueta Ecclesiæ Suffragia? pag. 90

Inveniog. An Regularis Sacerdos sub mortali teneatur celebrare, ad solvenda Missarum Suffragia, quæ pro Defunctis proprii Ordinis prescribi solent ex Statuto Religionis, sive de Mandato Superioris; vel factos procurare, ut alii celebrent pro hujusmodi sua ipsius obligacione? pag. 91

Quæst. IV. An Religiosi teneantur sub peccato mortali applicare Suffragia, & recitare alias preces sive pro Defunctis, sive pro viventibus prescriptas, aut etiam a Religionis ipsius statutis pro Funderoribus, Benefactoribus &c. ibid.

CAP. III. Not. III. Novembrio.

Art. I. De Horis Canoniciis. pag. 93
Art. II. De Missa. pag. 94

Totidem fere articulis similia notantur sequentibus diebus usque ad diem 9. inclusivo.

CAP. X. Not. X. Novembrio.

Art. I. De Horis Canoniciis. pag. 100
Art. II. De Missa. pag. 101
Art. III. De Jejunio. ibid.

CAP. XI. Not. XI. Novembrio.

Art. I. An Festum S. Martini Ep. sit in foro colendum? ibid.

Art. II. De Horis Canoniciis. ibid.

Art. III. De Missa. pag. 102

CAP. XII. Not. XII. Novembrio.

Art. I. De Horis Canoniciis. pag. 104
Art. II. De Missa. ibid.

Totidem fere articulis similia notantur sequentibus diebus usque ad diem 20. inclusivo.

CAP. XXI. Not. XXI. Novembrio.

Art. I. De institutione, & observantia Festi Præsentationis B. M. V. pag. 112

Art. II. De Horis Canoniciis. pag. 113

Art. III. De Missa. pag. 114

Art. IV. De Indulg. ibid.

CAP. XXII. Not. XXII. Novembrio

Art. I. De Horis Canoniciis. pag. 114

Art. II. De Missa. ibid.

Totidem articulis similia notantur sequentibus diebus 23. & 24.

CAP. XXV. Not. XXV. Novembrio.

Art. I. An Festum S. Catharinæ V. & Mart. sit in foro colendum ex praepeto? pag. 117

Art. II. De Horis Canoniciis. ibid.

Art. III. De Missa. ibid.

CAP. XXVI. Not. XXVI. Novembrio.

R. 2 Art.

316 . Elenchus Librorum, Partimq; Capitum, &c.

- Art. I. De Horis Canoniciis. pag. 118
 Art. II. De Missa. ibid.
 CAP. XXVII. Not. XXVII. Novembris.
 Art. un. De Horis Canoniciis. pag. 118
 CAP. XXVIII. Not. XXVIII. Novembris.
 Art. I. De Horis Canoniciis. pag. 119
 Art. II. De Missa. ibid.
 CAP. XXIX. Not. XXIX. Novembris.
 Art. I. De Horis Canoniciis. pag. 120
 Art. II. De Missa. pag. 121
 Art. III. De jejunio. ibid.
 CAP. XXX. Not. XXX. Novembris.
 Art. I. De observantia Festi S. Andreæ Ap. pag. 122
 Art. II. De Horis Canoniciis. ibid.
 Art. III. De Missa. ibid.
 Not. Mense Decembri.
 PARS I. Not. Mense Decembri in genere.
 s. I. De numero dierum. pag. 124
 s. II. De Reservatione Beneficiorum, & alternativa. ibid.
 s. III. De Horis Canoniciis, & Missa. ibid.
 PARS II. Mense Decembri. Not. singulis sigillatim diebus.
 CAP. I. Not. I. Decembri.
 Art. un. De Horis Canoniciis. pag. 125.
 CAP. II. Not. II. Decembri.
 Art. I. De Horis Canoniciis. pag. 126
 Art. II. De Missa. ibid.
 Tertidem articulis similia notantur sequentibus diebus 3. 4. 5.
 CAP. VI. Not. VI. Decembri.
 Art. I. An Festum S. Nicolai Episc. Confess. sit colendum ex præcepto in foro? pag. 132
 Art. II. De Horis Canoniciis. pag. 133
 Art. III. De Missa. ibid.
 CAP. VII. Not. VII. Decembri.
 Art. I. An Festum S. Ambroxi Episcopi Confess. sit servandum ex præcepto in foro? pag. 133
 Art. II. De Horis Canoniciis. ibid.
 Art. III. De Missa. pag. 134
 Art. IV. De Jejunio. ibid.
 Quæst. I. An opus sit; quod singuli Civis Votum pronunciant jejunandi, ut iaci possit, Civitas emissæ Votum jejunandi? ibid.
- Quæst. II. An opus sit, quod singuli Civis in Votum consentiant, ut dicti possit, Civitas jejunandi Votum emisse? ibid.
- Quæst. III. An ii, qui in Votum prædictum non consentiant, seu positive dissentiant, illudque non acceptent, obligentur nihilominus etiam sub gravi ad jejunium? ibid.
- Quæst. IV. An Posteri teneantur sub gravi servare jejunium, quod Majores loci, seu Antecessores in communione voluerant, ut perpetuo singulis annis custodiendum in tali Civitate sua; ita ut voluerint, ad illud obligare Civiles etiam successores suos: an teneantur, inquam, prædicti Posteri, quamvis hujusmodi Votum non emitant, seu in illud non consentiant, aut etiam positive dissentiant? pag. 135
- Quæst. V. An Regulares teneantur, servare jejunium, ad quod Civitas, in qua degunt, se obligavit ex voto, modo prædicto? pag. 136
- Quæst. VI. An Civis loci, in quo est jejunium ex Voto, teneatur jejunare, si inveniatur alibi? pag. 137
- Quæst. VII. An Civis loci, in quo non est jejunium, teneatur jejunare, si sit in loco, ubi celebretur jejunium ex præcepto locali? pag. 138
- Quæst. VIII. An obligentur ad hujusmodi jejunium ii, qui alias excusantur a jejunio ex præcepto universalis Ecclesiæ: puta propter æstatem, vel labore corporalem: ut nuptum est. ibid.
- Quæst. IX. An, qui teneantur ad hujusmodi jejunium simpliciter ex Voto, possint comedere carnes, si justa aliqua de causa excusentur a jejunio, seu ab unicâ refectione servanda? ibid.
- Quæst. X. An Restores populi, qui publice, ut solet in hujusmodi Votis nomine Civitatis emissis, pronunciant formulam Votū de jejunio servando: teneantur etiam intendere, se personaliiter Voto illo obligare ad tale jejunium? ibid.
- Quæst. XI. An hujusmodi Votum jejunij possit ab Episcopo revocari? ibid.
- Quæst. XII. An hujusmodi Votum jejunii possit commutari per Bullam Cruciatæ? pag. 139
- CAP.

- CAP. VIII. Not. VIII. Decembris.
 Art. I. Not. in Festo Conceptionis
 B. M. V. pag. 140
 Sect. I. De Institutione, & observantia Festi Conceptionis B. M. V. Pontificisque Decretis in materia praefatae Conceptionis; Ubi de ratione celebracionis plurium Festorum de precepto in honorem laudatae Sanct. Dei Genitricis. ibid.
 Sect. II. De Horis Canoniciis. pag. 149
 Sect. III. De Missa. pag. 150
 Sect. IV. De Functionibus Pontificalibus. ibid.
 Sect. V. De Indulgentiis. ibid.
 Sect. VI. Notanda tempore Interdicti. pag. 151
 Art. II. Not. infra Octavam Conceptionis B. V. pag. 152
 Sect. I. De Horis Canoniciis. ibid.
 Sect. II. De Missa. pag. 153
 CAP. IX. Not. IX. Decembris.
 Art. I. De Horis Canoniciis. pag. 155
 Art. II. De Missa. pag. 156
 Totidem articulis similia notantur sequentibus diebus 10. 11. 12.
 CAP. XIII. Not. XIII. Decembris.
 Art. I. An Festum S. Luciae V. & M. sit calendum in foro ex precepto. pag. 162
 Art. II. De Horis Canoniciis. ibid.
 Art. III. de Missa. pag. 163
 Art. IV. De consuetudine, quæ alicubi est, comedendi triticum elixum, seu coctum in aqua, aut lacte, die hac 13. Decembris: quod Siculi vocamus Cucchia, & ab Italisch dicitur Coliva. ibid.
 Quæst. Utrum hujusmodi consuetudo sapiat superstitionem, & ut talis sit reprehendenda, & extirpanda. pag. 164 & seq.
- CAP. XIV. Not. XIV. Decembris.
 Art. I. De Horis Canoniciis. pag. 167
 Art. II. De Missa. pag. 168
 CAP. XV. Not. XV. Decembris.
 Art. I. De Horis Canoniciis. pag. 169
 Art. II. De Missa. ibid.
 CAP. XVI. Not. XVI. Decembris.
 Art. I. De Horis Canoniciis. pag. 170
 Art. II. De Missa. pag. 171
 Art. III. De numero novem Candalarum, seu lampadarum, quæ in novem diebus ante Nat. Dom. consueverunt accendi. ibid.

- Quæst. An sit supersticio, in novem diebus ante Nat. Domini accendere novem Candelas, vel novem lampades ante Altare, vel aliquam Imaginem B. Virginis? ibid.
 CAP. XVII. Not. XVII. Decembris.
 Art. un. De Horis Canoniciis. pag. 172
 CAP. XVIII. Not. XVIII. Decembris.
 Art. I. De Horis Canoniciis. pag. 177
 Art. II. De Missa. pag. 180
 CAP. XIX. Not. XIX. Decembris.
 Art. un. De Horis Canoniciis. pag. 181
 CAP. XX. Not. XX. Decembris.
 Art. I. De Horis Canoniciis. pag. 181
 Art. II. De Missa. pag. 182
 Art. III. De Jejunio. pag. 184
 CAP. XXI. Not. XXI. Decembris.
 Art. I. De observantia Festi S. Thomæ Apost. pag. 185
 Art. II. De Horis Canoniciis. ibid.
 Art. III. De Missa. pag. 186
 CAP. XXII. Not. XXII. Decembris.
 Art. un. De Horis Canoniciis. pag. 187
 CAP. XXIII. Not. XXIII. Decembris.
 Art. I. De Horis Canoniciis. pag. 187
 Art. II. De Missa. pag. 188
 Art. III. De Jejunio. pag. 189
 CAP. XXIV. Not. XXIV. Decembris.
 Art. I. De Horis Canoniciis. pag. 189
 Art. II. De Missa. pag. 192
 Art. III. De Residentia Episcoporum. pag. 194
 Art. IV. Not. pro Indulg. & pro Jubilæo Romano Anni Sancti. ibid.
 Art. V. De Benedictione mensæ, & gratiarum actione. pag. 196
 Art. VI. De Jejunio Vigiliæ Nativitatis Domini. ibid.
 Quæst. I. Utrum in Vigilia Nativitatis Domini sit Jejunium obligans sub gravi? ibid.
 Quæst. II. Utrum hujus Jejunii disciplina servanda sit ex precepto cum qualibet rigore, ac cetera per annum Ecclesiastica Jejunia? ibid.
 Quæst. III. Undenam Consuetudo langerioris refectiunculae in Vigilia Nativitatis potuerit efflare? pag. 198
 Quæst. IV. An Consuetudo ista favet Jejunanti ex Voto in Vigilia Nativitatis, aut etiam ex poenitentia a Confessario imposta? pag. 199
 Quæst. V.

Quæst. V. De Regularibus, si forte Jejunium ipsorum ex regula vel Voto coincidat cum Vigilia Nativit. pag. 200.

Quæst. VI. De casu, in quo Vigilia Nativitatis coincidat cum Sabbato quatuor temporum; num & in ipso valeat favor largioris ferotinæ refectionis ex consuetudine permittæ? ibid.

Quæst. VII. Utrum eodem jure laxioris refectiunculæ frui possit Jejunium fastum in Vigilia Nativitatis, ad lucrandas Indulgencias, ut opus injunctum? ibid.

Quæst. VIII. An quod in aliis jejuniis ex fatis tutæ sententia permittitur, ut possit quis ex rationabili causa, in meridie sumere parvam refractionem, sero fieri solitam; coenatus deinde sub Vesperum: ita etiam liceat in Nativitatis pervigilio, extendendo meridianam refectiunculam ad largiorem quantitatem de sero permissam? pag. 201

Quæst. IX. Unde nam & nomen, & usus Collationis ferotinæ in diebus Ieiunii fieri solitæ promanaverit? ibid.

CAP. XXV. Not. XXV. Decembri.

Art. I. Not. in Feste Nativitatis Domini. pag. 202

Sect. I. De Institutione, & observantia Festi Nat. Dom. ibid.

Quæst. I. Quis Nativitatis Dominicæ Festum instituerit? pag. 203

Quæst. II. Quare Nativitatis Christi memoria recolatur Mense Decembri, die 25. ibid.

Quæst. III. Cur Festum Nativitatis Domini non celebretur certa, ac fixa die hebdomadæ, ut celebratur Passio, Resurrectio, Ascensio ejus in Cœlum? ibid.

Sect. II. Not. temp. Interdicti. pag. 203

Sect. III. De Horis Canonicis. ibid.

Sect. IV. De Missa. pag. 210

Subs. I. De triplici celebratione Missæ singulis Sacerdotibus facienda. ibid.

Quæst. I. An singuli Sacerdotes teneantur hodie celebrare Missas tres? pag. 212

Quæst. II. An quotidianus celebrans ex stipendio pro aliqua fundatione teneatur hodie tres Missas celebrare? ibid.

Quæst. III. An saltem Parochus teneatur tres Missas in Natali Domini celebrare? ibid.

Quæst. IV. Utrum Parochus duarum

Parochiarum, in calu, quo habeat potestatem celebrandi in singulis carum possit in Natali Domini in singulis legere Missas tres? pag. 213

Quæst. V. An teneantur hodie Fideles audire Missas tres? ibid.

Quæst. VI. Quis uno Ioco, ubi est novum Calendarium celebravit tres Missas in Natali Domini, si eodem anno veniat ad locum, ubi est Calendarium vetus, an possit iterum cum his Missas tres celebrare? pag. 214

Quæst. VII. Si Sacerdos, dum celebrat primam Missam, sumeret purificationem, vel ablutionem, seu Vinum, vel aquam per inadvertentiam, adeoque frangeret j-junium naturale ad Communionem requisitum, posset ne legeret secundam, & tertiam Missam? ibid.

Interrog. Utrum hodie Sacerdos possit celebrare secundam, & tertiam Missam, si in prima, vel secunda Missa infundat aquam in Calicem ante Consecrationem immediate, vel paulo ante? pag. 215

Quæst. VIII. An liceat hodie Sacerdoti communicare extra Sacrificium, sive per seipsum, sive omnino more laico per manus alterius Sacerdotis: & semel, aut bis celebrare Missam? pag. 216

Quæst. IX. An Sacerdotes communicando in secunda, & tercia Missa, quam hodie celebrant, possint dici communicare jejuni: non obstante quod communicaverint in prima Missa, quam celebrarunt, et si purificationem non sumplerint? pag. 218

Quæst. X. Qui unicam Missam legere velit in Feste Nativitatis, quamnam extribus legere debeat? pag. 219

Quæst. XI. Utrum peccaret mortaliter Sacerdos, qui in singulis tribus Missis hodie omitteret in Canone materiam parvam: quæ tamen tres singulæ materiæ parvæ si unirentur, sufficerent ad materiam gravem? ibid.

Quæst. XII. An tres Missæ Nativitatis possint celebrari in tribus diversis Altaribus, aut etiam Ecclesiis? pag. 220

Subs. II. De stipendio, & applicazione trium Missarum in Feste Nativitatis Dom. pag. 221

Quæst. I. An possit quis in Natali Do-

Domini pro tribus Missis acceptare tria stipendia? ibid.

Quæst. II. An Parochus, aut quisvis similem curam Animarum adū. exercens, si hodie legat tres Missas, teneatur singulas applicare pro Parochianis suis? pag. 222

Quæst. III. An celebrans ex stipendo pro aliqua fundatione, si legat tres Missas, teneatur singulas applicare pro Fundatore? ibid.

Subs. III. De Missis in Oratoriis privatis. ibid.

Subs. IV. De hora celebrandi Missas Nativitatis; ubi de jejunio naturali ad celebrationem requisito. pag. 223 de seq.

g. I. An qui celebrat primam Missam solemnem in nocte Nativitatis, possit, absoluta solemnī, pergere celebrando privatim alias duas Missas? pag. 229

g. II. An liceat tres Missas in Festo Nativitatis celebrari permittas, celebrare de nocte? Ubi Antiquorum Doctorum sententia ad eruditionem refertur. pag. 230

g. III. Utrum una saltem Missa privata celebrari possit in nocte Nativitatis a qualibet Sacerdote? pag. 243

Subs. V. De Ritu, cæremoniisque fervandis in tribus Missis Nativitati Domini. pag. 245

Quæst. I. An peccaret mortaliter Sacerdos, qui hodie in prima, & secunda Missa advertenter abstigeret purificatio-rio sacras species, quæ remanserunt post sumptionem Calicis? pag. 253

Quæst. II. Utrum numerus ternarius, & Officia Missarum hodiernæ Festivitatis, nec non tempora diversa præfixa ex Rubrica Missalis ad hujusmodi Missas saltem solemniter celebrandas, aliquid in se contineant mysterii? ibid.

Subs. VI. De Missa alicubi celebrata, & audita ante mediam noctem. pag. 254

Quæst. I. An satisfiat præcepto audiendi Sacrum, si audiatur Missa tempore prædicto celebrata in hujusmodi locis? ibid.

Quæst. II. An per Missam prædictam auditam ante mediam noctem Nativit. satisficeri possit dupli præcepto: pro die scilicet Nativitatis, & simul pro die Nativitatem præcedente, si sit Dominica? pag. 255

Quæst. III. Qui prævideret, fore ut in die Nativitatis non possit audire Missam, an teneretur anticipare, & prædictæ assistere Missæ ante mediam noctem Nativitatis celebratae in locis prædictis privilegiatis? pag. 257

Quæst. IV. An, qui celebraturus est prædictam Missam ante mediam noctem Nativitatis, possit mane diei vigesimæ quartæ celebrare, quemadmodum reliqui Sacerdotes? pag. 258

Quæst. V. An, qui prædictam Missam celebraturus est, debeat esse jejuna a pridiaria media nocte Vigiliae? ibid.

Quæst. VI. An, qui celebra prædictam Missam ante mediam noctem Nativitatis, si purificationem, & ablutionem sumat in ea, possit deinde post mediam noctem celebrare reliquias duas Missas? pag. 260

Quæst. VII. An, qui celebra videlicet Missam ante mediam noctem Nativitatis, possit deinde post mediam noctem celebrare tres Missas? pag. 261

Sect. V. Utrum in nocte Nativitatis possit administrari Sacra Communio? ibid.

Sect. VI. De Functionibus Pontificibus? pag. 264

Sect. VII. De Exequiis Defunctorum. pag. 266

Sect. VIII. De Indulgentiis. ibid.

Sect. IX. De permissione carnium in Festo Nat. Domini occurrente in feria sexta, vel Sabbato. ibid.

Quæst. I. Utrum, qui vovit, numquam comedere carnes, possit nihilominus illas edere in die Nativitatis Domini? pag. 267

Quæst. II. Utrum, qui vovit abstinerre a carnibus in omnibus semper sextis feriis, possit nihilominus illas edere in illa feria sexta, in quam incidat Nat. Domini? ibid.

Quæst. III. An teneatur jejunare in die Nat. Dom. qui vovit perpetuum, & quasi continuum jejunium? pag. 268

Quæst. IV. Utrum, qui vovit jejunare in omnibus semper e. g. sextis feriis teneatur adhuc jejunare in illa feria sexta, in qua occurrat Natale Domini? ibid.

Quæst. V. An, qui vovit jejunare omni. ibid.

omnibus e. g. sextis feriis pro uno tan-
tum, vel altero anno, & tunc occur-
rat Natale Domini in feria sexta, quem
casum non præmeditaverit: teneatur
etiam in dicto casu jejunium custodi-
re? pag. 273

Quæst. VI. Utrum, qui in die Nata-
li Domini debeat jejunare ex voto, si
tamen solvatur ex aliqua causa obliga-
tione servandas unicæ refectionis, aut
aliter frangat jejunium, possit in hoc
casu comedere carnes? ibid.

Quæst. VII. Utrum, qui vovit absti-
nere ab ovis in feria sexta, possit co-
medere carnes, si sit dies Natalis Do-
mini? ibid.

Interrog. An prædictus vovens absti-
nentiam ab ovis in omni feria sexta,
vel Sabbato, possit etiam ova comedere
occurrente Natali Domini diebus præ-
dictis? pag. 274

Quæst. VIII. An Regulæ, qui ex
Regulari observantia teneantur jejunare
omnibus e. g. feriis sextis, possint car-
nes comedere, & abstinere a jejunio,
quando solemnitas Nativitatis iacitat in
feriam sextam? ibid.

Quæst. IX. An illi, quibus prohibi-
tum est, comedere carnes in illa etiam
feria sexta, aut Sabbato, in quibus oc-
currat Nativitas Domini: peccarent
contra præceptum Ecclesie, illas præ-
dictis comedendo diëbus? pag. 275

Quæst. X. An illi Religiosi, qui ex
vi regulæ debent in prædicto etiam ca-
su a carnibus abstinere, illas comedendo,
peccarent mortaliter? pag. 276

Quæst. XI. An prædicatorum Religio-
rum Prælatus possit cum ipsis dispen-
sare, ut in dicto casu comedant carnes,
& non servent jejunium? ibi.

Quæst. XII. Utrum eorum aliquis,
quibus est interdictus esus carnium in
hac etiam solemnitate, peccaret; volen-
do comedere carnes, si non esset ei pro-
hibitum? pag. 277

Quæst. XIII. Utrum Religiosus, qui
ex Regula, aut quarto voto substantia-
libus adnexo teneatur ad abstinentiam
omnibus sextis feriis, nulla excepta;
si fiat Episcopus, possit comedere car-
nes, incidente solemnitate Natalis in se-
ria sexta? ibid.

Interrog. I. *In sententia affirmativa?*
An prædicta sententia loquatur de quo.
cumque Episcopo, et si ad suam Diœcesis
ire nequeat, vel subditos non ha-
beat, ut Episcopus Titularis, seu annu-
laris? Item an procedat etiam de Epi-
scopo, qui Episcopatum dimisit, vel
ab eo fuit depositus? Rursus, an intel-
ligi etiam possit de Religioso Cardinali
non Episcopo? Denique, an etiam possit
de Religioso promoto in Abbatem,
aliavne dignitatem habentem propriam
Diœcesim nulli Episcopo subjectam,
sed in ea gaudente plena jurisdictione
Episcopali? pag. 278

Interrog. II. An etiam procedat de
Episcopo degradato: & de Religioso fa-
cto Patrocho? pag. 279

Interrog. III. A quo tempore Episco-
pus Regularis possit gaudere prædicto
privilegio? ibid.

Quæst. XIV. Utrum in Religionibus,
in quibus ex Regulari Observantia illi-
citur Regularibus in Sabbato vesci
animalium extremitatibus, & intesti-
nis: cum cæteroqui in Regione, in qua
versantur, sit licitum vesci: ut supra
dictum est de Hispanis: possint Reli-
giosi hujusmodi Religionum in Sabbato,
in quo occurrat Nativitas Domini, ve-
sci dictis animalium extremitatibus, in-
testinis, ac visceribus? ibid.

Qu. XV. Utrum occurrente Nativi-
te Domini in feria sexta, aut Sabba-
to teneatur jejunare, adeoque & absti-
nere a carnibus, qui ex pœnitentia sa-
cramentali debeat jejunare omnibus sex-
ti feriis, aut Sabbatis? ibid.

Qu. XVI. Utrum, si jejunium Jubi-
læ iacitat in solemnitatem Nativitatis
Domini, possit ab Episcopo commutari
in aliud opus pium? pag. 280

Qu. XVII. An, si Jejunium Jubilæi
incidat in Nat. Dom. possit per Episco-
pum transferri? pag. 281

Sect. X. De Benedictione mensæ, &
gratiarum actione. ibid.

Sect. XI. De quadam superstitione: ibid.

Qu. An sit superstitione in nocte Nat.
Domini addiscere quædam verba, ad
canes alligandos, ne noceant? ibid.

Art. II. Not. infra Octavam Nat. Do-
mini. pag. 281

Sect. I.

Elenchus Librorum, Partium, Capitum, &c. 321

- | | | | |
|--|----------|---|----------|
| Sect. I. Not. in genere. | ibid. | Art. VII. De Indulgentiis. | ibid. |
| Subf. I. De Horis canonicis. | ibid. | CAP. XXVII. Not. XXVII. Decemb. | |
| Subf. II. De Missa. | pag. 283 | Att. I. De observantia Festi S. Jo. Ap. | |
| Sect. II. Not. infra Octavam Nat. Domini in particularie | pag. 285 | & Evang. | pag. 291 |
| Subf. I. Not. in primo triduo post diem Nativitatis. | ibid. | Art. II. De Horis Canonicis. | pag. 293 |
| s. un. Not. tempore Interdicti localis generalis. | ibid. | Art. III. De Missa. | ibid. |
| Subf. II. Not. in Sabbato infra Octavam Nat. | ibid. | Art. IV. De Indulgentiis. | pag. 293 |
| s. un. De Horis Canonicis, &c. Mis- sa. | ibid. | Art. V. Not. quo ad Vinum in die S. Joan. Ev. benedictum. | ibid. |
| Subf. III. Not. in Dominica infra Oct. Nat. | ibid. | Quæst. I. De origine, seu ratione consuetudinis hujus. | ibid. |
| s. I. De Horis Canonicis. | ibid. | Quæst. II. Nonnulli integris Vini Doliliis infundant pauxillum ex Vino die S. Joannis Evang. benedicto: quægitur: utrum illud totum Dolium, in quo ha- jusmodi fuerit benedictum Vinum infu- sum, acquirat benedictionem? | ibid. |
| s. II. De Missa. | pag. 286 | CAP. XXVIII. Not. XXVIII. Decem- bris. | |
| CAP. XXVI. Not. XXVI. Decembris. | | Art. I. De observantia Festi S.S. In- nocentium. | pag. 294 |
| Art. I. De observantia Festi S. Stephani Protomartyris. | pag. 287 | Art. II. De Horis Canonicis. | pag. 295 |
| Qu. I. Cur hoc Festum hodie celebra- tur? | ibid. | Art. III. De Missa. | pag. 299 |
| Qu. II. Cur S. Stephanus, qui Dia- conus tantum fuit, nec sanctitate super- travit Apostolos, solemniori rito Ec- clesiastico colitur, quam plerique Apo- stolorum? | pag. 288 | Art. IV. De Indulgentiis. | pag. 294 |
| Art. II. De Horis Canonicis. | ibid. | CAP. XXIX. Not. XXIX. Decem- bris. | |
| Art. III. De Missa. | pag. 289 | Art. I. De Horis Canonicis. | pag. 304 |
| Art. IV. Not. pro Functionibus Ponti- ficalibus. | ibid. | Art. II. De Missa. | pag. 305 |
| Art. V. An habeat Vigiliam S. Joannes Ap. & Ev. | pag. 290 | CAP. XXXI. Not. XXXI. Decem- bris. | |
| Art. VI. De quadam vana observan- tia. | ibid. | Art. I. De observantia Festi S. Silve- stri P. C. | pag. 306 |
| Qu. An sit supersticio, seu vana ob- servantia, certo credere, se non mortuorum ab alio occisum, si die festo S. Stephani Protomart. pane, & aqua jeju- net, ac confiteatur, & communicet? | ibid. | Art. II. De Horis Canonicis. | pag. 307 |
| | | Art. III. De Missa. | pag. 314 |
| | | Art. IV. De fine Anni Civilis claphi, & principio Antis sequentis. | ibid. |

Finis Elenchi Tomi IV. Diarri L. T. M.

I N D E X

Rerum Notabilium quæ continentur in hoc Tomo. IV.

A

Absolution

IN Absolutione, quæ sit super tumulum in die Commem. Omn. fid. def. non est dicenda tota Conclusio in Oratione pag. 77. col. 1.

In die Com. Omn. Fid. Def. ad Absolutionem dicto Requiscant in pace nihil superaddi debet. ibi. Dum sit Absolutio, si eleverit Sacramentum in aliquo altari, neque Celebrans, neque Minister genuflexunt. ibi col. 2.

Notatur nos plurimum Absolutionum in die Omn. Def. ibi. Episcopo peragenti Absolutionem ad tumulum, quatuor Dignitates assistunt seu Canonici necessario Sacerdotes. pag. 78. col. 1.

Accentus

Accentus in pronunciatione verborum plerumque accommodandus est usui. pag. 163. col. 2.

Adventus

Proxime ad Adventum Domini, hoc est, Mense Novembri, cur legantur libri Prophetarum. pag. 3. col. 1.

Altare Privilegiatum

Altaria omnia sunt privilegiata in die Commemor. Omn. Fid. Def. pag. 78. col. 2.

Omnibus Ecclesiis Parochialibus conceditur ad Septennium Altare privilegiatum ibi.

Misse in Altari privilegiato, quoties licet, debent dici de Requiem, ad lucrandum privilegium. pag. 83. col. 2. fin. In diebus tamen, quibus prohibentur Missæ de Requiem; dici debet etiam ad altare privilegiatum Missa de Festo,

que suffragatur seque Defunctis pag. 83. col. 1.

Idem est, si sit in Altari privilegiato expositum SS. Sacramentum pag. 83. col. 2. Quid de eo, qui recitat de Officio duplice, & celebrat ad altare privilegiatum in Ecclesia, ubi sit de semiduplici? pag. 84. col. 1.

S. Anastasia

Cur de ea fiat Commemoratio in die Nativitatis Domini? pag. 246. col. 1. An hæc Commemoratio facienda sit ab eo, qui celebra unicam Missam in Feste Nativitatis? pag. 247. col. 2.

Anima Purgatorii

Donatio suffragiorum a Viventibus facta in favorem Animarum Purgatorii quomodo intelligenda? pag. 49. col. 2. fin. Animæ Purgatorii si sint titulus aliquuj Ecclesiæ; quomodo intelligendus? pag. 80. col. 1.

Anniversarium

Anniversarium, seu solemne Officium quod Congregatio, aut Religio quotannis celebrat pro suis Confratribus & Solidalibus, sibi potest etiam occidente Festo duplice minori: at occidente Festo altioris ritus, est transferendum. pag. 87. col. 2. fin.

Anniversarium Ordinis si occurrat in Anniversario Fundationis; celebratur primum, translato secundo. pag. 88. col. 1. fin.

Anniversarium Consecrationis Episcopi si occurrat in diebus solemnibus; quid faciendum? pag. 265. col. 1. Idem si occurrat in die, quo sint in Missa plures Commemorations; Collecta pro Episcopo dicitur sub unica clausula cum Oratione primaria Festi. ibid. V. Consecratio.

an-

Annuntiatio B. M. V.

Olim in Hispania ex Concil. Toletano
X celebrabatur die 18. Decembris. pag. 178.

Antiphona

Majores in diebus ante Nativitatem Domini unde dicitur? pag. 173. col. 2. & seq.
Ecclesia Parisiensis usurpat novem Antiphonas Majores, incipiendo a die 15. Decemb. pag. 173. col. 2.

Cur *Canticum Virginis* praefigantur? pag. 174.

Cur numero Septem? ibid. De earum Antiquitate & Auctore pag. 176. col. 1. fin.

Applicatio

Missæ, seu fructus inde provenientis immediate dependet ab intentione Sacerdotis celebrantis, & offerentis pag. 51. col. 1. Quid, si omittat Sacerdos applicare *ibi*. Consulatis est applicare ante Missam; & saltem ante Consecrationem fieri debet *Applicatio Sacrificii*. pag. 52.

Aqua

Quæ vino admiscetur in Calice, probabileius est, quod absque prævia conversione in Vinum, convertatur in Sanguum simul cum Vino, facta consecratio ne. pag. 215. col. 2.

Assisteres

Episcopo ad Absolutionem super tumulum debent necessario esse Sacerdotes pag. 78. col. 1.

B

Benedictio

Non datur populo in Missis Defunctionum; datur tamen alicubi, extatque formula peculiaris in Missalibus antiquis pag. 75. col. 1.

Benedictionem ad Evangelium petere

debet Celebrans, dicendo *Jube Domine*, & pon *Domine*: notatur error typogra phorum in Missal. pag. 75. col. 2.

Benedictio Vini fit alicubi in Festo S. Joannis Evangelista pag. 293.

E. Bernardus a Corleone

Novit animarum cuiusdam Correligionis sui Defuncti adhuc detentam Purgatorii penitentiam; ob negligientiam quinque Fratrum in persequendis suffragatis. pag. 91. col. 2.

C

Candelabrum

Septimum Candelabrum in alteri quadro adhibendum? pag. 78. col. 1.

Carnes

Carnium comestio permittitur in fer. VI. & Sab. quando in his occurrit Nativitas Domini pag. 266. & seq. An istud privilegium faveat iis, qui Votum emiserunt, aut regulam profitentur abstinenti; seu jejunandi predictis diebus. p. 267. & seq. Antiquitus plura alia Festa fruenterunt eodem privilegio ibi.

Ceres

Partes residue Cereorum, seu Intortiorum, quæ in die Commem. Omnip. Pid. deferuntur in Ecclesiam a Fidelibus, ut ardeant pro Defunctis, spectant ad Parochium; nisi obster confusudo, aut expressa intentio deferentium pag. 77. col. 2. fin.

Collatio

Collationis nomen unde datum refertur serotina in diebus jejunii? pag. 201. col. 2. fin.

Collecta

Pro Defunctis dici non potest in Mis sa de Festo, diebus, quibus non licet Missæ de Requiem. pag. 86. col. 1. An. S. 2. sit.

fit dicenda in Altari privilegiato, ad interandum privilegium? ibi col. 2. In quibus Missis addi possit? pag. 87. col. 1.

Color

Rubrica quoad Colores paramentorum
non est præceptiva, sed directiva pag. 70.
Hinc in causa necessitatibus, deficientibus
paramentis nigri coloris, aut etiam vio-
lenti, in die Comm. Omn. Fid. Debet
celebrari posse Missa de Requientia in
paramentis alterius coloris. ibi.

Non licet tamen, extra necessitatem, mutare pro arbitrio Colorem a Rubrica præscriptum; immo aliquando mortale videri posset: ut si in die Paschæ Resurrectionis, celebret quis in paramentis nigris. pag. 72. Ceteram, redeundo ad causam necessitatis; & dempto scandalo, melius est, quocumque die celebrare, quam ob solum defecundam coloris proprii emittere Sacrificium. pag. 71. col. 1.

Color Aureus non aquivaleat nigro, nec adhiberi debet in Missa de Requientia. pag. 71. col. 2. Immo nec paramenta variis coloribus intexta, etiam in illis sit niger. ibi. An Color aureus aquivaleat omnibus? ibid. col. 1.

Quando Missa discordat ab Officio; color paramentorum altaris sit conformis officio; paramentorum Sacerdotis sit conformis Missæ. pag. 72. Sed in Missa solemniori, etiam paramenta altaris sint conformia Missæ: ibi. Ita etiam in die Comm. Omnipot. Debet paramenta altarium sint nigri coloris, quamvis Officium Canonicum fuerit de Festo. ibi.

Color concepsi, quo cooperitur Tabernaculum, quando non assertur SS. Sacramentum, relicto item ostiolo aperto, potest esse coloris nigri. pag. 73. col. 1.

Communio

Eucharistica prohibetur administrari in Noche Nativitatis Domini. pag. 264. An proposito, & quomodo, facta in Suffragium pro Defunctis? pag. 59.

Concepcion B. M. V.

Series Decretorum in materia Concepcionis

ptionis B. M. V. pag. 140. Et seqq. Libri impugnantes, aut in dubium revo- cantes Conceptionem Immaculatam B. M. V. ipso facto sunt prohibiti. p. 145. col. 1.

Confessio

Confessiones maxime mulierum non sunt excipienda in Noche Nativitatis pag. 269.

Confessor

Si festum Sancti alicujus Confessoris transferatur a die obitus in immediate sequentes, non est mutandus tertius Versus ad hymn. Hie Confessor, dummodo in primis Vespere fiat de ipso a capitulo, atque ita continuabitur etiam in secundis. pag. 128. col. 1. fin. Idem fit si Festum habens Octavam, transferetur in aliquam diem infra cursum ejusdem Octave. ibi col. 2.

Consecratio

Si Anniversarium Consecrationis Episcopi occurrat in Dominica. 1. cl., aut aliis diebus solemnitibus, quid faciemus? pag. 265. col. 1.

De ea autem sunt faciendae Missæ pri- vatae: ibid. Ejus Commemoratio in Missa habente plures Commemorationes, tunc debet sub unica clausula post Orationem primariam Festi. ibi.

D

Daniel

Cum inter Prophetas Majores numeratur? pag. 5. col. 2.

December

Officia, quæ supersunt de Mensis De- cembri, reponenda non sunt in anno se- quenti. pag. 124.

De-

Decreta.

Decreta S. C. R. quantæ sint auctoritatis. pag. 96. col. 1. Quæ aliquid disponunt *pro gratia*, non sunt extendenda de loco ad locum. pag. 113. col. 2.

Dedicatio.

Dedicationis Ecclesiae Octava cedit *Octavæ Omnis Sanctorum* pag. 11. col. 2.

Occurrente *Dedicatione Basilicæ SS. Salvatoris*, aut *SS. Apostolorum Petri & Pauli infra Octavas Dedicationum aliarum Ecclesiarum*, pro barum *Commemor.* debet suam oratio *Deus qui invisi-*
biliter pag. 99. col. 2.

Dedicatio Ecclesiae si occurrat in *Festo SS. Innocentium*, quomodo ordinandum *Officium*? pag. 297. col. 2. *ibid. seq.*

Defuncti.

Commemoratio Omnis Fid. Def. transferenda est occurrente Dominica, aut *Festo de precepto*, aut duplici 1. & 2. cl. aut etiam duplici Majori. pag. 15.

Per recitationem *Officii Def.* in die eorum generalis *Commemorationis*, non satishit Rubricæ præcipienti *Officium Def.* prima die Mensis non impedita. pag. 16. col. 1.

Utram Beneficiarius omittens Officium Def. teneatur pro rata ad restitutioinem fructuum? pag. 17. col. 2.

Matutinam Defunctorum. pro *Comm. Omni. Fid. Def.* non potest cantari in Choro pridie *Vespere* pag. 19. excipe, ubi adsit *Consuetudo contraria ob populi concursum*. ibi. item in *Cathedralibus* præfento *Episcopo*; *ibid.*

Privata recitatio Officii Def. in *Comm. Omni. Def.* absolvit potest post secundas *Vesperas Omnis Sanctorum*. pag. 23. col. 1.

An præmittenda sit *Oratio Dominicana Ave Maria*, aut etiam in fine recitationis, quando officium *Defunctorum* recitat ut sejuraret ab aliis Horis Canonicas. pag. 26.

Occurrente in die *Commemor. Omnis Def.* *Festo dupliciti Minori*, sit de ipso

quoad officium, sed *Missa dicuntur de Requiem*. pag. 28. col. 2.

Missæ de Requiem dicendæ sunt in die *Commem. Omni. Def.* etiamsi in Ecclesia expositum sit SS. Sacramentum; non tamen dicendæ ad altare, ubi sit Expositio. pag. 29. col. 1.

Occurrente die alicujus *Obitus in Commem. Omni. Fid. Def.* duæ *Missæ cantandæ* sunt. pag. 29. col. 2.

Non est obligatio in die *Commem. Omni. Def.* applicandi *Missam pro Omnibus in communione*. pag. 31. *ibid. seq.* Celebrans tamen pro fundatione tenetur celebrare pro Fundatore. pag. 35. col. 1. Insinuantur tamen modus applicandi licites pro omnibus, absque prejudicio Fundatoris. pag. 36. col. 1.

Missa de Requiem an celebrari possit pro *Vivis?* pag. 37. col. 1.

Missa de Requiem car magis possit defunctoris? pag. 41. col. 1.

Missæ acceptæ pro Defunctis in diebus impeditis, non sunt dicendæ de Requiem; sed de *Festo cum Applicatione Sacrificii*, pag. 42. col. 2. *fin.* Nec in isto casu dici debet *Collecta pro defunctis*, quamvis celebretur ad altare privilegium. pag. 86. col. 2.

Regulariter mortale est, extra necessitatem, celebrare in alio altari, aut Ecclesia, quam a Testatore prescripta pag. 43. col. 2. Maxime si fiat mutatio altaris privilegiati in non privilegiatum. pag. 44. An in casu transgressio-
nis hujus sit obligatio restituendi? *ibid.*

Non licet anticipata celebrare pro futura intentione eius, qui petitur ab Missam, & eleemosinam oblaturos pag. 44. Examinentur nonnulli casus, in quibus id licere videri posset: pag. 46. *ibid. seq.*

Missæ pro Defunctis non sunt applicandæ, quando post consecrationem adesse *Memento*, ipsorum, sed ante Missam, aut saltem ante consecrationem *Calicis* pag. 53. col. 1. *ibid. seq.* Color paramentorum Missæ, quando Missæ *Defunctorum* celebrantur in Ecclesia, ubi est expositum SS. Sacramentum, congruentius est Violaceus. pag. 55. col. 1. *fin.*

In Missis *Defunctorum* licet ministrare *Communionem* populo, dummodo hoc in-

infra ipsam Missam post communionem Celebrantis. pag. 56. id. autem licet, sive ministeretur Communio ex particulis in ipsa Missa consecratis, sive ex preconsecratis, & asservatis in Ciborio. pag. 59. &c. seq.

Notatur oscitatio Cavalieris adversus Merati, & Benedicti XIV. opinionem. ibid. Decretum S.C.R. anni 1741. quod allegari solet in contrarium, nimis dubiae fidei videtur esse. ibid.

Defuncti an. juventur Communione Eucharistica facta, & Viventibus ad modum suffragii? pag. 68. col. 1.

In casu defectus paramentorum nigri coloris non omittenda est Missa de Requie in Commem. Omni. fidel. Def. sed celebranda in paramentis alterius coloris. pag. 70.

In Missa Defunct. cur omittatur Psalmus Judica: pag. 73. col. 2.

Episcopus Bethlehemita etiam in Missis Defunctorum dicere consuevit Gloria in excelsis. pag. 76. col. 2.

Nor datur in Missis Defunct. Benedictio populo; secus tamen sit in Diocesi Clarionis; atque extat in antiquis Missalibus formula Benedictendi populo. in Missis Defunctorum. pag. 75. col. 2.

Partes residuae Cererum, seu intortiorum, quae deferuntur a fidelibus in die Commemor. Omni. fidel. Defunct. ut ardeant in Ecclesia; spectant ad Parochium; nisi obliter confuetudo, aut expressa intentio deferentium. pag. 77. col. 2. fin.

Nor licet celebrare Octavam pro Defunctis absque facultate Sedis Apostolicae. pag. 80. col. 1.

Regulares, & Congregationes celebrantes Anniversarium Omnium Cochiratum fui Ordinis in die, quo est Officium de duplice Minor, possunt celebrare Missas omnes praeyatas de Requiem ut in Commemor. Omni. fidel. Defunct. pag. 86. col. 1. fin.

Officium Defunctorum extra diem Commemor. Omni. Defunct. non habet ritum duplex, nisi in die Obitus, tertio, septimo, trigesimo, & Anniversario. pag. 88. col. 2. fin.

In Missis Defunct. cum dicuntur plures Orationes, curandum ut numero sint

imparies; & ultimo loco semper dicatur Oratio Fideium. pag. 89. col. 1.

In Missis Defunct. non pulsantur Organi, nec adhibenda Musica figurata, sed cantu firmo. pag. 89. col. 2.

Festum duplex minus celebrandum cum solemnitate, occurrens in Commemor. Omni. fidel. Defunct. transferri debet. pag. 93. col. 2.

Hispaniae & Lusitaniae Regnis indulatum est celebrari per singulos Sacerdotes tres Missas in Commemor. Omni. Def. sub certis tamen conditionibus. pag. 33. col. 2.

Dies

Dies Natalis Sanctorum tripliciter computari potest. pag. 129. col. 1.

Districtus

Districtus aliae Urbis extenditur ad quadraginta millaria. pag. 99. col. 1.

Dominicas

Quamvis confundit se prima, secunda &c. quando in tali respective Dominicas Mensis conceditur Officium pag. 4. col. 2.

Festa, seu Officia, quibus est designata Dominica, si impediuntur, non sunt transferenda in Dominicam. p. 105. col. 2.

Dominica prefigurat diem Octavam Beatitudinis pag. 298. col. 2.

Dominica

Dominus & Dominus different, unde non indifferenter usurpanda. pag. 75. col. 2.

Sacerdos celebrans ad Evangelium dicere debet Iube Domine. pag. 75. col. 2.

Notatur error typographorum in Missalibus. ibid.

Donatio

Suffragiorum facta Animabus Purgatori ab aliquo Vivente quomodo intellegenda. pag. 49. col. 2.

Ec-

E

Ecclesia

Si que sunt denominatae ab Anima-
bus Purgatorii ; non is est titulus quasi
Dedicationis in honorem ipsorum ; &
semper alio titulo distinguuntur. pag. 80.
col. 1.

Episcopus

Potest declarare aliquem Sanctum
Patronum Civitatis , aut Dioecesis .
pag. 127. col. 2.

Eius Consecrationis Anniversarium si
occurrat in diebus solemnibus & privi-
legiatis , quid faciendum ? pag. 265.
col. 1. De eius Consecrationis Anniver-
sario non sunt dicendae Missae private ,
sed sola Commemoratio habenda . pa-
gin. 265. Commemoratio Anniversarii
Consecrationis Episcopi si occurrat fieri
in Missa , in qua sint plures Orationes ,
reponitur statim post Orationem primaria-
m sub unica clausula . ibid. col. 1.

Episcopus assumptus ex Ordine Regu-
lari , an solvatur Votis non substantiali-
bus emissis in Religione . pag. 277. col. 2.

Evangelium

Sacerdos Celebrans lectorus Evange-
lium ad Benedictionem dicat ; Jube Do-
mine , & non Domne . pag. 75. col. 2.

Expectatio

Festum Expectationis partus B. M. V.
successit Festo Annunciationis , quod olim
celebrabatur die 18. Decembris in His-
pania . pag. 178. col. 2.

Ezechiel

Cur inter Prophetas Majores refera-
tur ? pag. 3. col. 2.

F

Festum

Cur plura Festa in honorem B. M. V.
Instituta sint , quam pro ulla alio inter
Sanctos ? pag. 140.

In Festis Sanctorum non est jejuan-
dum in ipsorum honorem , sed in Vigiliis . pag. 155. col. 2.

Festa Sanctorum celebrari prohibeban-
tur in Hispania tempore Quadragesima ex Concilio Toletano X. pag. 178.

Festa Domini cur non omnia celebren-
tur die certo hebdomadæ , pag. 203, &
seq.

G

Gloria in excelsis

Eiam in Missis Defunditorum dicere
consuevit Episcopas Bethlehemitæ . pag.
76. col. 2.

Quando dicendum in Missis Votivis
B. M. V. Missa Votiva .

Gramum

Elixum manducari solet ex devotione
in Sicilia die 13. Decembris . pag. 164.
col. 2.

H

Hymns

Mutatio Versus in hymno Be. Con-
fessor non sit ; si Festum transferatur a
die Obitus in immediate sequentem , dum-
modo de ipso sit a Capitulo in primis
Vesperis . pag. 128. col. 1. fin.

Neque etiam sit , si habens Octavam
transferatur infra ipsam . ibid. col. 2.

Hofria

Consecrata non frangit jejunium na-
turale ad Communionem requisitum .
pag. 218. col. 2.

10.

J

Jejunium

Ex Voto Civitatis. V. Votum.

Jejunium faciendum in Vigiliis, & non in Festis Sanctorum. pag. 163. col. 2. & seq.

Jejunium Vigiliæ Nativitatis Domini ex consuetudine mitius est. pag. 196. col. 2. & seq. Quid pro jejunantibus ex Voto, aut alia obligatione? ibid.

Initia

Initia duodecim Prophetarum, et si eorum libri unico comprehendantur ab Hebreis, tamen singula saltem legenda sunt in Matutino pag. 4. col. 1. Non possunt in lectionibus primi Nocturni reponi plura quam tria librorum Scripturarum initia. pag. 4. col. 1. Omitti possunt Mense Novembri Initia Prophetarum minorum occurrente legitima causa. ibid.

S.S. Innocentium MM.

Cur de iis fiat die 28. Decembris? pag. 294. Eorum cultus antiquissimus in Ecclesia. ibid. Sunt vere Martyres. pag. 295. Cur in eorum Officio non dicatur Antiph. Tradiderunt corpora sua. pag. 295. Cur omittantur cantica lætitiae in hoc Feste, & cur dicantur in Dominica? pag. 296. An eadem omitti debeant, ubi sunt Titulares Ecclesiarum, aut eorum habeatur reliqua insignis? pag. 296. Occurrente in Feste SS. Innocentium Dedicatione Ecclesiarum, quomodo ordinandum Officium? pag. 297. col. 2. & seq. Cur in Feste Innoc. color Violaceus? pag. 299. col. 2. fin.

Intortitia. V. Cerei.

S. Joannes Evangelista

Cur ejus Festum celebratur die 27. Decemb. pag. 291. col. 2. De more benedicendi Vinum in Feste S. Joann. Evang. pag. 293.

Ia:as

Cur inter Prophetas Majores adnumeretur. pag. 3. col. 2.

Jubilæum

Triplex distinguitur Romanum, Compostellatum, & Extraordinarium. pag. 194. col. 2.

Jubilæi Romani seu Anni Sancti Ritus & institutio. pag. 195.

Julianus

Juliani Apostatae inventum ad seducendos Christifideles. pag. 164. col. 1.

L

Laudes

Ad Laudes, quando recitantur sejunctim a Matutino, ut in Feste Nativitatis, an præmissi debeat Pater Noster & Ave Maria. pag. 296. col. 2.

Lectio.

Lectio Prophetarum nos excitat ad spem & metum in adventu Domini p. 3. col. 1.

Lectio Scripturarum illuminat, & solat. pag. 3. col. 1.

Libri

Libri in quibus B. M. V. Immaculata Conceptio negatur, aut in dabo rem vocatur, ipso facto prohibiti sunt pag. 145. col. 1.

M

Manipulæ

Non adhibetur cum Pluviali. pag. 76. col. 2.

B. Virgo Maria

Cur plura festa habeat in sui honorem,

Item ; quam ullus alius inter Sanctos ?
pag. 146. *et seq.*

Ejus dignitas quanta sit. *ibi.* B. Maria habet tantum de gratia, quod sufficit ad salutem omnium hominum de mundo. pag. 141. col. 2. Cessante quibusdam temporibus Invocatione Sanctorum in Missa per Orat. *A cunctis;* non cessat tamen Invocatio S. Mariae. pag. 143. col. 1. Alios Sanctos invocamus intercessores apud Mariam; Mariam vero semper apud Deum. pag. 143. col. 2. Efficacia intercessionis B. M. vincit non solum singulos, sed collective omnes Cœlitates, pag. 149. col. 1.

S. Martinus

Cur habeat psalmos de Martyre in 3. Nocturno? pag. 102. col. 1.

Martyres

An dici possint, qui in ipso tormentorum cursu pro fide non occubuerunt ?
pag. 102. col. 1.

Cur pro aliquibus Martyribus dicatur VIII. Responsor. Domine prævenisti. pag. 157. col. 2.

Missæ

Missæ Defunctorum. V. *Defunctori.*

Missæ Votivæ acceptæ in diebus impedi-
tis, debent recitari de festo currenti, cum
applicatione Sacrificii. pag. 41. col. 2. fin.

Missæ fructus satisfactorius non sus-
penditur, sed statim applicatur. pag. 47.
col. 1. Ejus applicatio pendet immediate
ab intentione Celebrantis & offerentis
Sacrificio. pag. 51. col. 2.

Missæ a Teletoribus indicatae cantari
per annum, æquivalent Anniversariis
pag. 80. col. 2.

Missæ pro Defunctis quando celebrari
possit. pag. 81. col. 1.

Missæ de Requiem prohibentur etiam
præsente Corpore in diebus, in quibus non
potest fieri de Festo duplice. pag. 81. col. 2.

Qui recitat Officium de duplice, non
potest celebrare de Requiem in Ecclesia,
ubi fit de semiduplice. pag. 81. col. 2. fin.
Excipe nisi sint Exequiae solennes. *ibid.*

TOM. IV.

Nemini licet celebrare Missam de Re-
quiem in die, in quo fit de festo dupli-
ci. pag. 82. col. 2.

Missæ de Festo suffragatur Defunctis
æque ac de Requiem, quando haec pro-
hibetur per Rubricas. pag. 83; V. *Alta-
re privilegiatum.*

Dies, quæ excludunt Missam Defun-
ctorum, excludunt etiam Collectam pro
Defunctis. pag. 86. col. 1.

Missæ Votiva de B. M. cum *Gloria*,
& *Credo* quando dicenda. pag. 161. col.
1. V. *Votiva.*

Missæ Votiva solemnis de B. M. can-
tari potest in novem diebus ante Nati-
vitatem Domini, quamvis in ipsis occur-
rat Festum S. Thomæ, aut Dominica Ad-
ventus; ubi est consuetudo. pag. 171.

Missæ Vigilie de Sanctis, est proprie
Missæ ipsorum, etsi ferialis, & non fe-
tiva. pag. 193. col. 1.

Missæ

Non adhibenta figurata in Missis De-
functorum, sed in cantu firmo pag. 89.
col. 2.

N

Nativitas

Nativitatis Domini Festum est ex tra-
ditione Apostolica. pag. 203. col. 1. A
Græcis olim celebrabatur die 6. Januarii
simal cum Epiphania. *ibi.* Cur non ce-
lebratur certo die hebdomadae? *ibid.* *et
seq.*

Qui recitat privatim Officium Nati-
vitis, non tenet dividere Matutinum
a Laudibus. pag. 206. Sed si dividit,
post *Te Deum* debet recitare Orationem
dici. *ibid.*

Utrum ad Laudes separatim recitatas
præmitti debeat Oratio Dominica? pag.
206. col. 2.

In Nativitate Domini cur non ad o-
mnes Horæ addantur *Alleluia* Respon-
soriis brevibus, sicut in Paschate? pag.
209.

Ritus trium Missarum in Feso Nativ.
unde ortum habeat? pag. 202.

T t.

In

In Nativitate Domini non licet Sacerdoti semel comunicare extra Sacrificium, & bis celebrare, pag. 216. col. 2. Non est obligatio celebrandi tres Missas, pag. 212. Neque Parochis datur per se talis obligatio. ibi. Parochus habens facultatem celebrandi in duabus diuisis Parochiis, non potest celebrare in singulis tres Missas Nativitatis, sed unam in una, & duas in altera. pag. 213. Non tenentur fideles audire tres Missas in Festo Nativitatis; sed unam: pag. 214. col. 2. Qui celebravit in Festo Nativitatis in loco, ubi est Novum Kalendarium; si veniat in locum, ubi est Vetus, ibique tum occurrit Festum Nativitatis; potest surius celebrare tres Missas, pag. 214.

Celebratus Missam primam Nativitatis ante medium noctem, in loco ubi est tale privilegium, debet esse jejonus a media nocte antequam illucescat dies 24. Decembris pag. 193. Idem potest celebrare consuetam & communem Missam Vigilie Nativitatis ibid. ibi pag. 258. Sed non debet sumere purificacionem. pag. 258. Idem absoluta Missa ante medium noctem diei 25. potest cœnare ante ipsam medium noctem, celebratus postero die alias duas Missas. pag. 258. Cardinalis tamen celebrans in Capella Pontificia ante medium noctem Nativitatis prandere solet ipsa die 24. idque probabilius ex tacita Pontificis dispensatione. pag. 258. Idem tamen in serotina Collatione nihil sumit. ibid. Nec in Missa ante medium noctem celebrata sumit purificationem. pag. 260. col. 2. fin.

Episcopus, aut qui hoc die ordinetur Presbyter, potest post acceptam Communionem celebrare alias duas Missas. pag. 217.

Non potest tamen neque unam celebrare, qui occasione Professionis religiose communionem sumeret? ibid. col. 2.

Non possunt Laici ter communicare in festo Nativitatis. pag. 218. col. 2.

S. Pius V. sustulit omnia privilegia celebrandi primam Missam Nativ. ante medium noctem. pag. 224. col. 1.

Ia tamen alicubi usurpatur ex nova confirmatione. ibid. col. 1.

Celebratus primam Missam post me-

diam noctem, nullo precepto sonatur; ut nihil sumperit immediate atra ipsam medium noctem. pag. 225. ibi seq. Quamvis consilii sit, & valde laudabile, ut aliquas saltem horas ante abstineat. pag. 227. col. 2.

Prohibitum est, post celebrationem primam Missam solemniter in Noche Nativitatis; pergere celebratio privata alias duas. pag. 229. Postea olim licitum erat, omnes tres Missas celebrare successive de nocte. pag. 230. col. 2. ibi seq.

Nunc temporis autem nullam licet celebrare privatum de nocte. pag. 243.

Exemplum obterre facultatis celebrandi, & communicandi in Noche Nativitatis. pag. 244. col. 2.

Quoniam Missam legere debeas, qui legit unicam? pag. 219. ibi seq.

Dum Calix est in altari nondum purificatus; Sacerdos non genuflectit, quoties transit ante illum; & vertet renes ad altare, quando converitur ad populum. pag. 251. col. 1.

Quoniam sint Mysteria trium Missarum in Festo Nativ. pag. 253. ibi seq.

Satisfacit precepto pro Festo Nativitatis, qui audit Missam primam etiam ante medium noctem in locis, ubi est tale privilegium. pag. 254. col. 2.

Quid si Vigilia Nativitatis sit in Dominica? pag. 255. ibi sequ. As teneatur, huic Missae ante medium noctem assistere; qui praedit se impediendum die proximo? pag. 257. fin.

Non licet communionem ministrare publice in Noche Nativit. pag. 262. Neque excipiendæ sunt Confessiones in Ecclesia maxime mulierum. pag. 263.

In Festo Nativitatis si occurrat Anniversarium Consecrationis Episcopi, sit de ea simplex Commemoratio sub unicâ clausula post Orationem Festi. pag. 265. col. 1.

November

Mense Novembri, cum leguntur libri Ezechielis, Danielis, & duodecim Prophetarum. pag. 3. col. 1.

Mense Novembri quando eadem die ponenda sunt plura initia Prophetatum, di-

dicenda est tantum apica lectio . pag. 4. col. 1. an ea omitti possint Mense Novembris ex legitima causa i pag. 3. col. 1.

O

Octava

Octava omnium SS. dignior est **Ottava** Dedi^cationis Ecclesie . pag. 11. col. 2.

Ottava Festi dupl. 1. clas. Christi Domini ; aut B. M. V. aut Angelorum , aut Apostolorum preferenda est Ottavae omnium SS. pag. 12. col. 1.

Ottava pro Defunctis non licet sine speciali indulto Sedis Apostolicae . pag. 80. col. 1.

Dies ottavae cuiuslibet Festi non transferatur & solisque cedit Festis solemnibus primis vel secundis classis , nisi sursum sit Ottava privilegiata . pag. 311. col. 1.

Si in occurribus duabus ottavis , altera Patroci principalis dupl. 1. clas. altera B. M. V. dupl. 2. cl. sit de primis cum communi alterius . pag. 153. col. 1.

Occurrente Vigilia infra Ott. in die in quo sit Officium de infra Ott. Missae erunt de Vigilia causa Communi Octav. pag. 153. l*et seq.*

Dies Ottava in Festis B. M. V. quae celebrantur cum Ottava , debet habere Vespertas integras in concursu duplicis Minoyis . pag. 156. col. 1. Secus erit si concurrit cum duplice majori . ibid. col. 2.

Infra Ottavas Festorum B. M. V. Missæ Votivæ de eadem B. V. dicuntur ut de Feste cum Gloria sive Credo . pag. 160. col. 1.

Ottavæ omnes , quæ non sunt in Breviario Romano , cessant ; & inchoatæ exspirant a die 17. Decembris usque ad Epiphaniam . pag. 176. col. 2.

Officium

Officia peculiaria quæ conceduntur ad instantiam , si impediuntur in die ipsis affixa , non sunt transferenda . pag. 5. col. 1. Secus vero si sint ex præcepto , aut ad instantiam Principum . ibid.

Officia peculiaria in paritate ritus

preferuntur universalioribus . pag. 158. col. 1. l*et pag. 130. col. 2.*

Officia SS. quæ super sunt de mense Decembris , non sunt reponenda in anno sequenti . pag. 124. col. 2. Officium Patrocinii B. M. V. a quibus , & quando celebrandum i pag. 4. col. 2.

Ordinarii

Nomine Ordinarii locorum non videntur Superiores Regulares . pag. 4. col. 2. An nomine dumtaxat Ordinarii , intelligantur & ipsi respectu suorum subditorum Regularium ? pag. 5. col. 1. Ordinarii Locorum sunt etiam Vicarii Generales . pag. 5. col. 1.

Organus

Non sunt pulsanda in Missis Def. pag. 89. col. 2.

P

Palla

Palla linea cooperiens Calicem , non deber esse panno ferico cooperata , seu integrata . pag. 257. col. 2. fin.

Parochus

Ad Parochum spectant residua cereorum , qui deferuntur a fidelibus , ut ardeant in Ecclesia in die Comm. Omni. Def. pag. 77. col. 2. f. An teneatur dicere tres Missas in nocte Nativitatis ? pag. 212. col. 2.

An Parochus habens facultatem celebrandi eodem die in duabus dissitis Parochiis , possit utrobique celebrare tres Missas in Fete Nativitatis . pag. 213.

Patrocinium

Festum cum Officio Patrocinii B. V. a quibus , & quando celebrandum . pag. 4. col. 2.

T t z Pa-

Patronus

Potest aliquis Sanctus declarari ab Episcopo Patronus Civitatis, aut Diocesis, dummodo in Suffragiis ad Officium non omittatur Commemoratio antiquarum Titularis, seu Patroni. pag. 127. col. 2.

Pluvialis

In defectu Pluvialis ad Absolutionem in Exequiis Def. Sacerdos flet cum Abba & stola pag. 76. col. 2.

Præsentatio B. V.

Apud nos nullus Veteres nomine Præsentationis B. V. intelligitur ejus Particulatio, quando puerum Jesum in templo præsentavit. pag. 112. col. 2.

Præcessus

Dicendas ante & post Missam, quae notantur in Missali Rom. sequuntur ritum Officii Canonici occurrentis. pag. 75. col. 1.

Privilegium

Prævilegia localia non sunt extendenda de loco ad locum. pag. 113. col. 2.

Prævilegium potestativum non obligat ad utendum ipso. pag. 33.

Prophetæ

Prophetarum libri quomodo nos præparent ad adventum Domini. pag. 3. col. 1. Prophetæ cur dicuntur alii Mores, alii minores. pag. 3. col. 2.

Prophetarum Minorum libri unicollimbro comprehenduntur apud Hebreos. pag. 3. col. 2. Saltem eorum initia legenda sunt in Matutino. pag. 4. col. 1.

Pronunciatio

Quoad accentum accommodetur usui. pag. 163. col. 2.

*Q**Quadragesima*

Tempore Quadragesimæ in Hispania prohibitum erat ex Concilio Toletano X. celebrare Festa Sandorum. pag. 178.

Proinde Festum Annunciationis B. M. V. celebrandum erat die 28. Decembr. ex eod. Concil. ibid.

*R**Regulares*

Regularium Superiores non intelliguntur nomine Ordinariorum Locorum pag. 4. col. 2. Non habent facultatem designandi diem Dominicam pro recitatione Officii Patrocinii B. V. quod multis locis celebrandum permittitur in aliquo die Dominico ab Ordinariis eligendo. ibi.

Regulares Superiores an veniant nomine Ordinariorum, quando in litteris Apostolicis simpliciter nominantur. Ordinarii sine addito Locorum? pag. 5. col. 1.

Regulares celebrantes in aliena Ecclesia, in qua sint Exequiae solemnes, possunt se illi conformare, etiam si recitent Officium de duplice. pag. 82. col. 1.

Regulares celebrantes Commem. Omni. Def. sui Ordinis possunt dicere Missas privatas de Requiem; etiam si illo die contingat fieri Officium de duplice minori. pag. 87. col. 1. &c. 2.

Regulares tenentur solvere suffragia Defunctis sui Ordinis. pag. 90. col. 1. & sequ.

An teneantur Votis Locorum in quibus degunt? V. Votum.

Regularis factus Episcopus an solvatur Votis non substantialibus in Religione emissis? pag. 277. & sequ.

S**Sacrificium**

Sacrificium Missæ substantialiter perficitur in utraque consecratione Panis & Vini. pag. 92. col. 2. probabile etiam est perfici in consumptione. pag. 53. Ejus fructus non suspenditur sed statim applicatur. pag. 47. col. 1. V. Missa. Applicatio. Defuncti.

S. Silvester

Ubi S. Silvester P. & C. est Titularis Ecclesiæ, debet habere 2. Vesperas integras. pag. 308. col. 1.

S. Stephanus

Cur solemniori ritu etiam supra multos Apostolos decoratur? pag. 288. col. 1. De S. Stephano cur hat die 26. Decembr. pag. 287.

T**S. Theodorus M.**

Christianis apparens, eos docuit, quomodo Juliani Apostatae virtutias declinarent. pag. 164.

Translatæ

Officia translata SS. reponuntur secundam ordinem translationis: at semiduplex occursens in Festo habente Octavam, aut in Dominica infra Octavam, vel in Festo duplice infra Octavam, in his solis tribus calibus transfertur in diem infra Octavam immediate sequentem, in quo faciendum esset de infra Octavam. pag. 125. col. 2.

In reponendis Officiis translatis prius reponitur, quod est antea translatum; nullo habito respectu quod sit Officium Ecclesiæ particularis, Ordinis, seu Religionis, Diœcesis, Nationis, & Ecclesiæ Universalis. pag. 131. col. 1. Excipiuntur ab hac regula semiduplicia incidentia in Fe-

sto habente Octavam; aut in Dominica infra Octavam, aut in Festo duplice infra octavam. ibi.

Triticum

Elixum seu coctum aqua ex devotione comeditur in Sicilia die 13. Decembris. pag. 164. col. 2.

V**Vesperæ**

Vesperæ Votivæ non conceduntur; eo quod sit manu sequenti celebranda Missa Votiva solemnis. pag. 158.

In hoc casu concessit alicubi S. C. R. fieri translationem Festi. ibi.

Vicarius

Vicarii Generales possunt in aliquibus intelligi sub nomine Ordinariorum Locorum. pag. 5. col. 1.

Vigilia

Si occurrat infra aliquam Octavam in die in qua Officium est de infra Oct. Missa erit de Vigilia, cum Commemor. Oct. pag. 153. & sequ.

Missa Vigiliae est proprie Missa de Sancto, cuius est Vigilia, licet non festiva, sed ferialis. pag. 183. col. 1.

In Vigilia & non in Festo jejunandum in honorem Sanctorum. pag. 165. & sequ.

Vinum

Benedicuntur alicubi in Festo S. Joannis Evangelistæ. pag. 293.

Votivæ Missæ

Acceptæ in diebus impeditis, recitari debent de Festo cum applicatione Sacrificii. pag. 41. col. 2. fin. Votivæ celebrandæ certis diebus per hebdomadam, si impedianter Festo de præcepto, transferantur in diem feriatam non impeditam,

tam. pag. 42. col. 1. Missæ Votivas prohibentur diebus, quibus non licet facere de duplice. pag. 81. col. 1.

Ex eo, quod cantanda sit Missa solemnis Votiva, non licet celebrare pridie Vespertas Votivas: in hoc casu S. C. R. concessit Clero Ordinis Hierosolymitanis translationem Festi. pag. 158. col. 2.

Qui dicit Missam Votivam da B. M. infra aliquam Octavam Festi: ejusdem B. M. dicat Missam de Festo cum Gloriæ fine Credo. pag. 160. col. 1.

Votum

Emissum a Communitate quando dicitur? pag. 134. col. 2. Non opus est, ut singuli in Votum consentiant, aut Votum pronuncient. ibi. Non tenet tamen quoad eos, qui non consentiunt,

quantum est ex vi precise Voti. p. 135. col. 1. Hi tamen ipsi obligari possunt: accidente præcepto Episcopi; ex quo Jejunium videatur transiisse an legem ibi.

Exempla hujusmodi Votorum p. 137. col. 1.

Votum emissum a Majoribus non ligat posterios, nisi in quantum continua- ta acceptatione protractum. pag. 136. Responda S. C. faventia in hac materia libertati Successorum. pag. 125. col. 1. & 2.

An Peregrinus teneatur hujusmodi Votis? pag. 137.

An possint ab Episcopo revocari? p. 138. col. 2.

An renegatur Regulares hujusmodi votis? pag. 136.

An hæc Vota localia commutari possint per Bullam Cruciatæ? pag. 139.

F I N E S.

71.407

